SEXTVS TOMVS
OPERVM DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

pi, Continens τὰ πολεμικά, hoc eſt, decertationes aduerſus hæreſes, præcipue Iudæorum, Manichæorum, Priſcillianiſtarum, Origeniſtarum, Arrianorum & Iouiniani.

Et non reſpexit

Beatus uir, cuius eſt Dominus ſpes eius,



in uanitates, & inſanias falſas.

VENETIIS AD SIGNVM SPEI.

MDLI.

DES. ERASMVS ROT. LECTORI. S. D.

Qvemadmodum in prælijs ſolet potiſsimum eniteſcere uirtus & ardor militum ducumq́; , ita diuus Auguſtinus, quum nuſquam non ſit multis ſuſpiciendus nominibus, haud alibi tamen magis eluxit, quantum ualuerit acumine ingenij, ſubtilitate iudicij, uehementia copiaq; diſſerendi, quàm in his libris, in quibus pro tranquillitate domus dei, quam unice diligebat, pugnat aduerſus hæreſes: quas quum hoc odio maiore proſequeretur, quo impenſius amabat Chriſti ſponſam Eccleſiam, tamen ubiq; ſingulari charitate laborat, ut homines ſeruet potius quàm perdat. Lege fœliciter ac Vale.

CATALOGVS.

De hæreſibus ad Quoduultdeum. Liber. I.	Folio. 2. Columna. 4.
De quinque hæreſibus, oratio.	8. columna. 1.
Concio ad Catechumenos contra Iudæos, Paganos & Arianos.	11. columna. 2.
Oratio aduerſus Iudæos.	15. columna. 4
De altercatione Eccleſiæ & Synagogæ, dialogus.	18. columna. 1.
De utilitate credendi ad honoratum. Lib. I.	20. columna. 1.
Contra epiſtolam Manichæi, quam uocant Fundamenti. Lib. I.	25. columna. 3.
De duabus animabus contra Manichæos. Lib. I.	31. columna. 4.
Contra Fortunatum quendam Manichæorum præsbyterum. Lib. I.	35. columna. 1.
Contra Adimantum Manichæi diſcipulum Lib. I.	38. columna. 1.
Contra Fauſtum Manichæum. Libri. XXXIII.	46 columna. 3.
De actis cum Felice Manichæo. Lib. II.	107. columna. 4.
Contra Secundinum Manichæum. Lib I.	114. columna 4.
De natura boni contra Manichæos. Lib. I.	119. columna. 3.
De fide contra Manichæos. Lib. I.	123. columna. 2.
Contra aduerſarium legis & Prophetarum Lib. II.	126. columna. 4.
Contra Priſcilianiſtas, & Origeniſtas ad Oroſium. Lib. I.	139. columna. 3.
Contra ſermonem Arrianorum. Lib. I.	141. columna. 2.
Contra Maximinum Arrianorum Epiſcopum Lib. III.	147. columna. 1.
Contra Felicianũ Arrianum de unitate trinit. ad Optatum. Lib. I.	167. columna 3.
De bono coniugali contra Iouinianum. Lib. I.	171. columna. 1.
De ſancta uirginitate. Lib. I.	175. columna. 3.
De adulterinis coniugijs ad Polentium. Lib. II.	181. columna. 2.
De Epicureis & Stoicis Tractatus I.	188. columna. 1.
De eo quod dictum eſt, Ego ſum qui ſum, Tractatus. I.	189. columna. 1.

A **EPISTOLA QVODVVLTDEI AD Auguſtinum, petentis ut hæreſeon catalogum conſcribat.**

DOmino merito uenerabili, & uere beatiſsimo patri Auguſtino Epõ, Quoduultdeus diaconus.

Diu trepidus fui, & auſus hos meos aliquotiẽs diſtuli: ſed me principaliter, ut dici aſſolet, animauit beatitudinis tuę beneuolentia oĩbus cõprobata. Quã dum cõſidero, magis timui, ne nõ petendo ſuperbus, nõ quærendo deſidioſus, nõ pulſando piger à dño iudicarer. Sufficere aũt mihi crederẽ huiuſmodi tantũmodo uoluntatem, ſi fructum adipiſci nõ poſſem. Cum aũt pro certo nouerim, oſtium diuini ſermonis, quod uenerationi tuæ cœleſtis grã patefecit, paratã eſſe mẽtem tuã ſanctam, quã poſsidet Chriſtus, nõ ſolum cunctis uolentib⁹ pãdere, uerũetiam nolentib⁹, ut introire nõ pigeat, ꝑſuadere, occupationi reuerẽtiæ tuæ multiloquio ſuperfluo moram nõ faciã, ſed de
B ſiderium obſecrationis meę breuiter indicabo. Nõ nullos in clero huiuſce etiam ampliſsimæ ciuitatis eſſe iperitos, ex meipſo conijcio: & quantũ uniuerſo illi ordini ꝓfuturũ ſit qd expecto, cõſiderationi ſanctitatis tuæ diſcutiendũ offero. Priuilegio nãq; cunctorꝫ, q hoc de ſpiritalib⁹ tuis laborib⁹ promerentur, etiam me indignũ conſecuturũ eſſe ꝑſumo, dñe merito uenerabilis, & uere beatiſsime pr̃. Precor igitur beatitudinẽ tuam, ut ex quó Chriſtiana religio hæreditatis ꝓmiſſæ nomẽ accepit, q̃ hęreſes fuerint, ſint: quos errores intulerint, inferant: quid aduerſus catholicã Eccleſiam ſenſerint, ſentiant, de fide, de trinitate, de baptiſmo, de pœnitentia, de homine Xp̃o, de deo Xp̃o, de reſurrectione, de nouo & uetere teſtamẽtorꝫ oĩa omnino, q̃bus à ueritate diſſentiunt: q̃ etiam baptiſmũ habeant, quæve non
† ali. aut nõ baptizet. habeant: & poſt quas baptizet, nec tñ rebaptizet † Eccleſia: qualiter ſuſcipiat uenientes, & quid ſingulis, lege, authoritate, atq; ratione rñdeat, digneris exponere. Nec me tãtę beatitudo tua credat ineptiæ, ut nõ inſpiciam quantis & q̃ ingentibus uoluminibus opus ſit, ut poſsint iſta diſſolui. Verũ hoc ego
C fieri nõ expeto: id n. multipliciter factum eſſe non dubito: ſed breuiter, ꝑſtricte, atq; ſummatim, & opiniones rogo cuiuſlibet hæreſis poni, & qd cõtrà teneat Eccleſia catholica, q̃tum inſtructioni ſatis eſt,
Cõmentarium. ſubdi, ut uelut quodam ex oĩbus concepto cõmonitorio, ſi q̃s aliquã obiectionẽ aut conuictionem uberius, plenius ac planius noſſe uoluerit, ad opulẽta & magnifica uolumina trãſmittat: q̃b⁹ à diuerſis, & p̃cipue à ueneratione tua ĩ hoc ipſo cõſtat elaboratũ. Sufficiat aũt & admonitio talis, ut puto doctis & iperitis, ocioſis & occupatis, & ad cuiuſlibet gradus miniſteriũ Eccleſię undecũq; ꝓmotis: dũ & ille q multa legit, eadẽ breuiter recordat, & cõpendio ignarus inſtruitur: ut nouerit qd teneat, qd euitet, qd auerſet ne faciat, qd ut faciat aſſequatur. Fortaſsis aũt, ſi tñ quod arbitror uerũ eſt, etiam aduerſus calũniantium malignas mẽtes, & doloſa labia opus hoc paruum inter cętera mirifica teſtimonio coronę tuę nõ deerit: ut q̃bus patet cãpus calũniandi profuſior, ualidis & ex omni parte cõcluſis fidei limitibus coarctati, oĩbusq; ueritatis telorum gene
ribus circumacti, etiam uno multiformi iaculo repẽte proſtrati, morticinos ſpũs nõ audeant anhelare. D
Video q̃ oneroſus exiſtã meliora cogitanti, & diſponẽti maiora ſancto ſeni, & q̃relas corporis ſuſtinenti. Sed p Xp̃m dñm rogo, qui te participẽ ſapientiæ ſuæ ſine inuidia eſſe conceſsit, ut hanc gratiam dones indoctis Eccleſiæ, qui te agnoſcis ſapientib⁹ atq; inſipientib⁹ debitorẽ, merito ac iure dicturus,
Videte q̃m non mihi ſoli laboraui, ſed oĩbus exqui *Roma. 8.*
rentibus ueritatẽ. Potui adhuc offerre ſupplices & *Eccli. 24. & 33.*
multiplices preces, & mecum imperitorum claſſes aſſciſcere: ſed malui iam gaudere dictantem, q̃ adhuc occupare legentem.

Auguſtinus Quoduultdeo.

d DOmino dilectiſsimo filio & condiacono Quoduultdeo Auguſtin⁹. Acceptis literis charitatis tuę, ubi a me ardẽtiſsimo ſtudio poſtulaſti, ut de oĩbus hæreſibus, q̃ poſt dñi ſaluatoris aduentum aduerſus eius doctrinã pullulauerunt, aliquid breuiter ſcriberem: q̃ ſit hoc difficile, continuo reperta occaſione reſcripſi p filiũ meum Hipponenſiũ primarium Philocalũ: mox autẽ etiã iſta oblata eſt, qua nũc reſcribo, & breuiter difficul E
tatẽ operis eius oſtendo. Philaſtrius quidã Brixien *Philaſtrius alibi Philaſter.*
ſis Eps, quẽ cũ ſancto Ambroſio Mediolani etiam ipſe uidi, ſcripſit hunc librũ: nec illas hæreſes p̃termittens, q̃ in populo Iudæo fuerũt ante aduentum dñi: eaſq;. XXVIII. cõmemorauit: & poſt dñi aduẽ
tum. CXXVIII. Scripſit hunc etiam Græce Eps Cy- *Epiphanius.*
prius Epiphanius, i doctrina catholicæ fidei laudabiliter diffamatus, ſed ipſe utriuſq; tẽporis hæreſes
colligẽs, XC. † cõplex⁹ eſt. Cũ ergo ambo id uellẽt *† aliàs, LXXX.*
facere, quod à me petis, quantũ tñ inter ſe differant de numero interim ſectarũ, uides: qd utiq; non eueniſſet, niſi aliud uni eorꝫ uideret eẽ hæreſis, & aliud alteri. Neq; n. putandũ eſt aliquas ignoraſſe Epiphaniũ, quas nouerat Philaſtrius, cũ Epiphanium lõge Philaſtrio doctiorẽ inuenerim⁹: ita ut Philaſtrium potius dicere deberem⁹ latuiſſe plurimas, ſi tñ plu-
res eſſet ille cõplexus, & iſte pauciores. Sed ꝓculdu *Hæreſis, quid, deſinire diffi cile.*
bio i ea q̃ſtione, ubi diſceptat quid ſit hæreſis, non idẽ uidebat ambobus: & reuera hoc oĩno definire difficile eſt: & ideo cauendũ, cũ oẽs in numerũ re-
digere conamur, ne p̃termittamus aliquas, q̃uis hę- F
reſes ſint: aut annumeremus aliquas, cũ hæreſes nõ ſint. Vide ergo ne forte librũ ſancti Epiphanij tibi mittere debeã: ipſum. n. arbitror Philaſtrio docti⁹ hinc locutũ, q poſsit apud Carthaginẽ in Latinam linguã uerti facilius atq; cõmodius, ut tu potius p̃ſtes nobis, quod q̃ris à nobis. Perlatorẽ multum cõmendo. Subdiaconus eſt de nr̃a diœceſi: de fundo aũt uiri ſpectabilis, nobiſq; chariſsimi Orontij. Pro illo aũt, & ꝓ eius pr̃e, à quo adoptatus eſt, etiam ad ipſum ſcripſi: quas literas cum legerit Xp̃iana benignitas tua, peto ut eas apud memoratum uirũ tua interceſsione adiuuare digneris. Miſi aũt cum illo etiã hominẽ Eccleſię, ne ad tuã ſanctitatẽ difficilis ei eſſet acceſſus: nõ. n. parum de illo ſolicitus ſum, à qua me ſolicitudine dñs, ut ſpero, p tuæ charitatis inſtantiam liberabit. Peto etiã mihi reſcribere non graueris, quemadmodum ſit in fide catholica ille Theodoſius, p quẽ Manichæi nonnulli ſunt ꝓditi: & ipſi quos ab eo ꝓditos, putamus eſſe correctos. [Si etiam de perfectione ſanctorum Epiſcoporꝫ fortaſsis audiſti, fac ut nouerim. Deo uiuas.]

G *Quoduultdeus Auguſtino idem inſtantius petens.*

Omino merito uenerabili, ac beatiſsimo d ſancto pr̃i Auguſtino Ep̃o, Quoduultdeus diaconus. Vnũ quidem reuerentiæ tuę cõmonitorium, quod p Eccleſiaſticũ dignatus es deſtinare, ſuſcepi. Nã quod prius directũ eſſe beatitudo tua ſignificauit, p uirũ honorabilẽ Philocaliũ, necdum ad me puenit. Verũ quanuis cõſcius priorum ſemper fuerim peccatorum, nunc tñ euidẽter agnoui aſpiciendo ad id quod exoraui † muneris, meam toti Eccleſiæ impedimento eſſe pſonã. Sed oĩno cõfido, qm̃ qui per unici ſui gratiam, humani generis dignatus eſt delere facinora, nec me in pnicie cunctoꝝ pualere permittet: potiusq́; ubi abũdauit peccatũ, gratiam faciet redundare. Dñe merito uenerabilis ac beatiſsime pater, difficultatẽ operis quod inſtruendis imperitiſsimis nobis p tuam bñficentiam pſtari ſublimiter † exoraui, nec ipſe ignorans ante pdixi, ſed de diuini fontis ubertate, quã tibi dñs tribuit, ueraci corde pſumpſi: nam & Philaſtrius & Epiphanius uenerandi Epi ſi tale aliquid ſcripſiſſe memorant, proculdubio me inter cętera, H imò ſicut omnia latent: nõ tñ arbitror eos hanc curam diligentiamq́; adhibuiſſe, ut ſingulis quibuſq; opinionib⁹ contrarias etiam opiniones adiungãt, irritasq́; † ſubijcerent: tũc deniq; opus illud utriuſq; qualecũq; ſit, nõ habet fortaſsis eam quã deſidero ueritatẽ. † Fruſtra etiã homini, q Latina nõ didicit, Græca facũdia delegatur: quia nõ ego tantũmodo conſilium, ſed & auxilium poſtulaui. Quid aũt uenerationem tuam de interpretum non ſolum difficultate, ſed etiam obſcuritate admoneo, cum ipſe hoc magis, ac plenè diiudices? Accedit ad cauſam, q nonnullæ etiam poſt illoꝝ obitũ hæreſes emerſiſſe doceantur, quarũ nullam illi fecerint mentionem: quamobrẽ ad peculiare patrocinium pietatis tuæ cõfugio, & uoce mea & uniuerſali deſiderio paratũ ad miſericordiam ſacroſanctũ pietatis pectus appello, ſequeſtratis ſaporib⁹ peregrinis cõſiderato textu prioris Epiſtolæ, panẽ a frumento, quod noſtra † prouincia ſolet habere pcipuum, cœleſti etiã manna conditum, ſero pulſanti, & famem patienti non deneges. Profecto.n nec ego pulſare ceſſabo, I donec ipſe concedas: ut quod non impetrat priuilegium, ubi nullum eſt meritum, ſaltem indefeſſa importunitas mereatur.

† al. i adipiſcẽdo illud quod exoraui.

Roma. 5.

† ſupplicitèr.

† aliâs, rimiq́;.

† al breuitatem.

† al. panẽ Afrũ quẽ noſtra.

Auguſtinus Quoduultdeo.

Omino ſynceriter dilectiſsimo fratri & cõ d diacono Quoduultdeo, Auguſtin⁹ Epiſcopus. Cum mihi hæc ſcribẽdi offerret occaſio p Euſalenſem presbyterum, quem cõmendo charitati tuę, relegi Ep̃lam tuam, in qua petis, ut de hæreſib⁹ q oriri potuerunt, ex quo domini i carne nunciari cœpit aduẽtus, aliquid ſcriberẽ. Hoc autẽ feci, ut uiderem utrum iam uideretur † opus ipſum aggredi, & inde tibi aliquid mittere: ubi conſideraui † tãto eſſe difficilius, quãto uis eſſe breuius: ſed nẹ hoc qdẽ potui, talib⁹ curis ſuperuenientibus ipeditus, à qbus oĩno diſsimulare nõ poſſem: nã me & ab eo qd habebã in manib⁹, auerterũt. Hoc aũt eſt, ubi rñdeo libris Iuliani, quos octo ædidit poſt illos quatuor, qbus antè rñdi. Hoc.n.cũ Romę accepiſſet frater Alipius, nondum oẽs deſcripſerat, cum oblatã occaſionẽ noluit pterire, p quã mihi [qnq;] tranſmiſit: pmittens alios tres cito eſſe miſſurũ, & multũ inſtans ne rñdere differrem. Cuius inſtantia K coactus ſum remiſsius ſemper agere qd agebam, ut operi utriq; nõ deeſſem: uni diebus, alteri noctib⁹: quantũ mihi ab alijs occupationib⁹ hinc atq; hinc uenire nõ deſiſtentib⁹ parceretur. Agebã uero rem plurimũ neceſſariam: nam retractabam opuſcula mea, & ſi quid i eis me offenderet, [uel alios poſſet offendere,] partim reprehẽdendo, partim defendẽdo quod legi poſſent & deberent, operabar: & duo uolumina iam abſolueram, retractatis oĩbus libris meis quoꝝ numerũ neſciebã: eosq́;. CCXXXII. eſſe cognoui. Reſtabant Ep̃læ, & tractatus populares, quos Græci homilias uocãt. [Et plurimas Ep̃laꝝ legebã, ſed adhuc nihil inde dictauerã, cũ me etiam iſti Iuliani libri occupare cęperunt, quoꝝ nũc q̃rto rñdere cœpi. Qñ ego id explicauero, quartoq́; rñdero, ſi tres non ſuperuenerint, diſpono, ſi deus uoluerit, & qd poſcis incipere, ſimul agens utrunq;, & hoc ſcilicet, & illud de retractatione opuſculoꝝ nr̃oꝝ, nocturnis & diurnis tẽporibus in ſingula diſtributis. Hoc ideo inſinuaui ſanctitati tuæ, ut quantum tibi deſiderium eſt ſumendi qd poſcis, tãto flagrantius à dño mihi poſcas adiutoriũ, quo ſeruiam lau L dabili ſtudio tuo, atq; utilitati eoꝝ, quib⁹ exiſtimas profuturum. Dñe ſynceriter dilectiſsime frater, cõmendo iterum platorem, & negocium pp̃ter quod eò perrexit, ſi cognoueris apud quẽ agendũ ſit, peto ne pigeat adiuuare. Non.n. poſſumus neceſsitates hominum eiuſmodi deſerere, qui noſtri non coloni, ſed quod maius eſt fratres ſunt, & in charitate Chriſti ad curam noſtram pertinent. Deo uiuas.]

† ali. deberem.

† al. ut cõſideres.

DIVI AVRELII AVGVSTINI in librum de hæreſibus ad Quoduultdeum, Præfatio.

QVod petis ſæpiſsime atq; inſtantiſsime ſãcte fili Quoduultde⁹, ut de hæreſibus aliquid ſcribã dignũ lectione cupientiũ dogmata deuitare contraria fidei Chriſtianæ, & Xp̃iani nominis obũbratione fallentia: ſcias me olim longe antequam peteres, facere cogitaſſe, atq; fuiſſe facturũ, niſi diligẽter cõſiderans quale quan M tumq́; id eſſet, ultra uires meas eſſe ſentirẽ. Sed qm̃ fateor nullũ mihi ut te inſtitiſſe poſcendo, in ipſa tñ moleſta inſtantia tua etiam tuũ nomen attẽdi, & dixi, aggrediar & faciam Quoduultdeus. Hoc.n. deum uelle confido, ſi me ad huius operis terminũ miſericordi fauore perduxerit, ut per miniſterium linguæ meæ tanti huius rei difficultas aut oſtendatur tantũmodo, aut ipſo etiã plenius adiuuãte tollatur: quoꝝ duoꝝ, quod priore loco poſui, iam diu eſt qd aio uoluo ac reuoluo, & quadam meditatione cõtueor. Quod aũt poſtea dixi nõ me accepiſſe cõfiteor: & utrum dũ hoc ago, ut efficiam, dum peto, dũ q̃ro, dum pulſo, ſim fortaſſe accepturus ignoro: ſcio me tñ nec petiturũ, nec q̃ſiturum, nec pulſaturũ quantũ ſat eſt, niſi & hunc affectũ munere diuinæ inſpirationis accepero. In hoc igitur opere, qd te uehemẽter urgẽte i dei uoluntate ſuſcepi, cernis me ut id peragã nõ tam crebreſcentib⁹ ad me tuis petitionibus eſſe cogendum, q̃ pijs ad deum nõ ſolum tuis, uerum & alioꝝ fratrum, quos tibi in hanc

rem

A rem fideles ſocios potueris inuenire, orōnib⁹ adiu-
uandū. Quod ut fiat, has ipſas primas hui⁹ laboris
mei partes, ubi ē & iſta prelocutio, curaui tuę cha-
ritati in auxilio dn̄i accelerare mittēdas: ut pp illa
quæ reſtant, noueritis q̄tū pro me orare debeatis,
quicunq; noſſe potueritis, à me iā fuiſſe ſuſceptum
hoc tā grāde negociū, qđ à me deſideratis impleri.
Petis ergo, qđ tuæ indicant literæ, quas ad me de-
diſti, cū primū à me petere iſta cœpiſti, ut exponā
breuiter, pſtricte atq; ſummatim, ex quo Chriſtia-
na religio promiſſæ hæreditatis nomē accepit: quę
hæreſes fuerint, ſint: quos errores intulerint, infe-
rant: qd aduerſus catholicam Eccleſiam ſenſerint,
ſentiant: de fide, de trinitate, de baptiſmo, de pnia,
de hoie Xp̄o, de deo Xp̄o, de reſurrectione, de nouo
& ueteri teſtō. Iſtas aūt inquiſitiones tuas in immē
ſum pcedere cū uideres, putaſti cuiuſdā generalita
tis adhibendū eſſe cōpendium, atq; dixiſti, Et oia
oino, quibus à ueritate diſſentiunt. Deinde addidi
ſti, Quæ etiā baptiſmū habeant, quęue nō habeāt:
& poſt quas baptizet, nec tn̄ rebaptizet Eccleſia:
qualiter ſuſcipiat uenientes: & qd ſingulis lege, au-
B thoritate, atq; rōne rn̄deat. Hæc oia cum quæris ut
exponantur a me, miror luculētum ingenium tuū,
tot tantarumq́ rerum & ſitire ueritatem, & faſtidiū
iam timendo poſcere breuitatem. Sed uidiſti etiam
ipſe quid poſſem hoc loco tuæ huius Epiſtolæ co-
gitare: & quaſi uigilanter occurriſti cogitationi
meę, dicens, Nec me tantę beatitudo tua credat ine
ptiæ, ut nō inſpiciam quantis & quam ingentibus
uoluminibus opus ſit, ut poſsint iſta diſſolui. Ver.
hoc ego fieri non expeto: id. n. multipliciter factū
eſſe non dubito. Et tanq̄ cōſilium ſubijciens, qūo
poſsit & ſeruari breuitas, & ueritas pandi, adiungis
ea uerba quę pauloante iā poſui, & dicis, Sed breui
ter, perſtricte, atq; ſummatim, & opiniones rogo cu
iuſlibet hæreſis poni: & quid contrà teneat Eccle-
ſia catholica, quantum inſtructioni ſatis eſt ſubdi.
Ecce iterum mittis in lōgum, nō quia dici iſta bre-
uiter ſiue non ualeant, ſiue nō debeant: ſed qa tam
multa ſunt, ut quālibet breuiter dicenda, multas
literas flagitent: tu aūt, ut uelut quodam, inquis, ex
oibus concepto cōmonitorio, ſi quis aliquā obie-
ctionem aut conuictionē uberius, plenius ac pla-
C nius noſſe uoluerit, ad opulēta & magnifica uolu-
mina trāſmittaſ, qbus à diuerſis, & pcipue, inquis,
à ueneratione tua in hocipſo cōſtat eſſe elaboratū.
Quæ cū dicis, unū quaſi cōmonitoriū de his oib⁹
te deſiderare ſignificas. Audi ergo unde cōmonea-
ris, qd petas. Opiniones oium Philoſophoꝝ, qui ſe-
ctas uarias cōdiderunt, uſq; ad tempora ſua, (neq;
enim plus poterat) ſex nō paruis uoluminibus q-
Celſus. dam Celſus abſoluit. Nec redarguit aliquē, ſed tan
tum quid ſentirent aperuit, ea breuitate ſermonis,
ut tantum adhiberet eloquij, q̄tum rei nec laudan-
dæ nec uituperandæ, nec affirmadæ aut defenden-
dæ, ſed aperiendæ indicandæq́ ſufficeret, cū fermè
centū Philoſophos nominaſſet: quoꝝ nō oēs inſti-
terunt hæreſes proprias: qm̄ nec illos tacendos pu-
tauit, qui ſuos magiſtros ſine ulla diſſenſione ſecu
ti ſunt. Noſter uero Epiphanius Cyprius Eps, ab
hinc nō longe humanis rebus exemptus, de octo-
ginta hæreſibus loquens, ſex libros etiā cōſcripſit,
hiſtorica narratione cōmemorans oia, nulla diſpu
tatione aduerſus falſitatem pro ueritate decertans.

Tomus ſextus.

Breues ſanè ſunt libelli, & ſi in unū libellum redi- D
gantur, nec ipſe erit noſtris uel alioꝝ quibuſdam li
bris longitudine cōparādus. Huius breuitatē ſi fue
ro in cōmemorandis hæreſibus imitatus, qd à me
breuius poſtulare uel expectare debeas, non habe-
bis. Sed nō ibi huius mei laboris ſumma conſiſtit,
qđ & tibi, uel me demōſtrante, uel etiā te præcur-
rente poterit apparere, cū hoc fecero. Videbis n. in
eo, qđ ſupradictus Eps fecit, q̄tū deſit operi quod
ipſe uis fieri, quanto magis qđ ego? Tu nanq;, q̄uis
breuiter, perſtricte atq; ſummatim, tn̄ uis etiam re-
ſponderi cōmemoratis hæreſibus, quod ille non
fecit. Ego uero hoc magis uolo facere, ſi & deus ue-
lit, unde poſsit ois hereſis, & quæ nota eſt, & quæ
ignota, uitari: & unde recte poſsit quæcunq; inno-
tuerit, iudicari. Non n. ois error hæreſis eſt, quāuis Error.
omnis hæreſis, quæ in uitio ponitur, niſi errore ali Hæreſis.
quo hæreſis eſſe nō poſsit. Quid ergo faciat hæreti
cum, regulari quadā definitione cōprehendi, ſicut
ego exiſtimo, aut oino non poteſt, aut dificillime
poteſt: quod in proceſſu huius operis declarabiſ, ſi
deus rexerit, adq; id quod intēdo perduxerit diſpu
tationem † meam. Quid aūt proſit ipſa inquiſitio, E
etiam ſi non potuerimus cōprehēdere, qūo ſit de- † diſpo-
finiendus hæreticus, ſuo loco uidendum atq; dicē ſitionem.
dum eſt: nam ſi hoc cōprehendi potuerit, quis non
uideat utilitas quāta ſit? Erunt ergo primæ partes
operis huius de hæreſibus, quę poſt Chriſti aduē-
tum atq; aſcenſum aduerſus doctrinam ipſius exti-
terunt, & utcunq; nobis innoteſcere potuerunt. In
poſterioribus autem partibus, quid faciat hæreti-
cum, diſputabitur. Cum ergo dominus aſcendiſſet
in cœlum, hi hæretici exorti ſunt:

1 Simoniani.
2 Menandriani.
3 Saturniani.
4 Baſilidiani.
5 Nicolaitæ.
6 Gnoſtici
7 Carpocratiani.
8 Cerinthiani, uel Merinthiani.
9 Nazarei.
10 Hebionei.
11 Valentiniani. F
12 Secundiani.
13 Ptolemæi.
14 Marcitæ.
15 Colarbaſij.
16 Heracleonitæ.
17 Ophitæ.
18 Caiani, aliàs Caini.
19 Sethiani.
20 Archontici.
21 Cerdoniani.
22 Marcionitæ.
23 Apellitæ.
24 Seueriani.
25 Taciani.
26 Cataphryges.
27 Pepuziani, aliàs Quintilliani.
28 Artotyritæ.
29 Teſſareſcædecatitæ.
30 Alogiani, aliàs Alogi.
31 Aditæ, aliàs Adamiani.

32 Elceſeitæ, & Samſeitæ.
33 Teodotij, aliàs Theodotiani.
34 Melchiſedechitæ, aliàs Melchiſedeciani.
35 Bardeſanitæ, aliàs Bardeſaniſtæ.
36 Noetiani.
37 Valeſij.
38 Carthari, qui & Nouatiani.
39 Angelici.
40 Apoſtolici.
41 Sabelliani.
42 Origeniaſtæ, aliàs Origeniani.
43 Alij Origeniaſtæ uel Origeniani.
44 Paulonitæ, aliàs Pauliani.
45 Photiniaci, aliàs Photiniani.
46 Manichæi.
47 Hierachitæ uel Hieraclitæ.
48 Melitiani.
49 Arriani.
50 Vadiani ſiue Anthropomorphitę.
51 Semiarriani.
52 Macedoniani.
53 Aeriani.
H 54 Aetiani, qui & Eunomiani.
55 Apollinariſtæ.
56 Antidicomarianitæ uel Antidicomaritæ.
57 Pſalliani, ſiue Euchitæ.
58 Metangiſmonitæ.
59 Selauciani uel Hermiani.
60 Proclianitæ.
61 Patriciani.
62 Aſcitæ.
63 Pattalorinchitæ.
64 Aquarij.
65 Coluthiani, aliàs Colathiani.
66 Floriniani.
67 De mundi ſtatu diſſentientes.
68 Nudis pedibus ambulantes.
69 Donatiſtæ, ſiue Donatiani.
70 Priſcilliani, aliàs Priſcillianiſtæ.
71 Cum hominibus non manducantes.
72 Rhetoriani.
73 Chriſti diuinitatem paſsibilem dicentes.
74 Triformem deum putantes.
75 Aquam deo coæternam dicentes.
I 76 Imaginē dei non eſſe aiam dicentes, Melitonij.
77 Innumerabiles mundos opinantes, Ophei.
78 Animas conuerti in dæmones & in quæcunq; animalia exiſtimantes, Tertullij.
79 Liberationem omnium apud inferos factam Chriſti deſcenſione credentes.
80 Chriſti de patre natiuitati initium à tempore dantes.
81 Luciferiani.
82 Iouinianiſtæ.
83 Arabici.
84 Heluidiani.
85 Paterniani, uel Venuſtiani.
86 Tertullianitæ, uel Tertullianiſtæ.
87 Abeloitæ, uel Abeloini.
88 Pelagiani qui & Celeſtiani.
89 Neſtoriani.
90 Euthiciani.]

F I N I S.

CATALOGVS HAERESEON EX Epiphanij Euſebijq; commentarijs collectus, additis alijs nonnullis. Obiter Auguſtinus diſtinguit errorem hæreſim, & ſchiſma.

SIMONIANI à Simone mago, 1
qui baptizatus à Philippo dia-
cono, ſicut in Actibus Apoſto- *Act. 8.*
lorū legitur, pecunia uoluit eme
re à ſanctis Apoſtolis, ut etiam
per impoſitionem, manus eius,
daretur ſpiritusſanctus. Hic ma-
gicis fallacijs deceperat multos. Docebat autē de-
teſtandam turpitudinem, indifferenter utendi fœ-
minis. Nec deum feciſſe mundum. Negabat etiam
carnis reſurrectionem, & aſſerebat ſe eſſe Chriſtū.
Itemq; Iouem ſe credi uolebat, Mineruam uero me
retricem quandam Selenen, quam ſibi ſociam ſce- σελήνη.
lerum fecerat: imaginesq; & ſuam & eiuſdem mere *Luna*
tricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas &
Romæ tanq̃ deorū ſimulachra authoritate publica
cōſtituerat. In qua urbe beatus Apoſtolus. Petrus L
eum uera omnipotentis dei uirtute extinxit. Dixe-
rat. n. ſe in monte Sina legem Moyſi in patris perſo
na dediſſe Iudæis. Tempore Tybberij in filij perſo
na putatiuè apparuiſſe, poſtea ſe in linguis igneis
ſpiritumſanctū ſuper Apl̃os ueniſſe. Chriſtū autem
nec ueniſſe, nec à Iudæis quicquā pertuliſſe. Me- 2
nandriani à Menandro etiam ipſo mago diſcipulo
eius, qui mundū aſſerebat non à deo, ſed ab ange-
lis factū. Saturniani, à quodā Saturnino, qui tur 3
pitudinē Simonianam in Syria confirmaſſe perhi-
betur: qui etiā mundū ſolos angelos ſeptem præter
conſcientiā dei patris feciſſe dicebat. Baſilidiani, 4
à Baſilide, q hoc diſtabat à Simonianis, qđ trecen-
tos ſexagintaquinq; cœlos eſſe dicebat, quo nume
ro dierū annus includit. Vnde etiā quaſi ſanctum
nomē cōmēdabat, quod eſt ἀβρεξας: cuius nomi-
nis literæ ſcđm Græcam ſupputationem eundē nu
merum cōplent. Sunt. n. VII. α & β, & ρ & α, & ξ & α,
& ς: id eſt, unum & duo, & centū & unū, & ſexagin
ta & unum, & ducenta, quæ fiunt in ſumma trecen
ta ſexagintaquinq;. Mundū iſtum uel hoiem nō cre
dunt à deo factū, ſed à trecēteſimo ſexageſimoqn- M
to cœlo. Amatoria carmina ſtudioſe diſcunt. A Iu-
dæis nō credūt Xp̃m crucifixū, ſed Simonē Cyre-
nenſem, qui angariatus ſuſtulit crucē eius. Nico 5
laitæ, à Nicolao nominati ſunt, uno, ut perhibet, ex
illis ſeptē, quos Apl̃i diaconos ordinauerāt. Iſte cū
de zelo pulcherrimę cōiugis culparet, uelut purgā-
di ſe cauſa pmiſiſſe fertur, ut ea q uellet uteret. Qđ
eius factū in ſectā turpiſsimam uerſum eſt, qua pla
cet uſus indifferens fœminarū. Hi nec ab ijs q̃ ido-
lis immolant, cibos ſuos ſeparant: & alios ritus gē-
tilium ſuperſtitionū nō auerſant. Narrant etiā quę-
dam fabuloſa de mūdo, neſcio q̃ Barbara principū
noia miſcentes diſputationibus ſuis, qbus terreant
auditores, q̃ prudētib⁹ riſum potius faciunt q̃ timo
rē. Intelligunt aūt etiā iſti nō deo tribuere creatu-
ram, ſed qbuſdā poteſtatibus, quas mirabili uel fin
gunt uanitate, uel credunt. Gnoſtici pp excellē- 6
tiā ſciētię ſic ſe appellatos eē, uel appellari debuiſ-
ſe gloriant, cū ſint ſuperiorib⁹ oibus uaniores atq;
turpiores. Denique cū ab alijs atq; alijs per diuerſas

A terrarũ partes aliter atq; aliter nuncupent, nõnulli
βορβορῖται eos etiam Borboritas uocant, quaſi cœnoſos, ꝓpter
nimiam turpitudinẽ, quã in ſuis myſterijs exercere
dicunt. Aliqui eos à Nicolaitis exortos putant: alij
à Carpocrate, de quo pòſt loquemur. Tradunt aũt
dogmata fabuloſiſsimis plena figmẽtis: etiam ipſis
principũ, uel angelorũ noĩbus terribilibus infirmas
animas capiũt: & de deo rerumq; natura fabuloſa,
& à ſanitate ueritatis aliena, multa cõtexunt, Aiarũ
ſubſtantiam, dei dicunt eſſe naturã, eaſumq; aduẽ-
tum in hęc corpora cum alijs aeris aialibus dicunt
fieri, ꝑ quas peccata in corporibus cõmittuntur: nã
illas animas, q̃ ex dei ꝓcedunt ſubſtãtia, reuerti ad
deum imaculatas. dicuntur quoq; bonum deum &
7 malum deum in ſuis habere dogmatibus. Carpo
cratiani ſunt à Carpocrate, q docebat omnẽ turpẽ
operationẽ, omnemq; adinuentionem peccati: nec
aliter euadi atq; tranſiri principatus & poteſtates, q
bus hęc placent, ut poſsit ad cœlũ ſuperius perueni-
ri. Hic etiam Ieſum hoĩem tantũmodo, & de utroq;
ſexu natũ putaſſe perhibet, ſed accepiſſe talem ani-
B mam q̃ ſciret ea quæ ſuperna eſſent atq; nunciaret.
Reſurrectionem corporis ſimul cũ lege abijciebat.
Negabat mundũ à deo factũ, ſed neſcio à qbus uir-
tutib⁹. Sectæ ipſius fuiſſe traditur ſocia q̃dam Mar
cellina, q̃ colebat imagines Ieſu & Pauli & Homeri
8 & Pythagorę adorando incenſumq; ponendo. Ce
rinthiani à Cerintho idemq; Merinthiani à Merin-
tho, mundũ ab angelis factũ eſſe dicentes, & carne
circũcidi oportere, atq; alia huiuſmodi legis ꝑcepta
ſeruari. Ieſum hominẽ tantũmodo fuiſſe, nec reſur-
rexiſſe, ſed reſurrecturum aſſeuerantes. Mille quoq;
annos poſt reſurrectionẽ in terreno regno Chriſti,
ſecundũ carnales uẽtris & libidinis uoluptates, fu-
turos fabulant, unde etiã Chiliaſtæ ſunt appellati.
9 Nazaræi cũ dei filium confiteantur eſſe Chriſtũ,
omnia tñ ueteris legis obſeruant, q̃ Chriſtiani per
Apoſtolicam traditionẽ non obſeruare carnaliter,
10 ſed ſpiritaliter intelligere didicerunt. Hebionei
Chriſtum etiam tantũmodo hominẽ dicunt Man-
data carnalia legis obſeruant, circuncisionẽ. ſ. car-
nis, & cætera à quorũ oneribus per nouũ teſtamen-
tum liberati ſumus. Huic hæreſi Epiphanius Sam-
C ſeos & Elceſeos ita copulat, ut ſub eodem numero
tanquã una ſit hæreſis ponat, aliquid tñ intereſſe ſi
gnificans, Quanuis & in conſequentibus loquatur
Lib. 6. de illis, ponens eos ſub numero ſuo. Euſebius uero
ca. 28. Elceſaitarũ ſectam cõmemorans, fidem in perſecu
tione dicit negandã docuiſſe, & in corde ſeruandã.
11 Valentiniani à Valentino, q de natura rerũ multa
fabuloſa cõfinxit. Triginta αἰώνας, id eſt, ſecula aſ-
ſerens extitiſſe, quorũ principium eſſe ꝓfundum &
ſilentium, quod ꝓfundum etiam patrem appellat.
Ex qbus duobus uelut ex coniugio proceſsiſſe phi
bet intellectum & ueritatẽ, & protuliſſe in honorẽ
patris æonas octo, De intellectu aũt & ueritate pro
ceſsiſſe uerbũ & uitam, & protuliſſe æonas decem.
Porrò de uerbo & uita proceſsiſſe hominẽ & Eccle
ſiam, & ꝓtuliſſe æonas duodecim. Itaq; octo & de-
cem & duodecim fieri triginta æonas, habentes, ut
diximus, primũ principiũ de profundo & ſilentio.
Chriſtum aũt à patre miſſum i. à ꝓfundo ſpiritale
uel cęleſte corpus ſecũ attuliſſe: nihilq; aſſumpſiſſe
* aliàs, de uirgine Maria, ſed ꝑ illam tanquã per rimã, * aut
riuum. ꝑ fiſtulam ſine ulla de illa aſſumpta carne trãſiſſe.

De triceſimo ſeculo dicit diabolum genitum, & à D
diabolo alios natos q fecerint hunc mundum. Et
ideo malitiam nõ arbitrio tribuit, ſed naturę mun
di. i. generi diabolico: carnis reſurrectionẽ negat,
Animã tantũ & ſpiritũ affirmat ꝑ Chriſtũ ſaluari.
Secundiani * hoc a Valentinianis diſtare dicun- 12
tur, ꝙ addunt opa turpitudinis. Ptolemęus quoq; * ali. Se
diſcipulus Valentini hæreſim nouam condere cu- cũdrian.
piens quatuor æonas & alias quatuor aſſerere ma- 13
luit. Marcus etiam neſcio quis hæreſem condidit, 14
negans reſurrectionẽ carnis, & Chriſtum nõ uere,
ſed putatiue paſſum aſſeuerans. Duo quoq; opina-
tus eſt ex aduerſo ſibi eſſe principia, quiddam tale
etiam ipſe de æonibus ſicut Valentinus affirmans.
Colarbaſus ſecutus eſt iſtos non multũ aliter ſen 15
tiens, Vitam omnium hominum & generationẽ in
ſeptem ſyderibus conſiſtere affirmans. Heracleo- 16
nitæ ab Heraclione diſcipulo ſuperiorũ, duo aſſerũt
principia, unũ ex altero, & ex his duobus alia pluri
ma. Feruntur aũt ſuos moriẽtes nouo modo quaſi
redimere. i. ꝑ oleum, balſamũ & aquã, & inuocatio
nes quas Hebraicis uerbis dicunt ſuper capita eorũ. E
Ophitæ à colubro nominati ſunt, coluber enim 17
Græce ophis dicitur. Hunc aũt [colubrũ q decepit
Adam & Euam] Xp̃m arbitrant. Sed habent etiam
uerum colubrum quẽ nutriunt & uenerantur. Qui
& incãtante ſacerdote egreditur de ſpelũca, & aſcẽ-
dit ſuper altare innixum ſpeluncę, & oblationes eo
rum lambit, & inuoluens ſe circa eas, regreditur ad
ſpeluncã: & ita confringunt oblationes in euchari-
ſtiam, quaſi à ſerpente Xp̃o ut illi putant ſanctifica
tas. Tradunt huius ſerpẽtis cultũ à Nicolaitis [ſiue
Gnoſticis] ad iſtos deductũ. Caiani propterea ſic 18
appellati, qm̃ Cain honorant, dicẽtes eũ fortiſsimæ
eſſe uirtutis: ſimul & Iudã traditorẽ diuinũ aliquid
putant eſſe, & ſcelus eius beneficiũ deputant: aſſerẽ
tes eum ꝑſciſſe quantũ eſſet generi humano Chriſti
paſsio ꝓfutura, & occidendũ Iudæis ꝓpterea tradi
diſſe: illos etiã, q ſchiſma facientes in primo populo
dei, terra dehiſcẽte perierunt, Chore, Dathã, & Abi- Nũe. 16.
ron, & Sodomitas colere perhibẽtur. Blaſphemant
legẽ, & deum legis authorẽ: carniſq; reſurrectionẽ
negant. Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, 19
q uocatus eſt Seth: eũ quippe honorant, ſed fabulo
ſa & hæretica uanitate Dicunt. n. eũ de ſuperna ma F
tre natũ, quã perhibent conueniſſe cum ſuperno pa
tre: unde diuinũ ſemen aliud naſceretur, tanquã fi
liorũ dei. Hi quoq; multa de principatib⁹ & poteſta-
tibus uaniſsima fabulantur: quidã eos dicunt Sem
filium Noe Xp̃m putare. Archontici à principibus 20
appellati, uniuerſitatẽ, quam deus condidit, opera
eſſe principũ dicunt: operantur etiam quandã tur-
pitudinẽ Reſurrectionẽ carnis negant. Cerdonia 21
ni a Cerdone nominati, q duo principia ſibi aduer
ſantia dogmatizant: deumq; legis ac Prophetarum
nõ eſſe patrẽ Chriſti, nec bonũ deum eſſe, ſed * iu- * al. nec.
ſtum, patrẽ uero Chriſti bonũ: Chriſtumq; ipſum
neq; natum ex fœmina, neq; habuiſſe carnẽ: nec ue
re mortuũ, uel quicquã paſſum, ſed ſimulaſſe paſ-
ſionẽ. Quidã uero in duobus principijs ſuis duos
deos ita eum dixiſſe perhibẽt, ut unus eorum eſſet
bonus, alter autem malus: reſurrectionem mortuo
rum negant. Spernunt etiam teſtamentum uetus.
Marcion quoq;, à quo Marcioniſtæ ſunt, q Cerdo 22
nis ſecutus eſt dogmata de duobus principijs: quis

G Epiphanius eū tria dicat aſſeruiſſe principia: bonū,
iuſtum, prauū: ſed Euſebius Synerum quendā, non
Marcionē, trium principiorū atq; naturarum ſcribit
23 authorē. Apellitę ſunt, quorū Apelles eſt princeps,
qui duos quidē introducit deos: unū bonum, alte
rum malum: nō tñ in duobus diuerſis atq; inter ſe
aduerſis eſſe principijs, ſed unum eſſe principium
deum. ſ. bonū, & ab illo factum alterum: q cū mali
† al. mali gnus eſſet, inuentus eſt in ſua mundum natiuitate†
gnitate. feciſſe. Hunc Apellem dicunt qdam etiam de Xp̄o
tam falſa ſenſiſſe, ut dicerent eū, non qdem carnem
duxiſſe de cœlo, ſed ex elementis mundi accepiſſe,
q̄ mundo reddidit, cū ſine carne reſurgens, in cœlū
24 aſcendit. Seueriani à Seuero exorti, uinum non bi
bunt, eo ꝙ fabuloſa uanitate de Satana & terra ger
minaſſe aſſerunt uitē. Etiam ipſi non ſanam doctri
nam ſuam, qbus uolunt inflant noibus principū,
Carnis reſurrectionē cū ueteri teſtamento reſpuen
Φιλουμένη tes. Hic præterea Philumenē quandam puellam di
cebat inſpiratam diuinitus ad ꝓnuncianda futura,
ad quā ſomnia atq; æſtus ſui animi referens, diuina
tionibus ſeu ꝑſagijs eius ſecretum erat ſolitus ꝓno-
H neri, eodē phantaſmate eidem Philumenę pueri ha
bitu ſe demonſtrante, Qui puer apparens, Chriſtū
ſe aliquando, aliquādo eſſe aſſereret Paulū. A quo
phantaſmate ſuſcitans, ea ſoleret reſpondere quę ſe
audientib⁹ diceret. Nōnulla quoq; illam miracula
operari ſolitam, inter q̄ illud ꝑcipuū, quod in angu
ſtiſſimi oris ampullam uitream, panem grandē im
mitteret, eumq; extremis digitulis leuare ſoleret illę
ſum, eoq; ſolo quaſi diuinitus ſibi cibo dato fuiſſet
25 contenta. Tatiani à Tatio quodā, inſtituti ſunt, q
& Encratitæ appellati ſunt, nuptias damnant, atq;
oino pares eas fornicationibus alijſq; corruptioni-
bus faciunt: nec recipiunt in ſuorū numerū coniu-
gio utentē, ſiue marē, ſiue fœminā: non uefcuntur
carnib⁹, eaſq; oēs abominanſ: prolationes quaſdā
fabuloſas ſeculorū, etiam ipſi ſapiūt: ſaluti primi ho
minis cōtradicunt. Epiphanius Tatianos & Encra
titas ita diſcernit, ut Encratitas Tatiani ſchiſmati-
26 cos dicant. Cataphryges ſunt, quorū authores fue
runt, Montanus tanquā paracletus, & duæ Prophe
tiſſæ ipſius, Priſca & Maximilla, His nomē ꝓuincia
κατὰ φρύγας Phrygia dedit, quia ibi extiterunt, ibiq; uixerunt: &
etiam nunc in eiuſdē partibus populos habēt. Ad-
I uentū ſpiritusſancti à dño promiſſum, in ſe potius
q̄ in Apoſtolis eis fuiſſe aſſerunt redditū. Secundas
nuptias ꝓ fornicationibus habent: & ideo dicunt
1. Cor. 13. eas permiſiſſe Apl̄m Paulum, qa ex parte ſciebat, &
ex parte ꝓphetabat: Nondum. n. uenerat quod per
fectum eſt. Hoc aūt perfectum in Montanū & eius
propheti ſſas ueniſſe delirant. Sacramēta perhibenſ
funeſta habere. Nā de infantis anniculi ſanguine,
quē de toto eius corpore minutis punctionū nul-
nerib⁹ extorquent, quaſi euchariſtiam ſuā cōficere
perhibenſ, miſcentes eum farinæ, panemq; inde fa-
cientes: qui puer ſi mortuus fuerit, habetur apud
eos ꝓ martyre ſi aūt uixerit, pro magno ſacerdote.
27 Pepuziani à loco quodā nominati ſunt, quā ciui-
tatē deſertam dicit Epiphanius. Hanc aūt iſti diui-
nū aliquid eſſe arbitrātes, Hieruſalem uocant. Tantum
dantes mulieribus principatū, ut ſacerdotio quoq;
apud eos honorenſ. Dicūt. n. Quintillæ & Priſcillæ
in eadē ciuitate Pepuza, Xp̄m ſpecie fœminę reuela
tum. Vnde ab hac Quintilliani etiam nuncupanſ.

Faciunt & ipſi de ſanguine īfantis quod Cataphry K
ges facere ſuprà diximus. Nam & ab eis perhibētur
exorti. Deniq; alij hanc Pepuzam non eſſe ciuitatē,
ſed uillam dicunt fuiſſe Montani & Prophetiſſarū
eius Priſcæ & Maximillæ: & qa ibi uixerunt, ideo lo
cū meruiſſe appellari Hieruſalem. Artotyritę ſunt, qui 28
bus oblatio eorū hoc nomē dedit: offerunt n. panē
& caſeum, dicētes à primis hominibus oblationes
de fructibus terræ & ouium fuiſſe celebratas. Hos
Pepuzianis iūgit Epiphanius. Teſſareſcædecatitę 29
hinc appellati ſunt, ꝙ non niſi quartadecima luna,
mēſe Martio, Paſcha celebrant, qlibet ſeptē dierum
occurrat dies, & ſi dies dominicus occurrerit, ipſo
die ieiunant & uigilant. Alogiani propterea ſic uo 30
cantur tanquā ſine uerbo: logos. n. Græce uerbum
dicitur, quia domini † uerbū recipere noluerunt, † al. deū.
Ioānis Euāgeliū reſpuentes, cuius nec Apocalypſin
accipiunt, has uidelicet ſcripturas negāt eſſe ipſius.
Adamiani ex Adam dicti, cuius imitanſ in paradi 31
ſo nuditatē, q̄ fuit ante peccatum: unde & nuptias
auerſantur, quia nec priuſquā peccaſſet Adam, nec
priuſquā dimiſſus eſſet de paradiſo, cognouit uxo-
rem. Credunt ergo ꝙ nuptiæ futurę non fuiſſent, ſi L
nemo peccaſſet. Nudi itaq; mares fœminæq; conue
niunt, nudi lectiones audiunt, nudi orāt, nudi cele
brant ſacra, & ex hoc paradiſum ſuam arbitrantur
Eccleſiam. Elceſeos & Samſeos hic tanquā ordine 32
ſuo cōmemorat Epiphanius, quos dicit à quodam
pſeudopropheta eſſe deceptos q uocabatur Elci, ex
cuius genere duas mulieres tanquā deas ab eis ꝑhi
bet adoratas. Cætera Hebionitis tenere ſimilia.
Theodotiani a Theodotione quodā inſtituti, ho 33
minē tantummodo Xp̄m aſſeuerant. Quod dicitur
quidē Theodotion propterea docuiſſe, qa in ꝑſecu-
tione lapſus iſto modo ſe caſus ſui deuitaſ putabat
opprobriū, ſi nō deum negaſſe, ſed hominē uidere
tur. Melchiſedeciani, Melchiſedech ſacerdotē dei 34
excelſi, nō hominē fuiſſe, ſed uirtutem dei eſſe arbi
tranſ. Bardeſaniſtæ, à quodam Bardeſane, q in do 35
ctrina Xp̄i prius extitiſſe ꝑhibetur inſignis: quāuis
poſtea ꝑ omnia tn̄ Valentini hęreſim lapſus eſt, ad-
dens de ſuo ut fato aſcriberet conuerſationes ho-
minū. Noetiani, à quodam Noeto, q dicebat Xp̄m 36
eundem ipſum eſſe patrem & ſpiritumſanctū. Va- 37
leſij & ſeipſos caſtrant, & hoſpites ſuos, hoc modo M
exiſtimātes deo ſe debere ſeruire. Alia quoq; hæreti
ca docere dicuntur & turpia: ſed q̄ illa ſint, nec ipſe
cōmemorauit Epiphanius, nec uſpiam potui repe-
rire. Cathari, q ſeipſos iſto nomine, quaſi ꝓpter 38
munditiam ſuperbiſsime atq; odioſiſsime nomi-
nant: ſecundas nuptias nō admittunt, pœnitētiam
denegant, Nouatū ſectantes hęreticū: unde etiā No
uatiani appellanſ. Angelici, in angelorū cultu incli 39
nati, quos Epiphanius iam oino defeciſſe teſtatur.
Apoſtolici, qui ſe iſto noīe arrogātiſsime uocaue 40
runt, eo ꝙ in ſuam cōmunionē nō reciperent uten
tes coniugibus, & res proprias poſsidentes, quales
habet catholica Eccleſia & monachos & clericos
plurimos. Sed ideo iſti hęretici ſunt, qm̄ ſe ab Eccle
ſia ſeparantes, nullam ſpem putant eos habere qui
utuntur his reb⁹, quibus ipſi carent. Encratitis iſti * id eſt,
ſimiles ſunt, nam & Apotactitæ * appellantur. Sed extraordi
alia neſcio quæ propria hæretica docere ꝑhibenſ. narij.
Sabelliani ab illo Noeto, quem ſupra memorauī- 41
mus, defluxiſſe dicunſ. Nā & diſcipulū eius quidā

A perhibent fuiſſe Sabellium. Sed qua cauſa duas hę
reſes Epiphanius cõputet, neſcio : cũ fieri potuiſſe
uideamus ut fuerit Sabellius iſte famoſior, & ideo
ex illo celebrius hęc hęreſis nomẽ acceperit. Noe-
tiani.n.difficillime ab aliquo ſciunt, Sabelliani au
tẽ ſunt in ore multoꝵ. Nã & Praxeianos á Praxea q
dã uocãt, & Hermogeniani uocari ab Hermogene
potuerũt, qui Praxeas & Hermogenes eadẽ ſentien
tes in Aphrica fuiſſe dicunt. Nec tñ iſtę plures ſectę
ſunt, ſed unius ſectę plura noia ex his hoibus q in
ea maxime innotuerunt, ſicut Donatiſtæ, iidẽ Par-
menianiſtæ, ſicut Pelagiani iidẽ Cœleſtiani. Vnde
ergo ſit factũ, ut Noetianos & Sabellianos, nõ uni-
us hęreſis duo noia, ſed tanq̃ duas hæreſes ſupradi
ctus eps † poneret liqdo inuenire non potui : qa ſi
qđ inter ſe differũt, tam obſcure dixit ſtudio ſorſi-
tan breuitatis, ut nõ intelligã. Loco qppe iſto, quo
& non tã longe à Noetianis Sabellianos cõmemo-
sãs. Sabelliani, inqt, ſimilia Noeto dogmatizantes
præter hoc ꝙ dicũt patrẽ non eſſe paſſum: qũo de
Sabellianis intelligi põt, cum ſic innotuerint dice-
re patrẽ paſſum, ut Patripaſſiani q̃ Sabelliani cre-
B brius nuncupent? Aut ſi forte in eo qđ ait, ꝑter hoc
qđ dicũt patrem non eſſe paſſum, Noetianos hoc
dicere intelligi uoluit, qs eos in hac ambiguitate
diſcernat? Vel qũo põt intelligi qlibet eoꝵ patrem
paſſum fuiſſe non dicere, cum dicant eundẽ ipſum
eſſe & patrem & filium & ſpm̃ ſanctũ? Philaſter au
tem Brixianus eps in ꝓlixiſſimo libro quem de hę
ſeſibus cõdidit, & CXXVIII. hæreſes arbitratus eſt
cõputandas, Sabellianos cõtinuo poſt Noetianos
ponens, Sabellius, inqt, diſcipulus eius, qui simili-
tudinẽ ſui doctoris itidẽ ſecutus eſt, unde & Sabel
liani poſtea ſunt appellati, q & Patripaſſiani & Pra
xeiani à Praxea, & Hermogeniani ab Hermogene, q
fuerũt in Aphrica, qui & iſta ſentiẽtes abiecti ſunt
ab eccleſia catholica. Certe iſte eoſdẽ poſtea Sabel
lianos dixit appellatos, q ea quę Noetus ſentiebãt.
Et alia noia eiuſdẽ ſectę cõmemorauit, & tñ Noe-
tianos & Sabellianos ſub duobus numeris tanq̃
42 duas hæreſes poſuit, qua cauſa, ipſe uiderit. Ori-
geniani à quodã Origene dicti ſunt, nõ ab illo qui
ferè oĩbus notus ẽ, ſed ab alio neſcio quo, de quo,
C uel ſectatoribus eius Epiphanius loquens, Orige-
niani, inqt, cuiuſdã Origenis diſcipuli, turpis autẽ
ſunt opationis: iſti ſunt nephanda faciẽtes, ſua cor
43 pora corruptioni tradentes. Alios aũt Origenia
nos cõtinuo ſubiiciẽs, Origeniani, inqt, alij qui &
Adamantij tractatoris illius ſectatores qui & mor-
tuoꝵ reſurrectionẽ negãt, Xpm aũt & ſpm̃ ſcm̃ crea
turã dicũt: paradiſum aũt & cœlos & alia non cre-
dunt eſſe ſcđm literã: ſed in allegoria. Hęc qdem de
Origene Epiphanius refert. Sed defenſores eius di-
cũt Origenem patrẽ & filium & ſpm̃ ſanctũ unius
eiuſdemq́ ſubſtantiæ docuiſſe, neq reſurrectionẽ
repuliſſe mortuoꝵ: ſed qui eius plura legerunt, cõ-
tradicũt Sunt & alia huius Origenis dogmata quę
catholica eccleſia oĩno non recepit: in qbus nec ip
ſum falſo arguit, nec põt ab eius defenſoribus ex-
cuſari, maxime de purgatione & liberatione: ac rur
ſus poſt longũ tps ad eadẽ mala reuolutione rõna
lis uniuerſæ creaturæ. Quis.n.catholicus xpianus
uel doctus uel indoctus nõ uehemẽter exhorreat,
eam quã dicit purgationem maloꝵ.i.etiã eos qui
hanc uitam in flagitiis & facinoribus & ſacrilegiis

atq; impietatibus quãlibet maximis finierunt: ipm D
etiã poſtremo diabolũ atq; angelos eius, q̃uis poſt
lõgiſſima tpa purgatos atq; liberatos regno dei lu-
ciq; reſtitui, & rurſus poſt longiſſima tpa oẽs qui li
berati ſunt, ad hæc mala denuo relabi & reuerti, &
has uices alternantes beatitudinũ & miſeriaꝵ ra-
tionalis creaturæ ſemp fuiſſe, ſemp fore? De qua ua
niſſima ipietate aduerſus Philoſophos, à qbus iſta
didicit Origenes, in libris de ciuitate dei diligẽtiſ-
ſime diſputaui. Dicit ꝑterea ipſe Origenes, ꝙ filius
dei ſanctis hoibus cõparatus, ueritas ſit, patri col-
latus mendaciũ: & quãtum diſtant Apoſtoli Xpo,
tantũ filius patri. Vnde nec orandus eſt filius, cum
patre, qa non eſt author indulgendaꝵ petitionũ,
ſed ſupplicator. Pauliani à Paulo Samoſateno, 44
Xpm non ſemp fuiſſe dicũt, ſed eius initiũ, ex quo
de Maria natus eſt aſſeuerãt: nec eũ aliqd amplius
q̃ hoiem putant. Iſta hæreſis aliqñ cuiuſdam Arte-
monij fuit, ſed cũ defeciſſet, inſtaurata eſt à Paulo,
& poſtea ſic à Photino cõfirmata, ut Photiniani q̃
Pauliani celebrius nũcupent. Iſtos ſanè Paulianos
baptizãdos eſſe in eccleſia catholica Niceno cõci-
lio conſtitutũ eſt. Vnde credendum eſt eos regulã E
baptiſmatis non tenere, quã ſecum multi hæretici
cũ de catholica diſcederent abſtulerunt eamq́ cu-
ſtodiũt. Photinus ab Epiphanio non continuo 45
poſt Paulũ ſiue pro † Paulo, ſed aliis iterpoſitis po-
nitur: non tacet ſanè ſimilia credidiſſe, ſcđm aliqd † aliás, cum.
tñ aduerſatus ei dicitur, ſed quid ſit ipſum aliquid,
omnino non dicitur. Philaſter autem cõtinuatim
ponit ambos ſub ſingulis & ꝓpriis numeris, quaſi
hæreſes duas, cum dicat Photinum in oibus Pauli
ſcutũ fuiſſe doctrinã. Manichæi à quodam Perſa 46
extiterunt, qui uocabatur Manin, q̃uis & ipſum cũ
eius inſana doctrina cœpiſſet nomẽ prædicari, nã
antehac Vrbicus uocabatur. Sed in Grecia diſcipu
li eius, uitantes nomen inſaniæ, quaſi doctiores &
eoipſo mẽdaciores, geminata, n, litera, Manichæũ
quaſi mãna fundentẽ, pro Manichęo.i.inſano ap-
pellauerunt. Iſte duo principia inter ſe diuerſa atq;
aduerſa, eademq́ æterna & coæterna, hoc eſt ſemp
fuiſſe compoſuit. Duaſq́ naturas atq; ſubſtãtias bo
ni.ſ.& mali, ſequens alios antiquos hæreticos opi-
natus eſt: quaꝵ inter ſe pugnam & cõmixtionẽ, & F
boni à malo purgationem, & boni qđ purgari non
poterit, cum malo in æternũ damnationem ſcđm
ſua dogmata aſſeuerãs multa fabulat, quę cũcta in
texere huic operi nimis longũ eſt. Ex his aũt ſuis fa
bulis uanis atq; impiis cogunt dicere, animas bo-
nas, quas cenſent ab animaꝵ malaꝵ naturæ.ſ.con
trariæ cõmixtione liberandas, eius cuius deus eſt
eſſe naturæ. Proinde mũdũ a natura boni, hoc eſt,
à natura dei factũ, confitentur qdem, ſed de com-
mixtione boni & mali, q̃ facta eſt, qñ inter ſe utraq;
natura pugnauit. Ipſam uero boni a malo purgatio
nem ac liberationẽ, non ſolum per totum mũdum
& de oĩbus eius elementis uirtutẽ dei facere dicũt,
uerũetiam electos ſuos per alimẽta quæ ſumũt: &
eis qppe alimẽtis ſicuti uniuerſo mũdo dei ſubſtã-
tiam perhibent eſſe cõmixtam: quã purgari putant
in electis ſuis eo gñe uitæ, quo uiuunt electi Mani-
chęoꝵ, uelut ſanctiꝰ & excellẽtius auditoribꝰ ſuis.
Nã his duabus ꝓfeſſionibus, hoc eſt, electoꝵ & au
ditoꝵ, Eccleſiam ſuã conſtare uoluerunt. In cęteris
autem hoibus, etiã in ipſis auditoribus ſuis, hanc

† aliás, Epiphanius.

G partem bonæ diuinæq́ ſubſtantiæ, quæ mixta &
colligata in eſcis & potibus detineſ, maximæq́ in
eis qui gñant filios, arctius & inquinatius colligari
Sol & luna naues putant. Quicqd uero undiq purgatur luminis, per
quaſdam naues, quas eſſe lunā & ſolē uolūt regno
dei, tanq̃ ꝓprus ſeddib⁹ reddi. Quas itidē naues de
ſubſtantia dei pura perhibent fabricatas Lucemq́
iſtā corporeā animantiū mortaliū oculis adiacen-
tē, nō ſolum in his nauibus, ubi eam puriſsimā cre
dunt, uerūetiam in alus quibuſq lucidis rebus ubi
ſcdm ipſos teneſ admixta, crediturq́ purganda, dei
dicunt eſſe naturā. Quinq.n. elemeuta quæ genue
runt principes ꝓprios, genti tribuūt tenebraꝝ, eaq́
elementa his noibus nuncupāt, fumum, tenebras,
ignem, aquā, uentum. In fumo nata aialia bipedia,
unde hoies docere originē cenſent. In tenebris ſer-
pētia, in igne quadrupedia, in aqs natalia, in uento
uolatilia His qnq elementis malis debellādis, alia
qnq elemēta de regno & ſubſtātia dei miſſa eſſe, &
in illa pugna fuiſſe ꝑmixta, fumo aera, tenebris lu-
cem, igni malo, ignē bonū, aquę malę, aquā bonā:
uento malo, uentum bonū. Naues autē illas.i. duo
H coeli luminaria ita diſtinguunt, ut lunā dicant fa-
ctā ex bona aqua, ſolē uero ex igne bono. Eſſe aūt
in eis nauibus ſanctas uirtutes, quæ ſe in maſculos
transfigurāt, ut illiciāt fœminas gētis aduerſæ, &
per hāc illecebrā cōmota eoꝝ cōcupiſcentia fugiat
de illis lumen qd membris ſuis ꝑmixtum tenebāt,
& purgandū ſuſcipiaſ ab angelis lucis, purgatumq́
illis nauibus imponaſ ad regna ꝓpria reportandū.
Qua occaſione, uel potius execrabilis ſupſtitionis
quadā neceſsitate, cogūtur electi eoꝝ, uelut Eucha
riſtiā conſpſam cum ſemine humano ſumere, ut ēt
ide, ſicut de alus cibis quos accipiūt, ſubſtātia illa
diuina purgetur. Sed hoc ſe facere negāt, & alios ne
ſcio quos ſub noie Manichęoꝝ facere affirmāt De-
tecti ſunt tñ i eccleſia, ſicuti ſcis apud Carthaginē,
iam te ibi diacono cōſtituto, qñ inſtāte Vrſo tribu
no, qui tūc domui regiæ pręfuit, aliq adducti ſunt.
Vbi puella illa noie Margarita, iſtā neſariā turpitu-
dinē ꝓdidit. Quæ cum eſſet annorū nōdum duo-
decim, pp hoc ſceleſtum myſterium ſe dicebat eſſe
uiolatā. Tunc Euſebiā quādam Manichæam quaſi
I ſanctimonialē, idipſum pp hocipſum paſſam, uix
cōpulit confiteri, cum primum illa ſe aſſeruiſſet in-
tegrā, atq ab obſtetrice inſpici poſtulaſſet, q̃ inſpe-
cta & qd eſſet inuenta, totū illud turpiſsimum ſce-
lus, ubi ad excipiēdum & cōmiſcē dum cōcumbē-
tium ſemē farina ſubſternitur, qd Margarita indicā
te abſens nō audierat, ſimiliter indicauit: & recenti
tpe nōnulli eorū reperti, & ad eccleſiā ducti, ſicut
geſta eṗalia quæ nobis miſiſti oſtēdunt, hoc non
facim, ſed execramētum ſub diligenti interrogatio
ne cōfeſsi ſunt: quorum unus noie Viator, eos qui
iſta faciunt ꝓprie catharíſtas.i. mūdatores uel pur
gatores uocari dicēs, cum alias eiuſdē Manichææ
ſectæ partes in Macarios, & ſpecialr̃ Manichæos di
ſtribui perhiberet, oēs tñ has tres formas ab uno
authore propagatas, & omnes generalr̃ Manichęos
eſſe negare nō potuit. Certe illi libri Manichęi ſunt
oibus ſine dubitatione cōmunes, in qbus libris il-
la portenta ad illiciendos, & per cōcupiſcentiā diſ
ſoluendos utriuſq ſexus principes tenebrarum, ut
liberata fugiat ab eis quæ captiuata tenebatur in
eis diuina ſubſtantia, de maſculorum in fœminas
& fœminarum in maſculos transfiguratione con- K
ſcripta ſunt, unde iſta eorū, quālibet negāt ad ſe pti
nere, turpitudo defluxit. Diuinas.n. uirtutes quan-
tum pñt imitari ſe putant, ut purgent dei ſui partē:
quā ꝑfecto ſicut in oibus corporibus cœleſtibus
& terreſtribus, atq in oium rerum ſeminibus, ita &
in hois ſemine teneri exiſtimāt inquinatam. Ac per
hoc ſequitur eos, ut ſic eam ēt de ſemine humano,
quēadmodum de alus ſeminibus quæ in alimētis
ſumunt, debeāt manducando purgare. Vnde ēt ca
thariſtæ appellanſ, quaſi purgatores, tāta eam pur-
gātes diligētia, ut ſe nec ab hac tā horrēda cibi tur
pitudine abſtineāt. Nec ueſcūtur tñ carnibus, tanq̃
de mortuis uel occiſis fugerit diuina ſubſtātia, tan
tumq́ ac tale inde remanſerit, qd iam dignum non
ſit in electoꝝ uētre purgari, Nec oua ſaltem ſumūt,
quaſi & ipſa cum franguntur expirēt, nec oporteat
ullis mortuis corporibus† ueſci, & hoc ſolū uiuat †carnib⁹
ex carne qd in farina ne moriaſ excipitur. Sed nec
alimonia lactis utuntur, q̃uis de corpore animan-
tis uiuente mulgeatur ſiue ſugatur: non qa putant
diuinæ ſubſtātiæ nihil ibi eſſe ꝑmixtū, ſed qa ipſe
ſibi error non cōſtat. Nam & uinū non bibunt, di L
dei,ſaluator mundi:dies filius ex die patre , hoc eſt
lumen de lumine:cuius aduētus reuelauit teſtamē
tū nouū. Vnde ēt ibi dicitur , Cantate dn̄o canticū Pſal. 95.
nouum,cantate dn̄o oīs terra . Cantate dn̄o,bene-
dicite nomini eius.Statim euangelizandus ipſe mō
ſtratur,atq; additur,Bene nunciate diem ex die ſalu
tare eius.Ipſe igitur ſacerdos & uictima ſacrificium
laudis impleuit , maloꝝ operū tribuens indulgen-
tiā,& bene operandi largiens gr̄am. Ad hoc.n.dn̄o
ſacrificiū laudis ab eius cultoribus immolatur , ut Hiere. 9.
qui gloriatur in dn̄o glorietur. Sed hoc Iudæi cū 1.Cor. 1.
audiunt,erecta ceruice reſpondent , Nos ſumus,de Veri Iſ-
nobis hoc dictum eſt:nos.n.ſumus Iſrael ppl̄s dei. raelitæ
Nos in uerbis dicētis agnoſcimus,Audi ppl̄s meus, qui.
& loquar tibi Iſrael,& teſtificabor tibi . Quid ſum⁹ Cap. 7.
ad iſta dicturi? Nouimus quidem Iſrael ſpiritalē,de Pſal. 49.
quo dicit Apl̄s, Et quicunq; hanc regulam ſequunt̄, Galat. 6.
pax ſuper illos,& miſericordia & ſup Iſrael dei . Iſtū L
aūt Iſrael ſcimus eſſe carnalem , de quo idem dicit,
Videte Iſrael ſcd̄m carnem, Sed iſta iſti non capiūt,
& eoipſo ſeipſos carnales eſſe cōuincunt. Quos pau
lulū quaſi præſentes alloqui libet , Itáne uos ad eū
pplm̄ pertinetis , quē uocauit deus deorum à ſolis
ortu uſq; ad occaſum? Nōnne nos ex Aegypto in ter
ram Chanaan tranſlati eſtis? Non illuc uocati à ſo-
lis ortu uſq; ad occaſum,ſed inde diſperſi in ſolis or
tum & in occaſum. Nonne uos ad eius inimicos po
tius ptinetis,q dicit ī Pſalmo, Deus meus miſericor Pſal. 58.
dia eius p̄ueniet me,Deus meus demonſtra mihi in
ter inimicos meos , ne occideris eos , ne qn̄ obliui-
ſcantur legis tuę. Diſperge illos in ueritate † tua? Vn † uirtute
de non obliuiſcentes legē dei,ſed eandē circunferē
tes,gentibus ad teſtimoniū , uobis ad opprobriū ,
neſcientes eā pplo miniſtratis,qui uocatus eſt à ſo-
lis ortu uſq; ad occaſum . An uero negabitis & ea q̄
tāta authoritate p̄dicta,tāta manifeſtatione cōple-
ta ſunt? Aut maiore cęcitate nō intuemini , aut mi-
rabili ipudētia nō fatemini? Quid ergo ad illud rn̄-
ſuri eſtis, qd Eſaias Propheta ꝓclamat , Erit in no- Eſai. 2.
uiſsimis tēporibus manifeſtus mōs domus dn̄i pa
ratus in cacumine montiū,& exaltabitur ſuper col M
les,& uenient ad eū uniuerſæ gentes,& dicēt,Veni-
te aſcendamus in montē dn̄i , & in domum dei Ia-
cob, & annunciabit nobis uiā ſalutis , & ingredie-
mur in eā:Ex Sion.n.lex prodiet,& uerbum dn̄i ex
Hieruſalē? An & hic dicturi eſtis,Nos ſumus? qm̄ au
diſtis domum Iacob & Sion & Hieruſalē:quaſi nos
negemus de ſemine Iacob eſſe Xp̄m dn̄m ſecundū
carnem,qui ſignificatus eſt uocabulo montis para
ti ſuper cacumen montium,q̄ omnes celſitudes eo
rum eius celſitudo tranſcendit:aut negemus Apl̄os
& illas Eccleſias Iudææ , quæ poſt Xp̄i reſurrectio-
nem in eum continuo crediderunt, ad domum Ia-
cob pertinere:aut uero alius intelligendus ſit ſpiri-
taliter Iacob, q̄ ipſe ppl̄s Chriſtianus:qui cū ſit mi-
nor natu,q̄ populus Iudæorum, tamen cum creſcē
do ſuperauit, & ſubdidit:ut impleret̄ quod de duo
bus illis fratribus in figura prędictum eſt,Et maior
ſeruiet minori.Sion autem & Hieruſalem , quanuis Gene. 25.
ſpiritaliter

A ſpiritaliter intelligatur Eccleſia, magis tñ aduerſus iſtos idoneũ teſtimoniũ ẽ, ꝗ ex iſto loco, ubi Chriſtũ crucifixerũt,& lex & uerbũ dñi ꝓceſsit ad gẽtes. Lex.n. quę illis p Moyſen data eſt, de qua ſuperbius extolluntur,& de qua melius conuincunt,nõ intelligitur prodiſſe de Sion & Hieruſalẽ, ſed de monte Sina. Ad terrã quippe ꝓmiſsionis, ubi eſt quæ appellaf etiã Hieruſalẽ, poſt quadraginta annos cum ipſa lege uenerũt: nõ aũt ibi eã uel inde acceperũt. Euangeliũ uero Chriſti,& lex fidei, qđ certum eſt, inde ꝓceſsit. Sicut etiã ipſe dñs, poſteaꝗ reſurrexit, loquens diſcipulis ſuis,& oſtẽdens prædicta diuinorũ eloquiorũ in ſe eſſe cõpleta, Qm̃ ſicut ſcriptum *Luc. 24.* eſt, inquit,& ſic oportet Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tertio,& prædicari in noie eius pœnitentiã & remiſsionẽ peccatorũ p oẽs gentes, inci- *Eſaiæ. 2.* piẽtibus ad Hieruſalẽ. Ecce qđ prophetauit Eſaias dicens, Ex Syon n. lex prodiet, & uerbũ dñi ex Hie- *Actor. 2.* ruſalẽ: ibi.n. ueniens deſuper ſcdm dñi promiſsionem ſpiritusſanctus, eos quos tunc una domus cõtinebat, impleuit,& loqui linguis oium gẽtium fecit:& inde exierunt prædicare Euangelium in noti B tiam oium gentium. Sicut.n. lex illa, quæ proceſsit de mõte Sina, quinquageſimo die poſt celebratũ paſcha cõſtripta eſt digito dei, quo ſignificatur ſpi- *1. Cor. 3.* ritusſanctus: ita lex iſta, quæ proceſsit de Syon & Hieruſalẽ, nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cor dis ſanctorũ Euangeliſtarũ ſcripta eſt p ſpiritũ ſanctũ, quinquageſimo die poſt ueri paſcha paſsionis & reſurrectionis dñi Xpi, quo die ſpiritusſanctus ẽ miſſus, q fideliter fuerat ante promiſſus. Ite nunc ò Iſraelitę ſcdm carnẽ, nõ ſcdm ſpiritum. Ite nunc, & adhuc cõtradicite apertiſsimæ ueritati:& cum au- *Eſaiæ. 2.* ditis, Venite aſcẽdamus in montẽ dñi, & in domũ dei Iacob: dicite, Nos ſumus, ut cæci offendatis in montẽ, ubi colliſa facie peius perdatis frontẽ. Si uere uultis dicere, Nos ſumus: ibi hoc dicite, ubi au- *Eſaiæ. 53.* ditis, Ob iniquitatẽ populi mei ductus eſt ad mortem. De Xpo.n. dictũ eſt, quẽ uos in parentibus ueſtris duxiſtis ad mortẽ, q ſicut ouis ad imolãdum *1. Cor. 5.* ductus eſt, ut paſcha, qđ neſcientes in pecude celebratis, nobis p Xpm, q eſt agnus dei, conſecraretur: nã paſcha noſtrum imolatus eſt Xps. Si uere uultis C dicere, Nos ſumus: tunc dicite qñ auditis, Incraſſa *Eſaiæ. 6.* cor populi huius & aures eorũ oppila, & oculos eo- *Eſaiæ. 65* rum graua. Tunc dicite, Nos ſumus: qñ auditis, Tota die expandi manus meas ad populũ nõ credentem,& contradicentẽ. Tunc dicite, Nos ſumus: qñ *Pſal. 68.* auditis, Excęcentur oculi eorũ ne uideant, & dorſa eorũ ſemper incurua. In his atq; huiõi propheticis uocibus dicite, Nos ſumus: ubi ſine ulla dubitatione nõ uos eſtis: ſed ſic cęci eſtis: ut eſſe uos dicatis, ubi nõ eſtis:& nõ uos agnoſcatis ubi eſtis. Sed i hęc manifeſtiora ꝗ dicturus ſum, paulíſper attendite.

Vocatio gentium. Cap. 8. Certe cũ auditis in bono Iſrael, dicitis, Nos ſumus. Et cũ auditis in bono Iacob, dicitis, Nos ſumus: Et cũ nobis cauſa requiritur, r̃ndetis, Qm̃ Iacob ipſe eſt & Iſrael, ex quo patriarcha ꝓpagati ſumus, unde merito patris nr̃i appellatione cenſemur. Nõ ergo uos alto & graui ſomno dormiẽtes, ad ſpiritalia ꝗ nõ capitis excitamus: neq; nunc qũo ſpiritaliter accipiẽda ſint iſta uocabula, uobis in auditu & uiſu ſpiritali ſurdis & cęcis perſuadere conamur. Nẽpe & uos fatemini,& lectio libri Geneſeos manifeſte declarat, Vnus hõ erat Iacob & Iſrael:& unde

Tomus ſextus.

gloriamini, ipſa eſt domus Iacob, ꝗ domus eſt Iſra- D el. Quid ergo eſt qđ idẽ ipſe Propheta, cũ ꝓnunciaſ *Eſaiæ. 2.* ſet mõtẽ futurũ paratũ in cacumine mõtiũ, ad quẽ uenturæ eſſent uniuerſæ gẽtes: qa nõ de mõte Sina [uni gẽti,] ſed de Syõ & Hieruſalẽ lex & uerbũ dñi ꝓceſſurũ eſſet oibus gentibus: qđ manifeſtiſsime in Chriſto & Chriſtianis uidem̃ impletũ, Paulopoſt dicit, Et nunc tu domus Iacob, uenite ambulemus in lucẽ dñi. Hic ꝑfecto dicitis, ut ſoletis, Nos ſum̃. Sed qđ ſequiſ, paulíſper attẽdite, ut cũ dixeritis qđ uultis, etiã qđ nõ uultis, audiatis. Nã Propheta cõiungit & dicit, Dimiſit n. plebẽ ſuã domum Iſrael. Hic dicite, Nos ſumus: hic uos agnoſcite, & nobis qa iſta cõmemoramus, ignoſcite. Si n. libẽter auditis, ad ueſtrũ dicunſ alloquiũ, ſi uero indignanter auditis, ad ueſtrũ dicunſ opprobriũ. Dicanſ tamẽ oportet, ſiue uolẽtib̃ ſiue nolẽtib̃ uobis. Ecce nõ ego, ſed ꝓpheta quẽ legitis, p quẽ deũ locutum nõ poteſtis negare, quem de authoritate diuinarũ ſcripturarũ nõ poteſtis auferre, queadmodum illi dñs imperauit, exclamat uehemẽter:& ſicut tuba exal- *Eſaiæ. 58* tat uocẽ ſuã, uosq; increpat dicẽs, Et nunc tu dom̃ *Eſaiæ. 2.* Iacob, uenite ambulemus in lucem dñi. Occidiſtis E Chriſtũ in parẽtib̃ ueſtris. Tãdiu non credidiſtis, & cõtradixiſtis: ſed nõdum periſtis, qa nondũ de corpore exiſtis:& nũc habetis ſpatiũ pœnitẽdi, & nũc uenite. Olim qdẽ debuiſtis, ſed & nũc uenite: nõdũ finiti ſunt dies, cui nõ uenit ultim̃ dies. Aut ſi uos tanꝗ domum Iacob ꝓphetã ſecutos, iã in lucẽ dñi creditis ambulare, ꝗ ſit domus Iſrael quã dimiſit, oſtẽdite. Nos.n. utrosq; monſtramus, & quos ex illa domo uocãdo diſcreuerit, & quos illic remanentes dimiſerit. Vocauit.n. inde nõ ſolum Ap̃los, ſed etiã poſt Chriſti reſurrectionẽ ppl̃m magnum: unde ſuperius iã diximus, Dimiſit autẽ illos, quos etiã uos nõ credendo imitamini, & uoſipſos, q eos imitando in eadẽ pernicie demoramini. Aut ſi uos eſtis quos inde uocauit, ubi ſunt quos dimiſit? Nõ enim poteſtis dicere qđ neſcio quã aliã gentẽ dimiſerit, cum ꝓpheta clamet, Dimiſit.n. plebẽ ſuã do- *Eſaiæ. 5.* mum Iſrael. Ecce qđ eſtis, non qđ uos eſſe iactatis. Dimiſit.n.& uineam, de qua expectauit ut faceret uuas, fecit autẽ ſpinas:& mãdauit nubibus ſuis ne pluerent ſup eã imbrẽ: ſed etiã inde eos uocauit, q̃bus dicit, Iudicate inter me & uineã meã: De qbus & dñs ait, Si ego in Beelzebub eijcio dęmonia, filij F ueſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices erũt ueſtri. *Matt. 12.* Quibus hoc ꝓmittens, Sedebitis, inquit, ſuper duo *Matt. 19.* decim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Sedebit itaq; domus Iacob, quæ in lucem dñi uocata ambulauit, iudicare domũ Iſrael, hoc eſt plebẽ ipſius quã dimiſit. Qũo.n iuxta eundẽ * Prophetã, ** aliam.* Lapis quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt *Pſal. 117.* in caput anguli: niſi ꝗ ex circũciſione & præputio ppl̃i tanꝗ parietes de diuerſo uenientes, in angulo ſibimet tanꝗ in pacis oſculo copulantur? Vnde dicit Ap̃ls, Ipſe eſt.n pax nr̃a, q fecit utraq; unũ. Qui *Epheſ. 2.* ergo ex domo Iacob ſiue Iſrael uocatẽ ſecuti ſunt, ipſi ſunt lapidi angulari cohærentes, & in dñi luce ambulantes: Quos uero ibi dimiſit, ipſi ſunt ruinã ædificantes, & angularem lapidem reprobantes.

Poſtremo ſi hæc uerba prophetica ſcdm cor ue- *Ex alio* ſtrum in alium ſenſum detorquere conamini ò Iu- *Propheta* dæi cõtra ſalutẽ ueſtrã reſiſtentes filio dei, Si hæc, *Cap. 9.* inquã, uerba ſic uultis accipere, ut eadẽ ſit plebs &

c

G domus Iacob uel Iſrael,& nocata & dimiſſa : nō in
alijs uocata,ī alijs dimiſſa,ſed uniuerſa ꝓpterea uo
cata,nt ambularet in lucē dn̄i:qm̄ ꝓpterea erat di-
miſſa,ꝙ nō ambulat in lucem dn̄i : Aut certe ſic in
alijs uocata,ī alijs dimiſſa, ut nulla facta ſeparatio
ne menſæ dn̄icæ,ad Xp̄i ſacrificiū pertinentis, ſub
eiſdem neteribus ſacr̄is eſſent utriq̄.ſ.q in luce dn̄i
ambulantes,eius præcepta ſeruarunt:& ij q iuſtitiā
reſpuentes,ab eo deſeri meruerunt. Si hæc ergo ſic
intelligere uultis,qd dicturi eſtis , & qūo aliū Pro-
phetā intellecturi, qui uobis oīno hanc amputat
Malac. 1. uocē,tanta manifeſtatione clamantē, Nō eſt mihi
uoluntas in uobis,dicit dn̄s oīpotens , & ſacrificiū
non accipiā de manibus ueſtris . Quia ab Oriente
ſole uſq; in Occidentē nomen meū clarū factū eſt
in gentibus:& in omni loco ſacrificiū offert nomi-
ni meo,ſacrificiū mundū:qm̄ magnum eſt nomen
meū in gentibus,dicit dn̄s omnipotens. Qua tan-
dem uoce tantæ rer̄ euidentiæ reclamatis ? Quid
uos amplius nimis impudenter extollitis , ut gra-
uiore ruina miſerabilius pereatis?Non eſt mihi uo
luntas in uobis,dicit,non quicunq;,ſed dn̄s omni-
H potens.Quid tantū de Abrahę ſemine gloriamini,
qui ubicunq; auditis Iacob aut Iſrael, aut domū Ia
cob,aut domū Iſrael cū aliqua laude dici, cōtendi
tis hoc nō potuiſſe dici, niſi de nobis : cū dn̄s oib⁹
† aliâs , oīpotens. † dicat,Nō eſt mihi uoluntas in uobis,& ſacrificiū
non accipiā de manibus ueſtris ? Certe hic negare
nō poteſtis,nō ſolū illū nō accipere ſacrificium de
manibus ueſtris,ſed nec uos illi offerre manib⁹ ue-
ſtris.Sed quare hoc illi offerri de manib⁹ ueſtris nō
uult?Locus.n.unus eſt lege dn̄i cōſtitutus , ubi ma
nibus ueſtris ſacrificia iuſsit offerri,præter quē lo-
cum oīno prohibuit.Hunc ergo locum qm̄ ueſtris
meritis amiſiſtis,etiā ſacrificiū qđ ibi tātū licebat
offerri,in locis offerre alijs nō audetis Ecce oī mo-
do impletum eſt,qđ ait Propheta . Et ſacrificiū nō
accipiam de manibus ueſtris. Nā ſi in terrena Hie-
ruſalē maneret uobis tēplū & altare, poſſetis dice-
re in eis hoc eſſe cōpletū , quor̄ iniquor̄ inter uos
cōſtitutor̄ ſacrificia dn̄s non acceptat : alior̄ uero
ex uobis atq; in uobis acceptare ſacrificia , qui dei
præcepta cuſtodiūt:hoc no eſt cur poſsit dici, ubi
nullus oīno ueſtrū eſt,qui ſcdm legē, quæ de mon
I te Sina proceſsit,manibus ſuis ſacrificiū poſsit of-
ferre Neq; hoc ita prædictū & impletū eſt, ut uos ꝓ
† Prophetica ſnia. pheticæ ſniæ † rn̄dere permittat , qa manibus non
offerimus carnē,ſed corde & ore offerimus laudē,
Pſal. 49. ſcdm illud ī Pſalmo,Immola deo ſacrificiū laudis.
Etiam hinc cōtradicit uobis,q dicit, Non eſt mihi
uoluntas in uobis.Deinde ne exiſtimetis nō offerē
tibus uobis,nec illo accipiēte de manibus ueſtris,
Pſal.15. deo ſacrificiū nō offerri,quo qdē ille non eget, qui
bonor̄ noſtror̄ nullius indiget : tn̄ ꝙ ſine ſacrifi-
cio nō eſt,qđ nō illi,ſed uobis utile eſt,adiungit &
dicit,Quia ab Oriente ſole uſq; in Occidentem no
men meum clarū eſt factū in oibus gentibus: & in
omni loco ſacrificiū offertur nomini meo , ſacrifi-
cium mundū:qm̄ magnū nomē meū in gentibus,
dicit dn̄s omnipotens. Quid ad hæc rn̄detis? Aperi
te oculos tandem aliqn̄ , & uidete, ab Oriente ſole
uſq; in Occidentem:non in uno,ſicut nobis fuerat
conſtitutū,ſed in omni loco offerri ſacrificiū Chri
ſtianor̄:non cuilibet deo, ſed ei qui iſta prædixit,
Eſ1.45. deo Iſrael. Vnde & alibi dicit Eccleſiæ ſuæ , Et qui

eruerit te,ipſe deus Iſrael uniuerſę terræ uocabitur. K
Scrutamini ſcripturas, in qbus putatis uos habere Ioan.5.
uitam æternā. Et profecto haberetis, ſi Xpm in eis
intelligeretis & teneretis. Sed perſcrutamini eas,ip-
ſæ teſtimoniū perhibent de hoc ſacrificio mūdo,
qđ offertur deo Iſrael,non ab una gente ueſtra , de
cuius manibus nō ſe acceptur̄ prædixit,ſed ab oi- Eſa.2.
bus gentibus , quæ dicunt , Venite aſcendamus in
montē dn̄i. Nec in uno loco,ſicut uobis præceptū
erat in terrena Hieruſalē,ſed in oī loco,uſq; ī ipſam
Hieruſalē Nec ſcdm ordinē Aaron , ſed ſcdm ordi-
nem Melchiſadech. Chriſto.n. dictū eſt,& de Chri-
ſto tanto ante prædictū eſt,iurauit dn̄s , & nō pœ- Pſal 109
nitebit eum:tu es ſacerdos in æternū, ſcdm ordinē
Melchiſadech.Quid eſt,iurauit dn̄s,niſi inconcuſ-
ſa ueritate firmauit?Et qd eſt, non pœnitebit eum:
niſi hoc ſacerdotium nulla oīno ratione mutabit?
Neq; n ſicut hoīem, pœnitet deum , ſed dei dicitur
pœnitentia,quāuis ab illo inſtitutæ rei cuiuſq; mu
tatio, quæ credebatur eſſe manſura . Proinde cum
dicit,Non pœnitebit eū,tu es ſacerdos in æternum
ſcdm ordinē Melchiſedech,ſatis oſtendit eū pœni-
tuiſſe:hoc eſt,eum mutare uoluiſſe ſacerdotiū, qđ L
conſtituerat ſcdm ordinem Aaron : ſicut de utroq;
uidemus impletum.Nā & Aaron ſacerdotium iam
nullū eſt in aliquo tēplo,& Chriſti ſacerdotium in
æternū perſeuerat in cœlo. Ad hāc ergo lucem dn̄i
uocat nos Propheta,cū dicit, Et nunc tu Iacob do- Eſa. 2.
mus uenite ambulemus in lucem dn̄i . Tu domus
Iacob,quā uocauit & elegit,nō tu quā dimiſit . Di-
miſit.n.plebem ſuā domū Iſrael. Quicunq; inde ue
nire uultis,ad hanc pertinebitis , quā uocabit : illa
carebitis,quā dimiſit. Lux quippe dn̄i , in qua am-
bulant gentes, illa eſt de qua idem Propheta dicit,
Dedi te in lucem gentium , ut ſis ſalus uſq; in fines Eſa. 49.
terræ.Cui hoc dictū eſt , niſi Chriſto ? De quo im-
pletū eſt,niſi de Chriſto ? Nō eſt iſta lux in uobis,
de qbus identidē dictū eſt , Dedit illis deus ſpiritū Roma. II
cōpunctionis,oculos,ut nō uideāt: & aures, ut nō
audiant,uſq; in hodiernum diem . Nō eſt inquā,in
uobis hæc lux:ideo oī * cæcitate lapidē reproba- * nimia
tus,q factus eſt caput anguli. Ergo accedite ad eū,& Pſal 117.
illuminamini.Quid eſt, accedite,niſi credite?Quò Pſal.33.
enim eatis,ut ad eū accedatis,cum ille ſit lapis , de M
quo Daniel Propheta dicit , ꝙ creſcēdo tā magnus Daniel.2
mons factus ſit,ut impleret uniuerſam faciē terræ?
Sic.n.& gētes q̄ dicūt,Venite aſcendamus in mōtē Eſaia. 2.
dn̄i,nuſquā terrar̄ pergere & peruenire cōtendūt.
Vbi ſunt , ibi aſcendunt: qa in oī loco ſacrificium
offertur ſcdm ordinē Melchiſedech . Et ſicut alius
Propheta dicit , Exterminat deus oēs deos gentiū
terræ, & adorant eum unuſquiſq; de loco ſuo . Cū
ergo uobis dicitur,Accedite ad eū, nō uobis dicit,
naues aut iumēta ꝑparate, & ueſtris uictimis one-
rate,& de tā longinqua terra pergite ad locum,ubi
deus ſacrificia ueſtræ deuotionis acceptet:ſed acce
dite ad eū,q in ueſtris auribus prædicat , Accedite
ad eū,q ante oculos ueſtros glorificatur, Ambulā-
do nō laborabitis,ibi enim acceditis ubi creditis.

Hæc fratres chariſsimi,ſiue gratanter , ſiue indi- Qualiter cū Iudæis differē dum ſit.
gnanter audiant Iudæi,nos tn̄ ubi poſſumus, cum
eor̄ dilectione prædicemus. Nec ſupbe gloriemur
aduerſus ramos fractos,ſed poti⁹ cogitemus cuius
gr̄a & q̄ta miſericordia, & ī qua radice inſerti ſum⁹ Cap. 10
ut nō alta ſapiamus,ſed humilibus conſentientes, Roma.11.

A non eis cũ pſumptione inſultando, ſed cũ tremore
exultãdo dicamus, Venite ambulemus in lucẽ do-
mini, qm̃ magnũ eſt nomen eius in gentibus. Si n.
audierint, & obaudierint, erunt inter eos, de quib⁹
Pſal. 33. dictum eſt, Accedite ad eũ, & illuminamini: & uul-
tus ueſtri nõ erubeſcent. Si aũt audiunt & non ob-
audiunt, uident & inuident, inter eos ſunt, de qbus
Pſal. 111. dictũ eſt, Peccator uidebit, & iraſcetur: dẽtib⁹ ſuis
Pſal. 51. frendet, & tabeſcet. Ego aũt, dicit Eccleſia Chriſto,
uelut oliua fructifera in domo domini, ſperaui i mi
ſericordia dei in æternum, & in ſeculum ſeculi.

Finis.

CENSVRA.

*Libellus elegans, ſed qui nihil habeat phraſeos Auguſti-
niane. Videtur aulicus aut Iurecõſult⁹ quiſpiã fuiſſe.*

DE ALTERCATIONE ECCLESIAE & Synagogæ, Dialogus.

DVarum matronarũ uobis cenſo
B ribus cauſam uideor ſuſcepiſſe,
utraq; negocia magis lateribus
panditurus, ut quicquid ex iudi
cio ueſtro ueritas expoſtulata
diremerit, id una de duabus ob
ſeruet. Idcirco in hoc cœtu ue-
ſtro ius recito, tabulas offero. Lege agat, qa de poſ-
ſeſsione cõtentio eſt: & reuoluere imperiali ſanctio
ne ſententias nõ morabor: ut quicquid ueritatis or
do perſpexerit, iuxta legẽ diuinitus datã, cõcentus
ueſtri ſententia ꝓmulgetur. Vna quibuſdam tẽpo-
ribus adulterio deprehenſa poſſeſsionis nr̃ę pręco,
qua perſuaſione iura temerauerat: alia merito caſti
tatis p ſentẽtiam donatoris, poſſidentẽ illam q̃ au-
ribus ueſtris uidetur exacta, nonnulla apud ſeculũ
prius clandeſtina fraude priuauerat: redhibitione
cõpellitur quotidie reddere: & adhuc quantũ red-
diderat debet. Totũ. n. quicquid poſſeſsioni defen-
derat, abiuramus. Ergo ſi cauſæ faciem, ſi frontẽ pa
Pſal. 11. rabolæ uultis audire, Gentes hęreditatem noſtram
poſſeſsionẽ, & terminos terræ nobis anguſtali iure
C cõceſſam, potens quondã, diues auro mulier ſyna-
goga pſuaſit. Mox ſupplicauimus, p̃ces retinemus i
manib⁹, introductio ꝑtinus fundi, habita poſſeſsio
in nr̃o iure conſiſtit Reſolui nolumus in̄, quicquid
ornamentoꝝ mulier inquieta pſuaſit. Quę cum po
ſtularet ut redderet, lentius q̃ deberet exoluit. Nũc
ergo ad hanc matrẽfamiliâs & uiduam, nr̃a mater-
familiâs, hoc eſt ad ſynagogã ECCLESIA dixit,
Recita qd merueris, & ego quid meruero, recitabo.
SYNAGOGA r̃ndit, Prophetæ ad me omnes ue-
nerunt, qd tu diffiteri non poteris. ECCLE. dixit,
Certũ eſt ꝙ Prophetæ, dum ad te ueniunt, remorã-
di pro tẽpore uelut ad hoſpitam cucurrerunt: nam
probo eoſdẽ ſpõſi mei iuuenes metatores. ſ Xp̃i ge-
rulos literarum, mandatoꝝ etiam portitores, inui-
dię cauſa à te fuiſſe interfectos. Nunquid ſi ad te ue
niſſent, à te quiſpiam eoꝝ potuiſſet occidi? Sed qa
ad me ueniebãt, cauſa zeli homines meos recipi cũ
non ſuſtineres, gladio & fuſtibus affeciſti. SYNA.
r̃ndit, Etiam ſi iſtud quod aſſeris feci, recte & hone
ſte peccaui: qa ego regem noueram, cuius literas fre
quenter acceperam: & tu ſyluicola q̃rebaris, q̃ Bar-
baroꝝ ritu rure collib⁹ intra inuia uel ſecreta, agre-

ſti quodã tugurio cõmanebas. Nã qd te aliqñando D
ruſticius fuit? Tu cũ gentibus, cũ quibus ego ſæpe
pugnaui, paſtorali more balantia credo pecora ſe-
quebaris: ego ſceptro & legionibus fulta, apud Hie
roſolymã purpureo amictu regnabam: ego Roma
num poſsidebã imperium: ego reges, milites, & alie
nigenarũ gẽtium duces occidi: mihi Perſa & Indus
aurũ, gẽmas, ebur, argẽtum & ſericum, totaſq; opes
aduexit: tu montana ruſtica, apta pecorib⁹, tu preſ
ſis in uallibus tantũ diuerſabare ſolicita: tu ex ua-
ſta rupe condenſior *, cui rimoſus lapis timidum ** Forte cõdenſaq; aut contẽptior.*
quondam p̃ſtabat hoſpitium, lac de caſeo uaccinia
cũ glande mandebas: ego Pharaonẽ ſuis curribus,
ego Aegyptios, ego Chananæos, Hiebuſæos, & Ce-
thæos, & Phereſæos reges occidi. ECCLE. dixit,
Recognoſco q̃ loqueris, & laudes tuas diffiteri non
poſſum. Scio qa urbis tuæ & ambitioſa fora, & capi
tolia celſa uidiſti: armoꝝ tuoꝝ impreſsio, & ſulgen
tia clypeoꝝ ſigna, ſpicula, enſes, iacula miſſoꝝ telo-
rum, expreſſus equeſtrium exercituum gemitus ma
gnos ornatos duces & tyrãnos ſtrauit. Scio poten-
tiam tuã, quã Hieroſolyma illa pompatili faſtu ru- E
ctuabat. Scio. n. quia tibi quondã Romanus orbis
intremuit, & terra gentium palpitauit: ſed memor
eſſe debes qd propter unam mulierẽ Dinam feceris
in Sichem. Imbelles homines, & innocentiæ ſuę ho *Gene. 34.*
nore fulgẽtes, latronũ ritu uaſtaſti. SYNA. r̃ndit,
Poteſtas regni ꝑmiſſæ libertatis accepit audaciam.
Nunquid in eo peccaſſe me credis, ſi ſub imperio
meo maculaui quos uolui, aut meos forſitan rebel
les occidi? Qui poteſtatẽ regnandi dederat, facien-
di utiq; quicquid uellem indulſerat dignitati. Aut
dic mihi, ſi legẽ nõ habet q ꝓprio regnat imperio,
& qui poſsidet totũ, neceſſe eſt ut regni potentiam
quocunq; uolet extendat. ECCLE. dixit, In eo me
gaudeo ſublimatã, ꝙ celſis celſior ſum facta, & re-
gna regnantiũ diſieci: & ecce ſub pedibus meis pur
purata quondã regina uerſaris Ille eſt. n. rex regũ, q
eidem imperare cœperit, quæ ſe uiderit aliquando
regnaſſe, Regnaſti fateor, Romana tibi terra ſubia-
cuit, reges & principes ceciderunt: & ſi qñ conflixe
ras, captiuus hoſtis ſuccubuit. Noli iraſci, ſi tu quæ
fueras dña, mihi facta uidearis ancilla. SYNA. r̃n- F
dit, Quia te tãto præconio declaraſti, proba ancil-
lam, & dominam recognoſco. ECCLE. dixit, Ha-
beo tabulas, recito teſtamentũ, quod ſcriba quon-
dam tuus uates ſcripſit, & Aaron magiſtratu pſen-
te ſignauit. SYNA. r̃ndit, Scio teſtamentum ſub re
gno meo conſcriptũ, ſed uolo diſcere ubi me dicta
tor uoluminis ſeruire mãdauit. ECCLE. dixit, Le
ge quid Rebeccæ ſit dictum cũ pareret, Duæ gẽtes *Gene. 25.*
in utero tuo ſunt, & duo populi de uentre tuo diui
dent, & populus populũ ſuperabit, & maior ſeruiet
minori. Certe maiorẽ te pauloante dixiſti regnaſſe,
triumphaſſe, ſceptrum tenuiſſe, purpurã poſſediſſe:
me minuſculam uallibus delituiſſe quondã, uel in
collibus habitaſſe ſaxoꝝ: te auro, ornamẽto, byſſo,
ſerico, gẽmis claruiſſe nobilibus, me minorẽ peco-
rum lacte uixiſſe. Ego oues & pecora, tu militẽ poſ
ſidebas Inde eſt quod ego minor atq; pauperior,
tu maior & diues ſubiugata mihi eligas * ꝑpſo ſer- ** forte degas.*
uitura minori. SYNA. r̃ndit, Recognoſco titulum
teſtamenti, uideo literas quas ipſa in theſauro meo
& in bibliotheca ſeruaui. Sed dicito mihi, qũo tibi
ſeruio, q̃ adhuc filios meos liberos eẽ recognoſco,

G Vacant negocijs, nauigãdi poteſtas eſt libera, cõpe des neſciũt, null⁹ uineã laborioſę neceſsitatis foſſu ra diſcerpit, neſcio an tibi ſim ſeruituti ſubiecta. ECCLE. dixit, Teſtim̃ recolis, apices recognoſcis, & adhuc non recipis ſeruitutẽ. SYNA. reſpondit. Dic tu mihi q̃d aſſeris, recognoſco Moyſen, audio, & refugere nõ poſſum, ſed q̃liter tibi ſeruiã ſcire nõ poſſum. ECCLE. dixit, Mutare te nõ potes, ſemper negas & fallis, ſemper de falſitate contendis. Certe regnaſſe te ante dixiſti, cũ ppl̃s Iſrael locũ tenuiſſet imperij * Si adhuc regnas, liberã te eſſe cognoſco, & necdũ mihi ſeruituti ſubiectã. Alioquin ſi, recte pplo Iſrael Xp̃ianus ppl̃s regnat, cõſtat te ancillam eſſe nõ liberã, quã uideo ſeruituti ſubiectã. Reſpice in legionibus ſigna, nomẽ ſaluatoris intẽde, Chriſticolas iperatores aduerte, & cõſidera te de regno eſſe diſcuſſam: & nobis iuxta teſtamẽti fidẽ q̃d ſeruas, cõfitere: tributũ mihi ſoluis, ad iperiũ nõ acce dis, habere nõ potes p̃fecturam. Iudęum eſſe Comitem nõ licet, ſenatũ tibi nõ licet, ſenatũ tibi eſſe prohibetur: p̃fectu rã neſcis, ad militiam nõ admitteris: menſas diuitũ nõ attingis, chariſmatis ordinẽ perdidiſti: totũ tibi nõ licet, cui etiã ad manducandũ ut uel male ui ueres, paucula condonamus. Ergo ſi ijs q̃ ſumma q̃ prima ſunt caruiſti, lege q̃d Rebeccę ſit dictũ, cum geminos pareret. Duę gẽtes i utero tuo ſunt, & duo populi de uentre tuo diuidenſ, & ppl̃s pplm̃ ſupera bit, & maior ſeruiet minori. SYNA. r̃ndit, Quid tñ feceram, ut me diuinitas de regno diſcuteret, & pri uaret imperio? ECCLE. dixit, Si tu ut grauiter peccaſti, tam grauis pœna ſit ſeruitutis ſub interitu mortis debitæ, nec ancilla potes eſſe nec libera. Nã cũ primũ Moyſes in monte Sina charaxatas decalo go duplices tabulas accepiſſet, uos cõtra deũ idola popoſciſtis, dicẽtes ad Aarõ, Fac nobis deos q̃ nos antecedant. SYNA. r̃ndit, Hic me miſerã erraſſe cognoſco, ſed mox eos q̃ idola popoſcerũt, uſq; ad ultimã mortẽ dãnationis peruaſit interitus. Quid ergo poſteri fecerunt, ſi mox illi ſeniores, q̃ iſtud ad miſerant, pœnæ ſuę merita ſuſceperunt? ECCLE. dixit, Certum habeo q̃ legiſti, ſed q̃ legeris retinere nõ poteris, & ipſum agnoſco. Sed recole ſcriptũ, Et annuncient filij filior̃ ſuor̃, q̃m peccata parentum eor̃ in filijs creuerunt, & no laxabo illis dicit dñs. Et alibi ait, Parẽtes uuas acerbas mãducauerunt, & filijs dentes ſtupuerunt. SYNA. r̃ndit, In quo tibi plaudis? ſub cuius regno imperium tenes? Prius ad me, uel i populo meo Xp̃s aduenit. ECCLE. dixit, Sic erat dignum, ut totum quicquid fuerat aſtruen dum, diuina ſapiẽtia p̃ueniret. Si n. ad me Xp̃s prin cipaliter aduenijſſet, & te ſub aduẽtu ipſo primę na tiuitatis repudiare uoluiſſet, hodie diceres, Non ue nit ad me, neſciui quid colerẽ: nam ſi & in populo meo dignatus fuiſſet accedere, quẽ Prophetę deum dixerant, cõfiterer. Ad te uenit, mortuos tuos uirtu tũ imperio ſuſcitauit, loquaces p̃ſtitit mutos, greſſi bus reddidit claudos, cæcos oculauit, paralyticos abſolutis artubus expediuit, leproſos ſanitati reſti tuit: & nõ eſſe deum, quẽ deum legeras, prophana mẽte dixiſti. Idcirco, q̃a dixiſti Saluatorem & dñm prius ad te ueniſſe recolo, & elogio tuo rurſus con tendo. Lege q̃d tibi Eſdras ex pſona Saluatoris ſcri pſit, Ad meos ueni, & me mei nõ receperũt. Quid ti bi faciã Iacob? Noluit me audire Iuda, transferã me ad alterã gentẽ. Vnde uides te non debere gloriari

Margin notes: * al. latũ tenuiſſet imperium. — Comes hic dignitatis nomen eſt. — χαράττω — Gene. 32. — H — I — Ezec. 18.

q̃ uideris Xp̃m. Maior. n. cauſa criminis eſt uidere K cui ſeruias, & contemnere cui debeas ſeruitutẽ. Defenderes forſitã te, ſi diceres, Nõ noui dñm, neſciui Prophetas fuiſſe mẽtitos. Attamẽ & Prophetę dixe runt, & ipſum dñm, qnẽ Prophetæ cecinerant, cum ſuis mirabilib⁹ agnouiſſes, & miſerabili refutatiun cula blaſphemaſſes, uides te ſub tanti criminis rea tu excuſare nõ poſſe. SYNA. r̃ndit, Dixerant quidẽ Prophetæ eſſe uenturũ, ſed unctũ dei, ſed puerum ſanctũ de uirgine. Vnde an ipſe dñs uenire uelit, pe nitus ignorabã. ECCLE. dixit. Recte ergo Eſaias ait, Vade & dic populo iſti, Aure audietis, & non intelligetis: & uidẽtes uidebitis, & nõ cognoſcetis. In craſſauit. n. cor populi huius, & aurib⁹ grauiter au dierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne forte uideant oculis, & aurib⁹ audiant, & corde intelligant, & re uertanſ, & curẽ illos. Nam & Hieremias ait, Me dere liquerunt fontẽ aquæ uiuæ, effoderũt ſibi lacus de tritos, & nõ potuerunt aquã potare. Et quid adiecit idẽ Propheta? Miluus cognouit tempus ſuũ, turtur & hirundo, grues, paſſeres cuſtodierunt tẽpora in troitus ſui: populus aũt meus me nõ cognouit. Nã & in Salomone credo q̃ legeris, q̃ ait, Quærent me mali, & nõ inuenient: odio. n. habuerũt ſapientiã, ſermonẽ aũt dñi nõ receperũt. Vides ergo te deum dei filium blaſphemis oculis, & prophano pectore reieciſſe. Ergo ſi legis Eſaiam, legis Prophetas, deũ Xp̃m frequenter audiſti: ſic. n. ait, ut tibi & de uirgi ne, & de filio, ſicuti ipſa dixiſti, r̃ndeam, Pariet uir go filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, q̃d interpretaſ, nobiſcũ deus. Et Dauid ait, Propterea unxit te deus, deus tuus. Et in Geneſi ſic ait, Et fecit deus hoiem ad imaginẽ ſuã. SYNA. r̃ndit, Nolo te in tãto plauſu efferant lectiones, ſed ad illud con uertere, q̃d mihi arbitror p̃futurum. Reſpice te nec legẽ accepiſſe, nec circuncisionẽ meruiſſe, in quo ſi gno gẽtilitas ſegregaſ. Inde eſt q̃ & ſignũ meum ha beo, & legem quã Moyſes protulit, nõ amitto. ECCLE. dixit, Legẽ te accepiſſe teſtaris, ſed legẽ ueteris teſtamenti, Ego aũt Euangelior̃ nouã legẽ acce pi. Et ut ſcias ueterẽ nouitate cõpreſſam, lege Eſaiã qui tibi ait, Illa uetera trãſierunt, ecce facta ſunt, no ua, nunc orienſ. Nam quod dicis te in ſalutẽ popu li, circuciſionis ſignaculũ accepiſſe, hodie, p̃bo ſtul titiam tuam fuiſſe deceptã. Si ergo p̃ circunciſionẽ æternitas donabatur, uides te capiti accepiſſe, non pedes, & uno oculo uel una manu fuiſſe truncatã: mediam uixiſſe, & mediam fuiſſe emortuã. Nam ſi dicis pplm̃ tuũ i ſigno tuæ paſsionis eſſe ſaluandũ, q̃d facient uirgines tuæ, q̃d facient uiduæ, quid ma tres etiam ſynagogæ, ſi circunciſionis ſignum pplo ad æternã uitã p̃feciſſe teſtaris? Ergo Iudæas fœmi nas habere nõ decet, uiri enim circunciduntur, mu lieres aũt p̃putium nõ admittunt: ergo ſaluę eſſe nõ poſſunt, ſi circũciſione ſaluamini. Vides ergo te ui ros, hoc eſt circũciſos habere poſſe Iudæos: mulie res aũt, quæ circuncidi nõ poſſunt, nec Iudęas nec Xp̃ianas, ſed Paganas eſſe profiteor. Audi, doceo te clariſſime circũciſionis inſignia, quã circũciſionẽ ſi accipere potuiſſes, nunquã p̃digium de regno p̃ peti cecidiſſes. Reſpice q̃d Hieremias ait: Hæc dicit dñs uiris Iudæis qui habitatis in Hieruſalem, Reno uamini inter uos nouitate, & ne ſeminaueritis in ſpinis, Circuncidite uos deo ueſtro, & circuncidite præputium cordis ueſtri. Quod & ipſe Moyſes ait, quem

Margin notes: Eſa. 6. — Hier. 2. — Hier. 8. — L — Prouer. 1. — Eſa. 7. — Pſal. 44. — Gene. 1. — Eſa. 42. — M — Hier. 4.

A quem tu ſilr ſequebaris,licet mihi mandata porta
Deut.30 ret,Erit,inqt,in nouiſsimis dieb⁹, circūcidet deus
cor tuū, & cor ſeminis tui ad dñm deū tuū aman-
Coloſ.2. dum.Et Apl's Paulus ait, circuncisi eſtis circunci-
ſione nō manufacta,nō in expoliatione carnis,ſed
in circuncisione Chriſti. Quid ad hæc dicimus ſy-
nagoga? Ecce nō carnis,ſed cordis circūciſio man-
dabat.ſ.ut uitia cordis incideres, ut libidinē deſe-
Hiere. 3. cares,ut idololatriæ caput auferres,ut tunicā forni
cationis ſcinderes, Quia ait ꝓpheta,In lapide mœ-
chata es & in ligno, Vides ergo te nō accepiſſe in ſi-
gnū ſalutis circūciſionē, ſed in ſignū potius pudo
ris & turpitudinis. Nā putas ſignū eſſe qđ ueſtitu
tegiſ,qđ pręuerecūdia nō ꝓferſ, qđ uxori tantum
modo debitū eſſe cognoſciſ, qa officina & mulie-
res tuas depilato capite ac decaluato ī aſinis ſæpe
uidi dānatas. Vtiq; ſi ſignū ſalutis eſt illud qđ adul
terā ſtuprauit, ꝙ uirginē uitiādo cōpreſſit, mulier
quę de circunciſionis ſalute ſibi turpiter luſit, dā-
nari nō debet: nec ille puniri, q adulterā de ſaluti-
fero circūciſionis ſigno cōpreſſam uel in mortē re
iecit. Neſcio an illic ſignū ſalutis eē potuiſſet, unde
B facinoris admiſſa dānanſ. Populus autē me⁹ ſignū
ſalutis in fronte geſtādo, totū hoiem uiros ac mu-
lieres, de alto ſignaculi, caſta de ſublimibus & pu-
blica libertate defendit. SYNA. rñdit. Vellē
addiſcere ubi ſignū frōtis acceperis, uel qs Prophe
ta ſignū iſtud qd dicis, hoc eſt ſignū frōtis ſignacu
lo ſanctificationis inciderit. ECCLE. dixit, Ha
Ezech.9. bes Ezechielē ꝓphetā, q ex pręſentia maieſtatis ex-
clamat, Ite & cædite, & nolite parcere oculis uřis,
Nolite miſereri ſenioribus, iuuenes, uirgines, paruu
los & mulieres interficite uſq; ad internitionē: om
nē aūt ſuper quē ſignū ſcriptū eſt in fronte, ne teti-
geritis. Idē quoq; ipſe Propheta ſic ait, Vade p me-
diam Hieruſalē, & notabis ſignū ſuper frontē uiro
rum, q ingemiſcunt & mœrent ob iniquitates quæ
Apoc.14. fiunt in medio ipſoꝝ. Itē in Apocalypſi, Vidi agnū
ſtantē in mōte Sion, & cū eo centum quadraginta
quatuor milia, & habebant nomē eius & nomen
patris eius ſcriptū in frōtib⁹ ſuis. Vides ergo ſignū
mihi datū, & inſigne crucis, quā dimiſſa te atq; de-
relicta, paſsio ſaluatoris ornauit. SYNA. rñdit,
De ſigno frontis interrogata crucis ſignaculum
C propoſuiſti, quaſi uero antequā ſaluator uenerit,
uates antiquiſsimi inſignia prædicauerint: & ideo
dicito mihi ſi legiſti ꝙ Xp̄s paſſurus eſſet & in cru
ce penderet. ECCLE. dixit, Audi ſynagoga, &
nō ut docearis, ſed, ut puniaris, aduerte legē, & in-
uenies ubi ſaluator manib⁹ extenſis crucē figurali
Eſaia.65 ter ꝓphetauit: Et ſic.n. Eſaias ex perſona ſaluatoris
ait, Expādi manus meas tota die ad plebē cōtuma
cem & cōtradicentē mihi, q̄ ambulauit uias nō bo
Hiere.11. nas, ſed poſt peccata ſua Nā & Hieremias ait, Veni-
Deut.28. te, mittam⁹ lignū in panē eius. Et ī Deuteronomio,
qa pētateucho utebaris, Et erit, inqt, uita tua pen-
Pſal. 87. dens ante oculos tuos die & nocte. Sic & Pſalmidi
cus refert, Exclamaui ad te dñe, tota die expādi ad
te manus meas. Nā in Numeris, hoc eſt in lege tua,
quā tu prior acceperas, ꝙ Xp̄s ſuſpenſus eſſet & in
cruce pēderet, ſic ait, Nō quaſi hō deus ſuſpēditur,
Nume.23 neq; quaſi filius hoīs minas patiſ. Et alibi Prophe-
ta ait, Dñs regnauit à ligno. Ecce miracula paſsio-
nis, ecce ſpeculū lucis, ecce ppli tui iniqua cōmēta,
ut deū dei filiū ī crucē ſuſpēderēt. SYNA. rñdit,

Facta recolo, & dicta ſilr recognoſco, ſed quæ D
tu es q̄ me increpare uidearis, Tu ruſtica, tu aliqñ
montana, tu dei legibus aliena, quæ gentilico mo-
re uiuebas: ego in lege uerſabar, ad me Prophetæ
uenerūt, mihiq; iuſſa & p̄cepta portabāt. ECCLE.
dixit, Audi ſynagoga, audi uidua, audi derelicta:
ego ſum qđ tu eſſe nō potuiſti, ego ſum regina q̄ te
de regno depoſui, ego ſum ſpōſa q derelictis idolis
de ſylua & de mōte deſcēdi: ut ait Patriarcha tuus, Gene.27.
Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni quē bene-
dixit dñs. Vnde uenis uirgo cū lacte, cum floribus
intemerata iuuencula, opaco de nemore, ciuis ſim
plex, læta pallio niuali cōpoſita? Spōſus meus ſpe-
cioſus præ filijs hoium, rex regū, q caput meū mi-
tra cōpoſuit: ac me ꝓtin⁹ purpurauit, uenientē exce
pit. SYNA. rñdit, Qualiter iſtud poteris cōpro
bare, ꝙ & tu ſpōſa ſis, & Xp̄s in lege uideaſ ſponſus.
ECCLE. dixit, Si ad me principaliter Prophe-
tæ cucurriſſent, hodie diceres ignoraſſe legē nō ha
buiſſe Prophetas, neſcire te qd eſſet ſcriptū. De tuis
igiſ Prophetis reuincēdā te recognoſce. Audi ergo
qd Prophetæ de ſpōſo & ſpōſa mandauerint. Nam
ſic Iohel Propheta ait, Canite tuba in Sion, ſancti- Iohel.2.
ficate ieiuniū, & indicite orōnē, aggregate pupil-
lū, ſanctificate eccleſiā, excipite maiores natu, col-
ligite paruulos & lactētes: ꝓcedat ſpōſus de cubi-
culo ſuo, & ſpōſa de thalamo ſuo. Nā certū habeo
ꝙ tu illa es Hieruſalē, de qua & ſpōſus & ſponſa, ut E
ait Dauid, Et ipſe tanq̄ ſpōſus ꝓcedens de thalamo Pſal. 18.
ſuo, Exultauit ut gigas ad currēdā uiā, à ſūmo cœ-
lo egreſsio eius, Et occurſus eius uſq; ad ſummum
eius, nec eſt q ſe abſcōdat à calore eius, Et in Apo- Apoc. 21.
calypſi Ioānes ait, Veni oſtēdā tibi nouā nuptā, ſpō
ſam agni. Et eduxit me in ſpiritu in mōtē magnū,
& oſtedit mihi ciuitatē ſanctā Hieruſalē deſcēden
tem de cœlo, habētē claritatē dei. Sic etiā ipſe Ioan
nes ait, Regnabit dñs deus oīpotens, exultemus & Apoc. 19.
lætemur, demus ei claritatē: qm̄ uenerunt agni nu
ptiæ, & uxor eius ſe præparauit. Vides ergo & ſpon
ſam & uxorem dictā fuiſſe p legē: ſpōſam, ꝙ ſpon-
deo, fidē me reddituram dño ſaluatori: uxorem, ꝙ
per cōceptū baptiſmi ſpiritu maritante, filios uteri
mei lauacro turgente producam. In quo puerperio
generationis gratioris, ſpiritus & anima nuptiali
ſocietate iunguntur. SYNA. rñdit, Illud ſcire F
deſidero, ne forte putes me oblitam fuiſſe qđ dixe
ris, totum ut uidear ſcrutari, qd eſt qđ Prophetam
dixiſſe cōtendis, qd eſt qđ ait in Deuteronomio, Deut. 28.
Et erit pendens uita tua ante oculos tuos die & no
cte? ECCLE. dixit, Non qđ te doceam, eloqui
uel effari cōtendo, ſed nec taciturnitas dubitatio-
nis lineā ducat: ac p hoc de tuo te teſtō conuinco.
Saluator.n. die & nocte pependit in cruce: hoc eſt
ſexta feria per diem, & huius diei per noctē uſq; ad
ſabbatū, quo dixiſtis iuxta legē hoīem ī ligno non
licere pendere. Hæc tibi interim, ut feciſti, dicta eſ-
ſe uideanſ: nā ad cām ueritatis, & ad dogmatis no-
dū illud cōtemplare qđ dicimus, Et erit, inqt, uita
tua pendens ante oculos tuos die ac nocte. In una
enim die fuit dies & nox. Lucē diei ſubito tenebra
rum horrore nocturna caligo diſtinxit: ſicut ſalua
tor cū ſuſpendereſ in ligno, ab hora diei ſexta uſq;
ad horā nonā tenebræ factæ ſunt, nox lumē abſtu
lit, & totā diē feralis & luctuoſa caligo cæcauit. Vi
des ergo in uno die & diē fuiſſe & noctē. Merito

G propter hãc idẽ paſſionẽ in Deuteronomio ait, Et
erit uita tua pẽdens ante oculos tuos die ac nocte.
SYNA. rñdit, Ergo ſi in cruce ſuſpẽſus eſt, ſi pe-
pendit, ſi occiſus eſt, qũo reſurrexit? Qũo tñ illũ aſ-
ſeris uiuere, reſurrexiſſe, & in cœlis i dextera patris
reſidere? Doce ergo me, ſi mortẽ uicit, ſi reſurrexit,
q uidef occiſus: ita tñ ut mihi quæ dicis, de Prophe
tis aſsignes. ECCLE. dixit, Audi miſera, audi
infęlicisſima, audi mulier parricida, quę adhuc de
Xp̃i morte, de reſurrectione ſubdubitas. Lege qd di
xerit ex pſona ſaluatoris Dauidi Pſalmo quintode
cimo, Nõ derelinques aiam meã in inferno, nec da-
bis ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Quis ẽ ſanctus
niſi Xp̃s? Quis eſt incorruptus, niſi filius dei? Sicut
ait in Pſalmo nicesſimonono, Dñe deduxiſti ab in-
feris aiam meã. Itẽ i Pſalmo tertio, Ego dormiui &
ſomnũ cepi, & exurrexi, qm̃ dñs ſuſcepit me. Et idẽ
rurſus Dauid ex pſona patris ad filium ait, Exurge
Pſal. 56. gloria mea, exurge: exurgã diluculo. Nã diluculo ꝙ
ait, hoc eſt poſt diẽ tertiã calcata morte iferisq; dã
natis, reciduat uiuus ex mortuis uẽturus ut ait Pro
Pſal. 29. pheta, Ad ueſperũ demorabif fletus, & ad matuti-
num lętitia. SYNA. rñdit, Aliud interrogauerã,
H & aliud imiſiſti: de reſurrectione cognoui, & ꝙ in-
feros ſuperauit, addidici. Sed qm̃ dixiſti die tertia
reſurrexiſſe dñm ſaluatorẽ, qđ an fuerit factũ igno
ro. ECCLE. dixit, Scio qa memor es, ſed pœni-
tentiæ cauſa nõ uis cõfiteri qđ noſti, Error mace-
rat cõſciẽtiã, & crimen memoriã tollit. Audi ergo
Chriſtum ab inferis ut nos uiuificaret die tertia re
Oſee. 6. ſurrexiſſe. Lege Oſee ꝓphetã, q ait, Viuificauit nos
die tertia. Et i Deuteronomio ſic ait, Dixit dñs ad
Exod. 19. Moyſen, Deſcẽde & ſanctifica ppl̃m meũ, ſanctifica
illos hodie & cras, & lauent ueſtẽ ſuã, & ſint parati
in perendinũ diẽ, id eſt, in diẽ ultra craſtinum. Die
Luca. 11. enim tertia deſcẽdit dñs in mõte Sina. Et in Euan-
gelio ſic ait, Progenies nequã & adultera ſignũ pe-
tit, & ſignũ nõ dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ ꝓphetæ.
Qũo.n. Ionas fuit i uentre ceti tribus diebus & tri
bus noctibus, ita erit filius hois tribus diebus &
tribus noctib⁹ in corde terræ. SYNA. rñdit, Re
cognoſco, uera ſunt quę mihi teſte ꝓphetia narran
tur, Nunc ſcire deſidero ubi ſit, ubi lateat Xp̃s qui
de terra reſurrexit: uolo n. uidere, ſi poſtea p Pro-
phetas aliqd poſt paſsionẽ uel poſt reſurrectionẽ
I habeat poteſtatis. Legi.n. ad ſaluandũ populũ uen
turum eſſe Heliam unctum dei. ECCLE. dixit,
Ergo miſera qđ negare nõ potes, cõfitere: & au-
di oia quæ ueritas celare nõ poteſt: tota ſe uſq; ad
cœlos claritatis libertas extẽdit. Lege Danielẽ qui
Daniel, 7 ait, Videbã in uiſione noctis, & ecce in nubib⁹ cœli
quaſi filius hois ueniẽs uenit uſq; ad ueterẽ dierũ,
& ſtetit in cõſpectu eius, & q aſsiſtebant obtulerũt
eum, Et data eſt ei poteſtas regia, & oẽs reges terræ
p genus, & ois claritas ſeruiens ei: & poteſtas eius
æterna, quæ nõ auferetur, & regnũ eius æternũ qđ
nõ corrumpef. SYNA. rñdit, Gloriã hr̃e unctũ
dei: hoc eſt Chriſtum negare non poſſum, Sed hoc
mihi dicito, ſi poſteaquã paſſus ẽ & reſurrexit, glo-
riam iſtã adipiſci potuit & tenere. ECCLE. dixit,
Lege Eſaiam Prophetã, qui ex pſona ſaluatoris
ait, Nunc exurgã dicit dñs, Nũc clarificabor & exal
tabor, nunc uidebitis, nunc intelligetis, nũc cõfun
demini, uana erit fortitudo ſpũs ueſtri, ignis uos
Pſal. 109 cõſumet. Sed & Dauid ait, Dixit dñs dño meo, ſede
à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabel K
lum pedũ tuoꝝ. Virgã uirtutis tuæ emittet dñs ex
Sion, & dominaberis in medio inimicoꝝ tuorum.
SYNA. rñdit, Ergo & deus & filius dei. EC-
CLE. dixit, Vtiq; ſtulta. Qui de hoie gignitur, ho
mo eſt: ita & q de deo oritur, deus profecto ſignaf.
SYNA. rñdit. Non aſſertionibus credo, ſed le-
ge reuinci deſidero. Nõ.n. te ſed Prophetas audire
contendo. ECCLE. dixit, Reſpice qđ Pſalmidi-
cus ait, & ſcies dñm deum eſſe ſaluatorẽ. Exurgat,
inqt, deus & diſsipentur inimici eius, & effugiant *Pſal. 67.*
q oderũt eũ à facie ei⁹. Sicut deficit fumus deficiãt,
& ſicut tabeſcit cera à facie ignis, ſic pereant pc̃tõ-
res à facie dei. Cantate deo, pſallite nomini ei⁹, uiã
facite ei q aſcẽdit ſup occaſum dñs nomen eſt illi.
Qui producit uinctos in fortitudine, qui habitant
in monumẽtis. Et rurſus idẽ Dauid, Exurge dñe &
iudica terrã, qm̃ tu hæreditabis in oibus gentibus.
Et alibi, Deus deoꝝ dñs locutus eſt. Et, Pariet uir- *Pſal. 49.*
go filium, & uocabif nomen eius Emanuel, qđ eſt *Matth. 1.*
interpretatũ, nobiſcũ deus. Et, Propterea unxit te *Pſal. 44.*
deus deus tuus. Habes ergo & deũ & dñm & regẽ.
SYNA. rñdit, Et deũ & dñm recognoſco, ſed L
regẽ mihi ꝓbari deſidero. ECCLE. dixit, Stul-
tisſima mulierũ, ſi deũ cõfiteris, regẽ fateri nõ de-
bes? Aut nunquid deus poteſt eſſe, niſi regnauerit?
Omne regnũ ſub pedibus dei iacet, Et quicqd re-
gna tenent, maieſtas poſſidet dei. Ergo regẽ dubi-
tas, quẽ deum ꝑfecto cognoſcis? SYNA. rñdit,
Nõ qdẽ dubito, ſed uolo mihi Iſrael ueritate ſi-
gnari. ECCLE. dixit, Lege Dauid, & inuenies in
Pſalmo. lxxi. Deus iudiciũ tuũ regi da, & iuſtitiam
tuã filio regis. Et in Pſal. lxxiij. ſic ait, Deus aũt rex
noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutẽ in medio ter
ræ. Et in Pſalmo. ij. Ego aũt cõſtitutus ſum rex ab
eo ſup Sion montẽ ſanctũ eius, annuncians impe-
riũ eius Et apud Malachiã ſic ait, Rex magn⁹ ſum *Malac. 1.*
ego, dicit dñs, & nomẽ meũ illuſtrabo apud gẽtes.
Et in Pſalmo nonagiſimoſexto, Dñs regnauit, exul
tet terra, lętentur inſulæ multæ. Et alibi, Eructauit *Pſal. 44.*
cor meũ uerbũ bonũ, dico ego opa mea regi. SY
NA. rñdit, Præueniſti me, rñdere nihil poſſum:
nõ aſſertione uerboꝝ, ſed lege uideor eſſe dãnata,
ECCLE. dixit, Interroga quæcunq; uolueris,
& ego de tuo teſtõ reuincã. SYNA. rñdit, Certe M
dicis te diffiteri non poſſe, ꝙ Xp̃s deus ſit Abrahæ,
deus Iſaac, & deus Iacob. Vtiq; Abraham Iudæus
fuit, qũo ergo me dicis dãnandam? ECCLE. di-
xit, Bene, ꝙ iam cœpiſti reciprocare ſermones, &
de obliquitate uerboꝝ p flexuras parabolaꝝ mem
bra palpare: nã & Petrus & Paulus p̃dicatores mei,
Iudæi fuerunt, ſed derelicta te, ad fontẽ uitæ, æter
namq; gr̃am cõuenerũt. Nã Abrahã, quẽ nomina-
ſti, cũ paganus eſſet, & idola cõfringeret, ſic ad diui
næ maieſtatis amicitias cõuolauit: inde incolumis
iam dei amicus, ad te rurſus acceſsit: ſed & poſtmo
dũ à te ad gentes, hoc eſt ad nos, iteꝝ redire mãda-
uit. Sic.n. in Geneſi ait, Dixit, inqt, dñs de⁹ Abrahę, *Gene. 12.*
Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo
patris tui, & uade in illã terrã, quã tibi oſtendero:
& faciã te in gentẽ magnã, & benedicã te, & magni
ficabo nomẽ tuũ. Vides ergo Abrahæ præceptum,
ut exiret de terra tua, & de cognatiõe tua, & de do-
mo patris tui: & ueniret ad terrã gentiũ, & princeps
fieret ſup gẽtes, & magnũ nomẽ acciperet. Nã & i ſi

Gene.27. gura ſaluatoris bñdixit Iſaac Iacob, Seruiēt tibi, in-
A quit, gētes, & adorabunt te principes, & eris dñs fra
tribus tuis, & adorabūt te filij matris tuæ. SYNA.
rñdit, Ergo omnes ad te uenerunt, & ego, quæ tot
& tātos filios habui, & filiorum multitudine gloriata
ſum, ut derelicta deſpicior, q̄ fui mater populis: aut
ſi tibi ut plures filios habeas in lege mādatum eſt,
probare debes ex lege. ECCLE. dixit, Nunc flecte
ris, nunc te antiquus rigor extollit mox, & ad mali-
Eſa.54. tiā replicaris. Dicit.n. dñs, Dilata locū tabernaculi
tui, & aulæorum tuorum longas fac menſuras, & palos
tuos cōfirma. Adhuc in dexterā tuam, & in ſiniſtrā
extende: & ſemē tuū gentes poſsidebit, & ciuitates
deſertas inhabitabis. Noli timere, qa deuicta es: neq;
uerearis, qa maledicta es: qm̄ confuſionem æternā
obliuiſceris. Fui utiq; maledicta, cū idola ſequerer:
fui confuſa, cū diuinitatis mādata neſcirem: fui ſte
rilis, quia baptiſmū nō habebā, quo imperio matε
ſtatis filios enutrirē: nunc exaltata ſum in filios, &
p dominū Xp̄m æterna regna ſuſcepi. Merito & in
1. Reg.2. βασιλειῶν. i. regnorum, ait, Sterilis peperit ſeptē, & quæ
B plurimos filios habebat, infirmata eſt, Et Apſus ad
Gene.25. ſeptem eccleſias epiſtolas mittit. Et Iacob accepit
uxores duas, maiorē Liam, oculis infirmioribus, ty
pum Synagogæ: & minorē ſpecioſam Rachel, typū
eccleſiæ: q̄ & ſterilis diu manſit, & poſtea peperit, &
bñdicta eſt. Merito ait in Geneſi, Et dixit dñs ad Re
beccā, Duæ gentes in utero tuo ſunt, & duo populi
de uentre tuo diuidentur: & ppls pplm ſuperabit, &
Oſee.1. maior ſeruiet minori. Itē apud Oſee Prophetā, Vo-
cabo, inquit, nō pplm meum pplm meum, & nō di
Roma.9. lectam dilectam. Erit.n. quo loco dicetur, non ppls
Eſa.1. meus, illo loco dicent filij dei uiui Nam & in Eſaia
legis, Terra ueſtra deſerta, ciuitates ueſtræ exuſtæ:
regionē ueſtram in cōſpectu ueſtro alij comedent,
& ecce deſerta eſt, & ſubuerſa populis alienis. Dere-
linquet filia Sion ſicut caſa in uinea, & ſicut cuſto-
diarium in cucumerario, & quaſi ciuitas quæ expu
gnatur, Nunc ergo ſi iuxta legē derelicta es & deſo
lata, & qd ego feci, q̄ quia credidi dotalib⁹ tabulis,
regnū magnū accepi: quod & tu proculdubio ha-
C bere potuiſſes, ſi nō te criminis furore & prophano
parricidio p̄damnaſſes: nā memor es qd ex perſona
tua Eſdras ille Propheta tu⁹ exclamet, ubi filijs tuis
miſerabilem ſeruitutē indixiſti. Ite filij, quia uidua
ſum, & derelicta: educaui uos cū lætitia, amiſi uos
cū luctu & triſtitia. SYNA. rñdit, Ergo homicidiū
feci? ECCLE. dixit, Video ſi apud te, humani ſan-
guinis pſecutrix, homicidij crimē admiſeris: nā ne-
gare nō potes, quin iuſtos dei Prophetas occideris.
SYNA. rñdit, Quis mihi probat, q maculauerim
manus meas ſanguine Prophetarum? ECCLE. dixit,
Gladius tuus p apicem mucronis madido adhuc
cruore diſtillat, & reuinci deſiderat? Audi ergo qd
3. Reg.19 Helias teſtatur, Aemulando, inquit, æmulatus ſum
dño meo oīpotenti, qm̄ dereliquerunt te filij Iſrael,
& altaria tua demolierunt, & Prophetas tuos inter-
fecerūt gladio & remāſi ego ſolitarius, & q̄runt ani
mā meam ut auferant eam Vide etiam quid Eſdras
p̄dixerit, Diſceſſerunt à te & abierunt poſt legē tuā,
& Prophetas tuos interfecerunt, q obteſtabant eos
Hiere.7. ut reuerterent ad te. Sic etiam & Hieremias ſcripſit,
Miſi ad uos ſeruos meos Prophetas ante lucē mit-
tebā & nō exaudiebatis me, neq; intendebatis auri-
bus ueſtris ne ambularetis poſt deos alienos, ut ſer
uiretis eis, & p̄cepta mea audire noluiſtis. SYNA. D
rñdit, Nunc recolo, nunc recognoſco. Sed qd dice-
retur ante, neſciui, qa prophetas iſtos neglıgēter au
diui. ECCLE. dixit, Non quod loqueris, ſed quod
intellexeris in lege etiā uidet eſſe teſtamentū, ut ait
Eſaias, Erunt hi omnes ſermones, ſicut ſermones li- Eſa.29.
bri qui ſignatus eſt: quē ſi dederis homini neſcien-
ti literas ad legendū, dicet, Nō poſſum legere, ſigna
tus eſt enim. Sed in illa die audient ſurdi ſermonē
libri, & q i tenebris, & q i nebula ſunt, oculi cæcorum
uidebunt Et ut Hieremias ait, In nouiſsimo die co- Hiere.23.
gnoſcetis eū uos. Sic & Daniel ſcripſit, Muni ſermo Dani.12.
nes, ſigna librū uſq; ad tēpus cōſummationis, quo
adducantur multi, & impleatur cognitio, qm̄ quū
fit diſperſio cognoſcent omnia. Hæc cognita ſunt
omnia, & i ſuo ordine cūcta fœliciter cucurrerunt,
Et ideo tuo te gladio ſcito eſſe damnatā, tuo te te-
ſtamento pcuſſam, tuorum Prophetarū, hoc eſt oium
Iudæorum eloquijs. Ad hoc protuli quæ monſtraui,
Euangelia & Apoſtolos mihi meiſq; ſeruando, quę
ſi legiſſes amplius imugiſſes. Gaudete populi, gau-
dete Chriſticolæ, ſterilis peperit, & quæ filios habe E
bat, cum filijs ſuis antè defecit.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, de Vtilitate credendi ad Honoratum, Liber.

SI mihi Honorate, unum atq; idē uideretur eſſe, hæreticus, & cre- *Quis ſit hæreticus & quō p Manichæos Auguſ. deceptus euaſerit.*
dens hæreticis homo, tā lingua
q̄ ſtylo in hac cauſa cōquieſcen
dum mihi eſſe arbitrarer. Nunc
uero cum inter duo plurimum
interſit: quādoquidē hæreticus
eſt, ut mea refert opinio, q alicuius tēporalis cōmo Cap. 1.
di, & maxime gloriæ principatusq; ſui gratia, falſas 24.q.3.c.
ac nouas opiniones uel gignit uel ſequitur: ille au- Hæretic⁹
tem q huiuſmodi hominibus credit, homo eſt ima eſt.4.ſen.
ginatione quadam ueritatis ac pietatis illuſus. Cū diſ.13.ca.
hæc ergo ita ſint, non putaui apud te ſilendū eſſe, ne antē.
quid mihi de inuenienda ac retinenda ueritate ui- F
deatur, cuius ut ſcis ab ineunte adoleſcētia magno
amore flagrauimus: ſed res eſt lōge remota à uano
rum hominum mentibus, qui nimis in hæc corpo
ralia ꝓgreſsi atq; lapſi, nihil aliud putant eſſe, q̄ qđ
iſtis quinq; notiſsimis nuncijs corporis ſentiunt: &
quas ab his plagas atq; imagines acceperunt, eas ſe
cum uolunt etiam cū conantur recedere à ſenſib⁹:
& ex earum mortifera & fallaciſsima regula, ineffa
bilia penetralia ueritatis rectiſsime ſe metiri putāt.
Nihil eſt facilius mi chariſsime, q̄ nō ſolum ſe dice-
re, ſed etiam opinari uerum inueniſſe: ſed q̄ re ipſa
difficillimum ſit, agnoſces, ut confido his literis
meis. Quæ ut tibi proſint, aut certe nihil obſint,
omnibusq; omnino, quorum in manus forte deue
nerint, & rogaui deum & rogo, & ſpero ita fore: ſi
Quod nō ſolū in mobilibus corpoꝝ articulis uidemus, ſed etiam terræ pars iſta nō eſt ibi ubi illa, qa ſuū locū quæq; obtinet: & pars humoris minor minore, & maior maiore loco eſt, & alia pars eſt circa fundū, alia circa oras poculi. Silr aeris partes ſuos quæq; implent locos, nec fieri poteſt ut aer quo impletur hæc domus, ſimul ſecum in eadē domo hr̄e poſsit etiā illū aerem quē uicini habent: luciſq; ipſius alia pars infunditur per hāc feneſtram, alia per aliam, & maior p maiorem, p minorem aūt minor. Nec oino poteſt eſſe aliquod corpus, ſiue cœleſte ſiue terreſtre, ſiue aereum, ſiue humidū, quod non minus ſit in parte q̄ in toto, neq; ullo modo poſsit
L in loco hui⁹ partis ſimul hr̄e aliam partē: ſed aliud hic & aliud alibi habēs p quęlibet ſpatia locoꝝ diſtanti & diuidua, uel potius, ut ita dicā, ſectili mole diſtendiť. Animæ uero natura, etiā ſi nō illa eius potentia cōſidereť qua intelligit ueritatem, ſed illa inferior qua cōtinet corp⁹ & ſentit in corpore, nullo modo inueniť locoꝝ ſpatijs aliqua mole diſtendi, Nā ſingulis ſui corporis particulis tota præſto eſt, cū tota ſentit in ſingulis: nec minor eſt pars ei⁹ in digito, & maior ī brachio, ſicut ipſe digitus brachio minor eſt: ſed ubiq; tāta, qa ubiq; tota eſt. Cū enim tangiť digitus, nō p totū corpus ſentit, & tn̄ tota ſentit. Totam. n. tactus ille non latet, qđ non fieret niſi tota præſto eēt. Nec ſi tota præſto eſt cū tangitur digitus & ſentit in digito, ut cæterū deſerat corpus, & ſeſe ad unū illum locū in quo ſentit agglomeret. Sed cū tota ſentit in digito manus, ſi alius locus tangať in pede, nec ibi deſinit tota ſentire: atq; ita in ſingulis diſtantibus locis tota ſimul adeſt, nō unū deſerens ut in altero tota ſit, neq; ita utrunq; tenēs ut aliā partē hic habeat, & alibi aliā: ſed ſufficiens exhibere ſe ſingulis locis ſimul totā,
M qm̄ tota ſentit in ſingulis, ſatis oſtendit ſe locorum ſpatijs non teneri. Quòd ſi eius memoriam cogitemus, nō rerum intelligibiliū, ſed harum corporearum, quā & beſtiæ habere ſentiuntur: nā & per loca nota ſine errore iumenta pergunt, & cubicula ſua beſtiæ repetunt, & canes dominoꝝ ſuoꝝ corpora recognoſcunt, & dormientes plerunq; murmurant, & in latratū aliqn̄ erumpūt, qđ nullo modo poſſent, niſi in eaꝝ memoria uiſarum reꝝ uel p corpus utcunq; ſenſaꝝ uerſarentur imagines: quis digne cogitet, ubi capiantur iſtæ imagines, ubi geſtentur, uel ubi formentur? Si. n. non poſſent eſſe maiores q̄ noſtri corporis quantitas tenet, diceret forte aliquis, intra ipſa ſui corporis ſpatia qbus & illa cōcluditur, has imagines aīam figurare atq; ſeruare. Nunc uero cū perexiguam terræ partem occupet corpus, & immenſarū regionū & cœli ac terrę imagines aīus uoluit, qbus cateruatim diſcedētibus ac ſuccedentibus nō fit anguſtus: atq; hinc ſe oſtēdit nō diffuſum eē p locos, qa maximorū locorū imaginib⁹ nō quaſi capiť, ſed potius eas capit:

Imaginatio & in brutis. Cap. 17.

A non ſinu aliquo,ſed ui potentiaq; ineffabili, q̃ licet
eis & addere quodlibet & detrahere, & in anguſtũ
eas contrahere & ꝑ imenſa expãdere,& ordinare ut
uelit,& ꝑturbare,& multiplicare, & ad paucitatem
Dei nulla eſt imaginatio. Cap. 18. ſingularitatẽmve redigere. Quid iã de illa loquar
potẽtia,qua intelligitur ueritas,qua iſtis ipſis,q de
corporis ſenſu hauſtæ figurant, imaginibꝰ ſeſe pro
ueritate opponẽtibus magna uiuacitate reſiſtitur?
Qua uidet aliam,uerbi gr̃a,uerã eſſe Carthaginem,
aliã quã cogitans fingit,& ꝓ ſuo arbitrio tota faci-
litate cõmutat:ex eadẽ facilitate inumerabiles ue-
nire mũdos, i qbus Epicuri cogitatio inumerabilr
peregrinata eſt.Et ne multa cõlecter,ex eadẽ ueni-
re facilitate iſtam terrã lucis ꝑ ſpatia infinita diffu-
ſam,& quinq; antra gẽtis tenebrarũ cũ habitatori-
bus ſuis,i qbus Manichęi phãtaſmata ueritatis ſibi
nomẽ auſa ſunt uſurpare.Quid ergo eſt iſta poten-
tia q̃ hæc diſcernit?Quæ ꝓfecto quantacunq; ſit,&
his oibus maior eſt,& ſine ulla tali rerũ imaginatio
ne cogitat. Huic inueni ſpatia ſi potes,hãc diffunda
ꝑ locos,hanc infinitæ molis tumore diſtẽde. Profe
cto ſi bñ cogitas,nõ potes.Quicquid.n.tibi tale oc
B currerit,iudicas ipſa cogitatione ſecari poſſe ꝑ par-
tes,faciſq; ibi aliam partẽ minorẽ, aliã maiorẽ quã
tũ placet.Illud aũt ipſum quo iſta iudicas,cernis eẽ
ſupra iſta,nõ loci altitudine, ſed potẽtię dignitate.

Deus immẽſus. Cap. 19. Quare animã ſi totiens mutabilẽ,ſiue uariarum
uoluntatũ turba, ſiue affectibꝰ ꝓ rerũ copia & ino
pia ſeſe flectẽtibus,ſiue ipſis inumerabilibus ludis
phãtaſmatũ,ſiue obliuiõe & memoria,ſiue doctri-
na & iperitia. Si ergo animã,ut dixi,his atq; huiuſ-
modi motionibꝰ totiens mutabilem,ſentis nõ dif-
fundi extendiq; ꝑ locos,ſed oia talia ſpatia potẽtiæ
uiuacitate ſuperare: qd de ipſo deo cogitandũ,aut
exiſtimandũ eſt,q ſuper oẽs rationales mẽtes incõ-
cuſſus atq; incõmutabilis manens,tribuit qd cuiq;
tribuendũ eſt. Quẽ facilius eloqui audet anima q̃
uidere:& quẽ tanto minus eloquitur,quãto ſynce-
rius uidere potuerit. Qui tñ ſi,ut Manichæorũ phã-
taſmata ꝑſtrepunt, locorũ ex una parte determina-
to,ex aliis imenſo ſpatio tenderet,quãtælibet in eo
particulæ & inumerabilia fruſta eſſent, alia maio-
ra,alia minora ꝓ cogitãtis arbitrio metirent:ut bi-
C pedalis i eo uerbi gr̃a,pars,octo partibꝰ minor eſſet
q̃ decẽpedalis.Id.n.neceſſe eſt cõtingat oibus natu
ris, q̃ ꝑ talia ſpatia diffuſæ ubiq; totæ eſſe non poſ-
ſunt,quod in ipſa anima nõ inuenitur, ſed ab eis q
cõſiderare hæc nõ ualent,deformiter de illa & tur-
Deus ſinitus Manichæo. Cap. 20. piter creditur. Veruntamen cũ carnalibus animis
fortaſſe nõ ſic agendũ eſt, ſed deſcendendũ eſt po-
tius ad eorũ cogitationes, q naturã incorpoream &
ſpiritalem cogitando potius ſequi, uel nõ audent,
uel nondũ ualent: ita ut nec ipſam cogitationẽ ſuã
eadẽ cogitatione cõſiderent,& inueniant eã locorũ
ſpatia de ipſis locorũ ſpatiis iudicantẽ.Deſcẽdamus
ergo ad eorũ ſenſus,& q̃ramus ab eis,iuxta quã par-
tẽ & iuxta qd latus,ſicut Manichæus dicit,illuſtris
Lib 1. cõtra Felicẽ Manichæum. cap. 19. illius ac ſanctæ terræ erat tenebrarũ terra. Dicit.n.
iuxta unam partẽ ac latus, nec dicit quã partẽ uel
qd latus,dextrũ an ſiniſtrũ.Sed quodlibet eligant,
illud certe manifeſtum eſt,non dici unũ latus, niſi
ubi eſt & alterũ latus. Vbi autem uel tria uel plura
ſunt latera, aut figuræ ambitus intelligitur undiq;
terminatus, aut ſi ex aliqua parte i imenſum patet,
ex iis tamen quæ latera dicuntur,neceſſe eſt,finiat.

Dicant ergo,ex alio latere, uel ex aliis lateribus, qd D
adiungebat terræ lucis, ſi ex uno latere erat gens te
nebrarum? Nõ dicunt,Sed cũ ꝓmuntur ut dicant,
infinita dicunt eſſe alia latera terræ illius quã lucis
uocãt.i.ꝑ infinita ſpatia diſtẽdi,& nullo fine cohi-
beri. Nec intelligunt iam non eſſe latera,quod qui
buſuis tardis etiã ingeniis apertiſsimũ eſt. Tunc.n.
eſſent latera ſi finibus ſuis terminarentur.Quid ad
me,inqt,ſi nõ ſint latera? Sed cũ diceres,iuxta unã
partẽ ac latus,aliã quoq; partẽ ſiue partes,uel aliud
latus ſiue latera cogebas intelligi. Nam ſi unũ tm̃
latus erat,tm̃ iuxta latus dici debuit, nõ iuxta unũ
latus. Sicut in corpore nr̃o dicimus eſſe aliqd iuxta
unũ oculũ,q̃a eſt alter oculus:aut iuxta unã maxil
lam,q̃a eſt altera.Si aũt dicamus iuxta unũ naſum,
aut iuxta unũ umbilicũ, cũ alius nõ ſit, à doctis &
ab indoctis ridebimur. Sed non te uerbis premo.
Fortaſſe.n.unum quaſi unicum appellare uoluiſti. *Deliramẽtũ de duplici terra. Cap. 21.*

Quid ergo erat iuxta aliud latus terræ, quã illu-
ſtrẽ ac ſanctã uocas?Terra,inquis,tenebrarũ.Quid
de iſta terra ſaltẽ cõcedis? Quod corporea erat? Ne
ceſſe eſt te hoc dicere,quandoquidem oia corpora
inde aſſeris originẽ ducere.Quid ergo q̃ſo,quanuis E
tardi,quãuis carnales homines,ne hoc quidẽ aliqñ
animaduertitis,q lateribꝰ ſibi iungi utraq; iſta ter-
ra nõ poſsit,niſi eſſet utraq; corporea? Cur ergo no
bis dicebat à neſcio qua cæcitate ꝑuerſis,tenebrarũ
tantũ terrã fuiſſe uel eſſe corpoream : illam uero q̃
terra luminis diceretur, incorpoream & ſpiritalam
credi oportere? Expergiſcamur aliqñ homines bo-
ni, & ſaltem admoniti quod facillimũ eſt attenda-
mus,duas terras ſibi lateribꝰ nõ poſſe cõiungi,niſi
utraq; ſit corpus. Aut ſi ad iſtam etiam poſsit con-
iungi,groſsi & tardi,q̃ro,utrũ & ipſa terra tenebrarũ
unũ latus habuerit, & cætera infinita ſicut terra lu
cis? Nõ ita credũt,timent.n.ne deo uideat æqualis.
Dicunt ergo illam ꝑ profundũ imenſam,& ꝑ longũ
ſurſum uerſus,aut ſupra illam ſpatia infinitæ inani
tatis affirmant. Et ne ipſa uel ſimplum,terra aũt lu
minis duplũ tenere uideat,anguſtant eam à duobꝰ
etiam lateribꝰ. Tanq̃ ſi unus panis,ſic.n.quod dici
tur facilius uideri poteſt,i quadras quatuor decuſ-
ſatim formet,in qbus tres ſint candidæ, una nigra:
modo de tribꝰ candidis tolle diſtinctionẽ, & fac il
las etiã ſurſum uerſus & deorſum uerſus, & undiq;
retro iſinitas, ſic ab eis eſſe creditur terra lucis. Illã F
uero nigrã quadrã fac deorſum uerſus, & retro infi
nitã,ſupra ſe aũt imenſam inanitatẽ habere.Sic opi
nant terrã tenebrarũ,ſic ab eis eſſe creditur.Sed hęc
niniis attente,& ſtudioſe inquirẽtibꝰ, quaſi ſecreta
demonſtrant. Veruntamen ſi ita eſt,apparet terrã *De lateribus & figura terrarum. Cap. 22.*
tenebrarũ à terra lucis duobꝰ lateribꝰ tangi. Et utiq;
ſi duobꝰ tãgitur,duobꝰ etiam tãgit,certe iuxta unũ
latus erat terra tenebrarũ. Deinde q̃ fœda figura lu
cis apparet, tanq̃ fiſſa ungula, nigro quodã cuneo
ſubter arctato,illac tantũ finita qua finditur,hians
etiã & patens deſuper interpoſito inani quicquid à
ſuperficie terræ tenebrarũ ſurſum uerſus imenſum
eſt:quã deinde melior ipſius terræ tenebrarũ figu-
ra oſtẽditur.Siquidẽ illa findit,hęc finditur:illa iſe
ritur,hæc interpatet: illa in ſe nulli inanitati dat lo
cũ,hęc ab inferiori tantũ parte laxa, nõ eſt qua ho
ſtili cuneo ſubimplet. Indocti ergo hoies & auari
cũ maiorẽ honorẽ tribuũt multitudini partium q̃
unitati ut ſex partes darẽt terræ lucis,tres deorſum

G uerſus, tres ſurſum uerſus, maluerũt penetrari terrã lucis q̃ penetrare. Talẽ.n. figurã etſi cõmixtam negant, penetratam tñ negare non poſſunt. Confer nunc, non ſpiritales catholicæ fidei uiros, in q̃bus quantum in hac uita aius poteſt, cernit ſubſtantiã naturamq́ diuinam nullis locorũ ſpatijs tendi: id eſt, nullis liniamentorũ dimẽſionibus figurari: ſed confer carnales & paruulos noſtros, q ſolent audi-tis in allegoria mẽbris quibuſdã corporis noſtri, uelut cũ dicuntur oculi dei, & aures dei, ſolent deũ ſibi libertate phãtaſmatis corporis humani ſpecie figurare. Hos confer iã illis Manichæis, q ſolent iſtas nugas intentis & curioſis hoibus quaſi magna ſecreta deſcribere. Et cõſidera q rationalius & honeſtius de deo ſentiãt: utrũ ij q eũ forma humana, ſua dignitate in ſuo genere ꝑdita, cogitant, an ij q eũ infinita mole diffuſum, nõ tñ undiq, ſed tribus quadris infinitũ atq condenſum: ex una uero fiſſum, patentẽ, hiantẽ, laxum ſuperius inanitate, cuneatũ inferius terra tenebrarum: uel ſi ita nælius eſt dicere, apertũ ſuperius natura ꝓpria, inarctatũ iſerius aliena. Ecce ego tecũ derideo carnales hoies, q nõdum poſſunt ſpiritalia cogitare, humana forma deũ æſti-

H mantes. Deride & tu mecũ, ſi potes, eos q tã deformẽ turpemq́ fiſſuram uel ſciſſurã dei, tam inaniter ſupra hiulcam, tã inhoneſte infra obturatã, multũ miſerabili cogitatione imaginantur. Cum ẽt interſit, ꝙ iſti carnales q humana deum forma cogitant, ſi Eccleſiæ catholicæ gremio cõtenti, cum lacte nutriẽdi ſunt, nõ ſe in temerarias opiniones ꝓcipitẽt, ſed ibi ſtudiũ pium q̃rendi nutriant, ibi petant ut accipiant, ibi pulſent, ut eis aperiatur: incipiunt ſpiritaliter allegorias parabolaſq; ſcripturarũ intelligere, & paulatim ſapere diuinas potentias, congruenter alibi aurium, alibi oculorum, alibi manuum uel pedum, uel ẽt alarum atq pennarum, ſcuti quoq & gladij & galeæ ceterarumq́ taliũ innumerabilium rerum noie enunciari. Qua intelligentia quãto magis proficiunt, tanto magis catholici eſſe firmãtur. Manichęi uero qñ figuræ illius imaginationẽ reliquerint, Manichęi eſſe non poterunt. Hoc.n. quaſi propriũ atq ꝑcipuum authoris ſui laudibus tribuunt, ꝙ dicunt illa quę ab antiqs figurate in libris de diuinis myſterijs poſita ſunt, huic q ultimus uenturus erat, ſoluenda & demõſtranda eſſe ſeruata. Et ꝓpterea poſt illum iã neminẽ doctorẽ diuinitus eſſe uenturũ, quia

I nihil iſte p allegorias & figuras dixerit, cum & antiquorum quæ talia fuerant aperiret, & ſua enodate manifeſteq́ monſtraret. Non hñt ergo iſti interpretationes ad quas reuertantur, cũ illis de authore ſuo legitur, iuxta unã uero partem ac latus, illuſtris illius ac ſanctę terrę, erat tenebrarum terra: quocunq ſe uerterint, neceſſe eſt ut phantaſmatũ ſuorum miſeria coarctati, in ſciſſuras, aut abruptas ꝑciſiones & iũcturas, aut fiſſuras turpiſsimas incidant, quas nõ dicã de incõmutabili natura dei, ſed de omni natura incorporea, quãuis mutabili, ſicuti eſt aia, miſerrimũ eſt credere. Et tñ ſi non poſſem me intendere ad ſuperiora, neq cogitationes meas à falſis imaginationibus, quas p ſenſus corporeos memoria fixas gero, in libertatẽ ac ſynceritatẽ naturæ ſpiritalis euoluere: quanto melius humani corporis forma deũ cogitare, q̃ illũ nigrum cuneũ ſciſſuræ inferiori eius affigerẽ, ſuperioremq́ uaſtiſsimã laxitatẽ, non inueniens unde oppilarem, ſic immenſa inanitate patentem & hiantẽ relinquerem. Quid iſta opinione fœdius? qd tenebroſius hoc errore dici aut fingi potuit? K

Deinde uolo mihi dicatur, qñ lego, deũ patrẽ, & ſupra lucidã beatãq́ terrã fundata regna eius, utrũ unius & eiuſdẽ ſubſtantiæ atq naturæ ſint, & pater, & regna eius, & terra? Quod ſi ita eſt, iã non quaſi aliã naturã, quæ quaſi corpus ſit dei, cuneus ille gentis tenebrarum diffundit & penetrat: quod quidẽ ipſum eſſet ineffabili deformitate turpiſsimum: ſed ipſam oino naturã dei, cuneus ille terræ tenebrarum diffindit & penetrat. Rogo cogitate iſta, hoies eſtis: Rogo cogitate iſta, & fugite taliumq́ phantaſmatũ ſacrilegia dilaniatis, ſi fieri poteſt, pectoribus, de fide uſa eradicate atq ꝓpellite. An dicturi eſtis, non unius eiuſdemq́ naturæ illa tria eſſe, ſed alterius patrẽ, alterius regna, alterius terrã: ut ſuas naturas atque ſubſtantias habeãt ſingula diuerſas, excellẽtiæ gradib⁹ ordinatas? Qđ ſi uerũ eſt, nõ duas, ſed quatuor naturas. Manichæus ꝑdicare debuerat. Si aũt unã naturã habet pater & regna, terra uero ſola diuerſam, tres naturæ fuerant ꝑdicandæ. Aut ſi ꝓpterea duas dicere maluit, quia terra tenebrarum ꝑtinet ad deum, quęro quõ ad deum lucis ꝑtineat terra: Si.n. L & naturã habet diuerſam, & non eã genuit neq fecit, non ad eum ꝑtinet, & in alieno regna eius locata ſunt. Aut ſi ꝓpterea pertinet quia uicina eſt, ꝑtineat & terra tenebrarum, quæ terram lucis non modo uicinitate contingit, ſed ẽt penetratione diſſulcat. Si aũt genuit eã, non eam credi oportet diuerſam habere naturã. Quod.n. genuit deus, hoc oportet credi eſſe quod deus eſt, ſicut de unigenito filio in catholica creditur. Itaq ad illam fugiendam & deteſtandã turpitudinẽ nos neceſsitas reuocat, ut non terram quaſi aliam, atq diuerſam, ſed ipſam dei, naturã niger ille cune⁹ diffindat. Qđ ſi nõ genuit, ſed fecit eã deus, quæro unde fecerit. Si de ſeipſo, quid aliud eſt q̃ genuiſſe? Si de aliena aliqua natura, q̃ro utrũ bona an mala. Si bona, erat ergo aliqua natura bona, quæ non ꝑtinebat ad deũ, qđ nullo modo dicere audebitis. Si aũt mala, non ergo illa gens tenebrarum ſola natura mala erat. An forte iã inde aſſumpſerat partẽ aliquã deus, q̃ in terram lucis conuerteret, & ſup illã ſua regna ſtabiliret? De tota ergo id feciſſet, ut iã olim mala natura nulla eſſet. Quod ſi nõ de aliqua ſubſtantia fecit terrã lucis, reſtat ut eã de nihilo fecerit. Quare ſi uobis iã perſuade- M tur poſſe aliqd boni oipotentem deum de nihilo facere, uenite in catholicã, & diſcite oẽs naturas, q̃s fecit deus & condidit: excellentiæ gradibus ordinatas à ſummis uſq ad infimas, oẽs bonas, ſed alias alijs eſſe potiores: eaſq́ factas eſſe de nihilo, cũ deus artifex p ſapientiã ſuã potentialiter, ut ita dicã, operaretur, ut poſsit eſſe qđ non erat: & inquantũ eſſet, bonum eſſet, inquantũ aũt deficeret, ſe non de deo genitũ, ſed ab ipſo de nihilo factum oñderet. Quid enim uos teneat, ſi conſideretis, non inuenietis: cũ terram luminis quã deſcribitis, neque hoc eſſe qđ deus eſt poſsitis dicere, ne ipſam dei naturam fœditas quadrę illius inarctet: neque de illo genitã, ne nihilominus hoc qđ deus eſt cogatur intelligi, & ad eandẽ deformitatẽ redeat: nec alienã ab illo, ne in alieno regna eũ poſuiſſe, & non duas, ſed tres naturas dicere urgeamini: neque ab eodẽ de aliena factã ſubſtantia, ne aut bonũ aliud fuerit ꝑter deũ, aut malũ præter gentem tenebrarum. Remanet igitur

Leuius peccant Manichæis. ἀνθρωπομορφῖται. Cap. 23.

1. Cor. 3.

Matt. 7.

De [illegible] Cap. 24.

Ordo bonorum ab uno deo. Cap. 25.

A uobis,ut de nihilo terram luminis deum feciſſe fa
teamini:& nõ uultis credere, φ ſi aliqd magnũ bo
num, qd tñ illo ipſo eſſet inferius,deus ex nihilo fa
cere potuit:potuit ẽt, qa bon' eſt & nulli bono in-
uidet,facere alterũ bonum,qd illo priore eſſet infe
rius: potuit & tertium cui ſcdm ꝑponeretur,& de-
inde uſq ad infimum bonum naturaꝝ factaꝝ ordi
nem ducere, donec uniuerſitas earũ, non numero
indefinito icerta deffflueret,ſed certo terminata cõ
ſiſteret. Aut ſi nec de nihilo iſtã luminis terrã deũ
feciſſe uultis fateri, nõ erit exitus quo tantas turpi-
tudines & tam ſacrilegas opiniones euadatis. Aut
uidete certe,qm̃ liberũ eſt carnali cogitationi phã-
taſmata q̃lia libuerit opinari, ne forte poſsitis aliã
formã quãcunq huic coniunctioni duarũ terrarũ
inuenire:ne tam deteſtabilis & auerſanda rerũ fa-
cies aio occurrat,terram ſ.dei,ſiue ſit eiuſdem na-
turæ qua † eſt deus,ſiue diuerſæ, in qua tñ dei re-
gna fundata ſint, ita ingenti mole per imenſam ia-
cere, ut per infinitũ porrectis & apertis mẽbris ia-
ceat,qbus fœdiſsime atq turpiſsime ab iferiori par
te recipiat ẽt ipſum imenſæ magnitudinis,inarcta
B tum illũ cuneum terræ tenebrarũ. Sed qcqd aliud
inueneritis figurę qua duę iſtę terræ ſibi cõiungũ
tur delere ꝓfecto Manichæi literas nõ poteſtis:nõ
dico alias qbus exp̃ſsius iſta deſcripſit. Fortaſsis.n.
qa paucioribꝰ notę ſunt,minus periculi hr̃e uideã-
tur:ſed iſtas ipſas de qbus nũc agitur, epiſtolę fun
damenti, quæ ferè oibus qui apud uos illuminati
uocãtur,ſolet eſſe notiſsima Hic qppe ita ſcribitur,
Iuxta unã uero partẽ ac latus illius illuſtris ac ſan-
ctę terrę, erat tenebrarũ terra ꝓfunda & imẽſa ma
gnitudine. Quid expectamꝰ amplius? Tenemus
enim qd iuxta latus erat. Qũolibet iam fingite fi-
guras,& qualia habeat liniamenta deſcribite, mo-
les certe illa imenſæ terræ tenebraꝝ,aut recto late-
re adiungebatur terræ lucis,aut curuo, aut tortuo
ſo,Sed ſi tortuoſo,& illa ſãcta terra tortuoſum ha
bet latus:nã ſi ipſa rectũ hẽat latus & tortuoſo hu
ius latere tangiť,interpatẽt cauernę q̃dam ꝓfundæ
per infinitũ inane,nec ſupra terrã tantum tenebra-
rũ inanitas erat, ſicut audire ſolebamus. Qđ ſi ita
eſt,quãto melius erat ut ſe aliquãto lõgius terra lu
C minis remoueret,atq illa inanitas tãta itereſſet, ne
oino poſſet à tenebrarũ terra ex ulla parte cõtingi:
imo etiã tantũ ſpatium pateret inanis ꝓfunditatis,
ut ſi qua gentis illius oriretur improbitas, ẽt ſi te-
mere in illam trãſilire uellent principes tenebraꝝ,
qm̃ nec uolare pñt corpora niſi aere corporeo ſup
portentur,per illud inane præcipitati, & qa infini-
tũ deorſum uerſum eſſet, ad nullũ aliqñ fundum
ꝑuenientes,ẽt ſi ſemp poſſent uiuere,nunq̃ tñ dum
deorſum ſemp feruntur,poſſent nocere. Si aũt cur-
uo latere adiungebatur, terra quoq lucis curuo eã
ſinu deformiter recipiebat. Aut ſi itrorſus iſta qua
ſi ſpecie theatri curua erat,curuã terræ luminis par
tem tali ſinu receptã, non minus deformi copula-
tione amplectebatur. Aut ſi iſta curuũ habebat la
tus, & illa rectũ, non ex toto eã latere attingebat.
Et utiq melius erat,ſicut ſupra dixi,ut nulla ex par
te cõtingeret,tantũq inane intereſſet, ut & iuſto in
teruallo utrãq terrã ſeiungeret & temerarios ipro-
bos per infinitum ꝑcipites nihil nocere ꝑmitteret.
Quòd ſi recto latere latus rectũ attingebat,nõ ui-
deo qdẽ aliq̃ uel receptacula uel hiatus: ſed planè

[...]tenius.

Terrarũ cõiũctio. Cap. 26.

uideo tantam pacem tantamq ſecum terrę utriuſq D
cõcordiã,ut maior cõiunctio eſſe nõ poſsit. Quid
enim ſpecioſius,qd cõuenientius, q̃ rectũ recto ita
copulari, ut nulla ex parte ſinus uel flexus dirũpat
aut dirimat naturalẽ ac ſtabilẽ per ifinitum ſpatiũ
loci & ab infinita æternitate iuncturã? Quæ recta
latera utriuſq terræ, ẽt ſi interpoſito inani ſepara-
rentur,nõ ſolum per ſeipſa pulchra eſſent, qa tã re-
cta eẽnt:ſed interiecto quoq interuallo ita ſibi cõ
gruerent,ut hinc atq ide pariles rectitudines ẽt ſi-
ne ulla cõiunctione, ipſa tñ ſimilitudine conueni-
rẽt. Cum aũt accedit iſta cõiunctio,qd cõcordius
ac pacatius hac utraq terra? Quid uero ẽt ipſa co-
pulatione duoꝝ rectoꝝ laterũ pulchrius dici aut
cogitari poſsit,nõ inuenio. Quid faciã cum erro
re tanto puerſis & cõſuetudine implicatis miſerri-
mis animis? Non.n.ſciunt iſti hoies qd loquantur
cum hæc loquuntur. Nõ.n.attẽdunt. Rogo,nemo
enim uos urget,nemo in certamẽ premit,nemo ꝑte
ritis iſultat erroribus, niſi qui diuinã miſericordiã
expertus nõ eſt,ut careret erroribus, tantũ id aga-
mus ut aliqñ finiantur. Intuemini paululum ſine
animoſitate & amaritudine. Oẽs hoies ſumus:non
uos,ſed errores & falſitates odimus. Quæſo intue-
mini paululum. Deus miſericordiaꝝ adiuua intuẽ
tes,& uerum quærẽtibus interius lumen accende.
Quid.n.intelligimus,ſi nõ intelligimus rectũ me-
lius eſſe q̃ prauum? Quæro ergo à uobis ſi placide
modeſteq accipitis, rectum latus terræ tenebrarũ,
qd recto lateri terrę lucis adiungitur,ſi qſpiam de-
prauaret,nullã ne illi pulchritudinẽ adimeret? Ne-
ceſſe eſt fateamini,ſi latrare nolitis,nõ ſolũ & ſi de
prauetur pulchritudinẽ auferri,ſed eã ẽt pulchritu
dinem quã cum recto latere terræ luminis potuit
hẽe cõmunem. Hanc ergo auferens,& de recto pra-
uum faciẽs,ut diſcordaret qd concordabat, & ab-
horreret qd congruebat,nunqd aliquã inde aufer-
ret ſubſtantiã? Sic ergo diſcite,non ſubſtantiã ma-
lum eſſe, ſed ſicut in corpore cõmutatione formæ
in deterius, amitti ſpẽm uel potius minui, & fœdũ
dici qd pulchrum antea dicebať, & diſplicere cor-
pus qd antea placuerat. Sic in aio rectæ uoluntatis
decus,quo pie iuſteq uiuitur, cõmutata i deterius
uoluntate deprauari: quo pctõ effici aiam miſerã, F
quæ honeſtate rectæ uoluntatis beatitatẽ obtine-
bat,nulla addita detractaue ſubſtãtia. Deinde ẽt il
lud cogitate, qa etſi cõcedamus aliis cauſis latꝰ ter
rę tenebrarum malum eſſe,φ obſcurũ,φ tenebro-
ſum,uel ſi aliqd aliud dici pot, non tñ in eo qd re-
ctum eſt,malum eſt. Sicut ergo cõcedo in eius co-
lore eſſe aliqd mali, ſic neceſſe eſt & uos cõcedatis
eſſe in eius rectitudine aliquid boni. Nefas eſt itaq
hoc quãtũcunq bonũ eſt,alienare ab artifice deo,
à quo eſſe omne bonũ qd in quacũq natura eſt,ni
ſi credamus,ꝑnicioſiſsime erramus. Quo ergo ille
& ſummum malum eſſe dicit hãc terrã, in cuius la
teris rectitudine inuenio quãtũ ad corpus attinet,
nõ paruę pulchritudinis bonũ: & ab oipotẽte atq
optimo deo eã uult eẽ penitus alienã, cum id ipm
bonum qd in illa inuenimus, cui alii tribuendum
ſit,niſi authori bonorum oium,non inueniamus?
Sed malum erat,inqt,ẽt illud latus. Puta malum eſ
ſe,deterius eſſet certe ſi non rectum, ſed diſtortum
eſſet. Quo igitur eſt ſummum malum quo põt ali-
quid cogitari deterius? Deinde neceſſe eſt aliqd bo

Ex rectitudine laterũ concludit bonitatem creaturarũ à deo. Cap. 27.

E

G ni ſit,quo carendo fit res q̃cunq; deterior. Carẽdo aũt rectitudine fieret latus illud deteri⁹. Ineſt ergo illi boni aliqd rectitudo,Et nunq̃ mihi dicis,unde ineſt,niſi ad eum te cõtuleris á quo ſiue magna ſiue parua,oĩa tñ bona eſſe fateamur. Sed iam à late ris huius cõſideratione trãſeamus ad alia. Habitabant,inqt,in illa terra ignea corpora:genera ſ peſtifera. Cum dicit,habitabãt:animata utiq; atq; uiuentia uult itelligi.Sed ne de uerbo calũniari uelle uideamur,attẽdamus iſtos oẽs habitatores terræ illius,quẽadmodum in qnq; genera uiua diſtribuerat. Hinc infinitæ,inqt,tenebræ ex eadẽ manantes natura,inæſtimabiles cum propriis fœtibus:ultra quas erãt aquæ cœnoſæ ac turbidæ cũ ſuis inhabitatoribus: quas interius uenti horribiles & uehemẽtes cũ ſuo principe & genitoribus, Rurſum regio ignea & corruptibilis cũ ſuis ducibus & nationib⁹:pari more introrſum gẽs caliginis ac fumi plena,in qua morabaṫ imanis princeps oium & dux, hñs circa ſe innumerabiles principes, quoꝝ oium ipſe erat mens & origo,hæq; fuerunt naturę qnque terræ peſtiferæ. Aiaduertimus qnq; naturas quaſi

H partes unius naturæ, quã uocat terrã peſtiferã.Hæ ſunt aũt:tenebræ,aquæ, uenti, ignis, fumus, quas qnq; naturas ſic ordinat, ut exteriores cæteris ſint tenebræ, à qbus numerare incipit. Intra tenebras aquas cõſtituit,intra aquas uẽtos,intra uẽtos ignẽ, intra ignẽ fumũ. Et habebãt iſtæ qnq; naturę ſua quæq; gña inhabitatorum ſuoꝝ, quę nihilominus qnq; ſunt. Quæro nanq;,utrum genus unum habitantium fuerit in oibus qnq; naturis, an diuerſa genera,ſicut naturæ ipſæ diuerſæ ſunt? Diuerſa ſuiſſe rñdent,& de aliis libris ita docent, ꝙ tenebras habitauerunt ſerpẽtes:aquas natantes, ſicut ſunt piſces:uẽtos uolãtes, ſicut ſunt aues:ignes quadrupedes,ſicut ſunt equi,leones,& cętera hmõi fumũ bipedes, ſicut ſunt hoies. Quis igiṫ iſta ordinauit, qs diſtribuit atq; diſtinxit, qs numerũ, qualitates, formas,uitã dedit?Hæc.n. oĩa per ſeipſa bona ſunt, nec inuenitur unde cuiq; naturæ niſi ab oium bonorum deo authore tribuãtur. Non.n.ſicut chaos deſcriberemus, quõ ẽt inſinuare Poetæ ſolent, informem quãdam materiem ſine ſpecie, ſine qualitate,ſine menſura,ſine numero & põdere, ſine ordine ac diſtinctione,cõfuſum neſcio qd atq; oino expers omni qualitate. Vnde illud qdam doctores Græci Poeton uocãt:Non ergo ſic iſti hãc quã uocant terrã tenebrarũ inſinuare conantur,ſed oino aliter longeq; diuerſe atq; contrarie latus lateri adiungunt atq; coſſinunt:naturas qnq; numerant diſtinguũt, ordinant, qualitatibus propriis enũciãt, nec eas deſertas ac infœcũdas eſſe pmittũt,ſed ſuis inhabitatoribus cõplent:eiſdemq; ipſis formas cõgruas & ſuis inhabitatioibus accõmodas tribuũt, & qd antecellit oibus uitam. Hæc tanta bona enumerare,& ab authore oium bonoꝝ deo aliena eſſe dicere,hoc eſt nec in reb⁹ agnoſcere tm̃ ordinis bonum,nec in ſe tantũ erroris malum. Sed iſta,inquit, genera qnq; illas naturas inhabitantia, ſæua erãt atq; peſtifera, quaſi ego in eis ſęuitiã, peſtemq; laudauerim. Ecce ego tecum uitupero, quæ in illis mala eſſe criminaris,lauda tu mecũ quę in illis bona ipſe cõmemoras:ita uidebis bona malis pmixta te uelle cõſtituere ꝓ ſummo & extremo malo. Vitupero ibi tecũ peſtem,lauda ibi mecum ſalutẽ.Non enim gña illa uel gigni uel nutriri, uel inhabitare terrã illã ſine ſalute aliqua potuiſſent. Vitupero ibi tecũ tenebras,lauda ibi mecum fœcũditatẽ. Tenebras.n.dicis inæſtimabiles,& addis tñ,cum ꝓpriis fœtibus:quanq̃ tenebrę nõ ſint corporeę,totumq; hoc nomen lucis abſentia eſt:ſicut nuditas, carere ueſtitu:& inanitas,uacare corporis plenitudine:ac ꝓpterea tenebræ nihil gignere potuerũt,ſi quis terra potuerit tenebroſa.i.cares luce, aliqd gignere. Sed iterim hęc omittamus,fœdus aptum ſaluti & qnqdam cõcordia numeroſa,ordinat atq; in unitatem coædificat membra naſcentiũ, ſi biuicẽ moderationis pace congruentia. Quæ oia, qs non intelligat maiori laude,q̃ tenebras uituperatione dignanda? Vitupero ibi tecũ cœnũ turbidum aquaꝝ,lauda ibi mecum & ipſam ſpẽm qualitatemq; aquaꝝ, & inhabitatoꝝ natantium membra cõgruentia,uitam corpus continentẽ & regentẽ, & omne temperamentũ ſui gñis ualetudini accõmodatum:quantũuis.n. aquas cœnoſas turbidaſq; reprehendas,eo tñ ꝙ tales aquas dicis, ut animantia ſua poſſint & gignere, & cõtinere, ſpẽm illi⁹ qualiſcũq; corporis & partium ſimilitudinẽ,qua in unam formãtur pa

L canturq; qualitatẽ,auferre non potes, qa ſi abſtuleris,nullũ erit corpus:quæ oĩa ſi es homo ſentis eſſe laudanda. Et quantuuis illoꝝ inhabitatoꝝ ſæuitiã, & inter impetus, dilacerationes & uaſtationes exaggeres, nõ eis tñ adimis numeroſos formaꝝ terminos, qbus ſibi ſingula eoꝝ corpora membrorũ parilitate pacata ſunt, & temperamentũ ſalutis & moderamen formæ, partes ſui corporis in unitatẽ amicitiæ cõcordiæq; redigẽtis: quę ſi humano ſenſu intueris, uides plus eſſe laudanda q̃ uituperãda quæ diſplicent. Vitupero ibi tecum horrore uẽtorum, lauda ibi mecum eorũdem uentoꝝ ſpirabilẽ nutricemq; naturã,& ſpẽm corporis, congruentia partium continuati atq; diffuſi: qbus rebus oibus illos inhabitatores ſuos poterant & gignere & alere,& ſalubriter cõtinere: eorumq; inhabitatoꝝ,cũ cætera quæ in oibus animantibus ſuperiori rõne laudata ſunt, tũ ꝓprie impigros & faciles unde uelint & quò uelint tranſitus, & alarũ inuolatu concordem niſum & nõ imparem motũ. Vitupero ibi tecum corruptionẽ ignis, lauda ibi mecũ genitalẽ

M ignẽ & urgentẽ, opportunamq; eius temperationẽ naſcẽtibus,& ut caleſcerent,†& ut ſuis numeris liniamentiſq; pficerent, & ut uiuere atq; habitare ibi poſſent:quę oia nõ ſolum in ignis habitatione,ſed in ipſis quoq; habitãtibus mirãda & laudãda eſſe cognoſcis. Vitupero ibi tecũ obſcuritatem fumi,& imanitatẽ principis qui in eo,ſicut dicis,morabaṫ: lauda ibi mecũ, ꝙ uel in ipſo fumo nullã partẽ ſue nis diſsimilẽ cęteris:ex quo in gñe ſuo partium inter ſe ſuaꝝ cõgruentiã modumq; cuſtodit, ut quadã unitate ſit qd eſt, quæ nemo ſobrie cõſiderat,& non mirabiliṫ laudat. Quid ꝙ ẽt fumo addis uim potentiamq; generandi, qñ eidem quoq; inhabitatores pricipes tribuis:ut qd hic nunq̃ uidimus, ibi fumus fœcundus ſit,& ſalubrẽ ſuis habitatoribus tribuat manſionem? Quod ẽt in ipſo ſumi principe immanitatẽ ſolam aduertiſti quã uituperares, nõne debuiſti attendere cætera quæ te in eius naturę laudem cogerẽt? Habebat enim animam & corpus,illam uiuificantẽ,Hoc uita inſpiratũ:cũ illa tegeret hoc obtemperaret:illa præiret,hoc ſubſe

Diſtiguit Manichæus quinq; natura terræ tenebrarũ Cap. 28.

In qnq; naturis illis terræ tenebrarum pbat Mãnchæorũ falſitatem. I Cap. 29.

Infra.ca. 30.

Oſtendit nõ eẽ ſũmũ malũ in quibus dicit Manichæus. Cap. 30.

2 ſen. di. 12. c ſed hæc. in fine. Et ca. Attende.

† coaleſcerent.

Non ſtatim malũ quod minus bonũ eſt. Ca. 31

A q̄rel:illa cõtineret,hoc non deflueret: illa moueret in numeros, hoc numeroſa mẽbrorũ cõpagine ſtabiliret Nõne te ad laudẽ mouet in hoc uno principe,uel pax ordinata, uel ordo pacatus? Qđ aũt de uno dictum eſt,hoc de cęteris intelligi licet Sed.n. erat in alios ſeuerus & immanis:nõ hoc laudo, ſed illa q̄ non uis attẽdere. Quę ſi uel admonitus intue tur atq; conſiderat quiſq; Manichęo temere credidit,ſine dubitatione cognoſcit, cũ de iſtis naturis loquitur, de bonis quibuſdã ſe loqui:ſed non ſummis & infabricatis,ſicuti eſt deus una trinitas. neq; de his fabricatis q̄ ſublimiter ordinata ſunt, ſicuti ſunt angeli ſancti & beatiſſimę poteſtates:ſed de infimis,& ꝑ ſui generis modulo in imo rerũ ordinatis bonis:q̄ dũ cõparantur ſupioribus, uituperãdæ ab imperitis exiſtimant̃:& dũ cõſiderãtur quantũ his deſit boni,qđ illis adeſt, eiuſdẽ boni abſentia mali nomẽ tenet. Et ego quidẽ ꝓpea ſic de iſtis naturis diſputo,q̄m ea nominantur quæ in hoc mũdo nota ſunt nobis. Nouimus.n.tenebras,aquas, uentos, ignẽ,fumũ:nouimus ẽt animalia ſerpẽtia, natãtia, uolantia,quadrupedia,bipedia, In q̄bus oĩbus,ex- B ceptis tenebris, q̄ ut dixi nihil ſunt aliud q̄ lucis abſentia,quæ oculis non uidendo diſcernuntur,ſicut ſilentiũ auribus non audiendo, non quia tenebræ ſunt aliq̄d,ſed quia lux non eſt:ſicut dicimur auribus pcipere ſilentiũ,non q̄a eſt aliq̄d, ſed q̄a ſonus non eſt. Exceptis ergo tenebris in hac enumeratione, cæterę naturę ſunt ẽt oĩbus notæ:quarũ ſpeciẽ quia in quãtumcunq; eſt, laudabilis & bona eſt,nemo prudens abalienat ab authore oĩum bonorũ deo.

Meliora noſtris, quæ Manichæi uolunt eſſe ſumma mala. Cap. 32.

Nã ille Manichæus ſicut uoluit naturas q̄s hic dicit ordinare in phantaſmatibus ſuis uelut in gente tenebrarũ,oĩno falſus eſſe cõuincitur. Primo, q̄a tenebræ nihil poſſunt gignere, ut dictũ eſt, Sed non tales,inq̄t,erant illæ tenebrę, quales hic noſtræ. Vnde ergo me de illis doces? An forte tã uerboſus doctrinę pollicitator cogis ut credã? Sed fac me credere. Illud tñ ſcio, q̄ ſi non habebant aliquã faciẽ ſicut iſtæ non hñt, nihil generare potuerunt:ſi aũt habebant,meliores erant. Tu aũt cũ dicis,non fuiſſe tales,quaſi peiores aliquas credi cupis. Poſſes dicere ẽt ſilẽtiũ,quod ſic eſt auribus,ut tenebrę oculis,aliq̄ ibi ſurda uel muta animalia genuiſſe: ut cũ tibi dicerẽ,non eſſe aliquã naturã ſilentium:rñderes,ſed non tale ſilentiũ erat quale hic noſtrũ: ut oĩ- C no quod uelles diceres eis,quos ſemel ut tibi crederent decepiſſes: quanq̄ id quod eum induxit, ut in tenebris ſerpentia nata eſſe cõfingeret, in ipſis quidẽ primordijs naſcentiũ potuit bene animaduerti. Sed ſunt ſerpentes qui tã acute uident,& ſic pſentia lucis exultant,ut grauiſſimũ teſtimoniũ contra eũ dicere uideant̃. Deinde in aquis natantia facile fuit hic dicere, & ad illa tranſire phantaſmata: ſic & in uẽtis uolantia, q̄m huius craſſioris aeris impulſus, in quo aues uolant, uentus dicit̃ In igne uero quadrupedia,unde illi fingere in mentẽ uenerit neſcio. Et tñ fruſtra hoc non dixit,ſed parũ attendit,& errauit nimis. Hanc.n.rationẽ ſolẽt reddere q̄ quadrupedes edaces ſint, & in concubitũ multũ ferueant. Sed multi hoies edacitate ſua ſuperant quamlibet quadrupedem,q̄ certe bipedes ſunt, quos nõ ignis, ſed fumi eſſe filios dicit. Anſeribus uero non facile quicquam edacius inuenitur:quos ſiue in fumo ponat,q̄a bipedes ſunt:ſiue in aquis, q̄a natare amãt,

D ſiue in uentis, q̄a pennati ſunt, & interdum uolãt: ad ignem certe ſcđm eius diſtinctionem non pertinent. Quod aũt attinet ad feruorẽ cõcubitus, credo eum animaduertiſſe hinnientes equos, & ſæpe morſis frenis raptos i fœminas: qđ animaduerſum dũ uult cito ſcribere, nõ attẽdit paſſerẽ parietinũ, in cuius cõparatione quiuis admiſſarius frigidiſſimus inuenitur. Bipedes uero in fumo cũ ab eis q̄ritur quare ordinauerit, rñdent elatũ & ſuperbũ eſſe bipedũ genus. Hinc.n.hoĩes originẽ trahere dicũt: & q̄m fumus globoſus & quaſi tumidus i auras erigitur, ſuperbis eſſe ſimilẽ non abſurde attenderũt. Quæ animaduerſio ſufficere debuit ad aliquã ſimilitudinẽ dandã de ſuperbis hoĩbus, ſiue allegoriã uel formandã uel intelligendã: non tñ ut ideo bipedes animantes in fumo & de fumo nati eſſe credantur. Nam & in puluere naſci debuerunt, quia ſæpe nõ minore ambitu & elatione ſurgit in cœlũ:& in nebulis,quia plerunq; de terra ita exhalantur,ut lõge intuentibus incertũ ẽt faciant, fumúſne an illæ ſint. Poſtremo cur in aquis & uentis de habitandi patientia ad habitatores ductũ eſt argumentũ q̄a uidemus & natantia in aquis & uolantia in uentis uiuere. Ignis uero & fumus nõ deterruit hoĩem mõ- E tientem,ut puderet eum tales ibi habitatores conſtituere, q̄bus nihil conſtitueretur abſurdius? Nam quadrupedẽ ignis incendit atq; corrumpit,& bipedes fumus offocat atq; necat. Vel hinc certe cogit̃ fateri,ſe meliores dicere in gẽte tenebrarũ iſtas fuiſſe naturas, ubi uult oĩa peiora credi. Siquidẽ ibi gignebat ignis quadrupedẽ & nutriebat & continebat innoxie uel ẽt cõmodiſſime. Similiter & fum' bipedes ſuos clemẽtiſſimo ſinu editos, non ſolũ ſine moleſtia, ſed uitaliter atq; indulgenter uſq; in illum principatũ educabat & cõtinebat. Ita oñdunt̃ iſta mẽdacia, animaduerſione rerũ q̄ uident̃ in mũdo,minus diligẽti minusq; ſolerti,carnali ſenſu cõcepta,& phantaſmate parturita, & temeritate edita atq; conſcripta,hæreticorũ numerũ auxiſſe.

Malũ eſſe naturæ accidit. Cap. 33.

Sed illo genere magis urgendi ſunt, ut intelligant ſi poſſunt,q̄ uere in catholica dicatur,oĩum naturarũ eſſe authorẽ deum, quo de genere ſuperius agebã cũ dicerẽ,Vitupero tecum peſtem, cæcitatẽ,cœnoſitatẽ turbidam,horribilem uehementiã, corruptibilitatem,immanitatem principũ,& his ſimilia. Lauda tu mecum ſpeciem, diſtinctionem,ordinationẽ,pacem,unitatẽ formarum, membrorũ congruentias, F & numeroſas paritates,uitalia ſpiramẽta & nutrimenta,temperamentum ſalutis, regimẽ & moderamen animæ, famulatusq; corporum ſimilitudinẽ, concordiamq; partium in ſingulis naturis, uel quę habitabant uel quæ habitabantur, & cętera huiuſmoi. Si.n.intelligent, ſi tñ ſine pertinacia uelint attendere, iam & bona & mala ſe miſcere cum loquuntur de illa terra, ubi ſolum & ſummũ malum fuiſſe crediderunt. Itaq; ſi tollãtur illa quæ mala enumerata ſunt,bona illa quæ laudata ſunt,ſine ulla uituperatione remanere,ſi aũt bona ipſa tollantur, nullam remanere naturã:ex quo iam uidet q̄ poteſt uidere, oẽm naturam inquantum natura eſt, bonũ eſſe:q̄a ex una eademq; re in qua & ego quod laudarẽ, & ille quod uituperaret inuenit,ſi tollantur ea quę bona ſunt, natura nulla erit:ſi aũt tollantur ea quę diſplicẽt,incorrupta natura remanebit. Tolle aq̄s ut nõ ſint cœnoſę & turbidę, remanẽt aquę purę atq;

G tranquillæ: tolle de aquis partium concordiã, non
erũt aquę. Si ergo malo illo adẽpto, manet natura
purgatior: bono aũt detracto, nõ manet, ulla natu
ra. Hoc ibi facit naturã qđ bonũ habet: qđ aũt ma
lũ, nõ natura ſed contra naturã eſt. Tolle de uentis
horrorẽ & nimiũ impetũ q tibi diſplicet, potes co-
gitare uentos lenes atq; moderatos. Tolle de uen-
tis partium ſimilitudinẽ, qua eorũ corpus in unita-
tẽ cõtinuatur, & ſibi pacat ut corpus ſit, nulla ſub-
erit natura q̃ cogites. Longũ eſt cætera perſequi, ſed
manifeſtum eſt eis qui nullo ſtudio partiũ iudicãt,
cũ iſtæ naturæ cõmemorantur, adiungi eis quędã
qbus diſpliceat, quæ cũ detrahimus naturæ melio-
res manent. Vnde intelligitur eas inquantũ naturę
ſunt, bonas eſſe, qa cũ eis uiciſsim omne qđ bonũ
hñt detraxeris, naturæ nullæ erunt. Animaduertite
ẽt q recte uultis iudicare, illum quoq; principẽ im-
manẽ: cui ſi auferatur immanitas: attendite quãta
laudabilia remanebunt. Cõpago corporis, mẽbro
rum hinc atq; inde cõgruentia, formę unitas & pax
contextaq; inter ſe partium, aĩæ regentis ac uegetã-
tis, famulantiſq; & uegetati corporis ordo & diſpo
H ſitio. Quæ oĩa bona ſi auferãtur, & ſi qua forte mi-
nus enumeraui, nulla ꝑſus natura ſubſiſtit. Sed
fortaſſe dicetis, illa mala de talibus naturis nõ poſ-
ſe auferri, & iõ naturalia debere accipi. Nõ nunc q̃ri
tur qđ poſsit, uel nõ poſsit auferri: ſed certe nõ par-
uũ lumen eſt ad intelligendũ, oẽs naturas inquan-
tũ naturæ ſunt bonas eſſe: q sine illis malis cogita-
ri bona illa poſsint: ſine bonis aũt illis nulla natu-
ra cogitari poteſt. Nã ſine turbatione cœni poſſum
aquas cogitare: ſine pace aũt continuataq; partiũ,
nulla ſpecies corporis animo occurrit, aut ullo mo
do ſentiri poteſt: ac p hoc nec illæ aquæ cœnoſæ
ſine iſto bono eſſe potuerunt, quo bono fiebat, ut
aliq̃ natura corporea poſſet eſſe. Nã qđ dicitis, q il-
la mala de naturis talibus nõ poſſunt auferri, Rñ-
detur, q & illa bona de naturis talibus nõ poſſunt
auferri. Cur ergo iſtas res, pp mala q̃ auferri nõ poſ
ſe arbitramini, mala naturalia uocare uultis: pp bo
na uero quę auferri nõ poſſe cõuincimini, bona na
turalia uocare nõ uulti? Reſtat ut q̃ratis, nã ipſa ſo-
let eſſe uox ultima, unde ſint illa mala q̃ mihi quo-
que diſplicere dicebã. Rñdebo fortaſſe, ſi uos prius
dixeritis, vñ ſint illa bona, q̃ uos quoq; laudare co-
gimini, ſi abſurdiſsimi cordis eſſe nõ uultis. Sed qđ
I ergo iſtud quærã, cũ utriq; fateamur, oĩa quæcunq;
& quantacunq; bona ſunt, ab uno deo eſſe q ſum-
me bonus eſt? Reſiſtite ergo uoſipſi Manichæo, q
tot & tãta bona q̃ cõmemorauimus iuſteq; lauda-
uimus, pacẽ cõcordiamq; partiũ in unaquaq; natu-
ra, ſalutẽ ualentiamq; animantiũ, & cętera q̃ repete
re iã piget, ita in terra cõmentitia tenebraq; eſſe ar-
bitratus eſt, ut ab illo deo quẽ bonorũ oĩum fate-
tur authorẽ, alienare conaretur. Non.n.ea bona ui
dit, dum hoc ſolũ attendit quod diſpliceret: tanq̃ ſi
quiſpiã leonis fremitu exterritus, & eum intuẽs tra-
hentem ac dilaniantẽ pecorũ aut hoĩum corpora
quæcunq; apprehendiſſet, puerili quadã infirmita-
te animi tanto timore pcelleretur, ut ſolã feritatem
leonis intuens atq; ſæuitiã, cætera eius negligens oĩ
no atq; præteriens naturã illius animantis, non tan
tum malũ ſed magnũ ẽt malum eſſe clamaret, tan-
to.ſ.exaggeratius, quanto timidius. At ſi edomita
feritate dulcẽ leonem manſuetumq; uideret, pręſer
tim ſi nunq̃ antea fuiſſet de illa beſtia territus, tunc K
uacaret ſecuro atq; intrepido leonis pulchritudinẽ
conſiderare atq; laudare. De quo ego nihil dicã niſi
quod ad rẽ maxime ptinet, fieri poſſe, ut aliqua na
tura offendat ex aliquo, & in totũ naſcatur odiũi
cũ manifeſtũ ſit multo meliorem eſſe ſpeciẽ uerę ac
uiuæ beſtiæ, ẽt cum terret in ſyluis, q̃ imitatæ atq;
ſimulatæ cum in pariete picta laudatur. Hoc ergo
errore ille nos non decipiat, nec cæcos faciat ad cõ
ſiderandas naturarũ ſpecies, cum quædã in eis ita
reprehendit, ut omni ex parte cogat diſplicere, qđ
omni ex parte reprehendere nõ poteſt: atq; hoc mo
do animũ ad æquum iudiciũ cõponentes, q̃ramus
iã unde ſint cum illis bonis mala, quę me quoq; im
probaturum dicebã. Quod facilius uidebimus, ſi
in unũ nomẽ potuerimus cuncta cõferre. Quis
enim dubitet totũ illud qđ dicitur malum, nihil eſ
ſe aliud q̃ corruptionem? Poſſunt quidem alijs atq;
alijs uocabulis alia atq; alia mala nominari, ſed qđ
oĩum rerum malũ ſit, in qbus mali aliqđ animad-
uerti poteſt, corruptio eſt. Sed corruptio peritę ani
mæ imperitia uocatur, corruptio prudentis impru
dentia, corruptio iuſtitiæ iniuſtitia, corruptio forti
tudinis ignauia, corruptio q̃etis atq; tranquillitatis L
cupiditas uel met⁹ uel triſtitia uel iactãtia. Deinde
ĩ corpore aĩato, corruptio ſanitatis dolor & morb⁹,
corruptio uiriũ laſsitudo, corruptio q̃etis labor. De
inde ĩ ipſo loco corporis, corruptio pulchritudinis
fœditas, corruptio rectitudinis prauitas, corruptio
ordinis puerſitas, corruptio ĩtegritatis diſciſsio aut
fractura aut diminutio. Longũ eſt & difficile & ha-
rũ reꝝ quas cõmemoraui & aliarũ innumerabiliũ
oẽs corruptiones nominatim enunciare, cũ ẽt mul
tę q̃ dicunt in corpore poſsint & in aĩa dici, & innu
merabilia ſunt, in qbus ꝑpria uocabula corruptio
teneat. Verũtñ uidere iã facile eſt nihil nocere cor
ruptionẽ, niſi quod labefacit naturalẽ ſtatũ, & iõ
eã non eſſe naturã ſed contra naturã. Quòd ſi non
inuenitur in rebus malum niſi corruptio, & corru-
ptio nõ eſt natura, nulla utiq; natura malũ eſt. Sed
ſi hoc forte itelligere nõ ualetis, illud attẽdite q oẽ
qđ corrũpitur bono aliquo minuitur: qa ſi nõ cor
rũperetur, incorruptũ eſſet: ſi uero ẽt non poſſet oĩ
no corrũpi, incorruptibile eſſet. Neceſſe eſt aũt ut ſi
ue ĩcorruptio ſiue ĩcorruptibilitas bonũ ſit, ſi ma
lum eſt corruptio. Sed nunc de natura incorrupti- M
bili nulla q̃ſtio eſt, de his agit quę poſſunt corrũpi,
quæ dũ nõ corrũpuntur incorrupta dici poſſunt,
incorruptibilia non poſſunt. Illud n. ſolũ incorru-
ptibile ꝑprie dicitur, qđ non tantũ nõ corrũpitur,
ſed ẽt nulla ex parte corrũpi poteſt. Incorrupta er-
go q̃cunque ſunt & tñ corrumpi poſſunt, cũ corrũ
pi cœperint, eoipſo bono minuuntur quo in corru
pta erant: & magno quidẽ bono, qa magnum ma-
lũ eſt corruptio: & quandiu in eis augeri corruptio
poteſt, tandiu hñt bonũ quo minuãtur. Quapp na
turæ illæ, quas in tenebrarũ terra fuiſſe confingit,
aut poterant corrũpi, aut nõ poterant. Si non pote
rãt, incorruptibiles erãt, quo bono ſupius nihil eſt.
Si poterãt, aut corrũpebantur, aut nõ corrumpebã
tur. Si nõ corrumpebant, incorruptæ erãt, qđ uide-
mus ſine magna laude dici nõ poſſe. Si aũt corrũ-
pebant, minuebãtur illo tã magno bono. Si minue
bant bono, habebãt bonũ quo minuerent. Qđ ſi
habebant bonũ, non erãt naturæ illæ ſummũ ma-
lum, &

Solo mala cõſiderant Manichei. Cap. 34.

Vbicunq; corruptio ibi bonũ fuit. Cap. 35.

De natũra boni. cap. 20.

2. ſen. di. 34. cap. Oſtenſa

A lum,& omnis Manichęi fabula falſa eſt. Sed qm̄ quæſiuimus qd eſſet malum, neq; hoc naturā, ſed cōtra naturā eſſe cognouimus, cōſequenter q̄rendum eſt, unde ſit, qđ ille ſi feciſſet minus fortaſſe in has tāti erroris anguſtias laberet. Pręproperè q̄ppe ac p̄poſtere q̄ſiuit unde eēt, qđ primo non q̄ſierat qd eſſet. Et ideo nullo modo poterāt q̄renti occurrere niſi uana phantaſmata, q̄bus difficile animus carnalibus ſenſibus multū paſtus exuitur. Dicet ergo aliqs, non iam certare, ſed nō errare deſiderans: unde eſt iſta corruptio ꝙ quaſi gn̄ale malum rerū bonarū, ſed tn̄ corruptibilium eſſe comperimus? Qui talis q̄rit, cito inueniet magno ardore uerū petens, & cōſtanti pſeuerantia pie pulſans. Per hoies enim cōmemoratio aliqua ſignis uerboꝝ fieri pōt. Docet aūt unus uerus magiſter, ipſa incorruptibilis ueritas, ſolus magiſter interior: q ēt exterior factus eſt, ut nos ab exterioribus ad interiora reuocaret: & formā ſerui accipiēs, ut eius ſublimitas ſurgētibus inoteſceret, iacētibus humilis apparere dignatus eſt. In eius noie ſupplices ſumus, & per eum miſericordiā patris implorantes iſta quęramus. Pri

Vnde corruptio boni. *Cap. 36.* *Matt. 7.* *Matt. 23.* *Philip. 2.*

B mo.n. breuiſsime rn̄deri pōt quærētibus unde corruptio eſt, cū dicitur, Ex eo ꝙ hæ naturæ quæ corrumpi pn̄t, non de deo genitæ, ſed ab eo de nihilo factæ ſunt: quas qm̄ bonas ratio ſupior demōſtrauit, nemo pōt recte dicere, non deū bona feciſſe. Si aūt dixerit ſumme bona feciſſe, oportet intelligat ſummū bonū ipm eſſe qui fecit hęc bona. Quid mali, inqs, fieret, ſi & illa fierēt ſumme bona? Et tn̄ ſi quis ex nobis q̄reret accepto & credito deo patre ſummo bono, ſi eēt aliud ſumme bonū, unde eſſe pie nobis uideretur, nullo modo recte rn̄deremus, niſi de deo patre qui ſumme bonus eſt. Qđ ergo de illo eſt, meminerimus natū de illo eſſe, nō ab eo factum de nihilo, & ideo & hoc ſumme. i. incorruptibiliter bonū eē: uidemuſq; iniuſte flagitari, ut tam ſumme bona ſint quæ fecit de nihilo, q̄ ſumme bonus eſt quē de ſe genuit, quē niſi unū genuiſſet, nō id qđ ipſe eſt genuiſſet, qa ipſe unus eſt. Quapp de unico qdem filio per quē facta ſunt à patre oia bona de nihilo, imperite atq; impie fratres q̄runtur, niſi ex eo ꝙ in hoie apparere dignatus eſt. Nam ideo

Solus deus ſumme bonus. *Cap. 37.* *Ioan. 1.*

C & unigenitus in ſcripturis & primogenitus dicitur. Vnigenitus à pr̄e, primogenitus ex mortuis. Et uidimus, inq̄t, gloriam eius tanq̄ unigeniti à patre plenum gr̄a & ueritate. Et Paulus dicit, Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratrib⁹. Quòd ſi dixerimus, nō iam eſſe iſta bona quæ de nihilo facta ſunt, ſed tantū dei naturā bonā eſſe, inuidemus tātis bonis: & uox impia eſt, iniuriā putare, nō hoc eē qd deus eſt, & ideo nolle eſſe aliqd bonū, qm̄ ei pręponitur deus. Quęſo patere naturā aiæ rōnalis aliquāto minus eſſe q̄ deus eſt, & tanto minus, ut poſt iſtum te melius aliqd nō ſit. Patere, inquā, & miteſce illi, ne te adhuc repellat in infima, ubi p anguſtias pœnales ēt atq; ēt bonū qđ es uileſcat tibi. Superba es in deū, ſi indignaris ꝙ te antecedit: & nimis cōtumelioſe de illo ſentis, ſi non ineffabilr̄ gratularis tam magnū bonū eſſe te, ut ſolus ſit ille pſtantior. Quo cōſtituto atq; firmato, illud ne dixeris ò aia humana, Me ſolam naturā deus facere debuit, nollem ut poſt me aliqd boni fieret. Non.n. qđ bonū eſt poſt deū, iam debuit eſſe nouiſsimum. Et hinc maxime apparet quātā tibi tribuerit dignitatē, ꝙ deus qui ſolus tibi naturaliter dn̄atur, fecit alia bona q̄bus

Ibidem. *Roma. 8.*

D tu quoq; dominareris. Nec mireris ꝙ nunc tibi nō oimodo ſeruiunt, & te aliqñ ēt cruciēt, qa dn̄s tuus maiorem p̄tātem habet in ea quæ tibi ſeruiūt, q̄ tu in ipſa, tanq̄ in ſeruos ſeruoꝝ ſuoꝝ. Quid ergo mirum ſi tibi peccanti. i. non obtemperanti dn̄o tuo, pœnalia q̄bus dominabaris effecta ſunt. Quid .n. tam iuſtū, & qd iuſtius deo? Hoc nanq; humana natura in Adam meruit, de quo non eſt hic diſputandi locus: ſed tn̄ dominator iuſtus & iuſtis præmiis & iuſtis ſuppliciis approbatur, beatitate recte uiuētiū pœnaq; peccantiū. Nec tn̄ ſine miſericordia derelicta es, quæ certis rerum temporumq; menſuris uocaris ut redeas: ita recto moderamine altiſsimi conditoris, quouſq; ad bona terrena peruentū eſt, quæ corrūpuntur & reformantur, ut haberes ſupplicio mixta ſolatia, & ut laudares deum delectata ordine bonorū, & refugeres in eū exercitata experimentis malorū. Ita inquantū tibi terrena ſeruiūt, docent te eſſe dn̄am ſuā: inquātū aūt moleſta ſunt, docent ut ſeruias dn̄o tuo. Quapropter q̄uis ſit malum corruptio, & q̄uis non ſit a conditore naturarū, ſed ex eo ſit, ꝙ de nihilo factæ ſunt: tn̄ ēt ipſa

E illo regente & gubernante oia quæ fecit, ſic ordinata eſt, ut non noceat, niſi naturis infimis ad ſuppliciū dānatoꝝ, & exercitationē admonitionēmq; redeuntiū, ut inhęrēdo deo incorruptibili maneāt incorrupti, qđ unum eſt bonū noſtrum: ſicut per Prophetam dicitur, Mihi aūt inhęrere deo, bonum eſt. Neq; illud dixeris, Non faceret deus naturas corruptibiles: inquantū .n. naturæ ſunt, fecit deus: inquantū aūt corruptibiles, nō deus fecit. Non.n. eſt ab illo corruptio, q ſolus eſt incorruptibilis. Si hoc capis, gr̄as age deo: ſi nō capis, q̄eſce, & noli temere nondū intellecta dānare: ſupplexq; illi, qui lumen mentis accēdit, attēde ut intelligas. Cū.n. dicitur, natura corruptibilis: non unū, ſed duo noia dicuntur. Itē cū dicitur, Deus fecit ex nihilo: nō unū, ſed duo noia audiuimus. Redde ergo iſtis ſingulis illa ſingula: ut cū audis naturā, ad deū ptineat: cū audis corruptibilē, ad nihilū: ita tn̄ ut ipſę corruptiones, q̄uis nō ſint ex dei arte, in eius tn̄ p̄tāte ſint diſponēdæ pro rerum ordine & meritis aiarū. Ideo recte dicimus ab illo eſſe præmium atq; ſuppliciū.

Natura à deo, corruptio ex nihilo. *Cap. 38.* *Pſal. 72.*

F Item.n. fecit corruptionē, ut poſsit corruptioni eū dare, qui corrūpi meruit. i. qui ſeipſum cœperit peccando corrūpere, ut cruciantē ſentiat corruptionē inuitus, q blandientē illicita oblectatione cōcupiſcentiā uolens cōmiſit. Non.n. in ueteri teſtō tantum ſcriptū eſt, Ego facio bona, & cōdo mala: ſed euidētius in nouo, ubi dn̄s dicit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, & amplius nō hn̄t qd faciāt: ſed eum timete, q cum corpus occiderit, habet poteſtatē aiam mittere in gehēnam. Voluntariæ autē corruptioni addi iudicio diuino pœnalem corruptionē, manifeſtiſsime Paulus Ap̄ls atteſtatur, cum dicit, Templum.n. dei ſanctū eſt, qđ eſtis uos: qſqs tēplum dei corruperit, corrumpet eum deus. Qđ ſi in ueteri lege dictum eſſet, q̄bus inuectionibus iſti impetū facerent accuſantes quaſi corruptorē deū? Qđ uerbū metuētes multi Latini iterpretes, noluerūt dicere corrūpet, ſed diſpdet illū de⁹: & nō deuiantes à re ipſa, offēſionē uocabuli deuitarūt. Quāq̄ iſti nō minus inueherētur in pditorē deū, ſi hoc in ueteri lege, aut i Prophetis iuenirēt. Sed Gręcis exē-

Mala quō ſint à deo *Cap. 39.* *Eſaia. 45* *Matt. 10* *1. Cor. 3.*

G plaribus cōuincuntur, in qbus apertiſsime ſcriptū eſt, Quiſqs tēplum dei corruperit, corrumpet illū deus. Quod ſi qs ab eis quærat, quo dictum ſit, ne corruptor putetur deus, exponūt ſtatim, Corrumpet dictum eſſe, corruptioni tradet: uel ſi quo alio modo pñt. Quo aio ſi eſſent in ueterem legem, & multa ibi miranda intelligerent: & nondum intellecta nō cum odio lacerarent, ſed cum honore deferrent. Quiſqs autē nōdum credit ex nihilo eſſe corruptionē, ꝓponat ſibi hæc duo, eſſe & nō eſſe, quaſi ex diuerſis partibus itelligēdi grã, ut cum tardis tardius ambulemus: deinde uelut in medio cōſtituat aliqd, utpote corpus animātis, & q̄rat hoc ſecū, dum formatur illud corpus, & naſcit: dū augetur ei⁹ ſpēs, nutritur, cōualeſcit, roboratur, decoratur, firmatur inquātum manet, & iquantū ſtabilitur, in quā partē tendat, utrum ad eſſe, an non eſſe: nō dubitabit qdē eſſe aliqd in ipſis ēt primordiis: ſed quātò magis forma & ſpecie & ualētia cōſtabilitur atq; formatur, tantò magis fieri, ut ſit, & in eā partē tendat, qua poſitum eſt eſſe. Nunc ergo incipiat corrūpi debilitetur oīs ille ſtatus, langueſcāt H illę uires, marceſcat robur, forma fœdetur, diſsiliat cōpago mēbroꝝ, cōtabeſcat & defluat concordia partium: q̄rat ēt nunc per iſtā corruptionē quò tēdat, utrū ad eſſe, an nō eſſe? Nō puto uſqueadeo cæcum & tardum, ut dubitet qd ipſe rñdeat, & nō ſentiat quanto magis quodq; corrumpitur, tanto magis ad interitū tendere. Omne aūt qd ad interitum tendit, ad nō eſſe tēdit. Cum ergo deum incōmutabilē & incorruptibilē eſſe credendum ſit, id aūt qd dicitur nihil, penitus nō eē manifeſtum ſit: & cum iſta ꝓpoſueris eſſe & nō eſſe, atq; cognoueris quanto augetur ſpecies, tanto qdq; tendere ut ſit: quāto aūt magis augetur corruptio, tanto magis tendere ut nō ſit, qd dubites dicere in unaquaq; natura corruptibili qd in ea ſit ex deo, quid ſit ex nihilo, cum ſpecies ſcdm naturā ſit corruptio cōtra naturā: q̃a ſpēs aucta cogit eſſe, & deum fatemur ſumme eſſe: corruptio uero aucta cogit nō eſſe, & cōſtat qd nō eſt, nihil eſſe. Quid, inquā, dubitas dicere in natura corruptibili quā & naturā dicis & corruptibilē dicis, dicere qd ſit ex deo, qd ex nihilo? Et qd quæris I deo naturā cōtrariā, quem ſi cōfiteris ſumme eſſe, uides ei nō eſſe cōtrarium? Cur ergo inquis, qd naturæ deus dedit, tollit corruptio? Non tollit, niſi ubi pmittit deus: ibi aūt permittit, ubi ordinatiſsimum & iuſtiſsimū iudicat pro rerū gradibus, & ꝓ meritis aiaꝝ. Nā & ſpēs uocis emiſſæ p̄terit, & ſilentio perimit: & tñ ſermo nr̃ ex præeuntium uerboꝝ deceſsiōe ac ſucceſsiōe peragitur, & moderatis ſilentioꝝ interuallis decenter ſuauiterq́; diſtinguit: ita ſeſe habet ēt tpalium naturarū infima pulchritudo, ut rerum tranſitu peragatur & diſtinguatur morte naſcētium. Cuius pulchritudinis ordinē & modos ſi poſſet capere ſenſus noſter atque memoria, ita nobis placeret, ut defect⁹ qbus diſtinguitur, nec corruptiones uocare auderemus. Qđ autem in eius pulchritudinis parte laboramus, cū nos fluentia deſerunt tpalia, quæ diligimus & pctōꝝ pœnas luimus, & ſempiterna diligere cōmonemur. Non ergo in hac pulchritudine q̄ramus qd non accepit: q̄ ideo infima eſt, q̃a qd quærimus, non accepit: & in eo qd accepit, laudemus deum, qui tantum ſpeciei bonum ēt hinc q̃uis infimæ dedit. Nec ei tamen ut amatores eius inhæreamus, ſed ut dei laudatores K eam tranſgrediamur, ut ſupra eam collocati de ea iudicemus, non ei connexi in illa iudicemur. Feſtinemus itaq; ad illud bonum, qd nec locis graſſatur, nec tempore uoluitur, & unde ſpeciem formāq; accipiunt omnes locales temporaleſq́; naturæ. Ad quod uidendum mundemus cor per fidem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ait, Beati mundo corde, qm̄ ipſi deum uidebunt. Non enim eos oculos ad illud bonum cernendum præparari oportet, qbus cernitur lux iſta diffuſa per locos, & nō ubiq; integra, ſed aliam partem hic habens alibi aliam. Verū illum aſpectum aciēmque purgemus, quo cernitur quantum in hac uita licet, qd ſit iuſtum, qd pium, quæ ſit ſapientiæ pulchritudo, quæ quiſquis cernit, præponit longè omnium localium ſpatioꝝ plenitudini, & ſentit ut iſta cernat, non per locoꝝ ſpatia diffundi aciem mentis ſuæ, ſed incorporea potentia ſtabiliri. Cui aſpectui qm̄ multum inimica ſunt phantaſmata, quæ de carnali ſenſu tracta imaginarie cogitatio noſtra uerſat & continet, deteſtamur iſtam hæreſim, quę ſuoꝝ phantaſmatum fidem ſecuta, & diuinam ſubſtātiam per locorum ſpatia, quanuis infinita uelut informē molē diſiecit atq; diffudit, & eam ex una parte truncauit, ut inueniret locum malo: qđ uidere non potuit non eſſe naturam, ſed contra naturam: & ipſum malum tanta ſpecie & formis & pace partiū in ſingulis naturis uigente decorauit, quę ſine his bonis nullam poterat cogitare naturam, ut ea mala, quæ ibi reprehendit innumerabilium bonorum copia ſepeliantur. Sed huius uoluminis iſte ſit terminus, in cæteris cætera eius deliramenta deo permittente atq; adiuuante arguantur.

corruptio tēdit ad non eſſe. Cap 40.

corruptio permiſſu dei à nobis eſt. Cap. 41.

hortatur ad ſūmū bonum. Cap. 42.

Matth. 5.

Qđ ſpiritalis cogitatiōi, quæ ſpiritalia uidētur, inimica ſūt carnalia phantaſmata. Cap. 41.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis epiſcopi, de duabus animabus contra Manichęos, Liber unus.

OPitulante dei miſericordia, diruptis & derelictis Manichæorum laqueis tandem catholicæ gremio reſtitutum, libet conſiderare nunc ſaltem ac deplorare illam meam miſeriam. Multa.n. erant, quæ facere debui. ne tam facile ac diebus paucis religionis ueriſsimæ ſemina mihi à pueritia ſalubriter inſita, errore uel fraude falſorum fallaciúmue hominū effoſſa ex animo pellerentur. Nam primo animarū illa duo genera, qbus ita ſingulas naturas ꝓpriáſq; tribuerūt, ut alterum de ipſa dei eſſe ſubſtantia: alterius uero deū nec conditorem quidem uelint accipi, ſi mecum ſobrie diligentérq; conſideraſſem, mente in deū ſupplici & pia, fortaſſe mihi ſatagenti apparuiſſet, nullam eſſe qualemlibet uitam, quæ non eoipſo, qui uita eſt & inquantum oino uita eſt, ad ſummū uitæ fontem principiúmq; ptineat: quod nihil aliud q̄ ſummū & ſolum, uerúmq; deum poſſumus confiteri. Quapropter illas animas, quæ a Manicheis uocantur malæ, aut carere uita, & animas nō eſſe. neq; quicquā uelle ſeu nolle, appetere uel fugere: aut ſi uiuerēt, ut & animę eſſe poſſent, & aliqd tale agere,

Oīs uita à xpo. Cap. 1.

M

1. Retrac. cap 15.

A quale illi opinarenť, nullo modo eas niſi uita uiue-
✱ ali. uiuere. Aut ſi Xp̄m &c. re : ✱ ac ſi Xp̄m dixiſſe cõſtaret, ut cõſtat, Ego ſum
uita: nihil eſſe cauſæ cur non oẽs aias, cũ animæ ni
ſi uiuẽdo eſſe non poſſint, p Xp̄m, id eſt, per uitam
creatas & conditas fateremur. Quod ſi tpe illo q̄
Verius ſunt quæ intellectu pcipiuntur. ſtionem de ipſa uita, & de participatione uitæ mea
cogitatio ferre ✱ ac conſentire non poſſet, quę pro
phetò magna eſt, & multũ ſerenæ diſputationis in-
ter doctiſſimos indigens, illud inſpicere fortaſſe ua
luiſſem, ꝙ omni homini ſeſe ſine ſtudio partiũ be-
Cap. 2. ne conſideranti manifeſtiſſime apparet, omne qd'
✱ ali. ſuſtinere. ſcire & noſſe dicimur, aut ſenſu corporis, aut itelli-
gentia nos habere cõprehenſum. Senſus aũt corpo
Q... quæ ſenſus corporis. ris ẽt uulgo quinq; numerari, uiſum, auditũ, odora
tũ, guſtũ, atq; tactum, qbus oibus intelligentiã lon-
ge lateq; præſtare & excellere, qs mihi non uel ingra
tus impiuſq; cõcederet? Quo cõſtituto atq; firmato
illud cõſequi, & cũcta q̄ tactu & uiſu, uel quolibet
alio modo corporaliter ſentirentur, tantò eſſent in
feriora his q̄ intelligẽdo aſſequeremur, quãtò ipſos
ſenſus intelligẽtię cedere uideremus. Quã ob rẽ cũ
oĩs uita, & ob hoc oĩs anima nullo corporis ſenſu,
ſed ſolo intellectu pcipi queat: ſol aũt iſte atq; luna
B omniſq; lux, q̄ mortalibus his oculis cernitur, ab ip-
ſis quoq; Manichęis, uero & bono deo tribuẽda eſ-
ſe dicať, ſummã eſſe dementiã id p̄dicare ptinere ad
deũ, qd per corpus intuemur: quodq; non ſolũ ani-
mo, ſed ipſa ſublimitate animi, mente. ſ. atq; intelli-
gentia caperemus, id eſt, uitã, qualiſcunq; illa dicere
tur, tñ uitã eodẽ deo authore priuandã & uiduan-
dã putare Num. n. qd ſit uiuere, quamq; ſecretũ ab
omni corporis ſenſu, quamq; oĩno incorporeum, ſi
meipſum inuocato deo interrogarẽ, rñdere nõ poſ-
ſem? Aut non illi quoq; fateantur, non ſolũ uiuere il
las, quas deteſtantur aias, ſed ẽt immortaliter uiue
Matt. 8. re? Quodq; à Xp̄o dictum eſt, Dimitte mortuos ſepe
lire mortuos ſuos: non oĩno de nõ uiuentibus, ſed
de peccantibus dictũ, quæ immortalis animæ ſola
1. Tim. 5. mors eſt, ſcribente Paulo, Mortua eſt uidua quæ in
delitijs uiuit : ſimul. n. & mortuã eſſe dixit & uiue-
re. Quare nõ ego quanto decoloratius uiuat pecca
trix aia, ſed illud ipſum tm̄ quod uiuat attẽderem.
Quod ſi pcipere niſi intelligendo non poſſem, cre-
do ueniret in mentẽ, tantò eſſe quamlibet aiam lu-
ci, quã p hos ſentimus oculos præferendã, quantò
Collectio à minore intelligentiã ipſis oculis p̄ferremus. Lucẽ aũt illã
illi quoq; à patre Xp̄i eſſe confirmant, egò ne tandẽ,
C ꝙ ab eo eſſet quæcunq; aia, dubitarẽ? Ego uero nõ
Cap. 3. modo de aia, ſed de quouis ẽt corpore, quin ab ip-
ſo eſſet nihil oĩno, ne tum quidẽ hoc. ſ. illius impe-
ritiæ atq; ætatis ambigerẽ, ſi forma quid eſſet, quid
ve formatũ: quid ſpecies, & quid indutũ ſpecie: de-
inde quid horum, cui cauſa eſſet, pie cauteq; cogita
rem. Sed de corpore interim taceo, de anima cõque
ror, de ſpontaneo & uiuido motu, de actu, de uita,
de immortalitate. Deniq; cõqueror, ꝙ aliquã rẽ iſta
oĩa ſine dei bonitate habere poſſe miſerrimus cre-
didiq; quãta eſſent, negligẽter attẽdi, hoc mihi ge-
mendũ, hoc deflendũ puto. Voluerẽ mecũ hæc, lo-
querer mecũ, deferrẽ ad alios, quę uis eſſet intelligẽ
di, qm̄ nihil eſſet in hoĩe quod huic excellentiæ poſ
ſemus cõferre, p̄ponerẽ: ubi mihi hoc hoĩes, ſi mo-
do eſſent hoĩes, conceſſiſſent, quærerẽ utrũ his ocu
lis uiderẽt, id eſt, intelligerent? Vbi negauiſſent, col-
ligerem primò longe eſſe ſenſui oculorũ illorũ intel
ligentiam mentis anteponendã : deinde ſubiunge- D
rem, id quod re meliore pciperemus, neceſſariò me
lius iudicandũ. Quis hoc non daret? Ergo pgerem
q̄rere, Aia illa, quã malã dicerent, oculis ne ſentireť
iſtis, an mente intelligeretur? Mẽte faterentur. Qui-
bus oibus inter nos conuenientibus atq; cõfirma-
tis, qd conficeretur oñderem, animam illam. ſ. quã
execrarentur, luce iſta quã uenerarentur eſſe melio
rem: qñquidẽ illa intellectu mentis, hæc ſenſu cor-
poris innoteſcit. Hic uero hærerent fortaſſe, ducẽm
que rationẽ ſequi recuſarent: tanta eſt uis ueterno-
ſarũ opinionũ, & diu defenſæ atq; creditę falſitatis.
Sed ego inſtarẽ magis hęrẽtibus nõ aſpere, nõ pue
riliter, nõ pertinaciter, repeterẽ q̄ cõceſſa ſunt: & q̄ eſ-
ſent cõcedenda, mõſtrarem. Hortarer ut in cõmu-
ne cõſulerent, uiderent certè qd nobis negandũ eſ-
ſet, utrũ intellectũ iſtis carneis luminibus pręferen
dũ, an excellẽtius eſſe, qd animi excellentia, q̄ qd ui
li ſenſu corporis cognoſciť, falſum putarẽt : an illas
aias, quas alienigenas crederent, tm̄ intelligendo, id
eſt ipſa aiæ excellentia ſciri poſſe nollent fateri : an
Solem ac Lunã nõ niſi iſtis oculis notos fieri uel-
lent abnuere. Quod ſi nihil horum, niſi abſurdiſſime E
atq; impudẽtiſſime negari poſſe animaduerterent,
ſuadere nõ eos oportere dubitare iſtã lucẽ, q̄ colen
dã p̄dicarent, eſſe aia illa uiliorẽ, q̄ fugiendã mone-
rent. Atq; hic ſi forte turbati à me quærerent, Nũ
ẽt muſcæ aiam huic luci præſtare cenſerem, rñde- *Muſca Sole præſtãtior.*
rem ẽt: nec me terreret muſca, ꝙ parua eſt, ſed ꝙ ui-
ua firmaret. † Quæritur. n quid illa membra tam *Cap. 4.*
exigua uegetet, quid huc atq; illuc pro naturali ap- *† formatio.*
petitu tantillũ corpuſculum ducat, qd currentes pe
des in numerum moueat, quid uolantis pennulas
modereť ac uibret? Quod qualecunq; eſt bene cõſi-
derantibus, in tã paruo tã magnũ eminet, ut cuiuis
fulgori pſtringenti oculos præferatur. Certè qd
nemo dubitat, quicqd intelligibile eſt omni ſenſi- *In ſuo quodque genere bonum eſt.*
bili, & ob hoc huic ẽt luci diuinis legibus antecel-
lit. Quid. n. cognitione pcipimus q̄ſo, ſi hoc non p-
cipimus aliud eſſe mẽte intelligere aliud ſentire per *Cap. 5.*
corpus : & prius illud ob hoc poſteriore incõpara-
bili ſublimitate diſtare, ideoq; nõ poſſe itelligibilia
ſenſibilib' p̄ferri, cũ ipſe intellectus tm̄ ſenſibus p̄fe
ratur. Hinc illud ẽt fortaſſe cognoſcerẽ, quod cõſe-
quens eſſe manifeſtũ eſt, cũ iniuſtitia & intẽperan-
tia, cęteraq; animi uitia nõ ſentiant, ſed intelligant:
quõ fiat ut ẽt iſta, quæ deteſtamur & dãnanda cen
ſemus: tñ qm̄ intelligibilia ſunt, anteire hanc lucem
queant, cũ in ſuo genere iſta laudanda ſit. Sugge- F
ritur. n aĩo bene ſeſe deo ſubijcienti, primò nõ omne
qd laudamus omni quod uituperamus eſſe antepo
nendũ. Neq; n. qa laudo purgatiſſimum plumbũ,
ob hoc illud uituperando, auro pluris æſtimo : in
ſuo. n. genere quidq; conſiderandũ eſt. Improbo iu-
riſconſultũ multas leges ignorantẽ, ſed eum tñ pro
batiſſimo ſutori ſic p̄fero, ut ne comparandũ qdẽ
putẽ. At iſtũ laudo, ꝙ ſuæ artis peritiſſimus ſit : il-
lum aũt, ꝙ ſuam profeſſionem minus impleat, iure
reprehendo. Ex quo reperire deberẽ lucẽ iſtã, ꝙ in
genere proprio pfecta eſſet iure laudari: tñ quia ſen-
ſibiliũ rerũ numero includitur, quod genus intel-
ligibiliũ generi cedat neceſſe eſt, ittra iniuſtas & intẽ-
perãtes, aias qm̄ ſunt intelligibiles, eſſe deputandã:
quamuis iſtas nõ iniuria damnatione digniſſimas
iudicem'. Quęrimus namq; in his, qd conciliet deo,

Etiã malũ quate nus eſt, bonũ eſt, & à deo Cap. 6.

G nõ quod iſti fulgori pręferatur. Quapp quiſqs hoc
lumen ex deo eſſe contenderet, non repugnarē: ſed
magis aias dicerē uitioſas, ēt non inquantũ uitioſę,
ſed inquantũ animæ ſunt, deum ſibi eſſe creatorem
fateri oportere. Hoc loco ſi quiſquã illoꝝ cautus
& uigilans, iam ēt ſtudioſior, q̃ pertinacior me ad-
moneret, non de uitioſis animis, ſed de ipſis animę
uitijs eſſe quærendum: quæ qm̃ ſenſu corporis non
cognoſcerentur, & tñ cognoſcerentur, non niſi in-
telligibilia poſſe accipi: q ſi ſenſibilibus oibus ante
cellunt, cur lucē deo authori eſſe tribuendam inter
nos conueniret: uitiorũ uero authorē deum nemo
niſi ſacrilegus diceret, Rñderem homini, ſi aut ſta-
tim & repente, ut bonis dei cultoribus ſolet, diuini
tus infulſiſſet huius ſolutio q̃ſtionis, aut fuiſſet an-
tea ṗparata: quoꝝ ſi neutrũ meruiſſem atq; potuiſ-
ſem, cœpta differrē: quodq́; eſſet ꝓpoſitũ, difficile
eſſe ad dignoſcendũ atq; arduũ confiterer. Recurre
rē in me, ꝓſternerer deo, alte ingemiſcerē, q̃rens ne
me in medio ſpatio, quò certis rationibus ꝓmouiſ
ſem, hęrere patereſ, ne ancipiti q̃ſtione cogerer aut
iintelligibilia ſenſibilibꝰ ſubmittere ac ſubdere, aut
H pſum uitiorũ dicere authorē, cũ eſſet utrũuis hoꝝ
falſitatis impietatisq́; pleniſſimũ, nullo modo poſ-
ſem exiſtimare ꝙ me ſic affectum ille deſereret. Ad-
moneret potius ſuis illis ineffabilibꝰ modis, ut cõſi
derarē ēt atq; ēt utrũ animi uitia, de q̃bus æſtuarē,
inter itelligibilia nnmerãda eſſent. Qđ ut reperirē,
pp imbecillitatē interioris oculi mei, quę mihi pec
catis meis iure accidiſſet, aliquē mihi ad inuiſibilia
cõtuenda in ipſis uiſibilibus machinarer gradum:
quoꝝ eſſet nobis nullo modo certior cognitio, ſed
cõſuetudo fidētior. Itaq; ſtatim quęrerē q̃d ad ſen-
ſum ꝓprie ꝑtineret oculorũ: inuenirē colores, quo
rũ pricipatũ lux iſta obtineret. Hęc.n. ſunt, quę nul
lus alius ſenſus attingit: nã motus corporũ, & ma-
gnitudines, & iterualla, & figuras quãuis & oculis,
nõ tñ ꝓprie, ſed tactu ēt poſſe ſentiri. Vnde collige-
rem tãto cęteris corporeis & ſenſibilibus ṗſtare lu-
cē, quãtò alijs ſenſibus aſpectus eſſet illuſtrior. Ele-
cta igiſ ex oibus quę corpore ſentiuntur iſta luce q̃
niterer, & in qua gradũ illũ inq̃ſitionis meæ neceſ-
ſario collocarē, pergerē attendere q̃d ageretur hoc
modo, mecumq; ita ſermocinarer, Si ſol iſtę tãta cla
ritate cõſpicuus, & diei luce ſufficiens uſq; ad lunæ
I ſimilitudinē in cõſpectu nr̃o paulatim deficeret, nũ
aliud quicq̃ oculis ſentiremus, q̃ lucē utcunq; fulgē
tem: lucem tñ quęrentes, q̃d fuerat non uidendo, &
haurientes uidendo quod aderat? Non ergo illũ de
fectũ uideremus, ſed lucē q̃ defectui remaneret. Cũ
aũt non uideremus, non ſentiremus: quicq̃d.n. ſen-
timus aſpectu, non poteſt non uideri, quare ſi defe
ctus ille neq; uiſu, neq; alio ſenſu ſentiretur, non poſ
ſet inter ſenſibilia numerari. Nihil n. ſenſibile eſt,
q̃d ſentiri non poteſt. Referamus nunc conſidera-
tionē ad uirtutē, cuius intelligibili luce ſplendere
animũ conuenientiſſime dicimus. Porrò ab hac lu
ce uirtutis defectus quidã non perimens aiam, ſed
obſcurãs, uitiũ uocaſ. Poteſt igitur recte uitiũ quo-
que aiæ nequaq̃ inter intelligibilia numerari, ut lu-
cis ille defectus rectè de ſenſibiliũ numero eximiſ:
illud tñ quod remanet aiæ, id eſt, hocipſum q̃d ui-
uit, atq; aia eſt, tã eſt intelligibile, q̃ ſenſibile illud,
quod in hoc uiſibili lumine poſt defectum quan-
tumcunq; fulget: & ideo aiam inquantum aia eſſet,
& uitę participaret, ſine qua nullo pacto aia eſſe po K
teſt, rectiſſime oibus ſenſibilibus anteferri. Quam
obrē maximi erroris eſſe ullam aiam dicere nõ eſſe
ex deo, ex quo eſſe ſolē lunamq́; gloriaris. Quòd ſi
iã placeret oia ſenſibilia nominare, non modo ea q̃
ſentiremus, ſed ēt ea quę non ſentiēdo, tñ ꝑ corpus
iudicaremus: ſicut ꝑ oculos tenebras, & ꝑ aures ſi-
lentium: & illas.n. non uidendo, & hoc non audiē-
do cognoſcimus. Ruſusq; intelligibilia non ea tan
tum, q́ illuſtrata mente conſpicimus, ſicuti eſt ipſa
ſapientia, ſed ēt illa, q́ ipſius illuſtrationis priuatio-
ne auerſamur: ut eſt inſipiētia, quã tenebras animi
congrue dixerim, nullã de uerbo facerē controuer
ſiam, ſed totam quęſtionē facili diuiſione diſſolue-
rē: ſtatimq́; approbarē bene attendentibus ſubſtan
tias intelligibiles ſenſibilibus ſubſtantijs diuina &
incorrupta ueritatis lege ṗponi: nõ eaꝝ ſubſtantia-
rũ defectus, quãuis hos intelligibiles, illos ſenſibi-
les appellare uellemus. Quapp q & hæc lumina ui
ſibilia, & illas intelligibiles aias ſubſtãtias eſſe fate
rētur, oĩmodo eos cogi ſublimiores partes animis L
cõcedere atq; tribuere, defectꝰ uero utriuſq; generis
nõ poſſe alteros alteris anteponi: priuãt n. tm̃, & nõ
eſſe indicant q̃ᵈ uſquequaq; eandē uim hñt, ſicut
ipſæ negationes. Nã cum dicimus, Non eſt aurũ, &
non eſt uirtus, quanuis inter aurũ & uirtutē ſit plu
rimũ, nihil tñ inter negationes, quas eis adiũximꝰ,
diſtat. Verum.n. uero peius eſt nõ eſſe uirtutē, q̃ nõ
eſſe aurũ: nemo ſanus hinc ambigit, quod non pp
ipſas negationes, ſed pp res, quibus adiunguntur,
accidere quis non intelligat? Auro n. uirtus quanto
præſtat, quanto eſt uirtute q̃ auro carere miſerius.
Quam ob rem cũ res intelligibiles ſenſibilibus re-
bus antecellunt, defectũ in intelligibilibus quam
in ſenſibilibus meritò ægrius toleramus, nõ eos de
fectus, ſed ea q̃ deficiunt, carius & uilius æſtimãtes.
Ex quo iã illud apparet defectũ uitę, q̃ intelligibilis
eſt, multo miſerabiliorē eſſe q̃ huius ſenſibilis lu-
cis, ꝙ ſ. multò eſt carior intellecta uita, q̃ lux iſta cõ
ſpecta. Quæ cum ita ſint, audebit ne quiſquã cũ ſo
lem aut lunã, & quicq̃d in ſyderibus, quicq̃d deni-
que in hoc igni noſtro atq; terreno luce uiſibili ef-
fulget, deo tribuat aias quaslibet, q́ profecto niſi ui
uendo aiæ non ſunt, cum tantũ hoc lumen uita ṗ- M
cedat, nolle cõcedere ex deo eſſe: & cũ ille uerũ di-
cat, qui dicit, inquantũ nitet, ex deo eſt: egò ne tan-
dē, deus magne, mentiar, ſi dicã, inquantũ uiuit, ex
deo eſt? Non uſqueadeo q̃ſo cæcitas mentis, ſuppli-
ciaq́; augeanſ animorũ, ut hęc hoies nõ intelligãt.
Sed quoquo modo illoꝝ error aut ꝑtinacia ſeſe ha
beret, his ergo fretus armatusq́; rationibꝰ, credo cũ
ad eos rē ita conſideratã perfectamq́; detuliſſem, &
cũ his placide cõtuliſſem, uererer ne mihi quiſq̃ eo
rũ alicuius momenti eſſe uidereſ, ſi aut intellectũ,
aut ea q̃ intellectu nondũ perfecte pciperentur, ſen
ſui conaretur pręferre, aut ſaltē cõparare corporeo,
uel his rebus, q ad eundē ſenſum noſcendæ ſimili-
ter pertinerent. Quo conſtituto, qñ illi mihi uel q̃ſ-
quam negare auderet, aias quãtum uelit malas, tñ
qm̃ animæ eſſent, intelligibilium rerũ numero cõ-
tineri, neq; illas per defectum intelligi? Si quidē ani
mę non alio eſſent, niſi quo uiuerent, licet.n. per de
fectum intelligerentur uitioſæ, quia uirtutis egeſta
te ſunt uitioſæ, non tñ per defectum animę, quia ui
uendo animæ. Nec fieri poteſt, ut uitæ præſentia ſit
causa

A cauſa deficiendi,cũ tantò quidq; deficiat, q̃to deſe
ritur à uita. Omnimodo igit̃ cũ pateret nõ poſſe ul
las aias ab eo authore ſeparari, à quo lux iſta non
ſepararet̃,iã quicquid afferrent,nõ acciperẽ:mone-
remq; potius,ut eos mecũ ſequi mallẽt, qui omne
Mali q̃ũo qcqd eſſet,qm̃ eſſet,inquantũq; eſſet,ex uno deo eẽ
ex deo,et prædicarent. Recitarent aduerſus me uoces illas
non ex Euãgelicas,Vos ꝓpterea nõ auditis, qa ex deo non
deo. eſtis,uos ex patre diabolo eſtis.Ego quoq; contra
Caput.7. recitarẽ,Oia p ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ ẽ
Ioan.8. nihil:& illud Apl̃i,Vnus deus, ex quo oia : & unus
Ioan.1. dñs Ieſus Chriſtus,p quẽ oia. Et iterũ eiuſdẽ Apl̃i,
1.Cor.8. ex quo oia,p quẽ oia,in quo oia, ipſi gloria in ſe-
Roma. 11 cula:hortarerq; hoĩes,ſi tamẽ hoĩes inuenirẽ, nihil
nos iã quaſi cõperiſſe præſumeremus,ſed quærere
mus potius magiſtros,qui ſententiarũ iſtarũ, quæ
Ioan.1. nobis inter ſe pugnare uiderentur, pacem concor-
Ioan.8. diãq; mõſtraret.Nã in una atq; eadem authoritate
ſcripturarum,cũ alibi ſonaret,Oia ex deo: & alibi,
Vos non eſtis ex deo:qm̃ libros temere condẽnare
nefas eſſet,quis nõ uideret peritũ doctorẽ,cui quæ
B ſtionis huius ſolutio nota eſſet,inueniendũ fuiſſe?
1. Cor. 2. q ꝑfecto ſi eſſet bonus intellector, &,ut diuinitus
dicit̃,hõ ſpiritalis,qm̃ neceſſario faueret ueris ratio
nibus, quas de intelligibili ſenſibiliq; natura q̃tũ
potui tractaui atq; diſſerui : imò ſi eas ipſe multò
melius,& ad docẽdum aptius aperiret, nihil ab eo
aliud de hac q̃one audiſſem⁹, niſi quẽadmodũ fie-
ri poſſet,ut & nullũ animarũ genus nõ eẽt ex deo:
& rectè tñ pctõribus & infidelib⁹ diceret̃, Nõ eſtis
ex deo,Nã & nos fortaſſe implorato in auxiliũ deo
facile uidere poſſemus,aliud eſſe uiuere,aliud pec-
1.Timo.5 care:& q̃q̃ uitã in pctis cõparatiõe iuſtę uitæ mors
appellata ſit,utrũq; tñ in hoie uno poſſe inueniri,
ut ſimul ſit uiuus atq; pctõr:ſed ꝙ uiuus,ex deo:ꝙ
peccator,nõ ex deo. In qua diuiſiõe utimur ea par
te de duab⁹,q̃ nr̃æ ſniæ cõpetit:ut cũ dei cõditoris
oipotentiã inſinuare uolumus, etiã pctõribus di-
cam⁹,ꝙ ex deo ſint. Dicimus.n.his q aliqua ſpecie
cõtinent̃,dicimus animãtibus, dicimus rõnalib⁹,
dicimus poſtremò,qđ ad rẽ maxime attinet,uiuẽ-
tibus,q̃ oia p ſeipſa diuina ſunt munera. Cũ autẽ
malos arguere ꝓpoſitũ eſt,rectè dicimus, Nõ eſtis
C ex deo. Dicimus.n ſe à ueritate auertẽtibus infide-
Ioan.8. libus,facinoroſis, flagitioſis, & qđ noie uno totũ
continet pctõribus,quæ rurſus oia ex deo nõ eſſe
quis dubitet?Itaq; Chriſtus pctõribus idipſum, ꝙ
peccatores erant,& ſibi non credebant, coarguẽs,
qd mirũ ſi ait,Nõ eſtis ex deo:ex alia parte illa ſal-
ua manẽte ſnia, ꝙ oia p ipſum facta ſunt, & oia ex
deo?Nã ſi Chriſto nõ crederem. Chriſti aduẽtum
repudiarem,Chriſtũ nõ reciperem,certũ iudicium
eſt aiarũ, quæ non ſunt dei : & ideo dictũ eſt, Vos
ꝓpterea nõ auditis,qa nõ eſtis ex deo:q̃uo uera eſt
Ioan. 1. uox illa Apoſtoli, in ipſo Euangelij memorabili
principio qua dictũ eſt, In ſua propria uenit, & ſui
eũ nõ receperũt. Vnde ſui,ſi nõ receperunt: aut un
de ideo nõ ſui,qa nõ receperunt,niſi qa hoĩes pec-
Sũmũ ma catores,eo ꝙ ſunt hoies,ad deũ:eo uero ꝙ peccato
lũ nõ in- res,ad diabolũ pertinent?Hic ergo partẽ naturæ te
telligitur nuit q ait,Sui eũ nõ receperũt:ille uero uolũtatis,
niſi cogni qui ait,Nõ eſtis ex deo Euangeliſta.n.dei opera cõ
to ſummo mendabat, Xp̃s hoium peccata coercebat. Hic
bono. fortaſſe quis dicat, Vnde ipſa peccata, & omnino
Caput.8. unde malũ? Si ab hoie,unde homo? Si ab angelo

unde angelus?Quos ex deo eſſe cũ dicit̃, q̃uis recte D
uereq; dicatur,uidetur tñ imperitis & minus ualen
tibus acriter res abditas intueri, quaſi p quandam
catenã ad deũ mala & peccata connecti.Hac q̃one
illi regnare ſe putãt,quaſi uero iterrogare ſit ſcire.
Vtinã id eẽt,nemo me ſciẽtior reperiret̃.Sed neſcio
q̃uo ſæpe in altercando magnæ q̃onis propoſitor
perſonã magni doctoris oſtẽtat, plerunq; ipſo quẽ
terret in eo,de quo terret indoctior. Itaq; iſti mul-
titudini ſe præferendos arbitrant̃,qa priores inter-
rogant qđ cũ multitudine ignorãt.Sed ſi eo tẽpo-
re,quo cũ eis me nõ ſicut iã diu ago,egiſſe nũc pœ
nitet,mihi has rõnes depromenti hoc obieciſſent,
dicerem, Quæſo interim mecũ cognoſcite qđ fa-
cillimũ eſt,ſi nihil põt ſine deo fulgere,multo mi-
nus poſſe aliqd uiuere ſine deo,ne in tãtis mõſtris
opinionũ remaneamus, ut neſcio quas aias uitam
nõ ex deo hr̃e prædicemus. Sic.n fortaſſe contin-
get,ut id qđ mecũ ignoratis,id eſt, unde ſit malũ,
uel ſimul,uel quolibet ordine aliqñ diſcam⁹.Quid
enim ſi cognitio ſummi mali ſine cognitione ſum
mi boni cõtingere homini nõ põt. Nõ.n.noſſem⁹
tenebras,ſi in tenebris ſemp eſſemus, ſed lucis no- E
titia cõtrariũ ſuũ nõ ſinit incognitũ. Sũmũ aũt bo
nũ,id eſt,quo ſuperius eſſe nihil põt, Deus aũt bo-
nũ, & deo ſuperius nihil eſſe põt, Deus igitur ſum
mũ bonũ. Cognoſcamus ergo deũ, atq; ita nos il-
lud qđ præpropere quærimus nõ latebit. Medio-
cris ne negocij tandẽ uel meriti cognitionẽ dei eẽ
arbitramini?Quod.n.nobis aliud prẽmiũ, q̃ uita
æterna ꝓmittit̃,q̃ dei cognitio eſt? Ait.n.magiſter
deus,Hæc eſt aũt uita æterna ut cognoſcãt te ſolũ Ioan. 17.
& uerũ deũ,& quẽ miſiſti Ieſum Xp̃m. Etenim aia
q̃uis ſit imortalis, tñ qa mors eius recte dicit̃ à dei
cognitione auerſio,cũ ſe cõuertit ad deũ, meritũ ẽ
æternæ uitæ cõſequẽdæ,ut ſit æterna uita, ſicut di
ctum eſt,ipſa cognitio : conuerti aũt ad deum ne-
mo niſi q ab hoc mũdo ſe auertat,poteſt. Hoc ego
mihi arduũ & difficillimũ ſentio,uobis ſi facile ẽ,
ipſe deus uiderit.Ego uellẽ credere, niſi me moue-
ret,ꝙ cũ iſte mũdus,à quo auerti iubemur, uiſibi-
lis ſit,dixeritq; Apl̃s,Ea q̃ uident̃,tp̃alia ſunt, q̃ aũt 2.Cor.4.
nõ uident̃,æterna ſunt, uos plus iſtorũ oculorũ q̃
mentis iudicio tribuiſtis, apud quos nullã eẽ ful-
gentẽ pẽnã † quæ nõ ex deo fulgeat, & eẽ uiuentẽ † ptãtẽ.
aiam,q nõ ex deo uiuat prædicat̃ & credit̃. Hæc & F
his ſilia uel illis etiã dicerẽ uel mecũ reputare poſ-
ſem.Nãq; deũ oĩbus ut dicit̃ uiſcerib⁹ deprecans,
& ſcripturis q̃tũ licebat,intentus etiã tunc fortaſſe
talia uel dicerem:uel qđ ſalutis aderat cogitarem.
Sed me duo quædã maxime quæ incautam illã Quur hæ
ætatẽ facile capiunt,p amicabiles attriuere circũ- ſerint ma
itus,quorũ eſt unũ familiaritas, neſcio q̃uo repens nichæi.
quadã imagine bonitatis tanq̃ ſinuoſum aliquod Cap.9.
uinculũ multipliciter collo inuolutum, Alterũ ꝙ
quædã noxia uictoria penè mihi ſemper in diſpu-
tionibus proueniebat diſſerenti cũ Chriſtianis im
peritis,ſed tñ fidẽ ſuã certatim ut quiſq; poſſet de-
fendere moliẽtibus. Quo ſucceſſu creberrimo gli-
ſcebat adoleſcẽtis aioſitas,& impetu ſuo in perui-
catię magnũ malũ imprudẽter uergebat, Quod al
tercandi genus qa poſt eorũ auditionẽ aggreſſus
erã,qcqd uel & qualicũq; ingenio uel alijs lectioni
bus poterã,ſolis illis libentiſsime tribuebã. Ita ex
illorũ ſermonibus ardor in certamina, ex certami-

G num prouentu amor in illos quotidie mouebatur.
* alias, nonabatur. * Ex quo accidebat, ut qcqd diceret, miris qbuſdã
modis, nõ qa ſciebã, ſed qa optabã uer. eſſe pro ue-
ſo approbarẽ. Ita factũ eſt, ut q̃uis pedetentim atq;
caute, tñ diu ſequerer hoies nitidã ſtipulam uiuen
ti aïæ præferentes: uerũ nõ poterã illo tpe ſenſibi-
lia ab intelligibilibus, carnalia ſ. ab ſpiritalibus
diiudicare atq; diſcernere. Non erat ætatis, non di-
ſciplinæ, nõ cuiuſdã etiã conſuetudinis, nullorum
deniq; meritoꝝ: non. n. parui gaudij fœlicitatiſq;
res eſt. Ita tandẽ ne illud quidẽ arripere poterã, qđ
Peccatũ à uoluntate. Cap. 10. in oium hoium iudicio ſummi dei legibus natura
ipſa conſtituit. Quiuis. n. homines, quos modo
à communi ſenſu generis humani nulla dirupiſſet
amentia, quæ uellent ad iudicandũ ſtudia detuliſ-
ſent, quãlibet imperitiam, quantãcunq; etiã tardi-
tatem. Velim experiri quid mihi rñderent roganti,
utrum eis peccaſſe uideretur, de cuius dormientis
manu ſcripſiſſet alius aliqd flagitioſum? Oẽs qs du
bitet ita fuiſſe negaturos illud eſſe pctm̃, ita recla-
maturos, ut etiã ſuccenſerent fortaſſe ꝙ tali eos ro-
gatione dignos putarem? A qbus ego quoquo mo-
H do poterã, reconciliatis & in conſiliũ reſtitutis pe-
terem, ut me aliud tam manifeſtum, & in oium co-
gnitione poſitũ, interrogantẽ non moleſte ferrent:
tunc quærerem, ſi non dormientis ſed ſcientis ma-
nu, qui membris tñ cæteris uinctus atq; cõſtrictus
eſſet, quiſquã ualentior aliqd ſis fecisset mali, utrũ
qa id noſſet, quãuis id oino noluiſſet, ullo peccati
noie teneretur? Et hic mihi oẽs mirantes, ꝙ talia
ſciſcitarer, ſine cunctatione rñderent, nihil etiam
iſtum oino peccaſſe. Quid ita? Quia de quo neſciẽ-
te, ue reſiſtere nõ ualente quiſquã quippiã mali fe-
cerit, iuſte dãnari nullo modo poteſt. Atq; idipſum
cur ita eſſet, ſi in illis oibus naturã ipſam perconta
rer humanã, facile peruenirem ad id qđ cuperem,
iſto modo quærẽs, Quid ſi dormiens ille iã ſciret,
quid alius de manu eius facturus eſſet, & de indu-
ſtria, ſe plus potus etiã ne expergiſceret, ſomno de-
deret, ut aliquẽ iurando falleret, num ei quicquã
ſomnus ad innocẽtiã ſuffragaretur? Quid aliud illi
q̃ nocentẽ hoiem pronunciarẽt? Quod ſi & ille uo
lens uinctus eſt, ut aliquem ſis præſenta defenſio
ne deciperet, qd ei tandẽ, ut peccato careat, illa uin
cula profuerunt? Quanquã his obſtrictus, reuera
I reſiſtere nõ ualeret, ſicut ille dormiens, qd tũc fie-
1. Retra. ca 15. 2. ſen. di. 24. ca. ret, oino neſciret. Nunqd nã igitur dubitandũ eſt,
quin peccaſſe ambo iudicaretur? Quibus cõceſsis
colligerem, nuſquã ſ. niſi in uolũtate eſſe peccatũ,
cum mihi auxiliaret etiam illud, ꝙ iuſtitia peccan
tes tenet? ſola mala uolũtate: q̃uis quod uoluerint,
implere nequiuerint. Quiſquã ne me iſta tractan-
tem poſſet dicere, in rebus obſcuris abditiſq; uerſa
ri, ubi pp intelligẽtiã paucitatẽ uel fraudis uel oſtẽ
tationis ſuſpitio naſci ſolet? Secedat pauliſper illa
ĩtelligibiliũ ſenſibiliũq; diſtinctio. Nulla mihi fiat
inuidia, ꝙ tardas aïas ſubtiliũ diſputationũ ſtimu-
lis pſequor. Liceat mihi me ſcire uiuere, liceat mihi
ſcire me uelle uiuere: in q̃ ſi conſentit genus huma-
nũ, tã nobis cognita eſt uoluntas nr̃a, q̃ uita. Neq;
enim cũ iſtã ſciẽtiã pfitemur metuendũ eſt, ne nos
quiſquã falli poſſe conuincat: hoc ipſum. n. falli ne
mo poteſt, ſi aut nõ uiuat, aut nihil uelit. Nõ me ar
bitror quicquã obſcurũ attuliſſe, & uereor ne cuiq̃
magis qđ hæc nimium manifeſta ſunt, uidear eſſe
culpandus, ſed quorſum hæc tendãt cõſideremus. K
Nõ igit niſi uoluntate peccat. Nobis autẽ uolũtas 1. Retra.
nr̃a notiſsima eſt: neq;. n. ſcirẽ me uelle, ſi qd ſit uo- ca. 15.
luntas ipſa neſcirem. Definit itaq; iſto modo, Volũ Volũtas
tas eſt aï motus, cogẽte nullo ad aliqd, uel nõ amit quid ſit.
tendũ, uel adipiſcendũ. Cur ergo ita tunc definire 15. q 1. c.
nõ poſſem? An erat difficile uidere inuitũ uolẽti eẽ ſ. 2. ſen.
cõtrariũ, ita ut cõtrariũ ſiniſtrũ dextero eſſe dici- diſt. 41.
mus, nõ ut nigrũ albo? Nã eadẽ res ſimul & nigra cap. illi⁹
& alba eẽ nõ põt: duoꝝ aũt in medio q̃ſq; poſitus, etiam. Et
ad alterũ ſiniſter eſt, ad alterũ dexter: ſimul qdem 26. cap.
utrunq; unus hõ põt, ſed ſimul utrunq; ad unũ ho Volũtatẽ
minẽ nullo mõ põt. Ita inuitus & uolens ſimul eſſe ipſam Et
qdẽ unus aïus poteſt, ſed unũ atq; idẽ nolle ſimul 35. ca. 1.
ut uelle nõ põt. Cũ. n. quiſq; inuitus aliqd facit, ſi
eũ roges utrũ id facere uelit, nolle ſe dicet: itẽ ſi ro
ges utrũ id uelit nõ facere, uelle rñdet. Ita inuitũ ad
faciẽdũ, ad nõ faciẽdũ aũt uolẽtẽ reperies: id eſt. n.
unũ aïum uno tpe habentem utrũq;, ſed aliud atq;
aliud ad ſingula referẽtem. Cur hæc dico? Quia ſi
rurſum quæramus quã ob cãm id inuitus faciat,
cogi ſe dicet. Nã & oïs inuitus faciẽs cogit, & oïs q
cogit ſi facit, nõ niſi inuitus facit. Reſtat ut uolens L
à cogẽte ſit liber, etiã ſi ſe q̃ſpiã cogi putet, Et hoc
enim modo oïs q uolens facit nõ cogit, & oïs qui
nõ cogit, aut uolẽs facit, aut nõ facit: hæc cũ in oi-
b⁹ hoib⁹, quos interrogare nõ abſurde poſſumus,
à puero uſq; ad ſenẽ, à ludo literario uſq; ad ſoliũ ſa
piẽtis natura ipſa pclamet, cur ergo nõ uiderẽ tũc
in definitione uolũtatis ponẽdũ eẽ, cogẽte nullo,
qđ nunc quaſi experiẽtia maiore cautiſsimus po-
ſui? At ſi hoc ubiq; manifeſtũ ẽ, & nõ doctrina ſed
natura oibus promptũ: qd reſtat qđ uideat obſcu-
rũ, niſi forte ullũ lateat, aliqd nos uelle cum uolu-
mus, & ad hoc moueri aïum nr̃m, idq; aut h̃re nos
aut nõ h̃re: & ſi haberemus retinere uelle, ſi nõ ha-
beremus acquirere? Quare aut nõ amittere, aut adi
piſci aliqd uult oïs q uult. Quãobrẽ ſi oïa iſta luce
clariora ſunt, ſicuti ſunt, neq; meæ tm̃, ſed notitiæ
generis humani ueritatis ipſius liberalitate dona-
ta, cur illo etiã tpe dicere nõ poſſem, Volũtas ẽ mo M
tus aï cogẽte nullo ad aliqd, uel nõ amittendũ, uel
adipiſcendũ? Dicet aliquis, Et hoc te aduerſum Quid ſit peccatũ. Cap. 11.
Manichæos qd adiuuaret? Expecta, ſine prius etiã
peccatũ definiamus, qđ ſine uoluntate eſſe nõ poſ
ſe oïs mens apud ſe diuinitus cõſcriptũ legit. Ergo
peccatũ eſt uolũtas retinẽdi uel cõſequẽdi qđ iu-
ſtitia uetat, & unde liberũ eſt abſtinere, q̃q̃ ſi libe-
rũ nõ ſit, nõ eſt uolũtas. Sed malui groſsius q̃ ſcru-
puloſius definire eã rem. Nec hi libri obſcuri mihi 1. Retra.
ſcrutãdi erant unde diſcerem, neminẽ uituperatio cap. 15.
ne ſupplicioue dignum, qui aut id uelit qđ iuſtitia 2. ſen. di.
uelle nõ phibet, aut id nõ faciat qđ facere nõ po- 35. cap. 1.
teſt. Nonne iſta cantent & in mõtibus paſtores, &
in theatris poetæ, & indocti in circulis, & docti in
bibliothecis, & magiſtri in ſcholis, & antiſtites in
ſacris locis, & ĩ orbe terraꝝ genus humanũ? Quòd
ſi nemo uituperatione uel dãnatione dignus eſt,
aut nõ cõtra uetitũ iuſtitiæ faciens, aut qđ nõ põt
nõ faciens, oẽ aũt peccatũ uel uituperandũ eſt uel
dãnandũ, qs dubitet tunc eſſe peccatũ, cũ & uelle
iniuſtũ eſt, & liberũ nolle: & ideo definitionẽ illã
& uerã, & ad intelligendũ eſſe facillimã, & nõ mo-
do nũc, ſed tũc quoq; à me potuiſſe dici, Peccatũ ẽ
uolũtas retinẽdi uel cõſequendi qđ iuſtitia uetat,

A

De malis et bonis aiabus. Cap. 12.

& unde liberum eſt abſtinere. Age nūc uideamus quid nos hæc adiuuarent. Primum oium, ut nihil amplius deſideraré: totā cauſam quippe finiret. Nā quiſquis ſecreta cōſcientiæ ſuæ leges diuinitus penitus naturæ inditas apud aium, intus ubi expreſsiores certioresq; ſunt, cōſulens, has duas definitiones uoluntatis atq; pc̄ti ueras eſſe concedit, totā Manichæoꝝ hæreſim paucisſimis & breuiſsimis, ſed planè inuictiſsimis ratiunculis ſine ulla cunctatione condemnat. Qd' ſic cōſiderari poteſt, Duo aiarum genera eſſe dicūt, Vnū bonū, qd ita ex deo ſit, ut nō ex aliqua materia, uel ex nihilo ab eo factū, ſed de ipſa eius oino ſubſtantia pars quædā proceſsiſſe dicatur:

Error Manichæorū de duab' aiabus.

Alterū autē malū, qd' nulla prorſus ex parte ad deū pertinere credūt credendūq; cōmendāt. Et ideo illud ſummū bonū, hoc uero ſummū malum eſſe pdicant: atq; iſta duo genera fuiſſe aliqñ diſcreta, nūc eſſe cōmixta. Genus quidē cōmixtionis huius, & cauſam nondū audierā, ſed tñ iā quærere cœperam, utrū illud malū genus aiarum anteq̄ bono miſceretur, habuiſſet aliquā uoluntatē. Si. n. nō habebat, ſine pc̄tō erat atq; inocens erat, & ideo nullo modo malū.

1. Retra. cap. 15.

B

Si aūt ideo malū, qa licet eſſet ſine uoluntate, tanq̄ ignis: tñ ſi bonum attigiſſet, uiolaret atq; corrumperet, quantū eſt nephas, & naturā mali tm ualere ad cōmutandam ullam dei partē, & ſummū illud bonū corruptibile & uiolabile credere? Qd ſi uoluntas inerat, pfecto inerat cogēte nullo motu animi ad aliqd, uel nō amittēdū, uel adipiſcendū. Hoc autē aliquid, aut bonū erat, aut bonū putabatur, Nō. n. aliter appeti poſſet. Sed in ſummo malo ante cōmixtionem quā prædicāt, nullū unq̄ bonū fuit. Vnde igitur ibi uel ſcientia uel opinio boni eſſe potuit? An nihil uolebant qd apud ſe eſſet, atq; illud bonū uerū, qd extrā erat, appetebāt? Iſta uero præclāra & magna laude prædicanda uoluntas eſt, qua ſummū appetitur & uerū bonū. Vnde igitur i ſummo malo motus ai tāta laude digniſsimus? An ſtudio nocēdi appetebant? Primò eodē reuoluitur ratio. Qui. n. nocere uult, bono aliquo uult priuare alium pp aliquod bonū ſuum. Erat igitur in eis uel ſcientia boni, uel opinio, quæ in ſummo malo nullo modo eſſe debebat. Deide bonū illud extra ſe poſitū, cui nocere ſtudebant, utrū oino unde eſſet cognouerāt?

C

Si intellexerant, quid tali mēte præclarius? An quicquā eſt aliud, quo magnis laborib' ois bonoꝝ porrigatur intētio, niſi ut ſummū illud & ſyncerū bonū intelligatur? Quod ergo nunc uix paucis bonis iuſtisq; cōceditur, id tunc illud merū malū nullo bono adiuuante iā poterat? Si aūt illæ aiæ corpora gerebāt, & id oculis uiderant, quæ linguæ, quæ pectora, quæ ingenia laudandis iſtis oculis pdicandisq; ſufficiunt, quibus uix poſſunt mentes iuſtoꝝ adæquari, quanta bona inuenimus in ſummo malo? Si. n. uidere deū malū eſt, nō eſt bonum deus: bonū eſt aūt deus: bonū eſt igitur deū uidere, & neſcio qd huic tāto bono cōparari queat. Porrò q̄ uidere bonū eſt, unde fieri poteſt ut poſſe uidere ſit malū? Quapropter quicquid uel in illis oculis, uel in iſtis mētibus fecit, ut ab his poſsit uideri diuina ſubſtantia, magnū & ineffabili laude digniſsimū bonū fecit.

Rurſus cōfutat Manichæos.

Si aūt non factū, ſed ipſum p ſe tale ac ſempiternū erat, difficile hoc malo quicquam melius inuenit. Poſtremo ut nihil hoꝝ laudandoꝝ habeant illæ aiæ, quę illoꝝ rationibus habere coguntur, quærerē, utrū aliquas an nullas aias deus damnet.

D

Si nullas, nullū meritoꝝ iudiciū eſt, nulla pūidentia: & caſu potius q̄ ratione mundus adminiſtratur, uel potius nō adminiſtratur: nō. n. adminiſtratio caſibus danda eſt. Hoc aūt ſi oibus qualibet religiōe deuinctis credere nefas eſt, reſtat ut aut ſit aliquarū aiarum dānatio, aut nulla pc̄tā ſint. Sed ſi nulla pc̄tā ſunt, etiā nullū bonū. Qd iſti ſi dixerint, hęreſim ſuā uno ictu interficiunt. Conuenit igitur mihi cū illis aias aliquas diuina lege iudicioq; dānari. At hæ ſi bonæ ſunt, quę illa iuſtitia eſt? Si malæ, natura, an uoluntate? Sed natura eſſe malę aiæ nullo modo queūt. Vnde hoc docemus? De ſuperioribus definitionib' uolūtatis atq; pc̄ti.

1. Ret. 15.

Quia dicere aias, & eſſe malas, & nihil peccare plenum eſt dementiæ: dicere aūt peccare ſine uoluntate, magnū deliramentum eſt: & pc̄ti reum teneri quenquā, qa non fecit qd' facere nō potuit, ſummæ iniqtatis eſt, & inſaniæ. Quā ob rem illæ aiæ qcqd faciunt, ſi natura nō uolūtate faciunt. i. ſi libero ad faciendū & ad nō faciendū motu animi carent: ſi deniq; his abſtinendi ab opere ſuo poteſtas nulla conceditur, pc̄tō earū teneri nō poſſumus. At oēs fatemur & malas aias iuſte: & eas quæ nō peccauerunt, iniuſte dānari. Fatentur igitur eas malas eſſe, quæ peccant: illę aūt, ſicut ratio docuit, nō peccāt. Aiatum ergo malarū genus neſcio qd' extra illud, qd' à Manichæis inducitur, nullū eſt.

2. ſen. di. 28. ca. Similiter.

1. Retra. cap. 15.

2. ſen. di. 27. ca. Si igit gratia.

E

Nunc bonū illud genus uideamus, qd rurſus ita laudant, ut ipſam dei ſubſtantiā dicant eſſe. Quantò aūt melius eſt, ut ſuū ordinē meritumq; quiſq; cognoſcat, nec ita ſacrilega ſuperbia uentiletur: ut cum ſe totiens cōmutari ſentiat, ſummi illius boni, qd' incōmutabile pia ratio profiteſ & docet, credat eſſe ſubſtantiam. Ecce. n. cum manifeſtū ſit nō peccare aias in eo q̄ non ſunt tales, quales eſſe non poſſunt. Vnde cōſtat iā neſcio quas illas inducticias nullo modo peccare, & pp̄terea illas non eſſe oino: relinquitur, ut qm̄ concedunt eſſe pc̄tā, non inueniant quibus ea tribuant, niſi bono generi aiarum & ſubſtantię dei. Maximè aūt urgentur authoritate Xpiana: nunquam. n negauerunt dari ueniā peccatoꝝ, cū fuerit ad deū quiſq; conuerſus? nunq̄ dixerūt, ut alia multa, qd ſcripturis diuinis hoc quiſpiā corruptor inſeruerit.

F

Quibus ergo pc̄tā donant? Si alieni generis illis malis, poſſunt & bonę fieri, poſſunt dei regnū poſsidere cum Xpo. Quod iſti quia negant, non habent alterū genus, niſi earū, quas de ſubſtantia dei eſſe perhibēt, reſtat ut non ſolū etiā ipſas, ſed ipſas ſolas peccare fateantur. Ego autē nihil pugno, ne ſolæ peccent: peccant tñ, etenim mali contixtione coguntur. Si ita coguntur ut reſiſtendi poteſtas nulla ſit, non peccāt: ſi eſt in pt̄āte ſua reſiſtere, & ppria uoluntate conſentiūt, cur tāta bona in ſummo malo? Cur hoc malū in ſummo bono p doctrinā illorum cogimur inuenire, niſi qa neq; illud malū eſt, qd ſuſpitione inducunt, neq; hoc ſummum bonū qd ſuperſtitione peruertunt?

Vera de aiabus opinio. Cap. 13.

At ſi de duobus iſtis generibus aiarum delirare illos & errare docuiſſem aut certe ipſe didiciſſem quod remanere non poterat, cur mihi iam de ulla re audiendi aut conſulēdi uiderentur? An ut diſcerem hinc oſtendi aiarum duo eſſe genera, q̄ in deliberando nunc in malam partem, nunc in bonā mutat aſſenſio? Cur non magis hoc ſignū eſt unius animæ, quæ libera illa uo-

G luntate huc & illuc ferri, hinc atq; hinc referri pôt?
Nam mihi cũ accidit, unum me eſſe ſentio utrunq;
conſiderantẽ, alterutrũ eligentẽ, ſed plerunq; illud
libet, hoc decet, quoꝝ nos in medio poſiti fluctua
mus: Nec mirũ, Ita.n. nunc conſtituti ſumus, ut & p
carnẽ uoluptate affici, & p ſpm̃ honeſtate poſsim⁹,
quare nõ duas aias hinc fateri cogor. Poſſumus.n.
melius & multo expeditius intelligere duo genera
rerũ bonarũ, quoꝝ tñ neutrum ab authore deo ſit
alienũ, unã animã ex diuerſis efficere partib⁹, infe-
riore ac ſuperiore, uel quod recte ita dici pôt, exte-
riore atq; interiore, Ita ſunt duo genera q̃ ſenſibiliũ
& intelligibiliũ nomine pauloante tractauimus, q̃
carnalia & ſpiritalia libẽtius & familiarius nos uo-
camus. Sed factũ eſt nobis difficile à carnalib⁹ ab-
ſtinere, cũ panis ueriſsimus noſter ſpiritalis ſit. Cũ
labore nanq; nunc edimus panẽ, Neq; n. nullo i ſup
plicio ſumus peccato trãſgreſsionis mortales ex im
mortalib⁹ facti. Id eo cõtingit, ut cũ ad meliora co
nantib⁹ nobis cõſuetudo facta cũ carne, & peccata
H nr̃a quodãmodo militare cõtra nos, & difficultatẽ
nobis facere cœperint, nonnulli ſtulti aliud genus
animaꝝ quod nõ ſit ex deo, ſuperſtitione obtuſiſ-
ſima ſuſpicent. Quanquã etiã ſi eis cõcedatur infe-
riore alio genere animarũ nos illici ad turpia, non
inde cõficiunt, aut illas naturas malas eſſe, aut iſtas
ſummũ bonũ. Fieri.n. poteſt ut proprio illæ uolun
tate appetẽdo quod nõ licebat, hoc eſt peccãdo ex
bonis factæ ſint malæ, ruſuſq; fieri bonæ poſsint,
ſed ſic ut q̃diu manent i peccato, ad ſeſe alias occul
ta quadã ſuaſione traducant. Deinde ut oino malę
nõ ſint, ſed in ſuo genere q̃uis inferiore opus ꝓpriũ
ſine ullo peccato exerceant: iſtæ aũt ſuperiores qb⁹
ãctionẽ longe p̃ſtantiorẽ rerũ moderatrix iuſtitia
ſumma tribuerit, ſi illas inferiores ſequi & imitari
uoluerint, peccãdo fiunt malæ, nõ qa malas, ſed qa
malæ imitant. Ab illis.n. agitur ꝓprium, ab iſtis ap
petitur alienũ: unde illæ i ſuo gradu manẽt, iſtæ ad
* al. fe- rina ſectã tur. inferiora mergunt. Velut cũ homines formã ſectan
tur *, pulchre nanq; incedit quadrupedans equus,
at ſi hoc homo pedib⁹ manibusq; imitetur, qs eum
Pulchre nanq. uel palearũ cibo dignũ putet? Recte igitur plerunq;
improbamus imitantẽ, cũ eum quẽ imitatur pro-
I bemus. Improbamus aũt, nõ qa nõ ſit aſſecut⁹, ſed
qa oino aſſequi noluit In equo.n. probamus illud,
cui quantũ p̃ponimus hominẽ, tantũ offendimur
q inferiora ſectat. Quid inter ipſos hoies? In emittẽ
da uoce nõnne quod p̃co bene facit, etiam ſi clari⁹
ac melius id faciat ſenator inſanus eſt? Cœleſtia ſu
ſpice, lucens luna laudatur, ſuoq; curſu atq; uicibus
bene conſiderantib⁹ ſatis placet: tñ ſi eam ſol uelit
imitari, fingamus.n. eũ poſſe habere huiuſmodi uo
luntates, cui nõ ſumme ac iure diſpliceat? Ex quib⁹
1. Retrac. ca. 15. illud eſt, quod intelligi uolo, Etiam ſi ſunt animæ,
quod interim incertũ eſt, corporeis officijs nõ pec-
cato ſed natura deditæ, noſq; quanquã ſint inferio
res, aliqua tñ inferiore uicinitate cõtingãt, nõ illas
ideo malas haberẽ oportere, qa & nos quũ eas ſequi
mur & corporea diligimus mali ſum⁹. Propterea.n.
1. Retrac. ca. 15. corporea diligẽdo peccamus, qa ſpiritalia diligere
& iuſtitia iubemur & natura poſſumus, & tũc i nr̃o
genere optimi & beatiſsimi ſumus. Quãobrẽ qd ha
beat argumẽti æſtuans in utrãq; partẽ deliberatio,
modo in peccatũ prona, modo i recte factũ ſubue
cta: ut duo animarũ genera, quoꝝ alterius natura

ex deo ſit, alteri⁹ nõ ſit, cogamur accipere, cũ aliis K
tot cauſas alternãtes cogitationes conijcere liceat.
Sed hæc obſcura eſſe, & incaſſum ab animis lippiẽ
tibus q̃ri, q̃ſquis bonus rerũ exiſtimator eſt, uidet.
Quare illa potius, q̃ de uolũtate atq; peccato dicta
ſunt, illa inq̃, q̃ ſumma iuſtitia eſt, neminẽ ratione
utentẽ ignorare p̃mittit: illa, q̃ ſi auferant nobis, ni
hil aliud eſt unde diſciplina uirtutis inchoet, nihil unde
à uitioꝝ mole ſurgat, etiã atq; etiã conſiderata, ſatis
clare ac dilucide Manichæorũ hæreſim falſam eſſe
cõuincunt. Hoꝝ ſimile eſt, qd de pœnitendo nũc De pœnitentia. Cap. 14.
dicam: nã ut inter oẽs ſanos conſtat, & qd ipſi Ma-
nichæi nõ ſolum fatent, ſed & p̃cipiunt, utile eſt pę
nitere peccati. Quid ego nunc in hanc rẽ diuinarũ
ſcripturarũ teſtimonia, q̃ uſq;quaq; diffuſa ſunt, col
ligã? Vox eſt ẽt iſta naturæ, Neminẽ ſtultũ rei huius
notitia deſerunt. Hoc nobis niſi etiã penitus inſitũ
eſſet, periremus. Pôt aliquis dicere, nõ ſe peccare: nõ
aũt ſibi eſſe ſi peccauerit pęnitẽdũ, nulla barbaries
hoc dicere audebit. Quæ cũ ita ſint, q̃ro ex duob⁹ L
illis generib⁹ aiaꝝ, cuius ſit pœnitere peccati? Scio
quidẽ neq; illi⁹ eſſe poſſe, q male facere: neq; illius q
bene facere non poteſt: quare ut eoꝝ uerbis utar, ſi
aiam tenebraꝝ peccati pœnitet, nõ eſt de ſubſtãtia
ſummi mali: ſi aiam lucis, non eſt de ſubſtãtia ſum
mi boni. Pœnitẽdi.n. affectio illa, q̃ prodit male fe-
ciſſe pœnitentẽ, & bene facere potuiſſe teſtat. Q̃uo
igitur nihil ex me mali eſt, ſi ego perperam feci? Aut
q̃uo me recte pœnitet, ſi ego nõ feci? Audi partẽ al-
terã, Q̃uo ex me nihil boni eſt, cui bona uoluntas
ineſt? Aut q̃uo me rẹcte pœnitet, ſi non ineſt? Quã-
obrẽ aut negẽt iſti eſſe pœnitendi magnã utilitatẽ,
ut nõ ſolũ à Xp̃iano noie, ſed ab omni etiã uel ima
ginaria ratione pellantur: aut aiaꝝ illa duo genera,
unũ ex quo nihil mali, alteꝝ ex quo nihil boni ſit,
diſcere, atq; docere iam deſinant: qd ſi faciãt, Mani-
chæi eſſe utiq; iam deſinẽt: nã tota illa ſecta iſta bi
cipiti, uel potius p̃cipiti aiaꝝ uarietate fulcitur. Ac
mihi qdẽ ſatis eſt ſic ſcire q Manichæi errẽt: ut ſcio
pęnitendũ eſſe peccati: & tñ ſi nunc amicoꝝ meoꝝ
aliquẽ, q uſq; adhuc illos audiendos putat, cõpellẽ
iure amicitiæ, & ei dicã, ſciſne utile eſſe cũ q̃ſq; pec-
cauerit pœnitere? ſine dubitatione ſe ſcire iurabit. M
Si ergo te fecero ita ſcire falſam eſſe Manichæoꝝ hę
reſim, deſiderabiſne amplius? Quid ampli⁹ eſſe poſ
ſet i hac re deſiderãdũ, rñdeat. Bñ qdẽ hucuſq;. Sed
cũ oſtẽdere cœpero certas, neceſſariasq; rationes, q̃
illã ꝓpoſitionẽ adamãtinis, ut dicitur, catenis ine-
xæ conſequunt, remq; totã ad cõcluſionẽ, qua illa
uertitur ſecta, p̃duxero, negabit ſe forſitã ſcire utili
tatẽ illã pœnitendi: quã nemo doctus, nemo indo-
ctus ignorat, & potuiſſe† * ſcire cõtendet: cũ dubi † * al. potius ſe.
tamus & deliberamus duas i nobis aïas, patrocinia
ꝓpria ſingulis q̃ſtionis partib⁹ adhibere. O conſue
tudo peccati, ò comes pœna peccati, uos me tũc à
rerũ tam manifeſtarũ cõſideratione auertiſtis: ſed
nõ ſentienti nocebatis, nunc i familiariſsimis meis Orat⁹ pro amicis, quos habuit erroris ſocios. Cap. 15. 1. Retrac. ca. 15.
ſilr nõ ſentientib⁹ me iã uulneratis, torquetiſq; ſen-
tientẽ. Attẽdite iſta q̃ſo chariſsimi, ueſtra ingenia
bñ noui. Si mihi nũc uos qualiſcũq; hominis mẽtẽ
rationẽq; cõceditis, multo certiora ſunt, q̃ q̃ ibi uel
uidebamur diſcere, uel magis credere cogebamur.
Deus magne, deus ops, deus ſummę bonitatis, quẽ
iuiolabilẽ atq; icõmutabilẽ credi atq; itelligi phas
ẽ, trina unitas, q̃ catholica eccl̃ia colit, ſupplex oro
expertus

A expertus in me miſericordiam tuam, ne homines,
cum quibus mihi à pueritia in hominũ uictu fuit
ſumma cõſenſio, in tuo cultu à me diſſentire per-
mittas. Video maxime expectari hoc loco, quomo
do etiam catholicas ſcripturas à Manichæis accu-
ſatas uel tunc defenderem, ſi ut dico, cautus eſſem:
uel nũc defendi poſſe demonſtrem. Sed in alijs uo
luminibus deus adiuuabit propoſitum meum: nã
huius iam, quãtum arbitror, immoderata * par- ** aliàs moderata.*
ci ſibi poſtulat longitudo.

F I N I S.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPOnenſis Epiſcopi, contrà Fortunatum quendam Manichæorum Præsbyterum, Liber.

QVINTO calendas Septembris
Arcadio Auguſto bis, & Rufino
uiris clariſsimis cõſulibus, actis
habita eſt diſputatio aduerſus
Fortunatum Manichæorũ præſ-
byterum in urbe Hipponenſiũ
B regionũ in balneis Soſsij ſub præ
ſentia populi. AVGVSTINVS dixit, Ego iam
errorem puto, quam antea ueritatem putabã, utrũ
recte exiſtimem, à te præſente audire cupio. In pri-
mis ſummum errorem puto omnipotẽtem deum,
in quo una nobis ſpes eſt, ex aliqua parte uiolabi-
lem aut corruptibilem, aut coinquinabilem crede
re. Hoc ueſtram hæreſim affirmare ſcio, non quidẽ
ijs uerbis, qbus nunc uſus ſum. Nam & uos interro
gati confitemini deũ eſſe incorruptibilem & om-
nino inuiolabilem & incoinquinabilẽ. Sed cũ cœ
peritis cætera exponere, cogimini eũ corruptibilẽ,
penetrabilem, & coinquinabilem profiteri. Dicitis
enim aliã neſcio quam gentem tenebrarũ aduerſus
dei regnum rebellaſſe. Deum aũt omnipotentem,
cum uideret quãta labes & uaſtitas immineret re-
gnis ſuis, niſi aliqd aduerſæ genti opponeret & ei
reſiſteret, miſiſſe hãc uirtutem, de cuius cõmixtio-
ne cum malo & tenebrarũ gente mundus ſit fabri-
catus. Hinc eſſe ꝙ hic aiæ bonæ laborant, ſeruiunt,
errant, corrumpuntur: ut neceſſarium haberent li-
beratorem, qui eas ab errore purgaret, & à cõmix-
C tione ſolueret, & à ſeruitute liberaret. Hoc ego ne-
phas puto credere, deũ omnipotentem aliquã ad-
uerſam gẽtẽ timuiſſe, aut neceſsitatẽ eſſe paſſum,
ut nos in erũnas præcipitaret. FORTVNATVS
dixit, Quia te medium fuiſſe noſtrũ ſcio, id eſt, in-
ter Manichæos adminiſtraſſe, iſta ſunt principalia
fidei noſtræ. De cõuerſatione hic agitur, de quibus
falſis criminibus pulſamur. Ex te ergo præſentes
audiunt boni uiri, utrum ſint uera ſuper qbus cri-
minamur & appetimur, an ſint falſa. Etenim ex tua
doctrina, & ex tua expoſitione & oſtenſione pote-
runt uerius ſcire noſtrã cõuerſationem, ſi à te fue-
rit prodita, interfuiſti orationi? AVG. Interfui,
Sed alia quæſtio eſt de fide, alia de moribus, Ego
de fide propoſui, Sed ſi illi qui aſſunt, ut dicis, ma-
lunt audire de morib⁹, nec ipſam q̃onem defugio.
FOR. Purgare me prius uolo penes cõſcientiã ue-
ſtram, penes quã polluimur, ex idonei uiri teſtimo
nio, qui mihi & nũc idoneus eſt, & in futura iuſti
iudicis Chriſti examinatione, ſi ea quæ iactantur
uidit in nobis, uel cõſecutus eſt. AVG. Ad aliud
uocas, cũ ego de fide propoſuerim. De moribus aũ D
tem ueſtris plene ſcire poſſunt, q electi ueſtri ſunt,
Noſtis aũt me nõ electũ ueſtrũ, ſed auditorẽ fuiſſe.
Itaq; quis & orationi ueſtræ interfuerim, ut interro *De utilitate credendi. ca 1. & 2.*
gaſti, utrũ ſeparatim uobiſcũ habeatis aliquã ora-
tionẽ, deus ſolus põt noſſe & uos. Ego tñ in orõne
in qua interfui, nihil turpe fieri uidi, ſed ſolũ cõtra
ſolẽ aiaduerti, quã poſtea didici & ꝓbaui, ꝙ cõtra
ſolem facitis orõnẽ, Præter hoc in illa orõne ueſtra
nihil noui cõperi. Quiſquis aũt uobis opponit q̃o-
nẽ aliquã de morib⁹, & electis uĩis opponat. Quid
autẽ inter uos agatis q electi eſtis, ego ſcire nõ poſ-
ſum. Nã & euchariſtiã audiui à uobis ſæpe ꝙ acci-
piatis: tẽp⁹ aũt accipiẽdi cũ me lateret, qd accipia-
tis, unde noſſe potui? Itaq; ſerua ſi placet q̃onem de
moribus, ut inter electos ueſtros diſcutiatis, ſi diſ-
cuti põt. Mihi fides data eſt à uobis quã hodie im-
probo. De ipſa propoſui, Ad propoſitũ meũ mihi
rñdeat. FOR. Et nĩa ꝓfeſsio ipſa eſt, ꝙ incorru-
ptibilis ſit de⁹, ꝙ lucidus, ꝙ inadibilis, intenibilis,
ipaſsibilis, ꝙ æternã lucẽ & ꝓpriã habitet: ꝙ nihil
ex ſeſe corruptibile ꝓferat, nec tenebras, nec dæmo
nes, nec Satanã, nec aliqd aduerſum in regno eius E
reperiri poſsit. Sui aũt ſilẽm ſaluatorẽ direxiſſe, uer
bũ natũ à cõſtitutiõe mũdi cũ mũdũ fabricaret,
poſt mũdi fabricã inter hoies ueniſſe: dignas ſibi
aias elegiſſe ſanctæ ſuæ uolũtati, mãdatis ſuis cœle
ſtibus ſanctificatas, fide ac rõne imbutas cœleſtiũ
rerũ, ipſo ductore: hinc iterũ eaſdẽ aias ad regnũ dei
reuerſuras eſſe: ſcdm ſanctã ipſius pollicitationẽ q
dixit, Ego ſum uia, ueritas, & ianua. Et, Nemo põt *Ioan. 14.*
ad patrẽ peruenire niſi p me. His reb⁹ nos credim⁹,
qa aliæ ſunt aiæ: id eſt, alio mediãte nõ poterũt ad
regnũ dei reuerti, niſi p ipſum repererint ueritatẽ,
uiã, & ianuã. Ipſe.n. dixit, Qui me uidit, uidit & pa *Ioan. 5. & 8.*
trẽ meũ. Et, Qui in me crediderit, mortẽ nõ guſta-
bit in æternũ, ſed tranſitũ faciet de morte ad uitã,
& in iudiciũ nõ ueniet. His rebus credimus, & hæc
ratio fidei nĩæ, & pro uirib⁹ ai nĩi mãdatis eius ob
tẽperare, unã fidẽ ſectantes, huius trinitatis patris
& filij & ſpiritusſancti. AVG. Has aias quas de
morte ad uitã p Xpm uenire fatemini, q̃ cauſa præ
cipitauit in mortẽ? FOR. Hinc iam dignare ꝓſe-
qui & contraire. Si nihil præter deũ? AVG. Immo
tu dignare rñdere id qđ interrogaris, has aias quæ F
cauſa morti dederit. FOR. Immo tu dignare di-
cere, utrũ aliqd ſit pter deum, an oia in deo ſint.
AVG. Illud ego rñdere poſſum qđ me dñs noſſe
uoluit, deũ neceſsitatẽ nullã pati poſſe, neq; ex ali-
qua parte uiolari atq; corrumpi. Quod cũ tu quoq;
fatearis, quæro qua neceſsitate huc miſerit animas,
quas dicis p Xpm redire? FOR. Quod tu dixiſti,
quia hucuſq; tibi deus reuelauit, ꝙ incorruptibilis
ſit, & mihi ratio quærenda eſt, quẽadmodũ aiæ &
ob quã cauſam iſtum in mũdũ uenerint, ut meri-
to nunc eas per unigenitũ filium ſuũ, ac ſui ſimilẽ
de hoc mũdo liberaret, ſi nihil pter ipſum. AVG.
Nõ debemus fruſtrare tãtos q pñtes ſunt, & de q̃o-
ne ꝓpoſita ire ad aliud. Si cõfitemur ambo, ſi no-
bis cõcedimus eſſe incorruptibilẽ & inuiolabilẽ
deũ & nihil pati potuiſſe: ex quo eſt cõſequẽs ut fal
ſa ſit hæreſis ueſtra, q̃ dicit deũ, cũ uideret iminere
uaſtitatẽ ac labẽ regnis ſuis, miſiſſe uirtutẽ q̃ cũ te-
nebrarũ gente pugnaret, & ex ea cõmixtione hinc
noſtras animas liberaret. Breuis ẽ ergo ratio mea,

G & quantũ exiſtimo lucis pleniſsima. Si deus nihil pati potuit à gente tenebrarũ, quia inuiolabilis eſt, ſine cauſa huc nos miſit, ut nos hic erũnas patiamur. Si aũt aliqd patitur, nõ eſt inuiolabilis, & decipitis eos, qbus dicitis eſſe inuiolabilẽ deũ. Hoc. n. ueſtra hæreſis negat cũ cætera exponitis. FOR. Hoc ſentimus qđ nos inſtruit beatus Apl's Paulus, qui dicit, Hoc ſentite in uobis qđ & in Chriſto Ieſu, Qui cũ in forma dei eſſet cõſtitutus, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens: in ſimilitudinẽ hoiũ factus eſt, & habitu inuentus ut hõ: humiliauit ſemetipſum, & factus eſt ſubditus uſq; ad mortẽ. Hoc ergo ſentimus de nobis qđ & de Xpo, qui cũ in forma dei eſſet cõſtitutus, factus eſt ſubditus uſq; ad mortẽ, ut ſimilitudinẽ aiaꝝ noſtrarũ oſtenderet. Et queadmodũ in ſe mortis ſimilitudinẽ oſtẽdit, & ſe a patre eẽ de medio mortuoꝝ reſuſcitatũ: eo modo ſentimus & de animabus nr̃is futurũ, qđ p ipſum poterimus de hac morte liberari: quæ aut aliena eſt à deo, aut ſi ꝓpria eſt dei, & miſericordia eius ceſſat, & liberatoris nomẽ, & opera liberantis. AVG. Ego quæro queadmodum in

H morte uenerimus, & tu dicis queadmodũ de morte liberemur. FOR. Ita Apl's dixit quõ ſentire debeamus de animab' nr̃is, qđ Chriſtus nobis oſtendit, Si fuit Chriſtus in paſsione & morte, & nos: ſi uoluntate patris deſcendit in paſsionẽ & mortẽ, & nos. AVG. Notũ eſt oibus catholicã fidẽ ita ſe hr̃e, ꝙ dñs noſter: id eſt, uirtus & ſapientia dei: & uerbũ per qđ facta ſunt oia, & ſine quo factum eſt nihil, ad liberationẽ noſtrã hoiem ſuſcepit. In ipſo hoie quẽ ſuſcepit demonſtrauit illa quę dicis. Nos autem nunc de ipſius dei & ineffabilis maieſtatis ſubſtãtia quærimus, utrũ ei aliqd nocere poſsit, an nõ poſsit. Si. n. poteſt ei aliqd nocere, nõ eſt inuiolabilis. Si non poteſt ei aliqd nocere, qd ei factura erat gens tenebrarũ, contra quã dicitis bellũ geſtũ eſſe a deo ante conſtitutionẽ mundi, in quo bello noſ, id eſt, aias quas modo indigere liberatore manifeſtum eſt, cõmixtas eſſe omni malo, & morti implicitas aſſeritis? Redeo. n. ad iſtud breuiſsimũ, Si poterat ei nocere, nõ eſt inuiolabilis: Si nõ poterat, crudeliter huc nos miſit, ut iſta patiamur. FOR.

I Aia deus *† eſt, an non? AVG. Si iuſtũ eſt ut nõ interrogatis meis rñdeaſ, & ego interroger, rñdebo. FOR. Si in ꝓprio agit aia? Hoc à te quæro. AVG. Ego qdẽ qđ interrogaſti dicã, tantũ illud memineris, te noluiſſe rñdere iterrogatis meis, me autẽ tuis rñdere. Si quæris utrũ à deo deſcenderit anima, magna qdem quæſtio eſt. Sed ſiue à deo deſcendit, ſiue nõ, illud de aia rñdeo, nõ eſſe deũ, aliud eſſe deum, aliud aiam. Deum eſſe inuiolabilem, incorruptibilem, & impenetrabilẽ, & incoinquinabilẽ, & qui ex nulla parte corrumpi poſsit, & cui nulla ex parte noceri põt. Aiam uero uidemus & peccatricẽ eſſe, & in erumna uerſari, & ueritatem quærere, & liberatore indigere. Hæc mutatio aiæ oſtendit mihi, ꝙ aia non ſit deus, nã ſi aia ſubſtantia dei eſt, ſubſtantia dei errat, ſubſtãtia dei corrũpitur, ſubſtãtia dei uiolatur, ſubſtãtia dei decipiſ, qđ nephas eſt dicere. FOR. Ergo negaſti aiam ex deo eẽ, qdiu peccatis & uitijs & mũdanis rebus defertur & errore ducit, ꝙ fieri nõ põt, ut aut deus hoc patiaſ, aut ſubſtãtia eius. Eſt. n. deus incorruptibilis, & ſubſtantia eius imaculata eſt & ſancta.

K Hic uero quęrit à nobis, utrũ aia ex deo ſit, nec ne? Quod nos fatemur & oſtẽdimus, ex Saluatoris aduentu, ex ipſius ſancta prædicatione, ex ipſius lectione, dñ aiabus miſeret, & ſcdm eius arbitriũ aia ueniſſe dr̃, ut eandẽ de morte liberaret, & pduceret eã ad æternã gloriã, & reſtitueret patri. Quod uero de aia turpe dicis aut ſperas, utrũ ſit a deo, nec ne: ſubſtantiã dei, ex qua negas eſſe aiam, nullis paſsionibus poſſe ſubiacere? AVG. Aiam ſic negauit eſſe ſubſtãtiã dei, ut negem illam eſſe deũ, ſed tñ ex deo authore eẽ, qa facta eſt à deo. Aliud eſt q fecit, aliud qđ fecit. Qui fecit, corruptibilis eſſe oino nõ poteſt: qđ aũt fecit, oino nõ poteſt æquale eſſe illi q fecit. FOR. Nec ego dixi aiam eſſe ſimilẽ deo. Sed qa dixiſti facturã *† eſſe aiam, & nihil præter deũ, quæro unde nã deus aię ſubſtãtiã adinuenit? AVG. Tantũ memẽto me rñdere ad ea q̃ interrogas: te aũt ad ea quæ interrogo nõ rñdere. Aiam dico eſſe factã à deo, & cætera oia quæ a deo facta ſunt, & inter illa quæ deus oipotens fecit principalem locũ datũ eſſe aiæ. Si autẽ quæris, unde deus aiam fecit, memẽto me cõfiteri tecũ, eſſe deũ omnipotẽtẽ. Omnipotens autẽ nõ eſt, qui quęrit adiuuari aliqua materia unde faciat qđ uelit. Ex quo eſt cõſequens, ut ſcdm fidẽ noſtrã oia quæ deus fecit, p uerbũ & ſapientiã ſuã de nihilo fecerit. Sic. n. legimus, Ipſe iuſsit & facta ſunt, ipſe mandauit, & cõſtituta ſunt. FOR. Ex iuſsione conſtant uniuerſa? AVG. Ita credo, ſed uniuerſa quæ facta ſunt. FOR. Facta cõſonant, ſed qa incõuenientia ſibi ſunt, ac p hoc ergo conſtat nõ eſſe unã ſubſtãtiã, licet ex unius iuſsione eadẽ ad cõpoſitionẽ mũdi huius & faciẽ uenerint. Cæterũ rebus ipſis patet, qa nihil ſiſe tenebræ & lux, nihil ſimile ueritas & mendacium, nihil ſiſe mors & uita, nihil ſiſe aia & corpus, & cætera ijs ſimilia, quæ & nominibus & ſpeciebus diſtãt ab inuicẽ. Et merito dixit ſe dñm nr̃m, Arbor quã nõ plãtauit pater meus cœleſtis, eradicabiſ, & in ignẽ mittetur, qa non affert fructus bonos, & eſſe arborẽ radicandã. Hinc uere conſtat ex rõne reꝝ, ꝙ duæ ſunt ſuſtãtiæ in hoc mundo, quæ ſpeciebus & nominibus cõſtant, quarum eſt una corporis, alia uero æterna patris omnipotentis, quã eſſe credimus. AVG. Contraria

M iſta quæ te mouet ut aduerſa ſentiamus, pp peccatũ noſtrũ, id eſt, pp peccatũ hoiũ contigerunt. Nã oia deus & bona fecit & bene ordinauit, peccatũ aũt nõ fecit: & hoc ſolũ qđ dicitur malũ, eſt uoluntariũ noſtrũ peccatum: & aliud genus mali, qđ eſt pœna peccati. Cum ergo duo ſint genera malorũ, peccatum & pœna peccati: peccatum ad deum non pertinet, pœna pctĩ ad uindicẽ ptinet. Etenim ut bonus eſt deus q oia cõſtituit: ſic iuſtus eſt ut uindicet in peccatũ. Cũ ergo oia optime ſint ordinata quæ uidenſ nobis nũc aduerſa eſſe, merito cõtingit hois lapſi, qui legẽ dei ſeruare noluit. Aię. n. rationali quæ eſt in hoie, dedit deus liberum arbitrium. Sic. n. poſſet hr̃e merita, ſi uolũtate, nõ neceſſitate boni eſſemus. Cũ ergo oporteat nõ neceſsitate, ſed uolũtate bonũ eſſe, oportebat ut deus aię daret liberũ arbitriũ. Huic aũt aiæ obtẽperanti legibus ſuis, oia ſubiecit ſine aduerſitate, ut ei cætera quæ deus condidit ſeruirent, ſi & ipſa deo ſeruire uoluiſſet. Si autem ipſa noluiſſet ſeruire deo, ea

Philip. 2.

Lib. 83. Quæſtio. quæſt. 2.

*† alias factitiã.

I. Retra. ca. 16.

Pſal. 32.

Matt. 15.

*† alias dei.

A quæ illi ſeruiebant, in pœnã eius conuerterentur.
Quare ſi recte oĩa à deo ordinata ſunt, & bona ſũt,
& deus non patitur malũ. FOR. Non patitur, ſed
deus malũ præuenit. AVG. A quo nihil paſſurus
erat? FOR. Hoc meũ eſt qa pręuenire uoluit, & nõ
temere, ſed uirtute & pręſcientia. Cæterũ nega ma-
lum pręter deũ eſſe, cum p pręcepta oſtẽdit, q̃ ſunt
alia quę pręter uoluntatẽ ipſius fiunt? Pręceptũ nõ
intercedit, niſi ubi eſt & contrarietas: libera facul-
tas uiuendi nõ datur, niſi ubi eſt lapſus, ſcd̃m Apl̃i
Ephe. 2. rationẽ, q dicit, Et uos cum eſſetis mortui delictis
& pc̃tis ueſtris, in qbus aliq̃n ambulaſtis, ſcd̃m ma
giſterium huius mundi, ſcd̃m principẽ poteſtatis
aeris huius ſpũs, q nunc operatur in filijs diffiden-
tię, in qbus & nos & oẽs aliq̃n conuerſati ſumus in
deſiderijs carnis nr̃ę, facientes uoluntates conſiliorũ
carnis, & eramus naturaliter filij iræ ſicut & cęteri.
Deus aũt qui diues eſt in oĩ miſericordia, miſertus
eſt nobis. Et cũ mortui eſſemus in pc̃tis, conuiuifi
cauit nos in xp̃o, cuius gratia eſtis ſalui facti, ſimul
& ſuſcitauit, & cũ eo collocauit in cœleſtibus cum
Xp̃o Ieſu, ut oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus
B abundantes diuitias gr̃æ ſuę in bonitate ſuper nos
in Xp̃o Ieſu. Gratia.n. eſtis ſaluati p fidẽ, & hoc non
ex uobis, dei.n. donũ eſt, non ex operibus, ut ne qs
glorietur. Ipſius.n. ſumus factura creati ĩ Xp̃o Ieſu
in operibus bonis, quæ pręparauit deus ut in illis
ambulemus. Propter qd memores eſtote, ꝙ aliq̃n
uos eratis gẽtes in carne, qui dicebamini pręputiũ,
ab ea quę dicit circuncíſio in carne manufacta, qa
eratis illo tp̃e ſine Chriſto, alienati à cõuerſatione
Iſrael, & hoſpites teſtamentorũ, ꝓmiſsionis ſpẽ non
habentes, & ſine deo in hoc mundo. Nunc autẽ in
Xp̃o Ieſu uos qui aliq̃n eratis lõge, facti eſtis prope
in ſanguine Xp̃i. Ipſe.n. eſt pax nr̃a qui fecit utraq;
unũ, & mediũ parietẽ maceriæ ſoluens inimicitias
in carne ſua, legẽ mandatorũ decretis euacuans, ut
duos condat in ſemetipſum in unũ nouũ hoiem,
faciens pacẽ, ut reconciliet ambos in uno corpore
deo, per crucẽ, interficiẽs inimicitias in ſemetipſo.
Et ueniens euangelizauit pacẽ uobis qui longe, &
pacẽ ijs q prope. Qm̃ per ipſum habemus utriq; in
uno ſpiritu acceſſum ad patrẽ. AVG. Ita Apl̃i le-
ctio quã recitare uoluiſti, ſi nõ fallor, pro mea plu-
C rimum & contra tuã fidẽ facit. Primo quia ipſum
liberũ arbitriũ, quo ego dixi fieri ut aĩa peccet, ſatis
hic expreſſum eſt cum pc̃tã noiauit, & cum reconci
liationẽ nr̃am dixit fieri cum deo per Ieſum Xp̃m.
Peccando.n. auerſi eramus à deo: tenendo aũt præ
cepta Xp̃i reconciliamur deo: ut qui pc̃tis mortui
eramus ſeruantes præcepta eius uiuificemur, & pa-
cem habeamus cum illo in uno ſpũ, à quo alienati
eramus, non ſeruantes mãdata eius: ſicuti de hoie
q primus eſt conſtitutus in fide nr̃a prędicatur. Er-
go nunc quæro abs te ſcd̃m eam lectionẽ quæ le-
cta eſt, q̃uo habeamus pc̃tã, ſi natura cõtraria nos
cogit facere qd facimus? Qui.n. cogitur neceſsitate
aliquid facere, non peccat. Qui aũt peccat, libero
arbitrio peccat. [Nihil mali fecit, q nihil ſua uolun
tate fecit.] Quare ſit nobis pœnitentia imperata, ſi
nos nihil mali fecimus, ſed gens tenebrarũ? Quæro
itẽ, indulgẽtia pc̃torũ cui detur, nobis, an gẽti tene
brarũ? Sed ſi genti tenebrarũ datur indulgẽtia pec
catorũ, regnabit & ipſa cũ deo, accipiens indulgen-
tiam peccatorũ. Si aũt nobis datur indulgentia pec
catorũ, manifeſtũ eſt qa uoluntate peccauimus. Sa- D
tis.n. ſtultũ eſt ignoſcere ei qui nihil mali fecit. Ni-
hil aũt mali fecit, qui nihil ſua uoluntate fecit. Ho-
die ergo aĩa pollicente ſibi deo indulgentiam pec-
catorũ & reconciliationẽ, ſi peccare deſtiterit, & de
pc̃tis pœnitentiã geſſerit, ſi rñdeat ſcd̃m fidem ue-
ſtram & dicat, Quid.n. peccaui? quid cõmerui? qd
me expuliſti de regnis tuis, ut contra neſcio quam
gentẽ pugnarẽ? Depreſſa ſum, permixta ſum, corru
pta ſum, defecta ſum, nõ eſt mihi ſeruatũ liberũ ar
bitriũ, tu noſti neceſsitatẽ qua preſſa ſum, Cur mi-
hi imputas uulnera quę ſuſcepi? Quare me cogis ad
pœnitentiã, cũ tu ſis cauſa uulnerũ meorũ, cum tu
ſcias quę paſſa ſum gentẽ tenebrarũ in me feciſſe te
authore, qui uiolari nõ poteras, & tñ uolẽs cauere
regnis tuis, qbus nihil noceri poſsit, me in miſerias
pręcipitaſti? Si recte ergo pars tua ego ſum quæ de
uiſceribus tuis ꝓceſsi, ſi de regno tuo & de ore tuo,
in hac gẽte tenebrarũ aliquid pati nõ debui, ut me
incorrupta illa ſubijceretur, ſi pars eram dñi: nunc
autẽ cum illa tẽperari nõ poſsit niſi mea corruptio
ne, q̃uo aut pars tua dicor, aut tu inuiolabilis ma-
nes, aut nõ es crudelis, q me pati uoluiſti pro his re B
gnis, qbus nihil noceri poterat ab illa gẽte tenebra
rum? Ad hoc rñde, ſi placet, & dignare mihi etiã il-
lud exponere, q̃uo dictũ eſt à Paulo Apl̃o, Eramus
naturaliter filij iræ. Q̃uo dicis naturaliter aĩam fi-
liam eſſe dei & portionẽ dei? FOR. Si ſcd̃m aĩam
dixiſſet Apl̃us, ꝙ ſimus naturaliter filij iræ, alienata
eſſet anima ore Apl̃i à deo. Et hoc modo tu ratione
oſtendis, ꝙ aĩa non ſit dei, qua naturaliter, inquit
Apl̃s, ſumus iræ filij. Si uerò ſcd̃m ꝙ lege tenebatur Ephe. 2.
idem Apl̃s ex ſemine Abrahæ, ut ipſe conteſtatur,
deſcendens, conſtat eum corporaliter dixiſſe nos
fuiſſe filios iræ ſicut & cæteros. Aĩæ uero ſubſtan-
tiam oſtendit ꝙ ſit ex deo, & aĩam aliter non poſſe
reconciliari deo, niſi per magiſtrũ, q eſt Xp̃s Ieſus.
Interfecta.n. inimicitia, uidebatur aĩa indigna exti
tiſſe deo. Sed qa miſſa eſt, hoc confitemur, à deo tñ
oĩpotente, & originẽ trahens, & miſſa ad ipſius uo-
luntatem conſignandã. Queadmodũ & ſaluatorẽ
Xp̃m credimus de cœlo ueniſſe, uoluntatẽ patris
cõplere, Quę uoluntas patris hęc erat, aĩas nr̃as de
eadẽ inimicitia liberare, interfecta eadẽ inimicitia.
Quæ ſi aduerſa deo nõ fuiſſet, nec inimicitia uoca F
retur ubi erat unitas, nec interfectio diceretur aut
fieret ubi uita erat. AVG. Memento ꝙ Apl̃s dixe-
rit, conuerſatione nos alienatos à deo eſſe. FOR.
Trado ego duas ſubſtãtias fuiſſe, In lucis ſubſtan
tia haberi deũ, ut ſuperius diximus, incorruptibilẽ
fuiſſe uero contrariã naturã tenebrarũ, eam quam
uirtute dei uinci hodie quoq; confiteor, & ad meũ
regreſſum Saluatorẽ eſſe Xp̃m emiſſum, ut ante idẽ
Apl̃s ait. AVG. Rationibus ut diſcuteremus duarũ
naturarum fidẽ, impoſitũ eſt ab ijs q nos audiunt.
Sed qm̃ ad ſcripturas iterum confugiſti, ad eas ego
deſcendo, ac nihil prætermittendũ eſſe poſtulo, ne
quibuſdam capitibus utentes, nebulas afferamus
eis, quibus notæ ſcripturæ nõ ſunt. A capite igitur
quod habet Apl̃s in epl̃a ſua ad Romanos conſide
remus. In prima.n. pagina eſt quod uehemẽter con
tra uos eſt. Dixit.n. Paulus ſeruus Xp̃i Ieſu, uocatus Roma. 1.
Apl̃s, ſeparatus in Euangelium dei, quod ante pro-
miſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, de
filio ſuo, q factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum

G carnē, qui prædeſtinatus eſt filius dei in uirtute ſe-
cundū ſpm ſanctificationis ex reſurrectione mor-
tuoꝝ Ieſu Xpi dñi nr̄i. Videmus Apl̄um de dño nr̄o
nos docere, ut & uirtute dei ante carnē prædeſtina
tus fuerit, & ſcdm carnē factus ſit ei ex ſemine Da-
uid. Hoc uos cū ſemper negaueritis & negetis, quo
ſcripturas flagitatis, ut ſcdm eas potius diſſeramus?

Ioan. 3. FOR. Secūdum carnē aſſeritis ex ſemine Dauid,
cum prædicetur ex uirgine eſſe natus, & filius dei
magnificetur. Fieri.n.non poteſt, niſi ut quod de
ſpiritu eſt, ſpūs habeatur: & qđ de carne eſt, caro in
telligatur. Contra quod eſt ipſa authoritas Euan-
1. Cor. 15. gelij qua dicit, ꝙ caro & ſanguis regnū dei non poſ
ſidebunt, neq; corruptio incorruptelā poſſidebit.
Hic ſtrepitus factus eſt à conſidentibus q rationi-
bus potius agi uolebant, qa uidebant eum nō oia
quę in Apl̄i codice ſcripta ſunt uelle accipere. Dein
de paſſim ſermocinatio ab oib⁹ haberi cœpit, quo
uſq; diceret ſermonē dei ligatum eſſe in gente tene
brarum. Quod cum exhorruiſſent qui aderant, di-
Diſputatio. 2. ſceſſum eſt. Poſtera die adhibito iterum notario,
res acta ſic eſt. FOR. Quòd nihil mali ex ſe profe
H rat deus oīpotens, & ꝙ quę ſua ſunt incorrupta ma
neant, uno ex fonte inuiolabili orta & genita. Cęte
ra uero quę in hoc mūdo uerſantur contraria, non
ex deo manare, nec principi deo paruiſſe in hoc ſe-
culo.i. ꝙ non ex ipſo originē trahant. Hæc ergo in
fide ſuſcepim⁹, ꝙ aliena ſint mala à deo. AVG. Et
nr̄a fides hęc eſt, ꝙ maloꝝ genitor nō ſit deus, neq;
ullā naturā fecerit malā. Sed cum uterq; nr̄m con-
ſentiat incorruptibilē deum & incoinquinabilem,
prudentiū eſt æſtimare & fideliū, quæ ſit fides pu-
rior, & maieſtate dei dignior. Illa ubi aſſeritur, uel
uirtus dei, uel pars aliqua dei, uel ſermo dei poſſe
cōmutari, uiolari, corrumpi, ligari. An ea ubi dicit
& oīpotentē deum & oēm ipſius naturā & ſubſtā-
tiam nulla parte unq̄ poſſe corrumpi, ſed mala eſſe
uoluntario peccato aiæ, cui dedit deus liberū arbi
trium. Quod liberū arbitriū, ſi non dediſſet deus,
iudiciū puniēdi nullū iuſtū eſſe poſſet, nec meritū
recte faciendi, nec pręceptū diuinū, ut ageretur pę-
nitentia de pc̄tis: nec ipſa indulgentia peccatorum
quā nobis deus per dnm nr̄m Ieſum xpm donauit.
Quia q non uoluntate peccant, non peccant. Hoc
I arbitror oibus apertū eſſe atq; perſpicuum. Quapp
non nos mouere debet, ſi aliqua in ijs quę deus fe-
cit moleſta patimur ꝓ meritis nr̄is. Sicut.n.ille bo-
nus eſt ut conſtitueret oia, ſic iuſtus eſt ut pc̄tis nō
parcat. Quæ pc̄tā, ut dixi, niſi libera uoluntas eſſet
in nobis, pc̄tā non eſſent. Si quis.n.uerbi cauſa li-
garetur ab aliquo cæteris mēbris, & de manu eius
falſum ſcriberetur ſine eius propria uoluntate, quę
ro ſi hoc iudici pateſieret, poſsit hunc hoiem falſi-
tatis crimine condemnare? Quare ſi manifeſtū eſt,
pc̄tm̄ non eſſe ubi non eſt liberū uoluntatis arbi-
trium, uolo audire, aia, quam dicitis aut partē, aut
uirturē, aut ſermonē, aut aliud quodlibet dei, quid
mali fecerit, ut à deo puniatur, aut pœnitētiā agat
pc̄ti, aut ueniam mereatur, cū nihil ipſa peccauerit.

FOR. De ſubſtātijs propoſui, ꝙ bonoꝝ deus tan
tūmodo creator, ultor uero maloꝝ habeatur, eo ꝙ
mala ex ipſo nō ſint. Merito ergo hoc ſentio, & ulci
ſci deū mala, qa ex ipſo non ſunt. Cęterū ſi ex ipſo
eſſent, aut daret licentiā peccādi, ꝙ dicis liberū ar-
bitriū dediſſe deū, conſenſor iam inueniebat deli-
cti mei, eo ꝙ author delicti mei eſſet: aut ignorans K
qđ futurus eſſem, delinqueret, quē ipſe nō te dignū
inſtitueret. Hoc ergo propoſitū eſt à me, & qđ inter
rogo nunc, utrū de⁹ mala inſtituerit, nec ne: & utrū
ipſe finē maloꝝ inſtituerit. Etenim quę ab ipſo di-
ximus facta eſſe, uti opifice deo, uti ab ipſo creata
& genita incorruptibilia haberi, his rebus apparet,
& fides Euāgelica docet. Hæc ego & ꝓpoſui q ſunt
credulitatis nr̄æ, & quæ à te poſſunt in iſta profeſ-
ſione nr̄a firmari, ita tn̄ ut non deſit authoritas fi-
dei Xpianæ. Et quia nullo genere recte me credere
oſtēdere poſſum, niſi eandē fidē ſcripturarū autho
ritate firmauerim, idē ergo eſt qđ inſinuaui, qđ di-
xi Aut ſi mala authore deo in mundū prouenerūt,
hoc ipſe dicere dignare. Aut ſi recte credit mala ex
deo non eſſe, hoc etiā præſentiū contēplatio profe
qui debet & ſuſcipere. De ſubſtantijs dixi, non de
pc̄tō qđ in nobis uerſatur. Si.n. originē nō haberet
qđ cogitam⁹ delicta facere, nō cogeremur ad pc̄tm̄
uenire, uel ad delictū. Nam qa inuiti peccamus, &
cogimur à contraria & inimica nobis ſubſtātia, id
circo ſequimur ſcientiā rerū. Qua ſcientia admoni
ta aia & memoriæ priſtinæ reddita, recognoſcit ex L
quo originē trahat, in quo malo uerſetur, quibus
bonis iterū emendans ꝙ nolēs peccauit, poſsit per
emendationē delictoꝝ ſuoꝝ bonoꝝ operū gr̄a, me
ritum ſibi reconciliationis apud deū collocare, au
thore Saluatore nr̄o q nos docet & bona exercere,
& mala fugere. Propoſitum eſt.n.nobis, ꝙ non ab
aliqua contraria natura, ſed ſua ſponte homo aut
iuſtitię ſeruiat, aut pc̄tis ſe obnoxiū faciat: cū nulla
exiſtente contraria gēte, ſi ſola uerſatur aia in cor-
pore cōſtituta, cui deus ut dicis liberū arbitriū de-
dit, ſine peccato eſſet, nec pc̄tis ſe obnoxiū faceret.

AVG. Ego dico pc̄tm̄ non eſſe ſi non propria uo 1. Retra. cap. 16.
luntate peccetur: hinc eſſe & pręmiū, quia propria
uolūtate recta facimus. Aut ſi pœnā meret qui pec
cat inuitus, debet & pręmiū mereri q bene facit in-
uitus. Quis aūt dubitet non deferri pręmium, niſi
ei q bona uoluntate aliqd fecerit? Ex quo intelligi-
mus & pœnā inferri ei, q uoluntate mala aliqd fece
rit. Sed qm̄ me ad priores naturas & ſubſtātias reuo
cas, fides mea eſt, oīpotentē deū, qđ maxime ani-
maduertendum eſt & aio figendū, bonū, iuſtū, fe-
ciſſe bona: ſed ea quę ab illo facta ſunt nō poſſunt M
eſſe talia, qualis eſt ipſe qui fecit. Iniuſtum eſt.n. &
ſtultū credere, ꝙ opera paria ſint artifici & cōdita
conditori. Quapp ſi pia fides eſt, ut oia bona deus
fecerit, quibus tn̄ ipſe eſt multo excellentior lon-
geq; pręſtantior, origo & caput mali eſt pc̄tm̄, ſicut
Apl̄s dixit, Radix oium maloꝝ eſt cupiditas: quā 1. Tim. 6.
quidē ſequentes naufragauerunt à fide, & inſerue-
runt ſe doloribus multis. Si.n. radicē oium maloꝝ
quęris, habes Apl̄m dicentē radicem oium maloꝝ
eſſe cupiditatem, Radicē radicis quærere non poſ-
ſum. At ſi eſt aliud malū, cuius radix non eſt cupi-
ditas, non erit oium maloꝝ radix cupiditas. Si aūt
uerū eſt oium maloꝝ radicē eſſe cupiditatē, fruſtra
aliud aliquod mali genus quęrimus. Tua uero na-
tura contraria quā inducis, qm̄ iam rn̄di obiectis
tuis, quęro ut tu mihi dicere digneris, ſi illa natura
cōtraria eſt totū malū, neq; pc̄tm̄ poteſt eſſe niſi ex
illa, pœnā ipſa ſola debet mereri, non aia à qua nō
eſt pc̄tm̄. Aut ſi dicis ipſam ſolam mereri pœnam,
& aiam non mereri, quęro cui data ſit pœnitentia,

A quæ ſit iuſſa pœnitere? Si aïa iuſſa eſt pœnitere, ab
illa pc̃tm̃, & ipſa uolũtate peccauit. Nam ſi cogitur
aïa facere malum, neq; illa eſt quæ malũ facit, nõne
ſtultum eſt & plenum dementię ut gens tenebrarũ
peccauerit, & me pœniteat de peccatis? Nõne plenũ
dementiæ eſt, ut gens tenebrarũ peccauerit, & mihi
detur indulgentia pc̃tórũ, qui poſſum dicere ſcdm
fidem ueſtrã, qd feci, & qd cõmiſi? Apud te fui, inte
ger fui, nulla labe contaminatus fui: tu me huc mi-
ſiſti, tu neceſſitatẽ paſſus es, tu caniſti regnis tuis,
cũ magna eis labes & uaſtitas imineret. Cum ergo
noueris neceſſitatẽ qua hic opp̃ſſus ſum, qua reſpi
rare nõ potui, cui reſiſtere nõ potui, qd me accuſas
quaſi peccantẽ? aut qd ꝓmittis idulgentiã pc̃tórũ?
Ad hoc ſine ambagibus rñde ſi placet, ſicut ego ti-
bi ſine ambagibus rñdi. FOR. Hoc nos dici-
mus, ꝙ à contraria natura aïa cogatur delinquere:
cui non uis eſſe radicẽ, niſi hoc tantũ, ꝙ in nobis
malum uerſaſ, cum cõſtet exceptis nr̃is corporibus
mala in omni mundo uerſari: non iſta quæ in cor-
poribus ſolum habemus in toto mũdo uerſanſ, &
in oĩbus uniuerſaliter mala radix hęret. Nam dixit
B dignatio tua ꝙ hæc ſit radix malorũ, cupiditas quę
in noſtris corporibus uerſatur: cum qñ non eſt cu
piditas mali ex nr̃is corporibus, ex ꝑncipali illi cõ
traria natura uerſatur in toto mundo. Apl̃s etenim
noiauit id radicem eſſe malorũ cupiditatẽ, nõ unũ
malum, quam dixiſti radicem oium malorũ. Cupi
ditas uero non uno modo intelligitur, quã dixiſti
radicem eſſe oium malorũ, quaſi quæ in cordibus
noſtris ſolum uerſeſ: cum conſtet hoc qd in nobis
uerſaſ malum ex authore malo deſcendere, & por-
tiunculam eſſe mali hãc radicem quã tu eſſe dicis:
ut nõ ſit ipſa radix, ſed ſit portiũcula mali, eius ma
li qd ubiq; uerſatur. Quã radicem & arborẽ malã
dñs noſter appellauit, nunq̃ fructus bonos afferen
Matth. 7 tem, quã non plantauit pater ſuus, ac merito eradi
&. 15. cari & in ignem mitti. Nam ꝙ dicis contrariæ natu
ræ pc̃tm̃ debere imputari: illa natura mali eſt: & id
eſſe pc̃tm̃ animę, ſi poſt cõmonitionem Saluatoris
noſtri, & ſanam doctrinã eius à contraria & inimi-
ca ſui ſtirpe ſe ſegregauerit aïa & purioribꝰ ſe ador
nans aïa: aliter nõ poſſe ſubſtãtiæ ſuæ reddi. Dictũ
C eſt. n. Si non ueniſſem & locutus eis non fuiſſem,
Ioan. 15. pc̃tm̃ non hrent, Nũc uero qa ueni & locutus ſum,
& noluerunt mihi credere, ueniam de pc̃tó nõ ha-
bebunt. Vnde patet † recte pniam eſſe datã poſt ad-
† aliàs pa uentũ Saluatoris, & poſt hanc ſciẽtiã rerũ, qua poſ-
ret. ſit anima, ac ſi diuino fonte lota, de ſordibus & ui-
tiis tam mũdi potius q̃ corporum, in qbus eadem
anima uerſatur, regno dei, unde ꝓgreſſa eſt, repræ-
ſentari. Nam dictum eſt ab Apl̃o, ꝙ prudentia car-
Roma. 8. nis inimica ſit deo: legi. n. dei non eſt ſubiecta, nec
enim põt. Patet ergo his rebus, ꝙ aïa bona factio-
ne illius quæ legi dei non eſt ſubiecta, peccare ui-
detur nõ ſua ſponte. Nanq; idem ſeqtur, ꝙ caro cõ-
cupiſcit aduerſus ſpm̃, & ſpũs aduerſus carnem, ut
Gal. 5. non q̃cunq; uultis illa faciatis. Dicit iterum, Video
Roma. 7. aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mẽ
tis meæ, & captiuam me ducentem in legem pecca
ti & mortis. Ergo miſer ego homo, qs me liberabit
de corpore mortis huius, niſi gratia dei per Ieſum
Xp̃m dñm noſtrum, per quem mihi mundus cruci
Galat. 6. fixus eſt & ego mundo? AVG. Agnoſco & am-
plector teſtimonia diuinarum ſcripturarum, & fi-

D dei meæ quemadmodũ cõgruant, ſicut deus dona
re dignabitur, paucis exponã. Liberũ uoluntatis ar
bitriũ in illo hoĩe fuiſſe dico, qui primus formatus
eſt. Ille ſic factus eſt, ut nihil oĩno uolũtati eius re-
ſiſteret, ſi uellet dei p̃cepta ſeruare. Poſtq̃ aũt libera
ipſe uoluntate peccauit, nos in neceſſitatẽ p̃cipita-
ti ſumus, qui ab eius ſtirpe deſcẽdimus. Põt autem
unuſqſq; noſtrum mediocri cõſideratione inueni-
re uerum eſſe qd dico. Hodie nanq; in noſtris actio
nibus anteq̃ conſuetudine aliqua implicemur, li-
berum habemus arbitrium faciẽdi aliqd, uel nõ fa
ciẽdi. Cum aũt iſta libertate fecerimus aliqd, & fa-
cti ipſius tenuerit aïam pniciosa dulcedo & uolu-
ptas, eadẽ ipſa ſua cõſuetudine ſic iplicaſ, ut poſtea
uincere nõ poſſit, qd ſibi ipſa peccãdo fabricata ẽ,
Videmꝰ multos iurare nolle, ſed qa iam cõſuetudi
nẽ lingua tenuit, nõ poſſe refrenare, cũ ea exeãt de
ore ipſorũ, quæ nõ poſſumus dicere ad mali ſtirpẽ
non ptinere. Vt. n. uobiſcũ his uerbis agã, quæ uti-
nam ſicut de ore ueſtro nõ recedũt, ita & corde in
telligantur, per paracletũ iuratis. Si ergo uultis ex-
periri, uerum eſſe qd dico, iſtituite nõ iurare. Vide-
bitis illam cõſuetudinẽ ferri quò ſolet: & hoc eſt ꝙ
E aduerſus animã pugnat cõſuetudo facta in carne.
Ipſa eſt nimirũ carnis prudẽtia, q̃ quãdiu ita eſt, le-
gi dei ſubiici non põt, quãdiu prudẽtia carnis eſt:
ſed illuminata aïa, deſinit illa eſſe carnis prudẽtia.
Sic. n. dictũ eſt prudentiã carnis non poſſe legi dei
eſſe ſubiectã, quẽadmodũ ſi diceretur glacialẽ ni-
uem calidam eſſe nõ poſſe. Nullo. n. pacto quãdiu
nix eſt, calida eſſe põt. Sed quẽadmodũ illa nix ca-
lore reſoluiſ, & deſinit nix eſſe, ut poſſit caleſcere:
ſic illa carnis prudentia. i. cõſuetudo facta cũ car-
ne, cũ fuerit mens nr̃a illuminata, & ad arbitriũ di
uinę legis totum hoiem ſibi deus ſubiecerit, pro il
la cõſuetudine aię mala facit conſuetudinẽ bonã.
Ex quo illę duę arbores, bõa arbor & mala arbor
quas enumeraſti, ueriſſime dictũ eſt à dño, qd fru-
ctus ſuos habeant. i. neq; bonam poſſe dare malos
fructus, neq; malã bonos quãdiu mala eſt. Accipia
mus duos hoies, bonum hoiem & malum hoiem.
Quãdiu bonus eſt, malos fructꝰ dare nõ põt. Quã-
diu malus eſt, fructus bonos dare non põt. Sed ut
F intelligas iſtas duas arbores ſic eſſe à dño poſitas,
ut ibi ſignificaretur liberũ arbitriũ, nõ naturas eẽ
iſtas arbores, ſed uoluntates nr̃as: ipſe ait in euãge
lio, Aut facite arborẽ bonã, aut facite arborẽ ma- Matt. 12.
lã. Quis eſt qui poſſit facere naturã? Si ergo impera
tũ eſt nobis ut faciamus arborẽ aut bonã aut ma-
lã, noſtrũ eſt eligere qd uelimus. De iſto ergo pc̃tõ
hois, & de iſta conſuetudine animæ facta in carne
Apl̃s dicit, Nemo uos ſeducat, Oïs creatura quæ à 1. Tim. 4.
deo facta eſt, bona eſt. Dicit idem Apl̃s quem tu ip Roma. 5.
ſe cõmemoraſti, Sicut per unius inobedientiã pec
catores conſtituti ſunt multi, ſic & per unius obe-
dientiã iuſti conſtituentur multi, Qm̃ per hoiem
mors, & per hoiem reſurrectio mortuorũ. Quãdiu 1. Cor. 15.
ergo portamus imaginem hoĩs terreni. i. quandiu
ſcdm carnem uiuimus, qui uetus etiam homo no-
minatur, habemus neceſſitatem cõſuetudinis no- Ibidem.
ſtræ, ut non qd uolumus faciamus. Cum aũt gr̃a
dei amorem nobis diuinũ inſpirauerit, & nos ſuæ
uoluntati ſubditos fecerit, qbus dictum eſt, Vos in
libertatẽ uocati eſtis, & gratia dei liberauit me à le Galat. 5.
ge peccati & mortis: Lex autẽ peccati eſt, ut qcunq;

G peccauerit, moriatur:ab iſta lege liberamur,cũ iu-
Geneſ. 3. ſti eſſe cœperimus. Lex mortis eſt qua dictũ eſt ho
mini,Terra es,& in terrã ibis.Ex ipſa.n.hoies ſic na
ſcimur,qa terra ſumus, & in terrã ibimus ꝑꝑ meri-
tũ peccati primi hois:ꝑꝑ aũt grãm dei quæ liberat
1 Retrac. nos à lege peccati & mortis, ad iuſtitiã conuerſi li-
cap.16. beramur : ut poſtea eadẽ ipſa caro q̃ nos in pœnis
torſit in peccatis manẽtes, ſubiiciat̃ nobis in reſur
rectione,& nulla aduerſitate nos quatiat, quo mi-
nus legẽ dei & diuina ꝑcepta ſeruemus . Vnde qm̃
ego rñdi tuis, dignare tu rñdere illud qd deſidero,
quẽadmodum fieri poſsit,ut ſi eſt deo natura con
traria,nobis iputet̃ pctm̃,q in illã naturã nõ uolũ-
tate,ſed ab ipſo deo,cui noceri nihil poterat,miſsi
ſumus. FOR. Hoc gñe quẽadmodũ & dñs di-
Mat. 10. xit diſcipulis ſuis,Ecce ego mitto uos ſicut oues in
medio luporum . Hinc ſciendum eſt ꝙ non inimi-
ca mẽte Saluator noſter agnos ſuos.i.diſcipulos ſu
os in medio luporum dirigere uoluit,niſi eſſet ali-
qua cõtrarietas, quę in ſimilitudine luporũ eã de-
poneret,ubi & diſcipulos ſuos miſerat,ut quę forte
medio lupoꝝ aię poſſent decipi, ad ꝓpriam ſubſtã
H tiã reuocarentur.Hinc ergo apparet antiqitas tẽpo-
rum noſtrorũ quã repetimus, & animoꝝ noſtroꝝ,
ante mundi cõſtitutionẽ hoc more miſſas eſſe ani
mas contra contrariã naturã,ut eãdem ſua paſsio-
Solœciſ- ne ſubiiciẽtes,uictoria deo redderetur. Nam dixit
mus. idem Apl's, qd non ſolum eſſet luctatio contra car
Epheſ.6. nem & ſanguinẽ , ſed & contra principes & ptãtes,
& ſpiritalia nequitiæ, & dñationem tenebraꝝ.Si er
go utrobiq; mala conuerſantur & nequitiæ hñtur,
iam non ſolum eſt malũ in noſtris corporibus,ſed
in toto mundo , ubi uidentur uerſari animæ quæ
ſub cœlo iſto uerſant̃ & implicatæ ſunt. AVG.
Agnos ſuos dñs noſter in medio luporum miſit.i.
hoies iuſtos in medio hominum pctoꝝ,ad prædi-
cationem Euangelij tpe hois ſuſcepti ab inæſtima-
bili diuina ſapientia , ut nos ad iuſtitiã à pctõ uo-
caret. Quòd aũt ait Apl's,nobis collnctationẽ non
eſſe aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,ſed aduerſus prin-
cipes & ptãtes,& cętera quę ſunt cõmemorata:hoc
ſignificat,diabolum & angelos eius, ſicut etiã nos
pctõ cecidiſſe & lapſos eſſe, & obtinuiſſe terrena.i.
I hoies pctõres.Qui quandiu pctõres ſumus, ſub iu
go eõrũ ſumus : queadmodum cum iuſti erimus,
erimus ſub iugo iuſtitiæ:& contra illos luctam ha
bemus,ut migrantes ad iuſtitiã,ab eorum dñatio-
ne liberemur Ergo & tu dignare mihi breuiter ad
unum qd interrogo rñdere , Noceri deo non pote-
rat,an poterat ? Sed quæſo mihi ut non poterat re-
ſpondeas. FOR. Nõ poterat noceri. AVG.
Quare ergo huc nos miſit ſcdm vr̃am fidẽ: FOR.
Profeſsio mea hęc eſt,qa nõ poterat noceri deo , &
ꝙ deus huc nos direxit. Sed qa id tibi cõtrariũ eſt,
tu dic qua rõne hic apparuit aia,quam nunc cupit
deus noſter, & mãdatis & ꝓprio filio directo libe-
rare? AVG. Qm̃ uideo te iterrogatis meis rñde
re non poſſe,& me aliqd interrogare uoluiſſe, ecce
ſatiſfacio tibi, dũmodo memineris te ad id qd in-
terrogaui nõ rñdiſſe. Anima quare hic ſit in mũdo
inuoluta miſeriis , nõ modo ſed paulo ante neſcio
quoties a me dictũ eſt. Peccauit aia, & ideo miſera
eſt,Liberũ arbitriũ accepit,uſa eſt libero arbitrio,
quẽadmodũ uoluit,lapſa ẽ, eiecta de beatitudine,
implicata miſeriis.Ad hoc tibi recitaui teſtimoniũ
Apoſtoli dicentis, Sicut p unũ hoiem mors,ita per 1.Cor.15.
unum hoiem reſurrectio mortuoꝝ. Quid q̃ris am- K
plius? Vnde tu rñde,cui noceri non poterat, quare
huc nos miſit? FOR. Cauſa hęc qrenda eſt, cur
huc uenerit aia, aut quare eandẽ deus hinc cupit li
berare,.quę medio maloꝝ uiuit. AVG. Hãc cãm
abs te q̃ro.i.ſi deo noceri non poterat , quare huc
nos miſit? FOR. Quærit̃ à nobis, ſi deo malum
nocere non poſsit, q̃re huc aia miſſa fuerit,aut qua
rõne mũdo ꝑmixta ſit. Qđ in eo manifeſtũ eſt qđ
ait Apl's, Nunqd dicit figmentũ ei qui ſe finxit, cur Roma. 9.
me ita formaueris?Si ergo cauſanda eſt res hęc,in-
terrogandus eſt qui animã direxit nulla cogente ſe
neceſsitate Si aũt neceſsitas fuit mittẽdi animã,me
rito eſt & uoluntas liberandi eam. AVG. Premi
tur ergo deus neceſsitate? FOR. Iam hoc eſt,no
li ad inuidiã excitare id qd dictũ eſt,ꝙ non neceſsi
tate facimus ſubditũ eſſe deũ,ſed uoluntarie miſiſ
ſe aiam. AVG. Recita qd ſupra dictũ eſt,ꝙ reci-
tatum eſt.Si aũt neceſsitas fuit mittendi aiam,me-
rito eſt & uoluntas liberandi eã. AVG. Audiui-
mus Si aũt neceſsitas fuit mittẽdi aiam, merito eſt
& uolũtas liberandi eã, Tu aũt dixiſti fuiſſe neceſ- L
ſitatẽ mittendi aiam.Sed ſi modo uolũtatẽ uis di-
cere,& hoc addo , Cui noceri nihil poterat,crude-
lis uolũtas fuerat mittendi aiam ad tãtas miſerias:
Qđ refellendi cauſa qa loquor, ueniam peto ab il-
lius unius miſericordia,in quo ſpẽ liberationis ha
bemus ab oibus erroribꝰ hęreticoꝝ. FOR. Nos
dicere aſſeueras crudelẽ eſſe deũ mittendo animã:
feciſſe uero deũ hoiem , & inſufflaſſe in eum aiam,
quam utiq; pro ſua ſcientia animã futurã inuolui;
& beneficio malorũ nõ poſſe hęreditati ſuę reprę-
ſentari:hoc aut ignorantis eſt, aut dantis aiam ad
hęc mala q̃ ſupra memorata ſunt . Id cõmemoraui
qa dixiſti ante tp̃s non multũ , ꝙ adoptauerit ſibi
deus animã,nõ ꝙ ab ipſo ſit, aliud eſt.n.adoptare.
AVG. De adoptiõe noſtra memini me ante dies
dixiſſe , ſcdm teſtimonium Apoſtoli qui dixit nos Roma.8.
uocatos in adoptionẽ filiorũ. Nõ ergo meũ fuit il-
lud, ſed apoſtolicũ rñſum . De qua re.i.de iſta ad-
ptione ſuo tpe,ſi placet, inquiramus:& de illa ſine
dilatione rñdebo, cũ tu meis obiectionibus rñde-
ris. FOR. Progreſſum fuiſſe animę contra con- M
trariã naturã. AVG. Cum natura deo nihil no-
cere poterat,qd opus erat iſto ꝓgreſſu,ubi nihil ha
bebat deus quod caueret,cui nocere nihil poterat?
FOR. Cõſtat apud conſcientiã ueſtrã, à deo ue-
niſſe Xp̃m? AVG. Iterũ me interrogas? Ad Inter-
rogata rñde. FOR. Sic accepi in fide,ꝙ uolunta
te dei ipſa huc uenerit. AVG. Et ego dico, Deus
omnipotens,inuiolabilis,incõmutabilis,cui noce
ri nihil poſsit,quare huc aiam ad miſerias,ad erro-
rẽ, ad iſta quæ patimur, miſit? FOR. Dictũ ẽ.n. Ioan.10.
Poteſtatẽ habeo ponẽdi aiam meã,& ptãtem acci-
piendi eam. Non dixit ꝙ uoluntate dei ꝓgreſſa eſt
aia. AVG. Ego aũt cauſam quæro , quare, cum
deo nihil noceri poſsit? FOR. Nihil noceri deo
iam diximus, & in cõtraria natura eſſe animã dixi
mus,ideo ut cõtrariæ naturæ modum imponeret:
Modo impoſito cõtrarię naturæ ſumit eãdẽ deus.
Ipſe.n.dixit , Poteſtatem habeo ponendi animam
meã,& poteſtatem habeo ſumendi eam.[Hanc pa-
ter mihi dedit poteſtatẽ ponendi animã meã, & ſu
mendi eã] Deus ergo qui loquebat̃ in filio, de qua

A anima diceret? Conſtat eſſe aiam nr̃am quæ in his corporibus habeť, ꝙ de uoluntate uenerit, & de uoluntate ipſius iterũ aſſumal. A V G. Vnde dixerit dñs noſter, Poteſtatẽ habeo ponendi aiam meã, & poteſtatẽ habeo ſumendi eã: oibus notũ eſt, qa paſſurus erat & reſurrecturus. Ego aũt abs te iteru arq̃ iterum quæro, ſi deo nihil noceri poterat, cur huc animas miſit? F O R. Naturæ contrariȩ modũ imponere. A V G. Et oipotẽs deus, miſericors & omnium ſummus ut modũ imponeret, cõtrariæ naturȩ, ideo illam moderatã eſſe uoluit, ut nos immoderatos efficeret? F O R. Sed iõ ad ſe reuocat. A V G. Si ad ſe reuocat ab immoderatione, ſi à peccato, ab errore, à miſeria, qd opus erat tãta mala aiam pati p tantũ tp̃s donec mũdus finiatur: cũ deo, à quo eã dicitis miſſam, noceri nihil poſsit? F O R. Quid ergo dicturus ſum? A V G. Et ego noui non te habere qd dicas, & mecũ uos audirẽ in hac quæſtione nunquã inueniſſe quod dicerẽ, & inde fuiſſe admonitum diuinitus, ut illũ errorẽ derelinquerẽ, & ad fidem catholicã me conuerterem, uel potius reuocarẽ ipſius indulgentia, qui me huic fallaciȩ ſem-

B per inhærere non ſinit. Sed ſi confiteris non habere te quod r̃ndeas oibus audientibus & recognoſcentibus, qm̃ fideles ſunt, catholicã fidẽ ſi permittunt & uolunt, exponam. F O R. Sine præiudicio profeſsionis meæ dixerim, illa quæ à te opponuntur quũ retractauero meis cũ maioribus, ſi minus r̃nderint interrogationi huic meæ, q̃ ſimiliter à te nunc mihi offertur, erit in mea contẽplatione, qa & ego animã meã cupio certa fide liberari, uenire ad huius rei inquiſitionẽ, quæ à te mihi offerť, & oſtẽſurum te polliceris. A V G. Deo gratias.

F I N I S.

AD LECTOREM.

IN ſuperiore diſputatione Fortunato tribuebantur quædam uerba nihil omnino ſignificantia, nimirũ hæc. In toto mũdo uerſantur & nominibus ualent bona, mala radix habet. Quæ nos ex diuinatione reſtituimus hoc pacto, Et in omnibus uniuerſaliter mala radix hæret. Probabile eſt aũt ſcribã deceptũ fuiſſe ex decurtata ſcriptura. Forte ſcriptũ erat ualiter cũ adiectiuis linea, pro quo ſcriba mutauit

C *ualent & habet, pro quo habet. Cæterũ bona quiſpiam aſſcripſit, quaſi corrigens quod dixerat Fortunatus, in omnibus hærere radicẽ mali, quod in omnibus ſint ſemina boni potius quàm mali. Si cui hæc diuinatio nõ placet, inueniat meliorem.*

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPOnenſis Epiſcopi, contra Adimantum Manichæi Diſcipulum liber unus.

Omnia p patrem, æque per filium.
Cap. I.
Gene. I.

DE eo quod ſcriptum eſt, In principio fecit deus cœlum & terrã: uſque ad id quod ſcriptum eſt, Et factum eſt ueſpere & factum eſt mane dies unus. Hoc capitulum legis aduerſum eſſe Euangelio ſtultiſsimi Manichȩi arbitrãtur, dicentes in Geneſi ſcriptum eſſe, ꝙ deus per ſeipſum fecerit cœlum & terram & lucem: in Euangelio autem ſcriptum eſſe per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fabricatum eſſe mundũ, ubi dictũ eſt, Et mundus per ipſum factus eſt, & mundus illũ non cognouit. Tribus enim modis refelluntur: Pri-

D

Ioan. I.

mo, quia cum dicitur, In principio fecit deus cœlũ & terram: trinitatẽ ipſam Chriſtianus accipit, ubi nõ ſolum pater, ſed & filius & ſpirituſſanctus intelligitur. Non enim tres deos, ſed unum deum credimus, patrem & filium & ſpiritumſanctum, quanuis pater pater, & filius filius ſit, & ſpirituſſanctus ſpirituſſanctus. De qua unitate trinitatis hoc loco longum eſt diſputare: Deinde, qa ubi dicit, Dixit deus, fiat, & factum eſt: ibi neceſſe eſt intelligatur p uerbum eum feciſſe quod fecit, uerbum aũt patris eſt filius Non ergo repugnat hoc capitulum Geneſeos ubi ſcriptũ eſt, Et dixit deus, fiat, & factũ eſt: illi loco Euangelij ubi dicitur, Et mũdus p eũ factus eſt: id eſt, per dñm noſtrum, quia ipſe eſt uerbũ patris per quod facta ſunt oia. Poſtremo ſi ppea in Geneſi non intelligitur filius, qa non eſt dictum ꝙ per filium deus fecerit: nec in Euangelio p filium deus, & aues paſcit, & lilia ueſtit, & cætera innumerabilia quæ ipſe dñs dicit deum facere patrem, quanuis non dicat ꝙ ea per filium faciat. Quod aũt ẽt teſtimonium Ap̃li adiungunt, quod ait de dño noſtro Ieſu Xp̃o, Ipſe eſt primogenitus totius creaturæ, & oia per ipſum facta ſunt in cœlo & in terra, uiſibilia & inuiſibilia: & hoc capitulũ aduerſum eſſe dicunt Geneſi, ubi deus ita dicitur feciſſe mundum, ut ſpecialiter filius ibi non ſit nominatus, uehemẽter errant: & non uident, ſi ita eſt, ipſum Ap̃lm ſibi eſſe contrarium, cum alio loco unum dicit, Ex quo oia, per quem oia, in quo omnia: & filium non nominat. Q̃uo autem hic filius nominatus non eſt, intelligiť tñ, ita & in Geneſi. Et q̃uo ſibi hæc duo capitula Pauli non aduerſantur, ita nec Geneſis Euãgelio. De eo quòd ſcriptum eſt, Et conſummauit deus die ſexto omnia opera ſua quȩ fecit, & in ſeptimo requieuit ab omnibus operibus eiſdem quæ fecerat. Huic etiam loco Manichæi calumniam mouent: & dicunt nouo teſtamẽto aduerſari, quod in Geneſi ſcriptum eſt deum ſeptimo die requieuiſſe ab omnibus opibus ſuis quæ fecit, qm̃ dñs in Euãgelio dicit, Pater meus uſque nunc operatur. Quod nullo modo contrarium eſt. Dñs enim Iudæorum refellit errorem, qui putabant deum ſic requieuiſſe die ſeptimo, ut ex illo prorſus nihil operaretur. Requieuit autem ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, ut iam ultra non faceret mundum cum oibus quæ in eo ſunt: non tñ ut ẽt à mundi adminiſtratione requieſceret. Non.n. ſcriptũ eſt, reqeuit deus ab omnibus operibus ſuis ut deinceps non operaretur, ſed ſcriptũ eſt, Requieuit ab oibus operibus ſuis quæ fecit: ut deinde non in faciendo mundo, à quo opere poſt perfectionẽ ceſſauerat, ſed in adminiſtrando operaretur, in quo opere eum eſſe dñs intimauit. Nec illa reqes, quaſi poſt laborẽ deũ paſſam quæſiſſe, ſed ab inſtituendis rerũ naturis poſt earũ rer. perfectionẽ ceſſaſſe ſignificat, quanuis uſque adhuc in adminiſtrãdis operetur Sabbati aũt obſeruationes nõ intelligebãt Iudȩi, q putabãt ab ijs ẽt operibus, quæ ad ſalutẽ hoium ualent, oportere ceſſari. Vnde illos dñs ẽt alijs locis de boue qui in puteum cecidit, & iumento, quod ſoluendũ eſt ut ad aquã ducať, mirifica cõparatione redarguit. Sabbatum aũt non repudiatum, ſed intellectum à Xp̃ianis deſtitit quidẽ carnaliter obſeruari, ſed ſpi-

Matt. 6.
Colo. I.
E
Roma 8.
Sabbata dei & noſtrum.
Cap. 2.
Gene. 2.
Ioan. 5.
F
Luc. 14. & 15.

G ritaliter retinet à ſanctis, q intelligunt uocē dñi uo
Matt. 11. cantis ad requiē & dicentis, Venite ad me q labora
tis & ego uos reficiā, Tollite iugū meum ſuper uos,
& diſcite à me qa mitis ſum & humilis corde, & in-
uenietis requiē animabus ueſtris, Iugum.n.meū le-
ue eſt, & ſarcina mea leuis eſt. Hoc ſabbatū, id eſt,
hanc requiē ſcriptura illa ſignificat quā Iudęi non
intelligebant, & pro tēporum diſpenſatione carna-
liter ſeqnebantur umbrā, cuius umbræ q̃ſi corpus,
id eſt, ueritas nobis dāda erat. Sed quemadmodū
illa reges dei poſt fabricatū mundū inſinuatur, ſic
requie quæ nobis ꝓmittitur, poſt opa quæ in hoc
mūdo habemus, ſi iuſta fuerint, cōſequemur: ſepti
ma.ſ. eademq́ ultima parte ſeculi, de qua longū eſt
diſputare. Non ergo dñs reſcindit ſcripturam uete
ris teſtamenti, ſed cogit intelligi: nec ſabbatū ſoluit
ut pereat ꝙ figurabat, ſed aperit potius ut appareat
Cōciliat loca quæ uidentur pugnare. Cap. 3. qd tegebat. De eo quod ſcriptū eſt in Geneſi, Et
dixit deus, Non eſt bonū, ſolum hoiem eſſe, faciamꝰ
ei adiutoriū. Et immiſit deus Adæ ſomnum & ob-
dormiuit, & ſumpſit unā de coſtis eius, ex qua for-
mauit Euā quā adduxit ad Adā, & ait, Ideo relinq̃t
Gene. 2. homo patrē & matrē & adhærebit uxori ſuæ. Huc
H rurſus loco Manichæi calūniantur dicentes cōtra
nouū teſtamētū eſſe iſtā ſniam, qua deus ſcribitur
& formaſſe mulierē & uiro coniunxiſſe: ꝓpea, quia
Matt. 19. in Euangelio dicit dñs, Oīs qui reliquerit domum
Luc. 18. aut uxorē, aut parentes, aut fratres, aut filios pp re-
† aliàs, ſeptiens. gnum cœlorum, centies † tātum accipiet in hoc tē
pore, & in futuro ſeculo poſsidebit uitam æternā.
In qua calumnia miror eos ſic eſſe cęcatos, uel po-
Sapien. 2 tius non miror, Excæcauit.n.illos, ſicut ſcriptū eſt,
malitia eorum. Sed tñ quis non uidet tanta in no-
uo teſtamento ꝓcepta de uxore diligenda? Cur.n.
potius uetus teſtamentū dicūt aduerſari huic ſnię
dñi, qua dicit relinquendā eſſe uxorem pp regnum
cœlorum, & non ipſum nouum ſibi aduerſari? Qd
nephas eſt dicere. Intelligenda.n.ſunt, nō temere ac
Matt. 19. et Marco. cuſanda quæ imperitis uidentur eſſe contraria. Nā
& dñs interrogatus à Iudæis, utrum ei placeret da-
to libello repudij dimittere uxorē, Reſpondit eis di
cens, Non legiſtis, qm̃ qui fecit ab initio maſculum
& fœminā fecit eos, & dixit, Propter hoc relinquet
homo patrem & matrē, & adhęrebit uxori ſuæ, &
erūt duo in carne una: itaq; iā nō ſunt duo, ſed una
caro. Quod ergo deus coniunxit in unū, homo nō
ſeparet. Dicunt illi, Quid ergo Moyſes mādauit da-
I ri libellū repudij & dimittere? Dicit illis Ieſus, Quia
ad duritiā cordis ueſtri ꝑmiſit uobis Moyſes dimit
tere uxores ur̃as, Ab initio aūt nō fuit ſic. Dico aūt
uobis, Quicunq; dimiſerit uxorē ſuam, niſi ob cau
ſam fornicationis, facit eam mœchari. Et ipſe ſi alte
ram duxerit, adulteriū cōmittit Ecce hñt confirma
tam ſniam ueteris teſtamēti ab ipſo dño aduerſus
imperitiam Iudæorū. Simul ēt Moyſi perhibuit te-
ſtimonium, ꝙ pp duritiam cordis eorum repudiū
dari permiſit. Nunquid ēt Euangelium Euangelio
dicunt eſſe contrarium? Quòd ſi dicunt, hoc capi-
tulū falſum eſſe & à corruptoribus ſcripturarū eſſe
additum: nā hoc ſolent, qn̄ non inueniunt quid rñ
deant, dicere, qd ſi alius dicat illud eſſe immiſſum
& falſum, quod ipſi proferunt dicente dño, Oīs qui
reliquerit domum aut uxorem aut parentes aut fi-
lios pp regnum cœlorum: & cętera? Non intelligūt
miſeri quemadmodum oēm fidem Chriſtianā cū
iſta dicunt conentur euertere. Fides aūt uera & ec- K
cleſię catholicæ diſciplina utrunq; uerum & à dño
dictum eſſe confirmat, & nullo modo eſſe contrā-
rium: qa & coniunctio mariti & uxoris à dño eſt, &
relictio uxoris pp regnum cœlorum eſt à dño. Non
enim quia ſuſcitauit deus mortuos, & dedit eis ui-
tam, ꝓpea ipſa uita non eſt relinquēda pp regnum
cœlorum. Sic ergo quamuis dñs dederit uxorem ui
ro, relinquenda eſt tñ, ſi opus eſt pp regnum cœlo-
rum. Non.n. hoc ſemper neceſſe eſt, ſicut Apl's dicit,
Si quis fidelis habet uxorem infidelem, & hæc con 1. Cor. 7.
ſentit habitare cum illo, non dimittat eam. Significat
cat utiq;, ꝙ ſi non conſentit habitare cū illo, id eſt,
ſi execratur in illo fidem Xp̄i, & non eum patitur,
ꝙ Chriſtianus eſt, relinquenda eſt pp regnum cœ-
lorum: ſicut idem Apl's in ſequentibus dicit, Quòd
ſi infidelis diſcedit, diſcedat: nō eſt.n.ſubiectus ſer
uituti frater aut ſoror in huiuſmodi. Si quis ergo re
linquit regnum cœlorum, dum non uult relinque-
re uxorem non ferentem Chriſtianum uirum, im-
probatur à dño. Et item ſi quis uir relinquit uxorē
dato libello repudij, cū cauſa non exiſtat aut forni
cationis, aut obtinendi regnū cœlorū, ſimiliter im
L probatur à dño. Ita nec iſta capitula Euangelica in
ueniuntur ſibi eſſe contraria, nec Euangeliū ueteri
teſtamento: qa ibi uxor coniungitur uiro, ut ſimul
De eo qd̄ ſcriptū eſt in Eſaia, Et factū eſt eo anno quo mortu' eſt Ozias rex, uidi dn̄o ſedentē in ſede altiſſima, & plena erat domus gloriç ipſius, & in circuitu ſeraphin ſtabant, ſenas alas habētes: & binis qdē operiebant faciē ipſius, binis uero pedes.

Cap. 28. Eſai. 6. 1. Tim. 1.

Huic loco illud opponit Adimātus qd̄ ait Ap̄ls, Regi aūt ſeculoꝝ inuiſibili honor & laus in ſecula. In q̃ q̃ſtione q̃rendum eſt, qd̄ ei uiſum fuerit: uel in illa uiſione Eſaię binas alas ptermittere q̃bus uolabāt ſeraphin, dicētes, Sanct', ſanctus, ſanctus dn̄s deus ſabaoth: uel in Ap̄li uerbis non totū dicere. Nā ita dicit Ap̄ls, Regi aūt ſeculoꝝ inuiſibili,

C incorruptibili, ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculoꝝ. An forte timuit ne Trinitatis cōmemoratio cōmēdaret Prophetā lectori, & aliqd magnū ibi latere ſuſpicaret? Ter.n dicit ſanctus, ſanctus, ſanctus dn̄s deus ſabaoth. In Ap̄lo aūt forte uidit, q̇ ſi dixiſſet, incorruptibili deo: rn̄deretur illi, qd̄ nunc iſtis dicimus. Quid ergo icorruptibili deo factura erat gēs tenebrarū ſi cū ea pugnare noluiſſet? Aut ſi forte mendoſos codices legerat, aut iſte mendoſus eſt ubi nos ipſum Adimantū legimus, nō eſt dubitāt' de re dubia differendū: ſed iā q̃rendum eſt quō & Propheta dixerit uidiſſe ſe deū in ſede altiſſima: & Ap̄ls Paulus uerū dixerit, inuiſibilē deū. Interrogo itaq̃ iſtos utrū uiſibilia poſſint cōſpici: Si dicūt poſſe, qd ergo calūniantur ſi deū inuiſibilē Propheta cō*Roma. 1.*ſpexit? Si aūt dicūt nō poſſe, ipſi Ap̄lo potius calūnient ſi audēt, q̃ ait, Inuiſibilia.n. dei a conſtitutione mūdi p ea q̃ facta ſunt intellecta cōſpiciunt. Ipſe.n. dixit eſſe inuiſibilia, & ipſe rurſus dicit, cōſpiciunt. Nōne hic coguntur fateri oculis corporeis eſſe inuiſibilia, mēti uero eſſe uiſibilia? Sic igitur & Propheta deū q̃ corporaliter inuiſibilis eſt, nō corporaliter ſed ſpiritaliter uidit. Nā multa genera uiſionis in ſcripturis ſanctis inueniunt: D *Varia generum uiſionum.* Vnū ſcd̄m oculos corporis, ſicut uidit Abrahā tres uiros ſub ilice Mābre, *Gene. 19.* & Moyſes ignē in rubo, *Exod. 3.* & diſcipuli trāſfiguratū dn̄m in monte inter Moyſen & Heliā: *Matt. 17.* & cætera hmōi. Alterū ſcd̄m qd̄ imaginamur ea q̃ per corpus ſentimus: nā & pars ipſa nr̄a cū diuinitus aſſumit, multa reuelantur, nō p oculos corporis, aut aures, aliūmve ſenſum carnalē, ſed tn̄ his ſimilia, ſicut uidit Petrus diſcū illū ſubmitti ē cœlo cū uariis animalibus. *Acto. 10.* Ex hoc genere eſt ēt Eſaię, qd̄ imperitiſſime impij reprehendūt. Non.n. deū forma corporea circūterminat, ſed quēadmodū figurate non pprie multa dicunt: ita et figurate multa monſtrant. Tertiū aūt genus uiſionis eſt ſcd̄m mētis intuitū, quo intellecta cōſpiciūtur ueritas atq̃ ſapiētia, ſine quo genere illa duo q̃ prius poſui, uel infructuoſa ſunt, uel ēt in errorē mittunt. Cū.n ea q̃ ſiue corporeis ſenſibus, ſiue illi parti aīæ q̃ corporaliū rerū imagines capit diuinitus demōſtratur, non ſolū ſentiunt his modis, ſed ēt mente intelliguntur, tunc eſt pfecta reuelatio. Ex hoc tertio genere eſt uiſio illa quā cōmemoraui dicente Ap̄lo, Inuiſibilia.n. dei a con- E ſtitutione mundi p ea quæ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur. *Roma. 1.* Hac uiſione uidetur deus, cū p pietatē fidei & per agnitionē dei, morū optimorum corda mundantur. Quid.n. profuit Balthaſari regi, q̇ manū ſcribentē ante oculos ſuos in pariete conſpexit? *Daniel. 5* Cui uiſioni q̃a non potuit adiūgere mētis aſpectū, q̃rebat adhuc uidere qd̄ uiderat. Tali aūt acie luminis qua iſta intelligunt, Daniel pditus, mente uidit, qd̄ ille uiderat corpore. Rurſus illa parte animi, quę imagines corpoꝝ capit, uidit ſomniū Nabuchodonoſor rex, & q̃m non habebat idoneū oculū mētis ad melius uidendū qd̄ uiderat, id eſt, ad intelligendū qd̄ uiderat, ideo ad interpretandū uiſum ſuū, aſpectū q̃ſiuit alienū, eiuſdē. ſ. Danielis, Cui tn̄ apienti, *Daniel. 2* ut certā accōmodaret fidē, ēt ipſum ſomniū ut ſibi diceret exegit. Daniel aūt reuelāte ſancto dei ſpiritu, & qd̄ ille uidiſſet in ſomnis ea parte uidit q̃ corpoꝝ capiunt imagines, & qd̄ ſignificaret, mente cōſpexit. Nō ē aūt Propheta ueri dei & ſummi, q̃ oblata diuinit' uiſa, uel ſolo corpore, uel ēt illa parte ſpirit' uidet q̃ corporū capiunt imagines & mēte non F uidet. Sed plerunq̃ in ſcripturis ſic poſita inueniuntur quēadmodū uiſa ſunt, nō ēt quēadmodū intellecta ſunt, ut mētis uiſio in q̃ tot' fructus eſt exercēdis lectoribus ſeruaret. Sed ex multis q̃ aperte ſunt ſcripta, manifeſtat nobis quō illa intellexerimus q̃ ſic in libris poſuerunt quō figurate illis demonſtrata ſunt. Ad duo.n. genera illa uiſionis, ptinent figuratę demōſtrationes: ad mētis aūt, id eſt, ad intelligētię uiſionē ſimplex & ppria ptinet reuelatio rerū intellectarū atq̃ certarū. Oīa tn̄ hęc genera mirificis & ineffabilib' diſtributionibus exhibet atq̃ moderat ſpūſſanctus ſummę incōmutabiliſq̃ ſapiētiæ. Sed iſti miſeri, ſunt q̃ calūniant Prophetę dicēti q̇ deū uiderit, obijciētes Ap̄licā ſniam, ubi inuiſibilē dixit, Si.n. alter obijciat huic Ap̄lico uerbo euāgelii uerbū, quo dn̄s ait, Beati mūdicordes, q̃m ipi deū uidebūt: *Matt. 5.* quō rn̄debūt poſſe inuiſibilē uideri? Verbo.n. pmunt iperitos, & quaten' inuiſibilis deus dict' ſit, & ſi cognoſcūt cognoſci timent. Tanta eſt pnicies aīoꝝ, q̃ cū uincere hoīes uolūt, ab errore cōuincūt.

FINIS.

G DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPO-nenſis Epiſcopi, aduerſus Fauſtum Manichæum Liber primus.

Prologus Cap. 1. F Auſtus quidam fuit gente Afer, ciuitate Mileuitanus, eloquio ſuauis, ingenio callidus, ſecta Manichæus, ac per hoc nefando errore peruerſus, Nouerans ipſe hominem quemadmodum
Li. 5. Confeſſio. c. 3 et ſequẽ.
eum commemoraui in libris Confeſſionum mearum. Hic quoddam uolumen edidit aduerſus rectã Chriſtianam fidem & catholicam ueritatẽ. Quod cum ueniſſet in manus noſtras, lectumq́ eſſet a fratribus, deſiderauerunt, & iure charitatis per quã eis ſeruimus, flagitauerunt, ut ei rñderemus Hoc aggrediar nunc in nomine atq; adiutorio dñi & ſaluatoris noſtri Ieſu Xpi, ut omnes qui hæc legent, intelligant q̃ nihil ſit acutum ingenium & lingua expolita, niſi à dño greſſus hois dirigantur. Quod multis
Pſal. 36.
etiam tardioribus & inualidioribus, occulta æquitate diuinæ miſericordiæ præſtitum eſt, cum multi acerrimi & facũdiſsimi, deſerti adiutorio dei, ad hoc ueclociter & pertinaciter currerent, ut à ueritatis uia longius aberrarent. Commodum aũt arbitror, ſub eius nomine uerba ei⁹ ponere, & ſub meo H
Cap. 2.
rñſionem meã. Fauſtus dixit. Satis ſuperq; in lucem iam traductis erroribus, ac Iudaicæ ſuperſtitionis, ſimul & ſemichriſtianorum abũde detecta fallacia, à doctiſsimo, ſcilicet & ſolo nobis poſt beatum patrem noſtrum Manichæũ ſtudendo * Adimanto, non ab re uiſum eſt patres chariſsimi hæc
1. Retra. cap. 21. * ali. ſtupendo.
quoq; breuia uobis & concina reſponſum pp callidas & aſtutas cõferentium nobiſcũ propoſitiones ſcribere, quo cũ iidem uos ex more parentis ſui ſerpentis captioſis circumuenire quęſtiunculis uoluerint, & ipſi ad rñdendum uigilanter eis ſitis inſtructi. Ita. n. fiet ut ad ea ipſa quæ propoſuerint religati, ulterius huc atq; illuc nagari non poſsint. Ac ne profuſa confuſáve oratione legẽtium inundarent ingenia, tam breuiter q̃ diſtincte ex aduerſo ſibi ipſorum atq; noſtrorum [uerba] conſtitui. Augu-
Cap. 3.
ſtinus rñdit. Tu ſemichriſtianos cauẽdos putas, qđ nos eſſe dicis: nos aũt pſeudochriſtianos cauem⁹, quod uos eſſe oñdimus. Nã quod ſemis eſt, ex quadam parte imperfectũ, ex nulla tñ falſum eſt. Quid ergo ſi aliquid deeſt fidei eorũ quos circumuenire conamini, nunqd ideo id quod eis adeſt deſtruendũ, ac non potius id quod deeſt aſtruendum eſt? Si-I
Coloſ. 2.
cut ad quoſdam imperfectos loquẽs Apl's ait, Gaudens & uidens ueſtram conuerſationem, & id qđ deeſt fidei ueſtræ. In Xpo cernebat utiq; quandam fabricam ſpiritalem, ſicut alibi dicit, Dei ædifica-
1. Cor. 3.
tio eſtis: & in ea cernebat utrunq;, & unde gauderet, & unde ſatageret. Gauderet ex eo quod iã ædificatum uidebat: ſatagebat ex eo quod uſq; ad culmen perfectionis adhuc ædificandum eſſe ſentiebat. Itaq; nos reuera catholicos nondum perfectos, ſed quodammodo, ut dixiſti, ſemichriſtianos quos fallatis & ſeducatis uſa pueriſitate inſectamini. Sed ſi qui adhuc ẽt tales ſunt, ſi uos pſeudochriſtianos eſſe intellexerint, quamuis captioſis quęſtionũ uſtrarum ꝓpoſitionibus, pp id quod eorum fidei deeſt, reſpondere non poſsint: non tamen ſequendos, ſed deuitandos uos eſſe cognoſcunt. Sicut ergo ueſtra intentio eſt ſemichriſtianos quos decipiatis inquirere, ſic noſtra intentio eſt pſeudochriſtianos uos oſtendere, ut non ſolum chriſtiani peritiores uos conuincendo prodãt, ſed & imperitiores uos cauẽdo proficiant. Cur autem ſerpẽtem patrem noſtrũ dixiſti? An excidit tibi quemadmodum ſoleatis uituperare deum qui homini præceptum in paradiſo
Gene. 2. & 3.
dedit, & laudare ſerpentem quòd ei per ſuum conſilium oculos aperuit? Puto iuſtũ eſſe ut ſerpentẽ illum diabulum à uobis laudatum, tu potius agnoſcas parentem tuum. Nam ille te filium ẽt modo uituperatus agnoſcit. K

Primi libri finis.

LIBER SECVNDVS.

Cap. 1.
F Auſtus dixit. Accipis Euangelium? Et maxime. Proinde ergo & natum accipis Chriſtum? Non ita eſt. Neq; enim ſequitur, ut ſi Euangelium accipio, idcirco & natũ accipiã Chriſtum. Cur? Quia Euangelium quidem à prædicatione Chriſti & eſſe cœpit & nominari: in quo tñ ipſe nuſquam ſe natum ex hominibus dicit. At uero genealogia adeo non eſt Euangelium, ut nec ipſe eius ſcriptor L
Matt. 1.
auſus fuerit eam Euangelium nominare. Quid. n. ſcripſit? Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Non ergo liber Euangelij Ieſu Chriſti, ſed liber generationis Quippe ibi & ſtella inducitur quæ con-
Matt. 2.
firmat Geneſin, ut recte Geneſidium hoc magis nũcupari poſsit quàm Euangelium. At denique Marcus qui generationem ſcribere nõ curauit, ſed prędicationem tantum filij dei, quod eſt Euãgelium,
Marci. 1.
uide quàm ſit competenter exorſus, Euangelium, inquit, Ieſu Chriſti filij dei: ut hinc ſatis abundeq; appareat genealogiam non eſſe Euangelium. Nam & in ipſo Matthæo poſt incluſum Ioannem in carcerem tunc legitur Ieſum cœpiſſe prædicare Euangelium regni. Ergo quicquid ante hoc narratũ eſt, genealogiam eſſe conſtat non Euangeliũ Alioquin quid impediebat & Matthæum ponere Euangeliũ Ieſu Chriſti filij dei: niſi quia improbũ putauit genealogiam uocare Euangelium? Quapropter ſi iã tibi diſtinctum ſatis eſt quod uſq; nunc ignoraſti, longe aliud eſſe Euangelium quam genealogiam, ſcias me ut dixi accipere Euangelium, id eſt, prædicationem Chriſti. De quo quicquid iam perroga- M
* ali. prorogare.
re * uolueris, omiſsis generationibus quære Aut ſi & de ipſis conferre eſt animus, non equidem recuſo, cum ſit mihi magna & de his ad reſpondendum copia. Sed tu diſce interrogare quod primum eſt: Videris. n. mihi nunc ſcire uelle nõ utrũ Euan-
Cap. 2.
geliũ accipiã, ſed utrũ generationes. Auguſtinus rñdit. Certe interrogaſti teipſum uelut ex pſona noſtra, utrũ acciperes Euangeliũ: & reſpondiſti, maxime. Rurſuſq; iterrogaſti, utrũ acciperes Xp̃m natũ: & rñdiſti, Non ita eſt: Hanc. ſ. cauſam ſubijciens, qa generatio Xp̃i non pertinet ad Euangelium, Quid
2. Tim. 2.
ergo reſpondebis Aplõ dicenti, Memor eſto Xp̃m Ieſum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid ſecũdum Euangelium meum? Vides certe q̃ neſcias, uel te neſcire fingas, quid ſit Euãgelium: nec ex doctrina Apoſtolica, ſed ex ueſtro errore nomines Euangelium. Aut ſi hoc appellas Euãgelium quod Apoſtoli appellauerunt, aberras ab Euangelio q nõ credis Xp̃m ex ſemine Dauid: quod Apoſtolus ſcđm

ſuum

A ſuum Euangelium prędicari teſtatus eſt. Qđ autem
erat apoſtoli Pauli euangeliũ, hoc ẽt cæterorũ Apo
ſtolorũ, & oium fidelium diſpenſatorũ tanti ſacri.
1. Cor. 15. Hoc .n. alibi dicit, Siue ergo ego, ſiue illi ſic prædi-
camus, & ſic credidiſtis, Non .n. oẽs illi euãgelium
cõſcripſerunt, ſed tñ omnes euangelium prædica
uerũt. Narratores qppe originis, factorũ, dictorũ,
paſsionũ dñi noſtri Ieſu Xpi, ꝓprie dicti ſunt Euan
geliſtæ. Nam & ipſum nomen ſi q̃ramus qđ Latine
interpretetur, bonũ nunciũ dicitur Euangeliũ, uel
bona annunciatio. Qđ qdem cum aliqđ bonum
annunciatur, ſemp dici poteſt: ꝓprie tñ hoc noca-
bulum obtinuit illa quam dixit annunciatio Sal-
uatoris. Si aũt alia uos annunciatis, extra euange-
liũ uos eſſe manifeſtũ eſt. Vtiq; ſunt aduerſus uos
paruuli quos appellatis ſemichriſtianos, ſi matris
charitatis uocem ſibi ex ore apoſtolico pſonãtem
Galat. 1. audiant, Si qs uobis annũciauerit, pręterquã quod
annũciauimus uobis, anathema ſit. Cum ergo ipſe
Paulus ſcđm euãgelium ſuũ annũciauerit Xpm ex
ſemine Dauid, uos qui hoc negatis, & aliud annun
ciatis, anathema ſitis. Quis non aũt uideat quanta
B. cæcitate dicatur, ꝗ nuſquã ſe Xp̃s natum ex homi-
Matth. 8. nibus dicat, cum penè nunq̃ ſe filium hois taceat?
Cap. 3. Sed uidelicet doctiſsimi hoies, ꝓfertis nobis ex
armario ueſtro, neſcio quem primũ hoiem qui ad
gentem tenebrarũ debellãdam, de lucis gente de-
ſcendit, armatũ aquis ſuis, cõtra inimicorũ aquas:
& igne ſuo, cõtra inimicorũ ignẽ: & uentis ſuis, cõ-
tra inimicorũ uentos. Cur nõ ergo & fumo ſuo, cõ
tra inimicorũ fumum: & tenebris ſuis, cõtra inimi
corũ tenebras: ſed cõtra fumũ aere, ut dicitis, arma
bat: & cõtra tenebras luce? An qa mala ſunt fumus
& tenebræ, nõ ea potuit hr̃e bonitas eius? Bona er-
go ſunt illa tria, aqua, uentus, ignis. Cur ergo ea po
tuit hr̃e malitia gentis aduerſæ? Hic reſpõdetis. Sed
aqua illa gentis tenebrarũ mala erat: quam uero pri
mus homo attulit bona erat, & uẽtus illius malus,
huius aũt bonus. Ita & huius ignis bonus, contra
malũ ignẽ illius dimicauit. Cur ergo & cõtra malũ
fumũ nõ potuit afferre fummũ bonũ? An in fumo
ueſtra mẽdacia tanq̃ fumus ipſe euaneſcũt atq; de-
ficiũt? Certe primus homo ueſter cõtra naturã cõ-
C trariã bellũ geſsit, Cur qnq; illis elementis, quæ in
cõtraria gente cõfingitis, unũ allatũ eſt de diuinis
regnis contrariũ lux cõtra tenebras? Cętera .n. qua
tuor non ſunt cõtraria. Nã nec aer fumo eſt cõtra-
rius, multominus aquę aqua, & uẽtus uẽto, & ignis
Cap. 4. igni. Iam uero illa ſacrilega deliramẽta qs audi-
at, ꝗ primũ hoiem ueſtrũ dicitis ſcđm hoſtiũ uo-
luntatem, quo eos caperet elementa quæ portabat
mutaſſe atq; uertiſſe, ut regnũ qđ dicitis falſitatis,
in ſua natura manẽs, nõ fallaciter dimicaret, & ſub
ſtãtia ueritatis mutabilis appareret, ut falleret? Hu-
ius primi hois filiũ, credi uultis dñm Ieſum Xpm.
Huius cõmentitiæ fabulæ, filiã dicitis ueritatem.
Hunc primũ hoiem quẽ laudatis, qa mutabilibus
& mendacibus formis cum aduerſa gente pugna-
uit: ſi uerũ dicitis, nõ imitamini: ſi aũt imitamini,
& uos mentimini. Quapropter dñs & ſaluator no-
ſter Ieſus Xp̃s, uerus & uerax dei filius, uerus & ue-
rax hois filius, qđ utrũq; de ſe ipſe teſtatur, & de
uero deo diuinitatis ęternitatẽ, & de uero hoie car
nis originẽ duxit. Non nouit apoſtolica doctrina
primũ hoiem ueſtrũ, audite apłm Paulum, Primus
homo, inqt, de terra terrenus, ſcđs homo de cœlo D
cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: q̃lis cœle 1. Cor. 15.
ſtis, tales & cœleſtes, Sicut & portauimus imaginẽ
terreni portemus & imaginẽ eius q de cœlo eſt. Pri
mus itaq; hõ de terra terrenus, ille Adã de limo for
matus. Scđs aũt hõ de cœlo cœleſtis, dñs Ieſus Xp̃s, Geneſ. 2.
qa filius dei uenit ad carnẽ, qua ſuſcepta & homo
exterius fieret, & deus interius pmaneret, ut & filius
dei uerus eſſet, per quẽ facti ſumus: & hois filius ue
rus fieret, per quẽ refecti ſumus. Cur ergo primum
hoiem ueſtrũ cõmenticiũ, neſcio unde ꝓducitis, &
primũ hoiem quẽ doctrina apoſtolica docet, non
uultis agnoſcere? An ut cõpleatur in uobis qđ ipſe
Apłs ait, A ueritate qdem auditũ ſuũ auertẽtes, ad 2. Tim. 4
fabulas aũt cõuertentur. Paulus annũciat primum
hoiem de terra terrenũ, Manichæus annunciat pri
mum hoiem non terrenũ, neſcio qbus fallacibus
elementis qnq; ueſtitum. Et Paulus dicit, Si qs uo- Galat. 1.
bis annunciauerit præterquã qđ annunciauimus
uobis, anathema ſit. Ergo ne Paulus mendax ſit,
Manichæus anathema ſit. Qđ aũt ẽt ſtellæ calũ Cap. 5.
niamini, qua Magi ad Xp̃m infantem adorandum
perducti ſunt, nõ erubeſcitis cum uos cõmenticiũ E
Xp̃m ueſtrũ filiũ cõmenticij primi hois ueſtri, non
ſub ſtellę teſtificatione ponatis, ſed in ſtellis oibus
colligatũ eſſe dicatis, qa uidelicet principibus tene
brarũ cõmixtum eſſe creditis in illo bello, quo ipſe
primus homo ueſter cum tenebrarũ gente pugna
uit, ut de ipſis principibus tenebrarũ tali cõmixtio
ne capitis mundus fabricaret. Vnde iſta ſacrilega
deliramẽta uos cogunt, non ſolum in cœlo, atq; in
oibus ſtellis, ſed ẽt in terra atq; in oibus quæ na-
ſcuntur in ea confixũ & colligatum atq; concretũ
Xp̃m dicere, non iam ſaluatorem ueſtrũ, ſed à uo-
bis ſaluandum, cum eũ manducatis atq; ructatis.
Nam & iſta impia uanitate ſeducti, ſeducitis audit-
ores ueſtros, ut uobis cibos afferant, quo poſsit li-
gato in eis Xp̃o ſubueniri per ueſtros dentes & uen De natura boni. ca. 44. et 45. Et de fide contra Manichæos. ca. 11. & 21.
tres Talibus .n. auxiliis eum ſolui & liberari prædi
catis, nec ſaltem totũ, ſed adhuc licet exiguas ſordi
daſq; reliqas eius in ſtercoribus remanere conĩedi
tis, ut in aliis atq; aliis rerũ corporaliũ formis iterũ
atq; iterũ implexæ implicatæq; teneantur. Et ſi mũ
do ſtante ſolui & purgari nõ potuerint, iã illo igne
ultimo quo ipſe mũdus ardebit, ſoluantur atq; pur F
gentur. Nec tñ ẽt tunc totum Xp̃m dicitis poſſe li- 2. Petri. 3.
berari, ſed eius bonæ diuinæq; nature nouiſsimas
reſiduaſq; particulas, quę ita ſordidatę ſunt, ut nul
lo modo dilui ualeãt, damnari in æternũ confixas
globo horrido tenebrarũ. Ecce q ſe fingũt indigna
ri, ꝗ filio dei fiat iniuria, qa eũ natũ ſtella demon-
ſtraſſe dicat, tanq̃ Geneſis eius ſub fatali conſtella
tione ſit cõſtituta: cũ eum ipſo non tantũ ſub ſtel-
larũ cõnexione, ſed in uinculis oium terrenorũ, &
in ſuccis oium herbarũ, & in putredine oium car-
niũ, & corruptione oium ciborũ, ita ligatũ pollu-
tumq; cõſtituant, ut ex magna non tñ ex tota parte
ſolui purgariq; non poſsit, niſi ut ab hoibus electis
uidelicet Manichęorũ, ẽt in porris ridiculiſq; ructe
tur. Et nos qdem ſub fato ſtellarũ nullius hois Ge
neſim ponimus, ut liberũ arbitriũ uoluntatis quo
uel bene uel male uiuitur, pp iuſtũ iudiciũ dei ab
omni neceſsitatis uinculo uindicemus: quãto mi-
nus illius tpalem gñationem ſub aſtrorũ cõditio-
ne credimus factã, q eſt æternus uniuerſorũ crea-

G tor & dominans. Itaq; illa ſtella quam uiderunt Ma-
Matth. 2. gi, Xp̄o ſcd̄m carnem nato non ad decretum dn̄a-
batur, ſed ad teſtimonium famulabatur, nec eum
ſubiiciebat imperio, ſed indicabat obſequio. Pro-
inde non ex illis erat hæc ſtella, q̄ ab initio creatu
rę itinerum ſuo℞ ordinem ſub creatoris lege cuſto
diūt, ſed nouo uirginis partu, nouū ſyd⁹ apparuit,
qd̄ miniſteriū officij ſui ēt ipſis Magis quęrentibus
Xp̄m cū ante faciē præiret exhibuit, donec eos uſq;
ad ip̄m locū ubi dei uerbū infans erāt, pręeūdo p-
De Gene. duceret. Qui tandē aſtrologi ita cóſtituerūt homi
ad literā nū naſcentiū fata ſub ſtellis, ut aliquā ſtella℞ hoie
li. 2. c. 17. aliquo nato circuitus ſui ordinē reliqſſe, & ad eū
In medio q natus eſt perrexiſſe aſſeuerēt? Sortē qppe naſcen
Sup Ioā. tis aſtrorū ordini colligari arbitrant̄, nō aſtrorum
Tract. 8. ordinē ob hois nati diem poſſe mutari. Quapp ſi
ſtella illa ex iis erat quæ in cœlo peragūt ordines
ſuos, qūo poterat decernere qd̄ natus Xp̄s acturus
erat, quæ nato Chriſto iuſſa eſt relinquere qd̄ age-
bat? Si aūt ut ꝓbabilius creditur, ad demóſtrandū
Xp̄m quæ non erat exorta eſt, non ideo Xp̄s natus
eſt, qa illa extitit: ſed ideo illa noua exorta eſt, quia
H Chriſtus natus eſt. Vnde ſi dici oporteret, non ſtel
lam Xp̄o, ſed Xp̄m ſtellæ fatū fuiſſe diceremus. Ipſe
quippe illi, nō illa huic naſcēdi attulit cām. Si ergo
ſunt fata quę a fando .i. à dicendo appellata ſunt,
qm̄ Xp̄s uerbum dei eſt, in quo anteq̄ eſſent dicta
ſunt oia, non conſortiū ſyderum fatum Xp̄i eſt, ſed
fatum ēt ſyderum Xp̄s eſt, qui & ipſam carnem ſub
cœlo creatam ea uoluntate aſſumpſit, qua ēt cœlū
creauit, ea ptāte depoſuit & recepit qua ēt ſyderi-
Cap. 6. bus imperauit. Cur ergo non ſit euāgelium qd
de iſta gn̄atione narratur, cū tam bona nobis an-
nunciētur, ut per ipſam noſtra ſanetur infirmitas?
An quia Matthæus non eſt ita exorſus, ut diceret,
Matt. 1. Initiū euangelij Ieſu Xp̄i, ſicut ait Marcus, ſed Liber
Ioān. 1. gn̄ationis Ieſu Xp̄i? Hoc modo nec Ioānes euange-
liū ſcripſiſſe dicatur, qa nec ipſe ait, Initium euan-
gelij: aut, Liber Euangelij: ſed, In principio erat uer
bum. Niſi forte tam elegans uocabulorū fabrica-
tor Fauſtus fuit, ut & hoc Ioānis exordiū uerbidiū
nominauerit, pp uerbū, ſicut illud pp geneſim ge-
neſidium auſus eſt appellare? Sed cur non potius
I cogitatis, quanta impudentia prolixas illas & im-
† Imperi pias † fabulas ueſtras euāgeliū nominetis? Quid .n.
tas. illic boni annunciat̄, ubi dicitur, deus aduerſus re-
bellem neſcio quam cótrariā alienamq; naturā, nō
aliter regno ſuo potuiſſe ꝓſpicere atq; cóſulere, niſi
partē ſuæ naturæ in illius auidas fauces deuoran-
dā mitteret, atq; ita polluendā, ut poſt tantos labo
res, atq; cruciatus non poſſet ſaltem tota purgari?
Itane tam malus nuncius euāgelium eſt? Certe oēs
Euāgeliū qui Græce uel tenuiter nouerunt, euangeliū bonū
nunciū, aut bonā annunciationē interpretantur.
Qūo eſt aūt iſte bonus nūcius, quandoqdem ipſe
deus uobis uelo ſibi oppoſito lugere nunciatus
eſt, donec ſua membra ab illa uaſtatione & conta
minatione reparētur atq; purgent̄? Quid ſi aliqn̄ lu
ctum finierit, crudelis erit. Quid .n. de illo male me
ruit pars illa eius, quę in globo ligabitur, quę utiq;
in æternum lugenda eſt, quæ in æternum damna-
bitur? Sed euaſimus, ꝙ iſtum nuncium quiſquis di
ligenter aduerterit, non cogitur lugere, quia malus
eſt, ſed ridere, quia falſus eſt.

Libri ſecundi finis.

LIBER TERTIVS.

FAuſtus dixit, Accipis ergo gene Cap. 1.
rationem? Equidē conatus diu
ſum hoc ipſum qualecunq; eſt
pſuadere mihi qa ſit natus de⁹,
ſed offenſus duo℞ maxime Euā
geliſtarum diſſenſione, qui Ge-
nealogiam eius ſcribūt, Lucæ &
Matthęi, hæſi incertus quem nam potiſſimū ſeque Matth. 1.
rer. Fieri .n. poſſe putabam, ut qa præſcius nō ſum Luce. 3.
quem mētiri exiſtimarem, ipſe diceret uerū: & quē
uera loqui, ipſe forſitan mentiret̄. Infinita ergo eo-
rū prætermiſſa lite, & interminabili mihi, ad Ioan-
nē Marcumq; me cōtuli, nec impariter à duob⁹ ad
duos, & ab Euāgeliſtis ad eiuſdem nois ꝓfeſſores,
Quo℞ mihi principia interim non imerito placue-
runt, qa nec Dauid nec Mariam inducūt, nec Ioſe- Ioan. 1.
phum: ſed Ioannes qdem in principio fuiſſe uerbū
dicit, & uerbū fuiſſe apud deum, & deū fuiſſe uer-
bum, Xp̄m ſignificās: Marcus uero, Euangeliū, in-
quit, Ieſu Xp̄i filij dei, tanq̄ Matthęum exprobrans, Marci. 1.
qui poſuerit filiū Dauid. Niſi forte alterū hic, & al- L
terum ille annunciat Ieſum. Hæc ergo ratio eſt qua
ego non accipio Xp̄m natum, Tu uero ſi tantus es,
ut hāc mihi adimas offenſionem, effice ut inter ſe
ipſi conueniant, & utcunq; ſuccūbam, q̄uis nec ſic
qdem dignum erit ex utero credere deum & deum
xp̄iano℞. Auguſtinus rn̄dit. O ſi pio ſtudio legiſ Cap. 2.
ſes euangeliū, & ea quæ te in Euangeliſtis tanq̄ re-
pugnantia mouiſſent diligenter quærere q̄ temere
damnare maluiſſes, ut ſaltem pp ipſam quæ quaſi
prima fronte occurrit apertiſſimā repugnantiā co
gitares, niſi aliqd illic magnū lateret, difficile fieri
potuiſſe, ut tāta eis authoritas in terrarū orbe prę-
beretur. qua ſibi tot hominū doctiſſimo℞ ingenia
ſubiugarent. * Quid .n. magnum eſt uidere qd̄ ui * aliàs,
diſtis, alios Xp̄i ſcd̄m carnem progeneratores com ſubigerēt
memorari à Luca, alios à Matthæo, cum ambo Io-
ſeph conſtituant. Matthęus ad quē terminet, Lucas Matth. 1.
à quo incipiat, qui pp quoddam cū eius matre ſan Luce. 3.
ctum & uirginale coniugiū ēt ipſe parens Xp̄i me-
ruit appellari, ut pp uirilem dignitatem ab ipſo uel
uſq; ad ipſum gn̄ationes contexerētur? Quid ergo M
magnum eſt qd uidiſtis, ꝙ alium patrē habeat Io-
ſeph ſcd̄m Matthęum, alium ſcd̄m Lucam, & alium
auum ſcd̄m iſtum, aliū ſcd̄m illum, & deinceps ſur
ſum uerſus uſq; ad Dauid per tam multas gn̄atio-
nes alios parentes eius ab iſto, alios ab illo enume
rari? Itáne tam apertam manifeſtamq; diuerſitatē,
tot acuti & docti uiri diuinarū ſcriptura℞ pertra-
ctatores diligentiſſimi non uiderunt, qui qdem in
Latina lingua perpauci ſunt: eos aūt in Gręca quis
numeret? Viderunt eā planè. Quid .n. facilius, aut
qs paululum intuens iſta non uideat? Sed pie cogi
tantes tātæ authoritatis eminentiā, latere ibi aliqd
crediderunt, qd petentibus daretur, oblatrantibus
negaret̄, á q̄rentibus inueniretur, reprehēdentibus Matt. 7.
ſubtraheretur, pulſantibus aperiret̄, oppugnātibus
clauderetur, petierunt, q̄ſierunt, pulſauerunt, acce-
perūt, inuenerūt, intrauerūt, Nempe tota in hoc Cap. 3.
quæſtio eſt, qūo potuerit duos patres hr̄e Ioſeph.
Hoc .n. ſi potuiſſe fieri demonſtratur, nulla omni-
no cauſa eſt cur quiſquam iſtorum Euangeliſtarū
in diuerſis gn̄ationibus enumerādis falſum dixiſſe

A credatur. A duobus.n.patribus iã non erit mirum
neq; contrariũ, ꝙ & aut duo ataui & ꝓataui eſſe po
tuerũt,& quicqd ſupra eſt uſq; ad Dauid,cuius erãt
ambo filij,& Salomõ q ptinet ad ordinẽ quẽ Mat-
thæus ſecutus eſt,& Nathan q eſt in ſerie quã Lucas
2.Ret.ca. expoſuit. Attẽdunt.n.iſta nõnulli,& uidẽt nõ poſ-
7. 12. 16. ſe a duobus uiris per cõmixtionẽ carnis hoiem gi-
&. 55. gni,& ideo putãt iſtã quæſtionẽ nõ poſſe diſſolui:
nec intuentur qd uſitatiſsimũ atq; facillimũ eſt, pa
trẽ cuiusq̃ nõ eũ tantũ dici à quo genitus,ſed ẽt eũ
à quo fuerit adoptatus. Neq; n.adoptionis uinculũ
apud antiquos alienũ ab eorũ moribus fuit, cũ ẽt
fœminas inueniam' adoptaſſe ſibi filios,nõ ex ute-
Gene.16. ro ſuo natos, ſicut Sara ex Agar, & Lia ex ancilla
Gene.30 ſua,& filia Pharaonis Moyſen adoptauit. Ipſe aũt Ia
Exod.2. cob nepotes ſuos,filios Ioſeph adoptauit. Ipſum ue
Gene.48 ro adoptionis noiẽ plurimũ ualere in nr̃æ fidei ſa
cramẽto, Apłica doctrina teſtaſ. Vnde Apłs Paulus
Roma 9. cũ de Iudęorũ meritis loquereſ. Quorũ eſt,inquit,
adoptio & gloria & teſtamentũ & legiſlatio,quorũ
patres ex qbus Xp̃s ſcd̃m carnẽ, q eſt ſuper oia deus
Roma 8. bñdictus in ſecula. Itẽ dicit, Et ipſi in nobiſmetip-
B ſis ingemiſcimus, adoptionẽ expectãtes redẽptio-
Galat.4. nẽ corporis nr̃i. Itẽ alio loco, Cũ aũt uenit plenitu-
do tp̃is,miſit deus filiũ ſuũ factũ ex muliere, factũ
ſub lege,ut eos qui ſub lege erant redimeret,ut ado
ptione filiorũ reciperemus. Hæc igiſ adoptio quãti
ſacramẽti ſit, his atq; hmõi teſtimonijs,ſatis appa-
ret Vnicũ n.filiũ deus habet quẽ genuit de ſubſtã-
Philip.2. tia ſua,de quo diciſ, Cũ in forma dei eſſet nõ rapi-
nã arbitratus eſt eſſe æqualis deo. Nos aũt non de
ſubſtãtia ſua genuit: creatura n.ſumus,q̃ nõ genuit
† al. ſum ſed fecit, & ideo ut frẽs Xp̃i ſcd̃m modũ nr̃m † face
ret,adoptauit. Iſte itaq; modus quo nos deus cũ iã
eſſemus ab ipſo nõ nati, ſed cõditi & inſtituti, uer-
bo ſuo & gr̃a ſua genuit, ut filij ei' eſſemus, adoptio
Ioan.1. uocaſ. Vñ Ioãnes dicit, Dedit eis poteſtatẽ filios dei
fieri. Cũ igiſ ius adoptionis filiorũ apud patres no-
ſtros,& in ſcripturis ſanctis uſitatũ ſit,q̃ impietatis
demẽtia p̃cipitat, prius Euãgeliſtas falſitatis argue
re,ꝙ diuerſas generationes cõmemorauerunt,tanq̃
utraq; uera eſſe nõ poſsint, q̃ cogitare & attẽdere &
uidere quod facillimũ eſt, q̃ crebra cõſuetudine ge
neris humani unus hõ duos patres hr̃e potuerit,u-
nũ cuius carne hõ ſit genitus,alterũ cui' uoluntate
C cũ iã homo eſſet filius ſit adoptatus? Qui ſi non re-
Matt.6. cte diciſ pater,nec nos recte dicimus, Pater noſter
q es in cœlis, ei de cuius ſubſtãtia nati non ſumus,
ſed cuius gr̃a & miſericordiſsima uolũtate adopta-
ti ſcd̃m doctrinã Apłicam & fideliſsimã ueritatẽ. Ip
ſum qppe habemus,& deũ & dñm, & patrẽ. Deũ,ꝙ
ab ipſo ẽt ex hoibus parẽtibus cõditi ſumus. Dñm,
ꝙ ei ſubditi ſumus. Patrẽ,ꝙ eius adoptione renati
ſumus. Facile fuit ergo religioſis pſcrutatoribus di
uinarũ literarũ aliquantulũ cõſiderare & uidere in
diuerſis Xp̃i generationibus à duobus Euãgeliſtis
cõmemoratis, quõ duos patres potuit habere Io-
ſeph,quorũ ꝓgeneratores diuerſi enumerẽſ. Hoc &
uos ſi ſtudiũ contentionis nõ excęcaret,facile uide-
re poſſetis. Sed ab illis uiris alia ẽt q̃ſita & inuenta
ſunt,cũ oẽs has narrationũ partes ptractarẽt. Hæc
aũt à nr̃o intellectu longiſsime remota ſunt. Itaq; ẽt
in Manichęi errore cõſtituti, id qđ in rebus huma-
nis fieri ſolet,ut alius carne generet filiũ,ali' eũ uo-
luntate adoptet, ac ſic unus duos patres hẽat,ſi nõ
aduerſo aio legeretis, cogitando uidere poſſetis. D
Cur aũt Matth.ab Abrahã cœperit, deſcẽdens uſq; Cap.4.
ad Ioſeph,Lucas aũt à Ioſeph cœperit aſcẽdens, nõ Matt.1.
uſq; ad Abrahã, ſed uſq; ad deũ q fecit hoiem,& da Luca.3.
to pcepto, poteſtatẽ dedit ut credẽs fili' dei fieret, Li.2. De
& cur ille in capite libri generationes ipſas enume- conſenſu
raret: ille aũt cũ dñs Saluator à Ioanne baptizatus Euã.c.4.
fuiſſet, & qd ſibi uelit numerus generationũ ſcd̃m
Matth. ut ter quatuordecim digeranſ, qbus in ſum
mã cõputatis,tñ una minus appareat: numerus aũt
generationũ ſcd̃m Lucã, q in baptiſmo dñi cõme-
moraſ,ad ſeptuaginta & ſeptẽ pueniat,quẽ numerũ
ipſe dñs in peccatorũ remiſsionẽ cõmendat,dicẽs,
Non tantũ ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties,nullo Matt.18.
pacto indagare poſſetis, niſi aut ab aliquo catholi
co id audieritis: nõ quolibet, ſed quodã diuinarũ
ſcripturarũ ſtudioſo, & quãtũ poſſet perito, aut ipſi
ab errore correcti pietate catholica peteretis ut ac-
ciperetis, q̃reretis ut inueniretis,pulſaretis ut intra-
retis. Quapp,qm̃ id qđ Fauſtũ de generationum Cap.5.
diuerſitate pmouit, qa in duobus patribus intelli-
gendis hic nodus erat,intellecta natura & adoptio
ne ſolutũ eſt, fruſtra ſe uoluit ad duos Euãgeliſtas E
cõferre,& ab alijs duobus auferre, magis offenſur' Li.2. De
ad quos ſe cõtuliſſet,q̃ eos à qbus abſtuliſſet. Nõ.n. conſenſu
amant ſancti ſuos electores, ſi ſuorũ ſociorũ eos in Euã.c.12
uenerint deſertores. Vnitate n.gaudent, & in Xp̃o
unũ ſunt,& ſi alius aliqd,& alius aliud,aut ali' ali-
ter,& ali' aliter,uera tñ oẽs dicũt,nec ſibi ullo mo-
do contraria, ſi pius lector accedat,ſi mitis legat, ſi
nõ hæretico aio unde rixeſ, ſed fideli corde vñ ædi
ficetur inquirat. Iã ergo in ſingulorũ patrũ genera-
tiones, quos ut unus homo duos haberet, non eſt
ab humano genere alienum, ſingulos Euãgeliſtas
narrãdas ſuſcepiſſe credidim', nõ eſt à ueritate nr̃a
fides aliena. Quocirca inter ſe iã Euãgeliſtis cõue-
nientibus,ſicut Fauſtus ꝓmiſit,utcunq; ſuccũbiter.
An illud qđ adiũxit,nos mouet adhuc, Quãuis Cap.6.
nec ſic quidẽ,inqt,dignũ erit, ex utero credere deũ
& deũ Chriſtianorũ: quaſi nos ipſam diuinã natu-
rã ex fœminæ utero extitiſſe credamus? Nõne mo-
do commemoraui Apłi teſtimonium, ubi ait de Iu
dęis, Quorũ patres,& ex qbus Xp̃s ſcd̃m carnẽ q eſt Roma.9.
ſuper oia deus benedictus in ſecula? Xp̃s ergo dñs
& ſaluator noſter, filius dei uerus ſcd̃m diuinitatẽ,
& filius hois uerus ſecundum carnem,non ex eo ꝙ F
eſt ſuper oia deus benedictus in ſecula, ex fœmina
natus eſt,ſed ex illa infirmitate quam ſuſcepit ex no
bis,ut in ea moreretur pro nobis & eam ſanaret in
nobis. Non ex forma dei,in qua cum eſſet,non ra-
pinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo, natus ex fœ
mina eſt, ſed ex forma ſerui quã accipiendo ſemet-
ipſum exinaniuit. Neq; n.ob aliud exinaniſſe ſe di-
ctus eſt,niſi accipiendo formã ſerui, non amitten-
do formã dei. Illa.n.natura qua in forma dei æqua
lis eſt patri incõmutabiliter pmanente,ſuſcepit mu
tabilẽ nr̃am,p quã de uirgine naſceretur. Vos aũt,
qui cum carnẽ Xp̃i uirginali utero cõmittere hor-
retis, ipſam diuinitatẽ dei non tantũ hoium,ſed &
canum pecorumq; † ueteris cõmiſiſtis,ſemel cõce- † porcorúmque
ptam in utero uirginis Xp̃i carnem non uultis cre-
dere, in quo non ſolũ nõ ligatus, ſed nec mutatus
eſt deus,& ipſam dei partẽ diuinamq; naturã in o-
mniũ hoium,ac beſtiarũ maſculinis ſeminibus, &
fœmininis uteris in omnibus conceptibus per oẽs

G terras & per omnes aquas,& per omnes horas liga-
ri,opprimi,coinquinari, & nec totam poſtea libera
ri poſſe prædicatis.

Libri Tertij finis.

LIBER QVARTVS.

Cap. 1. Auſtus dixit,Accipis teſtamentum ue
tus? Si eſt mihi in eo hæreditas acci-
f pio, Si non eſt,non accipio Improbi-
tas enim hæc quidem nimia eſt uſur-
pare tabulas quæ teſtentur exhæreda
Gene. 15. tum. An ignoras teſtamentum uetus Chananæo-
& 17. rum terram repromittere:ſed eam tamen Iudęis, id
eſt,circuncíſis & ſacrificantibus & abſtinentibus à
Leui. 11. porcina,ac reliquis carnibus,quas immundas Moy
ſes appellat, ſabbata obſeruantibus, & azimorum
ſolemnitatem, ac reliqua huiuſmodi quæ eius ipſe
Exod. 12. teſtator eis obſeruanda mandauit? Quæ quia Chri
& 20. ſtianorum placuere nemini:neque.n.quiſquam no
ſtrorum ea cuſtodit, dignum eſt ut cum refuſa hęre
reditate reddamus & tabulas. Hæc ergo prima cau
ſa eſt,cur ergo teſtamentum uetus abijciendum pu
to,niſi tu me prudentius aliquid doceas. Scđa uero
H cauſa eſt, ꝙ tam ēt miſera eius & corporalis ac lõge
ab animæ cõmodis hæreditas eſt, ut poſt beatã il-
Matt. 5. lam noui teſtamenti pollicitationẽ,quæ cœlorum
mihi regnum & uitã perpetuã repromittit, ēt ſi gra
tis eam mihi teſtator ſuus ingereret faſtidiſſem.
Cap. 2. Auguſtinus rñdit, Temporalium quidem rerũ pro
Contra miſsiones teſtamento ueteri contineri, & ideo ue-
Adiman tus teſtamentum appellari, nemo noſtrũ ambigit,
tũ cap. 3. & ꝙ æternę uitę promiſsio regnumq́ cœloꝝ ad no
in fine. uum ptinet teſtamentum,ſed in illis temporalibus
figuras fuiſſe futurorũ, quæ implerentur in nobis,
in quos finis ſeculoꝝ obuenit, nõ ſuſpitio mea,ſed
1. Cor. 10 Aplicus intellectus eſt, dicente Paulo cum de talib⁹
loqueretur. Hæc oia figuræ noſtri fuerunt. Et iteꝝ,
Hęc oia in figura cõtingebant illis,ſcripta ſunt aũt
pp nos,in quos finis ſeculorum obuenit. Non ergo
uetus teſtamentũ ad conſequendas illas ꝓmiſsio-
nes,ſed ad intelligendas in eis noui teſtamenti prę-
nũciationes accipimus. Veteris qppe teſtificatio fi-
dem nouo cõciliat. Vnde dñs poſtea q̃ reſurrexit à
mortuis, ſeq́ nõ ſolũ intuendũ diſcipulorũ oculis,
ſed ēt contrectandũ manibus obtulit: ne qd tñ cũ
ſuis mortalib⁹ & carnalibus ſenſibus fallaciter agi
I arbitrarentur, magis eos de ueterem librorũ teſtifi
Luca. 24. catione firmauit, dicens, Oportebat impleri oĩa q̃
Contra ſcripta ſunt i lege Moyſi & Prophetis, & Pſalmis de
Adiman me. Non itaq́ ſpes noſtra in temporalium rerũ pro
tũ cap. 18 miſsione defixa eſt, qñquidem nec ipſos illius tem
& 20. poris ſanctos & ſpiritales uiros Patriarchas & Pro-
phetas his terrenis rebus fuiſſe deditos credimus:
intelligebant.n.reuelante ſibi ſpiritu dei,quid tem
pori illi congrueret,& quibus modis deus per illas
oẽs res geſtas & dictas futura figuranda & pręnun-
ciãda decerneret, magisq́ deſideriũ eorum de no-
uo teſtamento erat, ſed præſens functio corporalis
ad ſignificanda noua uotiura pollicitationibus ue-
teribus præbebatur. Ita illorum hoium non tantũ
lingua,ſed & uita prophetica fuit. Carnalis aũt po-
pulus,promiſsis uitæ præſentis inhærebat. De quo
tñ ēt pp̃ſo nihilominus ſignificabantur futura. Sed
uos iſta non intelligitis, quia ſicut Propheta dixit,
Eſaie. 7. Niſi credideritis non intelligetis. Non.n.eſtis erudi
ti in regno cœlorum: id eſt,in Eccleſia Xpi uera ca
tholica. Quod ſi eſſetis de diuitijs ſanctarũ ſcriptu K
rarum,nõ ſolũ noua,ſed ēt uetera ꝓferretis. Ipſe qp
pe dñs dicit, Propterea oĩs ſcriba eruditus † in re- Matt. 13.
gno cœlorũ ſimilis eſt homini patriſamiliãs profe † doctus.
renti de theſauro ſuo noua & uetera. Et ideo dũ ſo
la promiſſa dei noua tenera uos arbitramini, remã
ſiſtis in uetuſtate carnis, & nouitatẽ induxiſtis er-
roris. De q̃ nouitate Apl̃s dicit, Prophanas aũt uer- 2. Tim. 2
borũ nouitates euita:multũ.n.proficiũt ad impie
tatẽ,& ſermo eoꝝ ſicut cãcer ſerpit. Ex qbus eſt Hy
meneus & Philetus, q circa ueritatẽ aberrauerunt,
dicẽtes reſurrectionẽ iã factã eſſe, & fidẽ quorũdã
ſubuertũt. Ex q̃ uena falſitatis uos manere cogno- De fide cõ
ſcite, qd dicitis nũc eſſe reſurrectionẽ tantũmodo tra Mani.
animaꝝ p prædicationẽ ueritatis,corporũ aũt quã 40.
p̄dicauerunt Apl̃i futurã negatis. Quid aũt ſpirita-
liter ſcđm hoiem interiorẽ,q renouatur in agnitio- 2. Cor. 4.
ne dei, poteſtis cogitare, cũ per uetuſtatẽ carnis,&
per carnaliũ rerũ imagines,qbus totus error ueſter
inuoluiſ, res corporeas nõ poſſeſsione teneatis,ſed
phantaſmate ſapiatis? Terram.n.Chananęorũ,quę
manifeſta erat, & manifeſte illi pp̃ſo data eſt,contẽ
nere uos & faſtidire gloriamini,quaſi non ita terrã L
luminis deſcribatis ex una parte à terra gentis tene
brarũ tanq̃ cuneo coarctato diſciſſam,ut neq́ in re
rũ ueritate inueniaſ,& in cogitationũ ueſtrarũ fal-
ſitate credatur,& ideo nec uitam ueſtrã datã ſuſti-
neat,& mentem ueſtram deſiderata corrumpat.

Libri quarti finis.

LIBER QVINTVS.

Auſtus dixit,Accipis Euãgelium? Tu Cap. 1.
me interrogas utrum accipiã, in quo
f idipſum accipere apparet,quia quę iu
bet obſeruo. An ego de te quærere de
beo, utrum accipias,in quo nulla ac-
cipientis Euangelium uidentur indicia? Ego patrẽ
dimiſi & matrem,uxorem,filios,& cætera quę Euã Matt. 19.
gelium iubet,& interrogas utrum accipiam Euan-
gelium? Niſi adhuc neſcis quid ſit quod Euangeliũ
nuncupatur. Eſt.n nihil aliud q̃ prædicatio & man
datum Xp̃i. Ego argentum & aurum reieci,& æs in Matt. 10.
zonis habere deſtiti, quotidiano contentus cibo: Matt. 6.
nec de craſtino curãs, nec unde uenter impleatur,
aut corpus operiaſ ſolicitudinẽ gerens, & q̃ris à me
utrũ accipiã Euangeliũ? Vides in me Xp̃i beatitudi M
nes illas quæ Euangeliũ faciunt,& interrogas utrũ
illud accipiã? Vides pauperẽ,uides mitẽ,uides paci
ficũ,puro corde, lugentẽ,eſurientẽ,ſitientẽ, perſe-
cutiones & odia ſuſtinentẽ pp iuſtitiã, & dubitas
utrũ accipiã Euangeliũ? Non ergo iã mirũ eſt Ioan
nẽ Baptiſtã uiſo Ieſu, & ei⁹ itẽ auditis opibus,q̃rere
adhuc utrũ ipſe eſſet Xp̃s, cui digne & merito Ieſus
nec dignat⁹ qdẽ eſt renunciare ꝙ ipſe eſſet, ſed opa
ruſus eadẽ illi q̃ iãdudũ audierat remãdauit, Cæci Matt. 11.
uidẽt,ſurdi audiũt,mortui reſurgũt:&c. Quod ego
quoq́ circa te nõ imerito fecerim,ſi progãti utrum
accipiã Euãgeliũ dixero, Oĩa mea dimiſi,p̃rm,ma- Matt. 19.
trẽ,uxorẽ,filios,auꝝ,argẽtũ,mãducare,bibere,de-
litias, uoluptates:hoc tibi ad iterrogata ſatis reſpõ
ſum puta,& beatũ te futuꝝ,ſi i me nõ fueris ſcãda-
lizat⁹. Sed nõ,inqs, accipeř Euãgeliũ hoc ſolũ eſt Cap. 2.
ſiquod præcepit facias, ſed ut etiam credas omni-
bus quæ in eodem ſcripta ſunt, quorum primum
eſt illud,quia ſit natus Ieſus. Sed nec item eſt ſolum
illud

A illud Euãgelium accipere, ut credas qa natus eſt Ieſus:ſed ut facias etiã qđ præcepit. At ſi me idcirco Euangeliũ nõ accipere putas, qa generationẽ prætermitto, nec tu ergo accipis, & multo magis nõ accipis, qa præcepta cõtemnis. Ac ꝑ hoc interim pares ſumus, donec diſcutiamus & partes: aut ſi tibi nõ præiudicat pręceptorũ iſta cõtemptio ad ꝓfitẽdũ quin accipias Euãgeliũ, mihi quare ad hoc præiudicet genealogia dãnata? Quod ſi Euãgeliũ accipere in duob' his cõſtat, ut dicis, genealogias credere, & ſeruare mãdata, qd ergo impfectus imperfectũ iudicas? Vterq; noſtrũ eget alterutro. Sin qđ certius eſt, accipere Euãgeliũ in ſola obſeruatione cõſtat cœleſtiũ mãdatorũ, duplici modo ĩprobus es, qui, ut dici ſolet, deſertor arguas militem. Et tñ age, Ponamus qa ita uis, duo hæc partes eſſe fidei pfectæ, quarũ una qdẽ cõſtet in uerbo: id eſt, fateri Xpm natũ: altera uero in ope, qđ eſt obſeruatio præceptorũ. Vide ergo q̃ arduã ego & difficiliorẽ mihi partẽ elegerim, tu uide q̃ leuiſsimã & facilio-rem: nec immerito plebs ad te confluit, à me refugit,
1. Cor. 4. neſciens utiq;, qa regnũ dei non eſt in uerbo, ſed in
B uirtute. Quid ergo eſt ꝙ me laceſsis, ſi difficiliorẽ fidei aggreſſus partẽ, tibi ut infirmo reliqui facilio-rem? Sed ego ad tribuendã, inqt, ſalutem ais hanc partẽ fidei efficaciorem puto, ac magis idoneam,
Cap. 3. quã tu reliquiſti: id eſt, Chriſtũ fateri natũ. Age ergo ipſum eundẽ interrogemus Xpm, & unde potiſsimũ nobis ſalutis oriatur occaſio, ex eius ore diſcamus. Quis hoĩum intrabit in regnũ tuũ Xpe?
Matth. 7. Qui fecerit, inqt, uoluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt. Nõ dixit, qui me ꝓfeſſus fuerit natũ. Et alibi ad
Matt. 28 diſcipulos, Ite docete oẽs gentes, baptizãtes eos in noĩe patris & filij & ſpiritusſancti, & docentes eos ſeruare oĩa quæ mandaui uobis. Non dixit, docentes eos qa ſim natus: ſed, ut mãdata cõſeruent. Itẽ
Ioan. 15. alibi, Amici mei eritis ſi feceritis ea q̃ præcipio uobis, Nõ dixit, ſi natũ me credideritis. Rurſum, Si fe-
Matt. 5. ceritis mandata mea, manebitis in mea charitate. Et alia multa. Necnõ & in monte cũ doceret, Beati pauperes ſpiritu, dicens, Beati mites, beati pacifici, beati puro corde, beati q lugent, beati q eſuriunt, beati q pſecutionẽ patiunt pp iuſtitiã, nuſquã di-
C xit, beati q me cõfeſsi fuerint natũ. Et in diſcretio-
Matt. 25. ne agnorũ ab hædis in iudicio dicturũ ſe dicit ijs q ad dexterã ſunt, Eſuriui & cibaſtis me, ſitiui & potaſtis me, & cętera, ꝓpterea ꝑcipite regnũ: nõ dixit, qa natũ me credidiſtis, regnũ percipite. Necnon &
Matt. 19. diuiti quærẽti uitã æterna, Vade, inqt, uende oĩa q̃ habes & ſequere me: Nõ dixit, crede me natũ ut in æternũ uiuas. Ecce igit portioni meæ, quã mihi de gemina ut uultis fide delegi, ubiq; regnũ, uita, beatitudo ꝓmittit, ueſtræ uero nuſquã. Aut docete ſicubi ſcriptũ eſt beatũ eẽ, regnũue percepturũ, aut æternã habiturũ uitã, q eũ confeſſus fuerit natũ ex fœmina. Interim tñ ſi & hæc pars eſt fidei beatitudinẽ nõ habet. Cũ uero eã nec partẽ fidei ꝓbauerimus qd fiet? Nẽpe eritis uos inanes, qđ & ipſum utiq; monſtrabit. Sed interim hoc ſatis nobis ẽ ad ꝓpoſitũ, qa portio hæc noſtra beatitudnibus coronata ſit. Cui tñ accedit & illa alia beatitudo, ex confeſsione quoq; ſermonis qa Ieſum cõfitemur eẽ Chriſtũ filiũ dei uiui, qđ æque ipſe ore ſuo teſtat
Matt. 16. Ieſus, dicens ad Petrum, Beatus eſt Simon Bariona, quia non tibi hoc caro & ſanguis reuelauit, ſed pa-ter meus qui in cœlis eſt. Quapropter nõ iã ut pu- D tabatis unã, ſed duas eaſdẽq; ratas fidei partes tenemus, & in utraq; pariter beati appellamur à Chriſto, qa alterã earũ operibus exercentes, alterã ſine blaſphemia prædicamus. Auguſtinus rñdit, Iam Cap. 4. ſupra cõmemoraui, q̃ ſæpe ſe dñs Ieſus Chriſtus filium hoĩs dicat, & q̃ta uanitate Manichæi fabulam nephandi ſui erroris inducant, de neſcio quo commentitio primo hoĩe, quẽ non terrenum ſed fallacibus elemẽtis indutum, cõtra Apoſtolũ prædicãt dicẽtem, Primus homo de terra terrenus: & q̃ta cu- 1. Cor. 15. ra nos idem monuerit Apoſtolus, dicens, Si quis uobis annunciauerit præterquã quod annunciaui Gala. 1. mus uobis, anathema ſit. Quapropter reſtat, ut filium hoĩs Chriſtũ ita credamus, ſicut Apoſtolica ueritate prædicatur, nõ ſicut Manichæorũ falſitate confingitur. Cũ igit eũ Euangeliſtæ annuncient natũ ex fœmina, de domo Dauid, hoc eſt de familia Dauid Pauluſq; ad Timotheum ſcribat, dicens, 2. Tim. 2 Memor eſto Xpm Ieſum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid ſcdm Euãgeliũ meum: ſatis apparet quẽadmodũ Chriſtũ filiũ hoĩs credere debeam', Rom. 4. qui filius dei ꝑ quẽ facti ſumus, etiã filius hoĩs per E aſſumptionẽ carnis factus eſt, ut moreretur pp delicta noſtra, & reſurgeret pp iuſtificationẽ noſtrã. Ideoq; utrunq; ſe dicit, & filium dei, & filium hoĩs. Vnde ne pergam per plurima, uno loco in Euangelio ſcdm Ioãnem ita ſcriptum eſt, Amen amẽ dico Ioan. 5. uobis, qa uenit hora & nunc eſt, qñ mortui audiẽt uocem filij dei, & qui audierint uiuent. Sicut.n. pater habet uitã in ſemetipſo: ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo, & poteſtatem dedit ei & iudiciũ facere, qa filius hoĩs eſt. Dixit, Vocem filij dei audient: & dixit, Quia filius hoĩs eſt. Secundũ hoc enim ꝙ dixit, Filius hoĩs eſt: accepit poteſtatem iudicium faciendi, Quia in ipſa forma uenturus eſt ad iudicium, ut à bonis & à malis uideatur. In qua forma etiã aſcẽdit in cœlum, & uox illa in diſcipulis ſonuit, Sic ueniet quẽadmodũ eũ uidiſtis eun- Acto. 1. tem in cœlũ. Nã ſcdm id qđ filius dei, deus æqualis eſt patri, & cũ patre unũ, non uidebitur à malis, Beati.n. mundo corde, qa ipſi deũ uidebũt. Cũ er- Matth. 5. go credentibus in ſe promittat uitã æternam, nec aliud ſit credere in eũ, q̃ credere in uerũ Chriſtum, qualem ſe ipſe prædicat, & ab Apoſtolis prædicat, F hoc eſt, & uerũ dei filiũ & uerũ hominis filiũ: uos Manichæi qui creditis in falſum & fallacẽ, falſi & fallacis hoĩs filium, cum & ipſum deum gentis aduerſæ tumultu perterritum, mẽbra ſua miſiſſe cruncianda, nec poſtea tota purganda docetis, uidetis q̃ ſitis alieni à uita æterna, quã promittit Chriſtus illis q credunt in eũ. At.n. dixit Petro confitenti eũ filium dei, Beatus es Simon Bariona. Nunqd ideo Matt. 16. nihil ꝓmiſit eis, q in eũ filiũ hoĩs crederent, cũ idẽ ipſe ſit & filius & filius dei hoĩs? Habes etiã aperte uitam æternam promiſſam credentibus in filiũ hominis. Sicut exaltauit, inquit, Moyſes ſerpentem Ioan. 3. in eremo, ſic oportet exaltari filium hominis, ut oĩs qui crediderit in eũ non pereat, ſed habeat uitã æternã. Quid uultis amplius? Credite ergo in filiũ hominis, ut habeatis uitã æternam, quia ipſe eſt & filius dei qui poteſt dare uitã æternã, quia ipſe eſt uerus deus & uita æterna, ſicut idem Ioãnes ait in Epiſtola ſua. Vbi etiã dicit Antichriſtũ eſſe qui ne- 1. Ioan. 4. gat Chriſtũ in carne ueniſſe. Quid ergo nos tan- Cap. 5.

G quam de mandatoꝝ eius perfectione iactatis, qđ
ea q̄ in Euangelio præcepta ſunt operamini? Quid
enim illa prodeſſent ubi nō eſt fides uera, etiā ſi ue
1. Cor. 13. re implerenť à uobis? Nonne audiſtis Apl̄m dicen-
tē, Si diſtribuā oīa mea pauperibus, & tradam cor
pus meū ut ardeam, charitatē aūt nō habeā, nihil
mihi prodeſt? Quid ergo uos tanq̄ de Chriſtiana
paupertate iactatis, cū Chriſtiana charitate carea-
tis? Habent. n. inter ſe quā charitatē uocant etiam
latrones, ſibi debentes facinoroſam flagitioſamq́
cōſcientiā: ſed nō charitatē quā cōmendat Apoſto
1. Timo. 1. lus ut eam à cæteris improbādis repudiandisq́ ſe-
cerneret, ait alio loco. Finis aūt præcepti eſt chari-
tas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non
ficta. Vnde ergo hīe poteſtis uerā charitatē ex[nō]
† aliàs, fuſcare mēdacijs. fide ficta ſurgentē? Aut qn̄ uos pigebit fidē ueſtrā
pugnare cū mendacijs, † qn̄ & primum hominem
ueſtrū, cum ſuis hoſtibus, in ſuæ naturæ ueritate
manentibus, mutabili fallacia dimicaſſe prædica-
Ioan. 14. tis, & ipſum Chriſtū qui dicit, Ego ſum ueritas ſpe
ciem carnis, mortē crucis, uulnera paſsionis, cica-
trices reſurrectionis, mentitū eſſe ſuadetis? Proinde
H uos Xp̄o ueſtro anteponi uultis, ſi illo mentiente,
uos annunciatis ueritatē. Si aūt Chriſtū ueſtrum ſe
ctari uultis, qs nō in uobis caueat falſitatē, ut i his
quoq; mandatis quę uos implere dicitis, nō ſit niſi
Matt. 10 ſola fallacia? Quippe, cū auſus ſit Fauſtus dicere, ꝙ
æs in zonis nō portetis, niſi forte ideo uerum dixit,
qa nō æs in zonis, ſed & aurū in arcellis & in ſaccu
lis habeatis, nec reprehenderenť iſta in uobis, niſi
qa ꝓfitemini aliud & aliter uiuitis. Adhuc in rebus
humanis eſt ille Conſtantius, modo iā frater nr̄ ca
tholicus Chriſtianus, qui multos ueſtrū Romæ in
domū ſuā cōgregauerat, pp implēda præcepta Ma
nichæi, ſatis qdē uana & inepta, ſed tn̄ quæ magna
exiſtimatis. Quibus cum ueſtra infirmitas cederet,
diſperſi eſtis quiſq; in uiā ſuam. Vnde illi qui in eis
perdurare uoluerunt, à ueſtra ſocietate ſchiſma fe-
cerunt, Et qa in mattis dormiūt mattarij appellan
tur, à quoꝝ ſtratis longe diſsimiles fuerunt plumæ
Fauſti, & caprinæ lodices qua delitiaꝝ affluētia nō
ſolū mattarios faſtidiebat, ſed etiā domū pr̄is ſui
hoīs pauperis Mileuitiani. Auferte ergo perditā ſi-
mulationem, ſi de moribus non uultis, ſaltē de lite
I ris ueſtris: ne lingua ueſtra cū uita ueſtra, tanq̄ ille
primus homo, cū gēte tenebraꝝ mendacibus, non
Cap. 6. elementis, ſed uerbis pugnare uideať. Sed ne in
hoīes potius nō implentes ea quæ ſibi præcipiun-
tur, q̄ i ipſam ſectā uaniſsimi erroris me iſta dicere
quiſquā reprehendat, hoc dico, talia ſunt ipſa præ-
cepta Manichæi, ut ſi ea non faciatis, deceptores: ſi
autem faciatis, decepti ſitis. Neq; n Chriſtus uobis
pręcepit ut herbā nō euellatis, ſed ne homicidium
perpetretis, qui diſcipulos ſuos p ſegetem tranſeun
tes & eſurientes, uellere ſpicas ſabbato non prohi-
buit, unde conuinceret & pn̄tes Iudæos, & futuros
Manichęos. Illos qa ſabbato fiebat, iſtos qa fiebat.
Matt. 12. Sed plane Manichęus præcepit, ut oclosis manib⁹
ueſtris de homicidijs uiuatis alienis: & illa qdē fal
ſa ſunt homicidia, ſed ueſtra ſunt uera; cū tali dæ-
Cap. 7. monioꝝ doctrina miſeras aīas trucidatis. Ineſt
Matt. 5. tn̄ ille hæreticus typhus, intolerabiliſq́ ſupbia. Vi-
des, inqt, in me Chriſti beatitudines illas, q Euāge-
lium faciunt; & interrogas, utrū illud accipiam. Vi
des pauperē, uides mitē, uides pacificum, puro cor
de, lugentē, eſurientē, ſitientē, perſecutionē & odia K
ſuſtinentē pp iuſtitiā, & dubitas utrum accipiam
Euāgeliū? Si hoc eſſet iuſtū eſſe, iuſtificare ſeipſum,
uerbis ſuis uolaſſet in cœlū homo iſte, cū hæc lo-
quereť. Sed ego in delitias Fauſti nō inuehor notas
oībus auditoribus Manichæoꝝ, & eis maxime qui
ſunt Romę: talē ꝓpono Manichæū, qualē Cōſtan
tius requirebat, cū illa præcepta exigebat impleri,
nō qualē uideri nolebat. Et illū tn̄ quō uideo pau
perem ſpiritu, q tā ſuperbus eſt, ut aīam ſuā deum
credat, nec captiuus erubeſcat? Quomodo mitem,
qui tantæ authoritati Euangelicæ mauult inſulta
re, q̄ credere? Quomodo pacificū, q naturā ipſam
diuinā, qua deus eſt qcqd eſt, q ſolus uere eſt, perpe
tuam pacē hr̄e potuiſſe nō putat? Quomodo puro
corde, in quo tumultuanť tā ſacrilega, & tam mul-
ta figmenta? Quomodo lugētem, niſi deum captū
& ligatū, donec ſoluať & euadat, ex quadā tn̄ parte
decurtatus, quæ in globo tenebraꝝ à patre ligabi-
tur, lugebit? Quomodo eſurientē & ſitientem iuſti
tiam, quā Fauſtus in ſcriptis ſuis nō addidit: credo
ne ſibi deeſſe uidereť, ſi eā ſe adhuc eſurire ac ſitire
fateretur? Sed quā iuſtitiā iſti eſuriunt & ſitiunt, q- L
bus pfecta iuſtitia erit dānatis in globo fratribus,
q nihil ſuo uitio peccauerunt, ſed hoſtili tabe, quó
eos pater miſit, inexpiabiliter infecti ſunt, inſuper
triūphare? Qūo perſecutiones & odia ſuſtinetis Cap. 8.
peritos confingitis ſectatores: & q̃ ibi ſcripta ſunt,
non ſolum non creditis,ſed ẽt quantis poteſtis ui-
ribus oppugnatis? Certe uidetis uos potius de no-
uo teſtõ, q̃ nos de uetere obiectis rñdere nô poſſe.
Omnia.n. quæ i uetere ſcripta ſunt,nos & uera eſſe
dicimus,& diuinitus mandata, & congruis tpibus
diſtributa. Vos aũt cũ uobis obiecta fuerint, quæ
in libris noui teſtamẽti ſcripta ſunt,nec accipiun-
tur a uobis,deficiẽtes in rñdendo,& manifeſta ue-
I ritate faucibus preſſis, anhelitu ſaucio dicitis eſſe
falſata. Quid aliud poſſent expirare præfocata ora
fallacium,uel potius qd aliud poſſent putere con-
Roma. 7. foſſa cadauera mortuorũ? Et tñ confeſſus eſt Fau-
ſtus,non concupiſcere aliena,non ſolum ſe ex no-
Exod.20 uo teſtõ,ſed ẽt ex uetere didiciſſe:quod certe à ſuo
deo non poſſet diſcere. Ille qppe, ſi non côcupiuit
aliena, quare ſup terrã tenebrarum, ubi nunq̃ fue-
runt noua ſecula,côſtruit? An dicturus eſt,prior ip
ſa gens tenebrarũ regnum meum côcupiuit, quod
ab illa erat alienum. Ergo imitatus eſt gẽtem tene-
brarũ,ut & ipſe concupiſceret aliena? An anguſtũ
antea fuerat regnum lucis? Optandũ igitur erat bel
lum, ut acqreretur de uictoria latitudo regnandi.
Qđ ſi bonum eſt,& antẽ potuit côcupiſci. Sed ex-
pectabat ut gens hoſtilis in bellum prior erumpe-
ret,quo quaſi iuſtius expugnaretur. Si aũt non eſt
bonũ,quare inimico uicto, ſup alienã terrã creſcere
uoluit regnũ ſuum,cum prius contentus ſuis fini-
bus,plena fœlicitate uixiſſet? Sed utinam uere iſti
hæc ipſa præcepta uitæ agendæ,quorũ eſt unũ, ne
côcupiſcas alienũ:uellet ex illis literis diſcere:pro-
fecto manſueſcerent, & mites intelligerent etiã illa K
præcepta uitæ ſignificandæ, quibus eorũ oblatrat
offenſio, & illi tunc tempori obſeruãda côgruiſſe,
& huic nunc tempori intelligenda congruere. Nos
aũt qũo uetus teſtm̃ tanquam alienum concupiſci 1.Cor. 10
mus,cum ea legamus,quæ in figura contingebant
illis,ſcripta ſunt autem propter nos,in quos finis ſe
culorũ obuenit? Puto q non concupiſcit alienum,
qui hoc legit,quod ſcriptum eſt propter ipſum.

Libri decimi finis.

LIBER VNDECIMVS.

Fauſtus dixit, Apoſtolum acci- Cap.1.
pis? Et maxime. Cur ergo non
credis filiũ dei ex ſemie Dauid Roma. 1.
natum ſcđm carnem? Non equi
dem crediderim Apoſtolũ dei
contraria ſibi ſcribere potuiſſe,
& modo hanc, modo illam de
dño noſtro habuiſſe ſñiam. Sed qa uobis ita pla-
cet, q nũq̃ ſine ſtomacho auditis aliqd eé in Apſo
cauponatum, ne hoc qdem nobis ſcias eſſe côtra- L
rium. Siqdem hæc uetus uideatur eſſe, & antiqua
opinio Pauli de Ieſu, cum eum & ipſe Dauid filiũ
putaret, ut cæteri:quod tñ ubi falſum didicit,iter-
polat & infirmat,ſcribenſq́ ad Corinthios, Nos,in 2.Cor. 5.
quit,neminem nouimus ſcđm carnem, & ſi cogno
uimus ſcđm carnem Chriſtum, ſed nunc iam non
nouimus. Quare conſideres oportet,quantum in-
terſit iter hęc duo capitula, è qbus unum perhibet
Ieſum filium Dauid ſcđm carnem, alterũ uero iam
ſe neminem noſſe ſcđm carnem. Quæ ſi utraq; ſunt
Pauli,aut hac rône erũt, qua dixi:aut unum ipſorũ
non erit Pauli. Proſequitur deniq;,Itaq;, inqt,ſi qua
eſt in Chriſto noua creatura,uetera tranſierunt:ec
ce facta ſunt oĩa noua. Vides ergo eum ueterem ap
pellare, & tranſitoriam fidem illã priorem.i. Ieſum
crediſſe ex ſemine Dauid ſcđm carnem: nouã ue
ro hanc ſcđam & permanentem, qa neminem iam
nouerit ſcđm carnem. Quapropter & alibi,Cum eſ
ſem,inquit,paruulus,ut paruulus loquebar, ut par 1.Cor.13.
uulus ſapiebam: cum aũt factus ſum uir, que par-
uuli erant,depoſui & euacuaui. Quod ſi ita eſt,qd M
ergo & nos indignum facimus,ſi nouam & melio-
rem Pauli tenẽtes confeſſionem, ueterem illam ac
deteriorẽ proiicimus? Aut ſi uobis ſcđm quod ad
Romanos ſcribit,credere cordi eſt,nobis quare li- Rom.10.
citum non ſit, ſcđm quod ad Corinthios dogma-
tizare? Quanuis & hoc ad duritiam ueſtram ita re-
ſponderim. Alioquin abſit Apoſtolum dei,qđ ædi
ficauit,unquã deſtruere, ne ſe ipſe ꝓuaricatorẽ cô- Galat. 2.
ſtituat,ut conteſtatus eſt. Verũtamen ſi eius eſt &
prior illa ſñia, nunc emendata eſt: ſin fas non eſt,
Paulum inemendatum dixiſſe aliqd unquã,ipſius
nô eſt. AVG. rñdit, Hoc eſt quod pauloante di Cap.2.
xi,quia ubi ſic manifeſta ueritate iſti pręfocantur,
ut obſeſſi dilucidis uerbis ſanctarum ſcripturarũ,
exitum in eis fallaciæ ſuæ reperire non poſſint, id
teſtimonium,quod prolatum eſt,falſum eſſe reſpô
dent. O uocem a ueritate fugacem, in amentia per-
tinacem. Vſqueadeo inuicta ſunt,quæ aduerſus uos
de diuinis codicibus proferuntur, ut non ſit aliud
quod dicatis,niſi eos eſſe falſatos. Quæ authoritas
literarũ aperiri,quis ſacer liber euolui,quod docu-

A mentũ cuiuslibet ſcripturę ad cõuincendos erro-
res exieri poteſt, ſi hęc uox admittit, ſi alicuius põ-
deris æſtimat? Aliud eſt ipſos libros nõ accipere, &
nullo eorum uinculo detineri: qđ Pagani de oĩbus li-
bris nr̃is, qđ Iudęi de nouo teſtamẽto faciũt, quod
deniq; noſipſi de ueſtris & aliorum hęreticorum, ſi quos
Apocry. ſuos & ꝓprios hñt, uel de ijs q appellantur apocry-
phi: nõ ꝙ habendi ſint in aliqua authoritate ſecre-
ta, ſed qa nulla teſtificationis luce declarari, de ne-
ſcio quo ſecreto, neſcio quorũ p̃ſumptione prolati
ſunt. Aliud eſt ergo authoritate aliquorum uel librorum
uel hoium non teneri, & aliud eſt dicere, Iſte quidẽ
uir ſanctꝰ oĩa uera ſcripſit, & iſta epl̃a ipſius eſt, ſed
in eaipſa, hoc eius eſt, hoc nõ eſt eius. Vbi cũ ex ad-
uerſo audieris, ꝓba: nõ confugias ad exẽplaria ue-
riora, uel plurimũ codicũ uel antiquorũ uel linguę
præcedentis, unde hoc in aliã linguã interpretatũ
eſt: ſed dicas, Inde probo hoc illius eſſe, illud nõ eſ-
† ali. Tu ſe, qa hoc ꝓ me ſonat, illud cõtra me. Huius ergo †
es ergo. regula ueritatis, quicqđ contra te fuerit, nõ eſt uerum.
Quid ſi alius ſimili inſania, ſed tñ q̃ tua duritia cõ-
fringatur, exiſtat & dicat, Imò illud, qđ ꝓ te ſonat,
B falſum eſt: hoc aũt, quod cõtra te eſt, uerũ eſt: quid
acturus es, niſi forte aliũ librũ prolaturus, ubi quic
qđ legeris, ſcđm tuam ſniam poſſit intelligi? Hoc ſi
feceris, nõ de aliqua eius particula, ſed de toto au-
dies cõtradicentẽ & clamãtẽ, falſus eſt. Quid ages?
quò te conuertes? Quã libri à te ꝓlati originẽ, quã
Diſti 11. uetuſtatẽ, quã ſeriem ſucceſsionis teſtẽ citabis? Nã
ca. palam ſi hoc facere conaberis: & nihil ualebis: & uides in
hac re qđ Eccleſię catholicę ualeat authoritas, quę
ab ipſis fundatiſsimis ſedibus Apl̃orum uſq; ad ho
diernum diem ſuccedentiũ ſibimet Ep̃orum ſerie,
& tot ppl̃orum conſenſione firmatur. Ita ſi de fide
exemplariũ quæſtio uerteretur, ſicut in nonnullis,
quæ & paucæ ſunt, & ſacrarũ literarũ ſtudioſis no
tiſsimæ ſententiarũ uarietates, uel ex aliarũ regio-
num codicibus, unde ipſa doctrina cõmeauit, no-
ſtra dubitatio diiudicaretur: uel ſi ibi quoq; codi-
ces uariarẽt, plures paucioribus, aut uetuſtiores re-
centioribus p̃ferrentur: & ſi adhuc eſſet incerta ua-
rietas, p̃cedens lingua, vñ illud interpretatũ eſt, cõ-
ſuleretur. Hoc modo q̃runt, q qđ eos mouet in ſcri-
pturis ſanctis, tãta authoritate firmatis, inuenire uo-
C lunt, ut habeãt unde inſtruant, non unde rixentur.
Cap. 3. Hoc aũt quod aduerſus impietatẽ ur̃am ex Apl̃i
Roma. 1. Pauli epiſtola profertur, filiũ dei ex ſemine Dauid
eſſe ſcđm carnẽ, oẽs codices & noui & ueteres hñt,
oẽs eccleſiæ legunt, oẽs linguæ conſentiunt. Exui-
mini ergo pallio fallaciæ, quo Fauſtus indutus, cũ
ſibi propoſuiſſet tãquã interrogantẽ & dicentem,
Accipis Apl̃m Paulum? Rñdit, Et maxime. Cur.n.
non potius rñdit, Et minime: niſi quia fallax aliud,
q̃ id quod falſum erat, rñdere non potuit? Quid.n.
accipit Apoſtoli Pauli? Non primum hoiem, quem
ille dicit de terra terrenum, De quo item dicit, Fa-
1. Cor. 15. ctus eſt primus homo Adam in aiam uiuentem. Il-
le aũt annunciat, neſcio quem primum hoiem: nec
de terra terrenum, nec factum in aiam uiuentẽ: ſed
de ſubſtantia dei, id ipſum exiſtentem quod deus
eſt, membra ſua uel ueſtimenta ſua uel arma ſua: id
eſt, quinq; elementa, cum & ipſa nihil aliud eſſet, q̃
ſubſtantia dei, in tenebrarum gente merſiſſe, ut in-
quinata caperentur. Non ſcđm hoiem, quem Pau-
Ibidem. lus dicit de cœlo, quem dicit ẽt nouiſsimum Adã

in ſpiritu uiuificantem, quem dicit factum ex ſemi D.
ne Dauid ſcđm carnem, factum ex muliere, factum
ſub lege, ut eos, q ſub lege erant, redimeret. De quo
ad Timothæum dicit, Memor eſto Xp̃m Ieſum re- 2. Tim. 2.
ſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid, ſcđm Euange
lium meum. In cuius exemplo ẽt reſurrectionẽ no-
ſtram prædicat dicens, Tradidi.n. uobis in primis 1 Cor 15.
quod et accepiſtis, † quia Xp̃s mortuus eſt pro pec † accepi.
catis noſtris ſcđm ſcripturas, & quia ſepultus, & qa
reſurrexit tertia die ſcđm ſcripturas. Et paulopoſt
infert quare hoc dixerit. Si aũt Xp̃s prędicatur, quia
reſurrexit à mortuis, q̃uo dicunt quidam in uobis,
quia reſurrectio mortuorum nõ eſt? Iſte aũt qui in-
terrogatus utrum accipiat Apl̃m Paulum, rñdet, &
maxime: hæc omnia negat: nec Ieſum ex ſemine Da Lib. 2. de
uid uult accipere, nec factum ex muliere: quam nõ con. Euã.
ꝙ fuerit uel concumbendo uel pariẽdo corrupta, ca 28. Et
mulierem Paulus appellat, ſed more ſcripturarum de Sym-
loquitur, quæ ipſum ſexum ſic appellare conſueue bolo Apo.
runt. Sicut in Geneſi de Eua ſcriptũ eſt, Formauit ca. 5. in ſi
eam in mulierẽ: cũ cõmixta uiro non fuiſſet. Nec ip ne
ſam mortem Xp̃i & ſepulturã & reſurrectionẽ acci- Gene. 2.
pit, q̃nquidem Xp̃m dicis nec mortale corpus ha- E
buiſſe, ubi illa uera mors eſſet: nec illas cicatrices
ueras fuiſſe, quas poſt reſurrectionẽ diſcipulis oſtẽ Ioan. 19.
dit, cũ eis, quod & Paulus cõmemorat, uiuus appa- & 20.
ruit: nec ipſam carnẽ noſtrã reſurrecturam in cor-
pus ſpiritale mutatã: ſicut apertiſsime idẽ Apl̃s di- 1. Cor. 15.
cit, Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiri-
tale. Vnde diſcernens inter corpus animale & ſpiri
tale, cõtexit quod iã cõmemoraui de primo Adã, &
de nouiſsimo Adã. Deinde intulit, Hoc aũt dico fra
tres, q̃m caro & ſanguis regnũ dei poſsidere nõ poſ
ſunt. Et ne quiſquã ipſam ſpeciem carnis, & ipſam Cõtra A
ſubſtantiã non poſſe reſurgere credidiſſet, & expri- dimantũ
mere uolens qđ nunc appellauerit carnẽ & ſangui- cap 12.
nem: qa ipſam corruptionẽ intelligi uoluit, q̃ tunc
in reſurrectione iuſtorũ non erit, continuo conte-
xuit, Neq; corruptio corruptelam poſsidebit Et ne
adhuc quiſquã putaret, nõ illud quod ſepultũ fue- 1 Cor. 15.
rit reſurrecturũ, ſed tanquã alia tunica ponatur, &
alia melior accipiatur, uolens apertiſsime declara-
re, qa hocipſum in melius cõmutabitur: ſicut ueſti-
menta Xp̃i in monte nõ ſunt poſita, & alia ſumpta, F
ſed ipſa q̃ fuerant, in melius clarificata ſunt ſequit, Matt 17.
& contexit dicens, Ecce myſteriũ uobis dico, Oẽs
quidem reſurgemus, non tñ oẽs immutabimur Et 1. Cor. 15.
ne adhuc eſſet incertum, qui ſint q immutabũtur,
In atomo, inqr, in ictu oculi, in nouiſsima tuba: Ca
net.n. tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos
immutabimur. Adhuc forte dicant, non ſcđm hoc
mortale & corruptibile corpus nos in reſurrectio-
ne immutari, ſed ſcđm animam, cum Apl̃s hoc non
propoſuerit unde diceret, ſed de corpore ab ipſius
q̃ſtionis initio locutus fuerit, ſicut ipſa eius indicat
propoſitio. Sed dicet aliquis, inquit, Q̃uo reſurgũt
mortui, quo aũt corpore ueniunt? Hic iã conſequẽ-
er tanquã digito oſtẽdit unde loqueretur, & ſubne
cit dicens, Oportet.n. corruptibile hoc induere in
corruptelã, & mortale hoc induere immortalitatẽ.
Hæc ergo cũ iſte neget cumq; ipſum deum, de quo
Paulus dicit, Immortali, incorruptibili ſoli deo ho
nor & gloria, Amen, iſte corruptibilẽ prædicet, q̃n- 1. Tim. 1.
quidem ſubſtantiã eius atq; naturam & totã timuiſ
ſe, ne à tenebrarum gente corrumperetur, & ut cæ-

G terę cõſuleretur ex parte corrupta, deteſtãda & abo
minãda eoꝝ fabula ſomniat: qd eſt ꝙ ẽt in hoc co
natur fallere imperitos, & in diuinis ſcripturis min⁹
eruditos, ut interrogatus utrũ accipiat Apſm Pau-
Cap. 4. lum, tñdeat, maxime, & inueniatur minime. Sed
certa, inqt, ratio eſt, qua oſtendã Paulum Apſm, aut
proficiendo mutaſſe ſñiam, & ſcribentem ad Co-
rinthios emendaſſe, quod ſcripſerat ad Romanos,
aut, oino non ſcripſiſſe, quod tanquam eius profer
tur, filium dei ex ſemine Dauid ſcdm carnem. Qua
tandem ratione id oſtendit? Quia non poteſt, inqt,
Roma. 1. utrunq; uerum eſſe: & quod in epiſtola eſt ad Ro-
2. Cor. 5. manos, de filio ſuo, q factus eſt ei ex ſemine Dauid
ſcdm carnẽ: & quod ait ad Corinth. Itaq; nos amo-
do neminẽ nouimus ſcdm carnẽ, etſi noueramus
ſecundum carnem Xp̃m, ſed nunc iã non nouimus.
Reſtat ergo ut nos demonſtremus q̃ poſsit utrunq;
uerũ eſſe, & q̃ ſibi hæc duo non ſint contraria. Vnu
quippe eorum non eſſe Pauli, nullo modo poſſu-
mus dicere, quia nulla in eo uariat codicũ autho-
ritas. Et ſi. n. in quibuſdam Latinis exemplariis nõ
legitur factus, ſed natus ex ſemine Dauid, cum Grę-
H ca factus habeant, unde nõ ad uerbũ, ſed ad ſñiam
transferre uoluit dicendo, natũ, Latinus interpres:
tñ Xp̃m ex ſemine Dauid eſſe ſcdm carnem, oium li
brorum atq; linguarum concordat authoritas. In
hoc aũt Paulum aliquando erraſſe, & proficiendo
mutaſſe ſñiam, abſit ut dicamus. Quod ẽt ipſe Fau-
ſtus ſenſit, q̃ improbe atq; impie diceretur: inaluitq́;
dicere, Pauli epiſtolam aliorum falſitate corruptã,
Cap. 5. q̃ ipſius errore uitioſam. De his. n. libris dici po-
teſt, aliquid eos habere non conſonum fortaſſe oc-
cultiori, & ad dignoſcendũ difficiliori ueritati, qd'
aut ſic remanſerit, aut in poſterioribus correctum
ſit, qui non pręcipiendi authoritate, ſed proficien-
di exercitatione ſcribuntur à nobis. Inter hos. n. ſu-
Philip. 3. mus, quibus idem Apſs dicit, Et ſi quid aliter ſapi-
tis, id quoq; nobis deus reuelauit. Quod genus lite
rarum non cum credendi neceſſitate, ſed cũ iudicã
dis libertate legendum eſt. Cui tñ ne intercluderet
locus, & adimeretur poſteris ad quęſtiones diffici-
les tractãdas atq; uerſandas, linguę ac ſtyli ſaluber-
rimus labor, diſtincta eſt à poſteriorũ libris, excel-
lentia canonicę authoritatis ueteris & noui teſta-
I menti, quę Apſorum confirmata tẽporibus p ſuc-
Diſtin. 11 ceſsiones Eporum & propagationes eccleſiarũ, tan
cap. palã. quam in ſede quadam ſublimiter cõſtituta eſt, cui
ſeruiat oĩs fidelis & pius intellectus. Ibi ſi qd uelut
abſurdũ mouerit, non licet dicere, Author huius li
bri non tenuit ueritatẽ: ſed aut codex mẽdoſus eſt,
aut interpres errauit, aut tu nõ intelligis. In opuſcu
lis aũt poſteriorũ, q̃ libris innumerabilibus conti-
nentur, ſed nullo modo illi ſacratiſsimę canonica-
rum ſcripturaꝝ excellentię coæquantur, ẽt in qui-
buſcunq; eorũ inuenitur eadem ueritas, lõge tñ eſt
impar authoritas. Itaq; in eis, ſi qua forte ppea diſſo
nate putantur à uero, qa non ut dicta ſunt intelli-
guntur, tñ liberũ ibi habet lector auditórue iudi-
cium, quo uel approbet qd placuerit, uel improbet
qd offenderit: & ideo cũcta eiuſmodi niſi uel certa
ratione, uel ex illa canonica authoritate defendan
tur, ut demõſtret ſiue oino ita eſſe, ſiue fieri potuiſ-
ſe, qd uel diſputatũ ibi eſt, uel narratũ: ſi cui diſpli-
cuerit, aut credere noluerit, non reprehendit. In illa
uero canonica eminẽtia ſacrarũ literarũ, ẽt ſi unus
Propheta, ſeu Apſs, aut Euangeliſta aliquid in ſuis K
literis poſuiſſe, ipſa canonis cõfirmatione declarat,
nõ licet dubitare qd uerũ ſit: alioquin nulla erit pa
gina, q̃ humanę imperitię regat infirmitas, ſi libro-
rũ ſaluberrima authoritas, aut contẽpta penit⁹ abo
let, aut interminata * cõfunditur. Quapp quiſqs * ali. in-
es, quẽ uelut repugnantia iſta mouerũt, ꝙ alibi ſcri terminata, qd' mi
ptũ eſt, Filiũ dei ex ſemine Dauid: alibi aũt, Etſi no nio deleã
ueramus Xp̃m ſcdm carnem, ſed iam nunc non no tur quæ
uimus: etſi non utrunq; ex unius Apſi literis profer nõ placẽt
retur, ſed unũ eorum Paulus dixiſſet, alterũ Petrus, Cap. 6.
aut Eſaias, aut alius quiſquam Apſorum, ſiue Pro- Roma. 1.
phetarum: quia ita ſibi oia in canonica authorita- 2. Cor. 5.
te concordant, ut tanquã uno ore dicta, iuſtiſsima
& prudentiſsima pietate credantur, & ſereniſsimo
intellectu inueniant, & ſolertiſsima diligẽtia demõ
ſtrentur, nõ liceret de alterutro dubitare. Proinde,
qa ex Apſi Pauli canonicis, id eſt, uere Pauli epiſto-
lis, utrunq; profertur: & non poſſumus dicere, aut
mendoſum eſſe codicẽ, oẽs. n. Latini emendati ſic
hñt: aut interpretem erraſſe, oẽs. n Græci emendati
ſic habent: reſtat ut tu non intelligas: à me aũt ra-
tio flagitetur, qũo neutrum ab altero diſſonet, ſed L
in eadẽ ſanæ fidei regula utrunq; concordet: Si. n.
tu quoq; pie quæreres, poſſes inuenire qũo iſta per
ſcrutata diluceſcant, Nam ꝙ filius dei ex ſemine Cap. 7.
Dauid homo factus eſt, nec idem Apſs uno loco di
cit, & aliæ ſanctæ ſcripturæ apertiſsime prædicant.
Quod uero dicit, Etſi noueramus Xp̃m ſecundum
carnem, ſed iam nunc non nouimus: ea ipſa circun
ſtantia ſcripturæ loci eius ſatis oſtendit qd loquat
Apſi. Suo quippe more uitam noſtrã futuram, quæ
iam in ipſo hoĩe mediatore Xp̃o Ieſu capite noſtro
reſurgente completa eſt, ita ſpe certa meditatur, tan
quam iã adſit, præſensq́; teneatur: quæ utiq; uita nõ
erit ſcdm carnem, ſicut Xp̃i uita non eſt ſcdm car-
nem. Carnem namq; hoc loco non ipſam corporis
noſtri ſubſtantiã, quam dñs ẽt poſt reſurrectionẽ
ſuam carnem appellat, dicens, Palpate & uidete, qa Luc. 24.
ſpiritus oſſa & carnem non habet, ſicut me uidetis
habere: ſed corruptionẽ mortalitatẽq; carnis uult
intelligi, quæ tunc nõ erit in nobis, ſicut iã in Xp̃o
non eſt. Hanc. n. proprie carnem nominabat, ẽt cũ 1 Ret. ca.
de ipſa reſurrectione ſatis euidenter loqueretur, & 16.
diceret, quod iam ſupra cõmemoraui, Caro & ſan- 1. Cor. 15.
guis regnum dei poſsidere non poſſunt, neq; corru
ptio incorruptionẽ poſsidebit. Cũ ergo factũ fue- M
rit, quod ibi conſequenter dicit, Ecce myſteriũ uo-
bis dico, oẽs quidẽ reſurgemus, non tñ oẽs immu-
tabimur: in atomo, id eſt, in momento, in ictu ocu
li, in nouiſsima tuba: canet. n. tuba & mortui reſur
gẽt incorrupti, & nos immutabimur: oportet. n cor
ruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale
hoc induere immortalitatẽ: iã ſcdm id qd carnem,
nõ ipſam corporis ſubſtantiã, ſed ipſam corruptio
nẽ mortalitatis appellat, nõ erit utiq; caro, qa cor-
ruptionẽ mortalitatis mutata nõ habebit: ſcdm au
tẽ ipſi⁹ ſubſtãtię corporiſq; originẽ eadẽ caro erit,
qa ipſa reſurget & ipſa mutabitur, qa & illud uerũ
eſt quod ait dñs, poſteaquã reſurrexit, Palpate & ui Luc. 24.
dete, qa ſpiritus oſſa & carnem non habet, ſicut me
uidetis habere: & hoc uerum eſt quod ait Apſs, Ca- 1. Cor. 15
ro & ſanguis regnum dei poſsidere non poſſunt. Il-
lud. n. dictum eſt ſecundũ ipſam ſubſtantiam, quæ
ẽt tunc erit, quia ipſa mutabitur: hoc aũt dictum
eſt ſecundum

A eſt ſcdm carnalem corruptionis qualitatem, quæ
tunc iam non erit, qa mutata caro non corrumpe-
1. Cor. 5. tur. Noueramus ergo Xp̄m ſcdm carnem. i. ſecundū
carnis mortalitatem anteq̄ reſurgeret, ſed nūc iam
Roma. 6. non nouimus: qa ſicut idem dicit Apl's, Chriſtus re
ſurgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei ul-
trà non dn̄abitur. Nam ſi te ad uerbo℞ ꝓprietatē
teneas, mentitus eſt qd ait, Noueramus Xp̄m ſecun
dum carnem: ſi Chriſtus nunquam fuit ſecundum
carnem: nemo enim nouerat qd non erat. Non au-
tem dixit, Putabamus Chriſtum ſcdm carnē: ſed,
noueramus. Verūtamen ut uerbo non p̄mamam, ne
q̄s affirmet per abuſionē locutū Apl'm, ut ꝓ eo qd
eſt, putabam⁹: diceret, noueramus: illud miror nō
attendere hoīes cęcos, uel potius non miror nō ui
dere cæcos, qa ſi Chriſtus ideo non habuit carnē,
2. Cor. 5. qa dixit Apl's, nunc iam non ſe noſſe Chriſtū ſecun
dum carnem, nec illi habuerunt carnem, de q̄bus
in eodem loco dicit, Itaq; nos amodo neminē no-
uimus ſcdm carnem: neq;. n. de ſolo Chriſto id uo
lens intelligi, poſſet dicere, Neminem nouimus ſe-
cundū carnem: ſed qa illorum ſecum uitam futurā
B tanq̄ præſentem meditabatur, qui reſurgentes cō-
mutabuntur, Amodo, inq̄t, neminem nouimus ſe-
cundum carnem. i. tam certam ſpem tenemus futu
ræ noſtræ incorruptionis & imortalitatis, ut amo-
Coloſ. 3. do iam in ipſa notitia gaudeamus. Vnde alio loco
dicit, Si aūt reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum
ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram dei ſe-
dens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terrā.
Nondum utiq; reſurreximus ſicut Chriſtus, ſed tn̄
ſcdm ſpem, quæ nobis in illo eſt, iam nos cum illo
Titum. 3. reſurrexiſſe teſtatus eſt. Vnde ēt dicit, Scdm ſuā mi
ſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrū regn̄ationis.
Quis aūt non intelligat in lauacro regn̄ationis
ſpem nobis datam ſalutis futurę, non iam ſalutem
ipſam, quę ꝓmittitur: & tn̄ qa certa ſpes eſt, tanquā
iam data eſſet eadem ſalus, ſaluos nos, inquit, fecit.
Alio qppe loco dilucidiſsime dicit, Nos in nobiſip
Roma. 8. ſis ingemiſcimus adoptionem expectantes, redem
ptionē corporis noſtri. Spe. n ſalui facti ſum⁹: ſpes
aūt quæ uidetur, non eſt ſpes: quod. n. uidet quis,
qd ſperat? Si aūt qd non uidemus, ſperamus, per pa
C tientiā expectamus. Sicut ergo hic non dixit, ſalui
futuri ſumus: ſed, amodo iam facti ſumus: nōdum
tn̄ in re, ſed in ſpe. Spe, n. inq̄t, ſalui facti ſumus: ſic
2. Cor. 5. & qd ibi dictum eſt, Amodo neminem nouimus ſe
cūdum carnem: nōdum in re, ſed in ſpe itelligitur:
qa ſpes nobis in Chriſto eſt, qa in illo iam comple-
Roma. 6. tum eſt, qd nobis ꝓmiſſum ſperamus. Ille quippe
iam reſurrexit, & mors ei ultra non dn̄abit. Quem
& ſi noueramus ſecūdum carnem, cum adhuc mo
riturus eſſet, inerat quippe in eius corpore morta-
litas, quam ꝓprie carnē appellat Apl's, ſed iam nūc
non nouimus: illud. n. eius mortale, iam induit im
mortalitatem, unde ſcdm priſtinam mortalitatem
Cap. 8. iam caro appellari nō poſsit. Itaq; ipſius loci cō-
textionem, ubi hæc ſn̄ia eſt, de qua iſti calumnian
tur, conſideremus, ut hoc qd dico, magis eluceat.
2. Cor. 5. Charitas, inquit, Chriſti compellit nos, iudicantes
hoc, qm̄ ſi unus pro oib⁹ mortuus eſt, ergo omnes
mortui ſunt: & pro oib⁹ mortuus eſt, ut qui uiuūt
iam nō ſibi uiuāt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt
& reſurrexit. Itaq; nos amodo neminem nouimus
ſcdm carnem, & ſi noueramus ſcdm carnem Chri-
ſtum, ſed iam nunc nō nouimus. Certe iam cuiuis D
apparet pp reſurrectionē Chriſti hoc dixiſſe Apo-
ſtolum, quādoquidem iſta uerba illud pręceſsit, Vt
qui uiuunt, iam nō ſibi uiuāt, ſed ei qui pro oibus
mortuus eſt, & reſurrexit. Quid eſt. n. aliud, non ſi-
bi, ſed illi uiuant: niſi ut ſcdm carnem non uiuant
in ſpe terreno℞ & corruptibilium bono℞: ſed ſecū
dum ſpiritum in ſpe reſurrectionis, quæ iam ex ip-
ſis in Chriſto facta eſt? Itaq; eo℞, pro q̄b⁹ Chriſtus
mortuus eſt, & reſurrexit, & qui iam non ſibi, ſed il
li uiuunt, neminem ſcdm carnem Apl's nouerat, pp
ſpem futuræ imortalitatis, in cuius expectatione
uiuebant, quæ in Chriſto iam nō ſpes, ſed res erat:
quem & ſi nouerat ſcdm carnem, cum adhuc mori
turus eſſet, iam tn̄ non nouerat: qa eum reſurrexiſ-
ſe nouerat, & ultrà ei mortem dn̄aturam. Et qa oēs Roma. 6.
in illo, & ſi nōdum in re, iam tn̄ ſpe hoc ſumus, ſe- 2. Cor. 5.
quitur & dicit, Si qua igitur in Chriſto noua crea-
tura, uetera tranſierunt: ecce facta ſunt oīa noua.
Omnia aūt ex deo, qui reconciliauit nos ſibi per
Xp̄m. Omnis ergo noua creatura. i. pp'ls innouatus
per fidem, ut habeat interim in ſpe, qd in re poſtea
perficiatur, in Chriſto habet† qd in ſe ſperat. Itaq; E
nunc uetera tranſierunt ſcdm ſpem, qa modo iam †alia's habet iam.
non eſt tp̄s ueteris teſtamenti, quo tpale atq; carna
le regnū expectetur à deo: & facta ſunt omnia no-
ua ſcdm eandem ſpem, ut regnum cœlorū, ubi nul
la erit mors atq; corruptio, promiſſum teneamus.
In reſurrectione autem mortuorum non iam ſcdm 1. Cor. 15.
ſpem, ſed ſcdm rem & uetera tranſibunt, cum ini-
mica nouiſsima deſtruetur mors, & fiēt omnia no
ua: cum corruptibile hoc induerit incorruptionē,
& mortale hoc induerit imortalitatem: qd iam fa-
ctum eſt in Chriſto, quem ſcdm rem iam non no-
uerat Paulus ſcdm carnē: eo℞ uero, pro q̄bus mor-
tuus eſt & reſurrexit, nondum ſcdm rem; ſed ſcdm
ſpem, neminem nouerat ſcdm carnem: qa illius gra
tia, ſicut idem ad Epheſios dicit, ſumus ſalui facti.
Nam & ipſe locus huic ſn̄iæ ſic atteſtatur, Deus au Epheſ. 2.
tem, inquit, qui diues eſt in miſericordia, pp mul-
tam dilectionem qua dilexit nos, & cum eſſemus
mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius
gratia ſumus ſalui facti. Quod n. hic dixit, Conui-
uificauit nos Chriſto: hoc dixit ad Corinthios, Vt F
qui uiuunt, iam non ſibi uiuant, ſed ei qui pro ip- 2. Cor. 5.
ſis mortuus eſt, & reſurrexit. Et qd hic dicit, Cuius
gratia ſalui ſumus facti: iam uelut perfectum ſit, lo
quitur qd in ſpe tenet. Nam qd pauloante comme
moraui, apertiſsime alibi dicit, Spe. n. ſalui facti ſu- Roma. 8.
mus. Ideoq; & hic ſeq̄tur, & tanq̄ perfectum enume
rat qd futurum eſt, Et ſimul, inquit, excitauit, & ſi- Epheſ. 2.
mul ſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. Cer
te. n. in cœleſtibus Chriſtus iam ſedet, nondum au
tem nos: ſed qa ſpe certa, qd futurum eſt, iam tene-
mus, ſimul ſedere nos dixit in cœleſtibus nōdum
in nobis, ſed iam in illo. Nanq; ne putares iam nūc
eſſe perfectum, qd in ſpe ita dicitur, tanq̄ perfectū
ſit: atq; ut intelligas adhuc futurum, ſequitur & di-
cit, Vt oſtenderet in ſupuenientibus ſeculis ſuper- Roma. 8.
abundantes diuitias gratiæ ſuæ in benignitate ſu-
per nos in Chriſto Ieſu. Hinc eſt & illud, Cum. n. eſ
ſemus in carne, paſsiones peccatorū, quæ per legē
ſunt, operabātur in membris noſtris, ut fructū fer-
rent morti. Ita. n. dixit, Cum eſſemus in carne: qua
ſi iam non eſſent in carne: qd ita intelligitur, Cum

G eſſemus in ſpe rerum carnalium: qm̃ lex, quæ impleri nõ poteſt niſi per charitatem ſpiritalem, ad hoc
Roma. 5. ſup eos erat, ut per prǣuaricationem abũdaret delictum, ut poſtea reuelato nouo teſtõ, per indulgen
Roma. 8. tiã ſupabundaret gratia. Hinc ſimiliter alibi dicit, Qui aũt in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Et ne putaret quiſquam eos dictos, qui nõdum mortui ſunt, ſtatim ſubiecit, Vos aũt nõ eſtis in carne, ſed in ſpiritu .i. qui in ſpe carnalium bonoꝝ ſunt, deo placere non pñt: uos autem non eſtis in ſpe carnalium, ſed in ſpe ſpiritalium .i. regni cœloꝝ: ubi & ipſum corpus per illã mutatiõe in ſuo quodã genere ſpiritale erit, qd modo animale eſt. Seminatur n.
1. Cor. 15. corpus animale, ſicut ad Corinthios idẽ dicit, Reſurget corpus ſpiritale. Si ergo neminẽ eoꝝ iam nouerat ſcdm carnem Apoſtolus, qui ꝓpterea dicebãtur non eſſe in carne, qa non erãt in ſpe rerum carnalium, quãuis adhuc corruptibilem carnẽ mortalemq̃ portarent: quãto expreſſius de Chriſto diceret, q eum iam nõ nouerat ſcdm carnem, in cuius corpore etiam re ipſa iam perfectum erat, qd illi in ſpe ꝓmiſſum tenebant? Quanto ergo melius, quan
H to religioſius diuinæ ſcripturæ ita ptractantur, ut diſcuſſis oĩbus concordare inueniantur, q̃ deficiẽte hoĩe in quæſtione, quam ſoluere non poteſt, tanquam ueræ in parte acceptentur, & tanquam falſæ
1. Cor. 13. in parte damnentur: quia & cũ eſſet paruulus Apoſtolus, & ea quæ paruuli erant, ſaperet, quanq̃ hoc ad ſimilitudinem dixerit, nondum erat tñ ſpiritalis, qualis iam erat, cum ſcriberet quę ad eccleſiaꝝ ædificationem, nõ proficiendi exercitatione in ſtudioſorum manibus uerſarentur, ſed precipiendi authoritate in eccleſiaſtico canone legerentur.

Libri undecimi finis.

LIBER DVODECIMVS.

Cap. 1. Fauſtus dixit, Cur non accipitis Prophetas? Imò tu dic potius, ſi quid habes cur debeamus Prophetas accipere Propter teſtimonia, inquit, quæ de Chriſto præfati ſunt: ego qdem nulla iueni, quãuis attentius eos & curioſiſ-
I
† temeritatis. ſime legerim. Sed tñ & hoc inertis † fidei confeſſio eſt, in Chriſtum ſine teſte & argumento nõ credere. Nempe ipſi uos docere ſoletis, idcirco nihil eſſe curioſius exqrendum, qa ſimplex ſit & abſoluta chriſtiana credulitas. Quo ergo nunc fidei ſimplicitatem deſtruitis, indiciis eã ac teſtibus fulciendo & hoc Iudæis? Aut ſi prima uobis ſñia diſplicet, idcircoq̃ tranſitis in alteram, qs fidelior uobis eſſe teſtis debet, q̃ deus ipſe de filio ſuo, qui nõ per uatẽ, nec per interpretẽ, ſed ultro cœlitus erupta uoce,
Matt. 3. cum eũ mitteret ad terrã, dixit, Hic eſt filius meus
& 17. dilectiſſimus, credite illi. Necnon & ipſe de ſe. A pa
Ioan. 8. tre meo ꝓceſſi, & ueni in hunc mũdum: atq; multa
† *aliàs, alia hmõi. Ad quę rñdentes † * Iudęi, Tu de te te-
ringẽtes. ſtificaris, dicebant, teſtimonium tuum non eſt uerũ. Quibus ipſe, Et ſi ego teſtificor de me, teſtimonium meũ uerum eſt, qa non ſum ſolus. Nam & in
Deut. 17. lege ueſtra ſcriptũ eſt, Duoꝝ hominum teſtimoniũ
Ioan. 8. uerũ eſt. Ego ſum qui teſtificor de me, & teſtificatur de me qui me miſit pater: non dixit, Prophetæ. Adhæc & opera ipſa ſua ſibi in teſtimoniũ uocat,

Si mihi non creditis, dicens, operibus credite: non Ioan. 10.
dixit, Si mihi non creditis, Prophetis credite. Qua- K
propter nos teſtimoniis de Saluatore noſtro nullis egemus, exempla tantũ uitæ honeſtę, & prudentiam ac uirtutẽ in Prophetis quęrimus: quoꝝ nihil in Iudęoꝝ fuiſſe uatibus, qa te non latuerit ſentio: ſiquidem conſulente me, cur eos accipiendos putares, nõ improuide, nec inurbaniter ſilentio eorũm mandatis opibus, in ſola tranſiluiſti prę́ſagia: obli
Matth. 7 tus utiq; ſcriptum eſſe, Nunq̃ uindemiari uuã de ſpinis, nec de tribulis ficus. Quapropter hęc ſtrictim interim, & caſtigate ad iterrogationẽ tuã rñderim, qa q̃ris, cur nõ accipiamus Prophetas: alioqn nihil eos de Chriſto ꝓphetaſſe, abunde iam parentũ noſtroꝝ libris oſtenſum eſt. Ego uero illud adiiciam, qa ſi Hebraici uates Chriſtum ſcientes & p̃dicãtes, tam flagitioſe uixerũt, iure & in ipſos dici poterit, id qd Paulus de gentium ſapientibus conteſtatur,
Roma. 1. Quia cũ cognouiſſent deũ, non ut deum clarificauerunt, aut gr̃as egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & intenebratũ eſt inſipiens cor eoꝝ. Vides ergo non eſſe magnũ magna cognouiſſe, niſi
Cap. 2. ex eoꝝ uixeris dignitate. AVGVSTINVS rñ-
L dit, Nempe his oĩbus uerbis id agit Fauſtus, ut Prophetas Hebræos neq; qcquam de Xp̃o prę́nũciauiſſe, neq; ſi prę́nunciaiũt, eoꝝ teſtimonia nobis prodeſſe, neq; illos ipſos ex eorũdem teſtimonioꝝ dignitate uixiſſe credamꝰ. Nos itaq; demõſtrabimus & eoꝝ de Chriſto prę́ſagia, & quãtum per ea nobis ad fidei ueritatem firmitatemq̃ conſultũ ſit, & eos ſuæ ꝓphetiæ congruenter apteq̃ uixiſſe. In hac tripartita diſputatione, illud qd primo poſui, lõgum eſt ſic ꝓbare, ut de illis oĩbus libris teſtimonia ꝓferam, qbus oſtendam Chriſtũ eſſe p̃dictum: ſed huius hoĩs leuitatem grauiſſimo authoritatis pondere conterã. Ita qppe nõ accepit Prophetas Hebręos, ut accipere ſe tñ ꝓfiteatur Apoſtolos, Apl̃s autem Paulus, de quo cum ſe ipſe tanq̃ ex aduerſa uoce interrogaſſet, utrum eum acciperet, rñdit, & maxime,
Roma. 1. qd de illoꝝ prophetia dicat, audiamus. Paulus, inquit, ſeruus Chriſti, uocatus Apl̃s, ſegregatus in euãgelium dei, qd ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex
M ſemine Dauid ſcdm carnem. Quid uolũt amplius? Niſi forte hoc de aliis aliqbus Prophetis, nõ de noſtris Hebræis dictum uolunt intelligi? Sed quanq̃ per quoslibet dictum ſit, de illo tñ filio dei prõmiſſum eſt Euangelium, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſcdm carnem: in qd Euangelium ſegregatum ſe dicat Apoſtolus: iſtoꝝ autem perfidiæ hoc ſit cõtrarium, quod ſcdm hoc Euangelium credimus filium dei factũ ex ſemine Dauid ſcdm carnem: tamen apertiora cognoſcant, qbus euidentiſſimum Prophetis Hebræis teſtimoniũ perhibetur, per eũ Apoſtolum, cuius authoritate ſuperborum iſtorũ
Cap. 3. colla frãgantur. Veritatem, inquit, dico in Chri-
Roma. 9. ſto, non mentior, conteſtante mihi conſciẽtia mea in ſpiritu ſancto, quia triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, cognatis ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, quorũ eſt adoptio & gloria & teſtamenta & legis conſtitutio & obſequium & ꝓmiſſiones: quorũ patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſup oĩa deus benedictus in ſecula. Quid poteſt abun

A dantius dici, qd expreſsius declarari, qd ſanctius cõ
mendari? Quæ eſt.n.adoptio Iſraelitarũ, niſi per fi-
Galat. 4. lium dei? Vnde ad Galatas dicit, Cũ aũt uenit pleni
tudo tẽporis, miſit deus filiũm ſuũ factũ ex mulie-
re, factum ſub lege: ut eos q ſub lege erant, redime-
ret, ut adoptionẽ filioꝝ reciperemus. Et quę gloria
eorum niſi pręcipua illa, de qua idem Apl's ad eoſ-
Roma. 3. dẽ Romanos dicit, Quid ergo amplius eſt Iudæo,
aut quæ utilitas circuncіſionis? Multum per oẽm
modum. Primum quidẽ, quia credita ſunt illis elo-
quia dei. Quærant iſti quæ ſint eloquia dei credita
Iudęis, & oñdant nobis alia pręter Hebręorũ Pro-
phetarũ. Iã uero teſtamenta cur dixit ad Iſraelitas p̃
cipue ptinere, niſi qa & uetus teſtamentũ illis datũ
eſt, & nouũ in uetere figuratũ: legis aũt conſtitutio
nẽ, quę Iſraelitis data eſt, non intelligentes eius di-
ſpenſationẽ, quia iã non uult nos deus eſſe ſub le-
ge, ſed ſub gratia, reprehendere iſti ſolent imperitia
furioſa. Cedant ergo authoritati Apl'icę, quæ lau-
dans atq; commendans Iſraelitarũ excellentiam, ẽt
hoc numerauit, ꝙ eorum ſit legis conſtitutio. Quę
ſi mala eſſet, non utiq; in eorum laude poneretur.
Ioan. 5. Si aũt Xp̃m non prædicaret, non ipſe dñs diceret, Si
B crederetis Moyſi, crederetis & mihi: de me enim ille
ſcripſit. Nec poſt reſurrectionẽ ſic eis atteſtaretur,
Luc. 24. dicens, Oportebat impleri oĩa quæ ſcripta ſunt in
Cap. 4. lege Moyſi & Prophetis & Pſalmis de me. Sed qa
Manichęi alium Xp̃m prædicant, non enim quẽ prę
dicauerunt Apl'i, ſed ſuum proprium fallacem, falla
citer huius falſitatis ſectatores congruenter & ipſi
mentiuntur, niſi ꝙ impudenter ſibi credi uolunt,
cum ſe mentientis diſcipulos eſſe profiteantur: con
2. Cor. 3. tigit eis quod de ipſis infidelibus Iudęis dicit Apl's,
Cum legitur Moyſes, uelamen eſt ſuper cor eorum:
neq; enim auſertur hoc uelamen, per quod non in-
telligunt Moyſen, niſi tranſierint ad Xp̃m: non qua
lem ipſi finxerunt, ſed qualem patres Hebræi pro-
Ibidem. phetauerunt. Sic.n. idem Apl's ait, Cum aũt tranſie-
ris ad dñm, auferetur uelamen. Neq;.n. mirum eſt,
ꝙ reſurgenti Xp̃o, & dicenti, Oportebat impleri o-
Luc. 24. mnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis,
& Pſalmis de me: nolunt iſti credere: quandoqui-
dem Xp̃s ipſe narrauit, quid Abraham dixerit im-
miſericordi cuidam diuiti, cũ apud inferos torque-
retur, & peteret inde mitti aliquem ad fratres ſuos,
à quo docerentur ne & ipſi uenirẽt in illum locum
Luc. 16. tormentorũ, Hoc.n. ei dictum eſt, Habent ibi Moy-
C ſen & Prophetas. Et cum ille dixiſſet, non eos credi
turos, niſi aliquis reſurrexiſſet à mortuis: ueriſsime
rñſum eſt, Si Moyſen & Prophetas non audiunt, ne
que ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. Quapp
iſti non audientes Moyſen & Prophetas, non ſolũ
à mortuis reſurgenti Xp̃o, ſed oĩno Xp̃m à mortuis
reſurrexiſſe nõ credunt. Quõ.n. reſurrexiſſe credũt,
quem mortuum fuiſſe non credunt? Nam quõ mor
tuum fuiſſe credunt, quem mortale corpus habuiſ
Cap. 5. ſe non credunt? Nos aũt illis non tanquam eius
Xp̃i, qui fallax fuit, ſed eius qui oĩno non fuit, falla-
cibus prædicatoribus non credimus. Habemus.n.
Xp̃m uerum atq; ueracem, prædictum à Prophetis,
prædicatum ab Apl'is, prædicationis ſuæ teſtimo-
nia ex lege & Prophetis adhibentibus, ſicut innu-
Roma 3. merabilibus locis oſtendunt. Quod Paulus breuiſ
ſime ueriſsimeq; complexus eſt, dicens, Nunc aũt ſi
ne lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata per le-
gem & Prophetas. Quos Prophetas, niſi Iſraelitas? D
Quorum eſſe apertiſsime dixit, & teſtamenta & le-
gis cõſtitutionem & promiſsiones. De quo promiſ Rom. 9.
ſiones, niſi de Xp̃o? Quod breuiter alio loco deter-
minat, cum de Xp̃o loquitur, dicens, Quotquot.n. 2. Cor. 1.
ſunt promiſsiones dei, in illo ẽt. Dicit mihi Paulus,
Iſraelitarũ eſſe legis conſtitutionẽ. Dicit ẽt, Finis.n. Rom. 10.
legis Xp̃s, ad iuſtitiã omni credenti. Dicit ẽt de Xp̃o
loquens, Quotquot.n. ſunt promiſsiones dei, in il-
lo ſunt ẽt. Et tu mihi dicis, Iſraelitas de Xp̃o nihil p̃
dixiſſe Prophetas? Quid igitur reſtat, niſi ut eligam
utrum Manichęo credam, fabulam uanam & lon-
gam contra Paulum narranti, an Paulo præmonẽ-
ti, Si quis uobis euangelizauerit præter q̃ quod euã Galat. 1.
gelizauimus uobis, anathema ſit. Hic forte dicãt, Cap. 6.
Oñde nobis ubi ſit Xp̃s ab Iſraelitis Prophetis præ
nunciatus: quaſi parua ſit iſta authoritas, qua di-
cunt Apl'i ea quæ in Hebræorum Prophetarũ lite-
ris legimus, in Xp̃o eſſe completa: uel quod dicit ip
ſe dñs de ſe, illa eſſe conſcripta: proinde quiſqs hoc
oſtendere non potuerit, ipſe non intelligit, nõ Apl'i
aut Xp̃s aut ſancti codices mentiuntur: ueruntamẽ
ut multa non colligam, & hoc unum commemo- E
rem, quod eodem loco Apl's conſequenter dicit, Nõ Roma. 9.
poteſt aũt excidere uerbum dei: non.n. oẽs qui ex
Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ: neq; qui ſunt ſemen Abrahę,
oẽs filij, ſed in Iſaac uocabitur tibi ſemen: hoc eſt,
non hi qui filij carnis, hi filij dei, ſed filij promiſsio
nis deputantur in ſemen. Quid ad hæc reſponſuri
ſunt, cum aperte alio loco de hoc ſemine ad Abra-
hã dicatur, In ſemine tuo bñdicentur oẽs gẽtes ter- Gene. 26.
ræ? Nam ſi eo tpe hic diſputaremus, quo tempore Galat. 3.
hoc exponebat Apl's dicens, Abrahæ dictæ ſunt p̃-
miſsiones & ſemini eius, non dicit & ſeminibus, tã-
quam in multis, ſed tãquam in uno, & ſemini tuo,
quod eſt Xp̃s: fortaſſe aliquis non tam impudẽter
nollet hoc credere antequam uideret oẽs gẽtes cre
dere in Xp̃m, qui prædicatur ex ſemine Abraham.
Nunc uero cũ hoc impleri uideamus, quod tanto
ante prænunciatũ legimus, cũ oẽs gentes iã bene-
dicantur in ſemine Abrahę, cui dictũ eſt ante anno
rũ millia, In ſemine tuo benedicẽtur oẽs gentes, qs
tam pertinaciter inſaniat, ut uel alium Xp̃m, qui nõ
ſit ex ſemine Abrahæ, conetur inducere: uel de iſto
uero Xp̃o prophetias Hebræas, cuius gẽtis pater eſt
Abrahã, nihil exiſtimet prænunciaſſe? Quis aũt Cap. 7.
poteſt, non dico una breui rñſione, quales in hoc F
opere habere coarctamur, ſed quolibet ingenti uo
lumine oĩa commemorare pręconia Prophetarum
Hebręorum, de dño & ſaluatore noſtro Ieſu Xp̃o:
quandoquidẽ oĩa quæ illis continentur libris, uel
de ipſo dicta ſunt, uel pp ipſum: ſed propter exerci-
tationem quærentis, & delectationem inuenientis,
multo plura ibi per allegorias & ænigmata, partim
uerbis ſolis inſinuãtur, partim ẽt facta narrantur.
Veruntamen niſi aliqua ibi manifeſta eſſent, nõ cõ-
prehenderetur ſenſus, quo ẽt obſcura clareſcerent:
quanquam & ex illis quæ figuris inuoluta ſunt, ſi
quædã uelut ſub uno aſpectu quaſi contexta ponã-
tur, ita coniũgunt in cõteſtatione Xp̃i uoces ſuas,
ut cuiuſuis obtuſi ſurditas erubeſcat. Sex diebus
in Geneſi cõſummauit deus oĩa opa ſua, & ſeptimo
requieuit. Sex ętatibus humanũ genus hoc ſeculo p
ſucceſsiones tẽporũ dei opa inſigniunt: quarũ pri-
ma eſt ab Adã uſq; ad Noe, ſecunda à Noe uſque ad

G Abrahã,tertia ab Abraham uſq; ad Dauid,quarta à
Dauid uſq; ad tranſmigratione in Babyloniã quin
ta inde uſq; ad humilẽ aduẽtũ dñi noſtri Ieſu Xpi:
ſexta,quæ nunc agitur,donec excelſus ueniat ad iu
diciũ:ſeptima uero intelligitur in requie ſanctorũ,
non in hac uita,ſed in alia, ubi uidit requieſcẽtem
Luc.16. pauperẽ uiues ille,cũ apud inferos torqueret: ubi
non fit ueſpera,qa nullus ibi rerũ defectus eſt,Sex-
Gene.1. to die in Geneſi formatur homo ad imaginem dei,
ſexta ætate ſeculi manifeſtatur reformatio nr̃a in
Coloſ. 3. nouitate mentis, ſcdm imaginẽ eius q creauit nos,
Gene. 2. ſicut dicit Apl̃s.Fit uiro dormienti coniunx de late
re,fit Xp̃o moriente eccleſia de ſacramento ſangui-
nis,q de latere mortui profluxit. Vocatur Heua ui-
ta & mater uiuorũ, quæ de uiri ſui latere facta eſt.
Ioan.6. Et dicit dñs in Euangelio, Si qs non manducauerit
carnẽ meã,& biberit ſanguinem meũ,non habebit
in ſe uitã. Et oĩa quæ illic intelliguntur, enucleate
minutatimq; tractanda, Xp̃m & eccleſiã præloquũ
Roma. 5. tur,ſiue in bonis Chriſtianis, ſiue in malis.Neq;.n.
Epheſ.5. fruſtra dixit Apl̃s, Adam qui eſt forma futuri:& il-
lud, Relinquet homo patrem & matrẽ,& adhære-
Gene. 2. bit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.Sacramen
* al.qui tum,inqt,hoc magnũ eſt,ego aũt dico in Xp̃o & in
H ecclesia. Quis .n.non agnoſcat Xp̃m eo modo reli-
Philip.2. quiſſe patrem,quo * cũ in forma dei eſſet, non ra
pinã arbitratus eſt eſſe æqlis deo, ſed ſemetipſum
exinaniuit, formã ſerui accipiens: reliquiſſe ẽt ma-
trem ſynagogã Iudæorũ,ueteri teſtamento carnali
ter inhærente,& adhæſiſſe uxori ſuæ ſanctæ eccle-
ſię,ut pace noui teſtamẽti eſſent duo in carne una:
qa cũ ſit deus apud patrẽ, p quẽ facti ſumus,factus
eſt p carnẽ particeps noſtri, ut illius capitis corpus
Cap.9. eſſe poſſemus. Sicut Cain ſacrificiũ ex terræ fru-
Gene. 4. ctibus reprobat, Abel aũt ſacrificium ex ouibus &
earũ adipe ſuſcipit, ita noui teſtamenti fides ex in-
nocentia grãæ deũ laudãs, ueteris teſtamenti terre-
nis operibus anteponitur:qa etſi Iudęi ante recte il
la fecerũt, in eo tñ infidelitatis rei ſunt,qa Xp̃o ue-
niente iã tp̃s noui teſtamenti, à tempore ueteris te-
ſtamenti non diſtinxerunt. Dixit.n.deus ad Cain,
Si recte offeras,recte aũt non diuidas,peccaſti:Qui
ſi obtẽperaſſet deo dicenti,Quieſce,ad te.n.cõuer-
ſio eius, & tu dominaberis illius:ad ſe conuertiſſet
pctm̃ ſuũ,ſibi hoc tribuens, & confitens deo:ac ſi
adiutus indulgentiæ gratia, ipſe pctõ ſuo domina
I retur:nõ illo ſibi dominante ſeruus peccati, fratrẽ
De ciuita occideret innocentẽ. Sic & Iudæi,in quorũ hæc fi-
te dei lib. gura gerebant, ſi quieſcerent à ſua pturbatione, &
15.c.7. in tp̃s ſalutis per gratiã in peccatorũ remiſsione agno-
fine. ſcentes, audirent Xp̃m dicentẽ, Non eſt opus ſanis
Matt. 9. medicus,ſed male habentibus:Non ueni uocare iu
Ioan.8. ſtos,ſed peccatores in pœnitentiã: Et oĩs qui facit
pctm̃,ſeruus eſt peccati:Et ſi uos filius liberauerit,
tunc uere liberi eritis: ad ſe conuertiſſent pctm̃ ſuũ
in cõfeſsione,ſicut in Pſalmo ſcriptũ eſt,medico di
Pſal.40. centes, Ego dixi dñe miſerere mei,ſana animã meã
qm̃ peccaui tibi:Eidem peccato, quandiu eſſet ad-
huc in eorũ mortali corpore,per ſpẽ grãæ liberi do-
Rom.10. minarentur.Nunc aũt ignorantes dei iuſtitiam, &
ſuã uolentes conſtituere, elati deo operibus legis,
non humilitati de peccatis ſuis,non quieuerunt:&
Roma.6. regnante pctõ in eorũ mortali corpore ad obediẽ-
& 9. dũ deſiderijs eius, offenderũt i lapidẽ offenſionis,
& exarſerunt odio aduerſus eũ,cuius opera uiden-
tes,deo accepta eſſe,doluerũt,illo, q cęcus natus ui K
debat,ſibi dicente,Scimus qa peccatores deus non Ioan.9.
exaudit, ſed q eũ coluerit,& uoluntatẽ eius fecerit,
hunc exaudit. Tanq̃ hoc eis diceret,Sup ſacrificiũ
Cain non reſpicit,ſed ſuper ſacrificiũ Abel reſpicit.
Itaq; occidit Abel minor natu à fratre maiore natu. Gene. 4.
Occiditur Xp̃s caput ppl̃i minoris natu à ppl̃o Iu- Matt.27.
dæorum maiore natu. Ille in cãpo,iſte in Caluariæ
loco. Interrogat deus Cain, non tanquã ignarus
eũ à quo diſcat, ſed tanquã iudex reũ quẽ puniat, Cap. 10.
ubi ſit frater eius. Rñdit ille neſcire ſe,nec eius ſe ẽſ- Gene. 4.
ſe cuſtodẽ. Vſq; adhuc qd nobis rñdent Iudæi,cum
eos dei uoce, hoc eſt,ſanctarũ ſcripturarũ uoce in-
terrogamus de Xp̃o,niſi neſcire ſe Xp̃m quem dici-
mus? Fallax .n. Cain ignoratio,Iudæorũ eſt falſa ne
gatio. Eſſent aũt quodãmodo Xp̃i cuſtodes,ſi chri
ſtianam fidem accipere & cuſtodire uoluiſſent. Nã
qui cuſtodit in corde ſuo Xp̃m, non dicit qđ Cain,
Nunquid egõ cuſtos ſum fratris mei? Dicit deus ad
Cain,Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat
ad me de terra.Sic arguit à ſcripturis ſanctis uox di
uina Iudæos. Habet.n.magnã uocẽ Xp̃i ſanguis de
terra, cũ eo accepto ab oĩbus gentibus reſpõdetur,
amen. Hæc eſt clara uox ſanguinis, quam ſanguis
ipſe exprimit ex ore fidelium eodẽ ſanguine redem L
ptorũ. Dicit deus ad Cain, Et nunc maledictus Cap.11.
tu à terra, quæ aperuit os ſuũ accipere ſanguinẽ fra Gene. 4.
tris tui de manu tua, qm̃ operaberis terram,& non
adijciet uirtutẽ ſuam dare tibi: Gemens & tremens
eris in terra.Non dixit,Maledicta terra: ſed,Maledi-
ctus tu à terra,quæ aperuit os ſuũ accipere ſangui-
nẽ fratris tui de manu tua. Maledictus eſt.n.ppl̃s Iu
daicus infidelis à terra:id eſt, ab eccleſia: q̃ aperuit
os ſuũ in confeſsione peccatorũ accipere ſanguinẽ
Xp̃i,qui fuſus eſt in remiſsionẽ peccatorũ, de manu
peccatoris nolẽtis eſſe ſub gratia, ſed ſub lege,ut eſ
ſet ab eccleſia maledictus: id eſt, ut eũ intelligeret
& oſtenderet eccleſia maledictũ,dicente Apl̃o,Qui Galat. 3.
cunq;.n.ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt
legis. Deinde cũ dixiſſet, Maledictus tu à terra,quę
aperuit os ſuũ accipere ſanguinẽ fratris tui de ma-
nu tua,Nõ dixit,Qm̃ operaberis eã:ſed ait,Qm̃ ope
raberis terrã,& non adijciet uirtutem ſuã dare tibi.
Vnde neceſſe eſt eandẽ † terram intelligere operari † ali. Vn
Cain, quę aperuit os accipere ſanguinem fratris de de nõ eſt
manu eius:ſed ideo maledictus intelligitur ab hac neceſſe eã
terra,qm̃ operatur terrã, quę nondũ adijciet uirtu- dẽ &c.
tẽ ſuã dare illi: id eſt, ideo ppl̃m Iudæorũ maledi- M
ctum agnoſcit & oſtendit eccleſia, qm̃ occiſo Xp̃o
adhuc operatur terrenam circuncifionẽ, terrenum
ſabbatũ,terrenum azimũ, terrenũ Paſcha: quę oĩs
terrena operatio habet occultã uirtutẽ intelligen-
dæ gratiæ Xp̃i:quæ non datur Iudæis in impietate
& infidelitate perſeuerantibus, quia nouo teſtamẽ
to reuelata eſt:Et non tranſeuntibus ad dñm,non
eis auferetur uelamen, quod in lectione ueteris te- 2.Cor. 3.
ſtamenti manet: quia in ſolo Xp̃o euacuatur, non
ipſa lectio ueteris teſtamenti,quę habet abſcondi-
tã uirtutẽ, ſed uelamẽ quo abſconditur. Vnde Xp̃o
in cruce paſſo, uelũ tẽpli conſciſſum eſt, ut per Xp̃i Matt.27.
paſsionẽ reuelẽtur ſecreta ſacramentorũ fidelibus,
ad bibendũ eius ſanguinẽ ore aperto in confeſsio-
ne tranſeantibus.Propterea ppl̃s ille ſicut Cain ad-
huc operatur terram, adhuc exercet operationẽ le-
gis carnaliter, quę non ei dat uirtutẽ ſuã,quia in ea

A non intelligit grãm Xpi. Propterea & in ipſa terra,
quã Chriſtus portauit, id eſt, in eius carne, ipſi ope
Roma. 4. rati ſunt ſalutẽ noſtrã crucifigendo Xpm, qui mor
tuus eſt pp delicta nra. Nec eis dedit eadẽ terra uir-
tutẽ ſuã: qa nõ iuſtificati ſunt uirtute reſurrectio-
nis eius, qui reſurrexit pp iuſtificationẽ noſtrã: qa
† in. etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed uiuit ex † uirtu
2. Cor. 13. te dei, ſicut dicit Apls. Hæc ergo eſt uirtus terræ il-
lius, quã nõ oſtẽdit impijs & incredulis, Vnde nec
reſurgens eis, à qbus erat crucifixus, apparuit tanq̃
Gene. 4. Cain operanti terrã: ut granũ illud ſeminaret, non
oſtendens eadẽ terra fructũ uirtutis ſuæ: qm̃ opera
beris, inqt, terrã, & nõ adijciet uirtutẽ ſuam dare ti
Cap. 11. bi, Gemens & tremẽs eris in terra. Nũc ecce quis
nõ uideat, quis nõ agnoſcat in tota terra, quacunq;
diſperſus eſt ille populus, q̃uo gemat mœrore amiſ
ſi regni, & tremat timore ſub innumerabilibus po
Gene. 4. pulis Chriſtianis. Ideoq; rñdit Cain & dixit, Maior
eſt cauſa mea, ſi eijcis me hodie à facie terræ, & à fa
cie tua abſcõdar, & ero gemens & tremens ſup ter-
rã, & erit ois q inuenerit me, occidet me. Vere inde
gemit & tremit, ne regno etiã terreno perdito, iſta
B uiſibili morte occidat. Hanc dicit maiorem cãm q̃
illã, ꝙ ei terra nõ dat uirtutẽ ſuã, ne ſpiritaliter mo
riatur. Carnaliter. n. ſapit & abſcõdi a facie dei: id
eſt, iratum hr̃e deũ graue nõ putat, niſi ne inueniat
& occidatur. Carnaliter ſapit tanq̃ operans terram,
Roma 8. cuius uirtutẽ nõ accipit. Sapere aũt ſecũdũ carnẽ,
mors eſt. Quã ille nõ intelligens, amiſſo regno ge-
mit, & corporalem mortem tremit. Sed qd ei rñdit
Gene. 4. deus? Nõ ſic inqt, Omnis qui occiderit Cain, ſeptẽ
uindictas exoluet: id eſt, nõ ſic q̃uo dicis, nõ cor-
porali morte interibit genus impiũ carnalium Iu-
dæorũ. Quicunq;. n. eos ita perdiderit, ſeptem uindi
ctas exoluet: id eſt, auferet ab eis ſeptẽ uindictas,
qbus alligati ſunt pp reatum occiſi Chriſti: ut hoc
toto tp̃e qd ſeptenario dierũ numero uoluitur, ma-
gis qa nõ interit gens Iudæa ſatis appareat fidelib'
Chriſtianis, quam ſubiectionem meruerint, qui ſu
Cap. 13. perbo regno dñm interfecerunt. Et poſuit dñs
In expoſi deus in Cain ſignum, nec eũ occidat ois qui inue-
tiõe Pſal nerit. Hoc reuera multum mirabile eſt, quẽadmo-
mi. 39. dũ oẽs gentes, quæ à Romanis ſubiectæ *† ſunt,
†* aliàs in ritum Romanorũ ſacrorũ tranſierint, eaq; ſacrile-
ſubiuga- gia obſeruanda & celebranda ſuſceperint: gens au
tæ. tem Iudæa, ſiue ſub Paganis regibus, ſiue ſub Chri
C ſtianis nõ amiſerit ſignũ legis ſuæ, quo à cęteris gẽ
tibus populiſq; diſtinguit, & ois imperator uel rex
q eos in regno ſuo inuenit, cũ ipſo ſigno eos inue-
nit, nec occidit: id eſt, nõ efficit ut non ſint Iudæi,
certo quodã & proprio ſuæ obſeruationis ſigno à
cęterarũ gentiũ cõione diſcreti: niſi quicunq; eorũ
ad Xpm trãſierit, ut iã nõ inueniat Cain, nec exeat
à facie dei nec habitet in terra Naid, qd dicit inter
Pſal. 35. pretari cõmotio. Cõtra qd malũ, deus rogatur in
& 65. Pſalmo, Ne dederis in motum pedes meos, & ma-
Pſal. 12. nus pctõrũ nõ moueant me: & q tribulant me exul
& 15. tabunt ſi motus fuero, & dñs à dextris eſt mihi ne
cõmouear, & innumera talia, qd patiunt oẽs qui
Pſal. 29. exeunt à facie dei, id eſt, à miſericordia dilectionis
eius. Vnde dicit in quodã Pſalmo, Ego dixi in abũ
dantia mea, nõ mouebor in æternũ. Sed uide qd ſe
quit, Dñe in uoluntate tua præſtitiſti decori meo
uirtutẽ, auertiſti autẽ faciẽ tuã à me, & factus ſum
cõturbatus, Vnde intelligitur oẽm aĩam participa

tione lucis dei, nõ p ſeipſam eſſe pulchrã & decorã D
& uirtute pollentẽ. Quod & iſti Manichæi ſi cõſi-
derarent & intelligerent, nõ in tãtã blaſphemiã ca-
derent, putando ſe eſſe natura ſubſtantiã dei. Sed
ideo nõ poſſunt, qa nõ quieſcunt. Sabbatũ. n. cor-
dis nõ intelligũt: nã ſi quieſcerẽt, ſicut dictũ eſt ad
Cain, peccatũ ſuũ ad ſe cõuerterent, id eſt, ſibi tri-
buerent, nõ genti neſcio cui tenebrarũ, atq; ita per
grãm dei eidem pctõ dominarent. Nũc uero & ipſi
& oẽs q diuerſis erroribꝰ cõtumaces reſiſtẽdo ue-
ritati exeũt à facie dei, ſicut Cain, ſicut Iudęi perdi
ti, habitãt in terra cõmotionis, id eſt, in pturbatiõe
carnali, cõtra iucunditatẽ dei, hoc eſt, cõtra Eden,
qd interpretat epulatio, ubi eſt plãtatus paradiſus.
Iã cætera pauca de multis breuiterq; perſtringã, ne
ꝓpoſitũ opis huius & rñſionis meæ, nimia lõgitu-
dine ſermonis ipediã. Quẽ. n. nõ moueat ad quę Cap. 14.
rendũ & intelligẽdũ Xpm in illis libris, ut ea omit
Cap. 48. Hoc Fauſto pro moribus Patriarcharũ & Prophetarũ ex uoce paruuloꝝ noſtroꝝ breuiter reſpõderim: inter quos & meipſum deputauerim, dum tñ non reprehendã uitam ſanctorum antiquorum, etiam ſi non intelligam q̃ myſtice uixerint: quorum uitã nobis laudabiliter Apl̃i Euangelio ſuo prædicarunt, ſicut illi M ſua prophetia futuros Apl̃os prædixerunt, ut clament ad ſe inuicẽ duo teſtamenta, ſicut duo Sera- Eſaie. 6. phin, Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs deus ſabaoth. Cũ uero cœperit Fauſtus Patriarchas & Prophetas non generali atq; indefinita reprehẽſione, ſicut hic fecit, ſed proprie facta eoꝝ cõmemorando crimina- Infra lib. 22. ri, adiuuabit me dñs deus eoꝝ, qui eſt etiã noſter, ut ad ſingula cõgruenter apteq; rñdeam. Nũc uero illos hoies Fauſtus Manichæus uituperat, Paulus autem Apl̃s laudat, eligat quiſq; cui credat.

Libri Duodecimi finis.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

Cap. 1. FAuſtus dixit, Quõ Chriſtũ colitis, Prophetas repudiãtes, quoꝝ ex præſagijs accipitur fuiſſe uenturus? xp̃m quidẽ noſtrum.i. filium dei, Hebræoꝝ aliquos annunciaſſe Prophetas, neſcio an probare quis poſsit, cũ res cæperit examinari. Veruntñ etiam ſi hoc ita ſe habeat, qđ ad nos? Illos manet hæc reprehenſio, q ex Iudaiſmo forte ad Chriſtianiſmũ conuerſi ſub teſtimo-

A niis, ut perhibes Prophetarum, poſtea neglexerint
eos, ut bñficiorum ingrati. Porro aũt nos natura gen
Epheſ. 2. tiles ſumus. i. qđ Paulus præputium uocat, ſub alia
nati lege, & pſtatoribus aliis, quos gẽtilitas uates ap
pellat: atq; ex his poſtea ſumus ad xpianiſmũ con-
uerſi: non ante effecti Iudęi, ut merito Hebræorũ
Prophetarũ ſequeremur fidẽ, eũtes ad xpianiſmũ,
ſed ſola exciti fama, & uirtutũ opinione, atq; ſapiẽ-
tia liberatoris noſtri Ieſu. Vnde ſi mihi adhuc in pa
terna religione moranti, pdicator adueniens, Xpm
uellet ex Prophetis inſinuare, hunc ergo ptinus de-
mentem putarẽ, qui gentili mihi, & longe alterius
religionis homini de magis dubiis dubia conaret
aſtruere. Quid ergo opus erat, niſi ut ante Prophe-
tis mihi credendũ eſſe pſuaderet, & tũc per Prophe
tas Xpo? Qđ ipm ut fieret, opus item erat aliis Pro-
phetis, qui pro iſtis facerent fidẽ, Quapp ſi tu Xpm
per Prophetas accipiendũ putas, Prophetas p quẽ
accipies? An dicturus eris per Xpm, ut uiciſſim. i. ut
alter alterum cõmendet, Xps Prophetas, & Prophe
tæ Xpm? Sed Paganus utriuſq; eorum cõditione liber,
nec Prophetis de Chriſto dicentibus crederet, nec
B Xpo de Prophetis. Ita totũ nulli alij, q̃ ſuæ fidei de-
bet, qcunq; fit ex gentibus xpianus. Atq; ut exẽplo
fiat id, qđ dicimus, apertius, ponamus aliquẽ nunc
à nobis catechizari gentilem, cui aſſidentes dica-
mus, Crede Xpo, quia deus eſt. Ille uero, Vnde hoc
mihi pbatis dicat: & nos rñdentes dicamus, ex Pro
phetis. Rurſum illo quærente, qbus Prophetis: nos
rñdeamus, Hebręis. Atq; ille ſubridẽs dicat, Sed his
minime credo. Nos aũt rñdeamus, Quid q eos Xps
confirmat? Idem uerò multo magis rıdens, dicat,
qđ quod ego nec ipſi credo? Quid fiet, his ita tran-
ſactis, nõne hærebimus, & ille niſi nobis tanq̃ im-
prudentibus, remeabit ad ſua? Ita nihil, ut dixi, Ec-
cleſiæ chriſtianæ Hebræorum teſtimonia conferunt,
quæ magis cõſtat ex gentibus q̃ ex Iudæis. Sanè ſi
ſunt aliqua, ut fama eſt, Sibyllæ de Chriſto pſagia,
aut Hermetis, quem dicũt trimegiſtũ, aut Orphei,
aliorumq; in gẽtilitate uatũ, hęc nos aliquãto ad fi
dem iuuare poterunt, q ex gentibus efficimur xpia
ni. Hebræorum uero teſtimonia nobis ẽt ſi ſint uera,
ante fidem inutilia ſunt, poſt fidem ſupuacua: qa
C ante qdem eis credere non poteramus, nũc uero ex
Cap. 2. ſupfluo credimus. Auguſtinus rñdit, Proſit hoc
nobis loco ad breuitatẽ rñdendi ſupior tam proli
xa rñſio. Puto. n. iam qui illam legerit, rıdet iſtũ ta
lia delirantem, & adhuc dicentem, Chriſtũ filium
Exod. 29 dei Hebræos non pnunciaſſe Prophetas: in qua ſo-
1. Reg. 10 la gente nomen ipſum, qđ dicitur Chriſtus, & in re
Dane. 9. ge, & in ſacerdote ſacratiſſimũ fuit: nec inde ſubla-
tum, antequã ipſe ueniſſet, qui in illis figurabatur.
Rñdeant aũt ipſi, Chriſti nomen unde didicerint?
Si à Manichæo, quæro, ipſi Manichęo quõ credide
rint, ut alios taceam, hoies Aphri, homini Perſæ: cũ
Fauſtus reprehẽdat Romanos, & Græcos, uel alias
gentes, ſi Hebræis Prophetis tanquã alienigenis de
Chriſto crediderint: dicatq; illis accõmodatiora eſ
ſe uaticinia Sibyllæ & Orphei, uel ſi qua forte alia
ſunt uatum gentiliũ, ut credant in Chriſtũ: nec attẽ-
dat in nullis eccleſiis illa recitari, cum Hebręi Pro-
phetæ in oibus gentibus clareant, atq; ad chriſtia-
nam ſalutẽ tanta fideliũ examina adducant. Dice-
re aũt non eſſe aptam gentibus Hebræam prophe
tiam, ut credant in Chriſtũ, cum uideat oẽs gentes
per Hebręam pphetiam credere in Chriſtũ, ridicu D
la inſania eſt. Diſplicet uobis talis Chriſtus, qua Cap. 3.
lis per Hebræos prænunciatus eſt: & tñ oẽs populi
gentium, apud quos Hebræã pphetiam nullũ pon
dus authoritatis hẽre arbitramini, in talem Chriſtũ
credunt, qualis per Hebræos pnunciatus eſt: acci-
piendo. ſ. euangelium, qđ deus ante pmiſerat, ſicut
Apl's cõmemorat, per Prophetas ſuos in ſcripturis Roma. 1.
ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid
ſcđm carnem. Vnde Propheta Eſaias dixit, Erit ra- Eſaiæ. 11.
dix Ieſſe, qui exurget regnare in gentibus: in eũ gen Roma. 15
tes ſperabunt: &, Ecce uirgo concipiet, & pariet fi- Eſaiæ. 7.
lium, & uocabunt nomẽ eius Emmanuel, qđ iter- Matt. 1.
pretatur, nobiſcũ deus: ne putẽt iſti hoiem tantũ-
modo Chriſtũ ab Hebræis Prophetis pnunciatũ:
hoc. n. uidetur tetigiſſe Fauſtus, cum ait Chriſtum
qdem noſtrum filium dei, quaſi Hebræi Chriſtum
ſuũ non filiũ dei dicerẽt. Ecce nos oſtẽdimus deũ
Chriſtũ uirginis filiũ ex Hebræa pphetia: nã utiq;
& Iudęi carnales, ne hoc ſolũ putarẽt eſſe Chriſtũ,
qđ pp nos factus eſt homo ex ſemine Dauid, admo
net eos ipſe dñs ex pphetia eiuſdem Dauid, q̃rens Mat. 22.
ab eis, qđ eis uideretur de Chriſto, cuius eum eſſe E
dicerent filium. Qui cum rñdiſſent, Dauid: ne hoc
ſolum, ut dixi putaretur, & nõ reſpicerẽt ad Emma
nuel, qđ eſt interpretatũ, nobiſcũ deus: Et quõ, in-
quit, ipſe Dauid, in ſpiritu dicit eũ dñm, Dixit dñs Pſal. 109
dño meo, ſede ad dexterã meam, donec ponam ini
micos tuos [ſub pedibus tuis] ſcabellũ pedũ tuorum?
Ecce, inquã, nos oſtẽdimus Hebræa pphetia Chri
ſtum deũ, uos oſtendite aliquam pphetiã ueſtrã,
unde nomen Chriſti didiceritis. Manichæus. n. Cap. 4.
ueſter non fuit Propheta uenturi Chriſti, Apoſto-
lũ quippe eius ſe dicit, impudentiſſima qdem falla
cia: nam conſtat non ſolũ poſt Tertullianum, ue-
rũ etiam poſt Cyprianum hanc hæreſim exortam.
Oẽs tñ eius epiſtolæ ita exordiuntur, Manichæus
Apl's Ieſu Chriſti. Huic uos de Chriſto quare credi Cõtra epi
diſtis? Quẽmnã teſtem uobis ſui Apoſtolatus ad- ſtolã Ma
duxit: nomenq; ipſum Chriſti, qđ non ſcimus niſi nich. c. 5.
in regno Iudæorũ in ſacerdotibus & regibus inſti-
tutũ: ut non ſolũ ille aut ille homo, ſed uniuerſa ip
ſa gens, totumq; regnũ Propheta fieret Chriſti, chri
ſtianiq; regni: cur iſte inuaſit, cur uſurpauit, q Pro-
phetis Hebręis uos uetat credere, ut uos falſi Chri-
ſti fallaces diſcipulos, falſus & fallax Apl's faciat? Po
ſtremo ne diceret ei, Mẽtiris: ptulerit uobis aliquos F
& Prophetas, ſcđm aſſertionem ſuam Chriſtũ præ-
nũciantes: qđ facietis ei, qualẽ Fauſtus catechizan-
dum ſub exemplo pppoſuit, qui neq; ipſis neq; illis
credere uoluerit? An Apl'os noſtros pro ſe teſtes uo
cabit? Nõ opinor hoies pducet, ſed libros aperiet:
quos nõ pro ſe, ſed cõtra ſe apertos reperiet. Ibi. n.
Chriſtũ natũ ex Maria uirgine, ibi filiũ dei factũ ex
ſemine Dauid ſcđm carnem legimus & docemus.
Quòd ſi eos falſatos dixerit, ipſe teſtium ſuorum
fidẽ oppugnabit: ſi aũt alios, quos dicat Apl'orum no
ſtrorũ, codices protulerit, quõ eis ipſe authoritatẽ
dabit, quam per eccleſias Chriſti ab ipſis Apoſto-
lis cõſtitutas nõ accepit, ut inde ad poſteros firma
ta cõmendatione tranſcurreret? Quo ille, cui non
credo, profert mihi ſcripturas, qbus de illo credã:
& eis ipſe conatur dare authoritatem, cum ego ipſi
non credam? Si aũt famę de Chriſto credidiſtis, Cap. 5
hoc. n. & Fauſtus magnis anguſtiis coarctatus, tran

G ſeunter attigit:ne.ſ.aut eos libros proferre cogere-
tur, quorum authoritas nulla eſt: aut ad eos ligaret,
quorum authoritas ei cõtraria eſt, ergo ſi de Chriſto
famę credidiſtis, uidete utrũ fama idonea teſtis ſit,
diligenter cõſiderate quò uos pręcipitetis. Mala.n.
multa de uobis fama diſſeminat, cui nos credere
nõ uultis. Quæ igiť ratio eſt, hanc de Chriſto uelle
ueracẽ, quã de uobis uultis eſſe mendacem? Quid
q̀ ẽt famæ Chriſti contradicitis? Ea qppe clarior,
ea præpollentior aures & mentes & linguas oium
Roma. 1. gentium tenet, quę Chriſto ex ſemine Dauid ſcđm
ſcripturas hebręas diſſeminato implet: qd ibi ſcri-
2. Tim. 2. ptum eſt, ꝓmiſſum Abrahæ, & Iſaac, & Iacob, In ſe-
Gene 12. mine tuo benedicentur oẽs gẽtes? Quid ergo rñde
26. & 28 tis? Cui nam de Chriſto credideritis, quibus teſtes
alienigenæ non placẽt? Noſtrorum porrò librorum au-
thoritas, tot gentiũ conſenſione, per ſucceſſiones
Apoſtolorum, Eporum, conciliorumq; roborata, uobis
aduerſa eſt: ueſtrorum autẽ nulla eſt, quæ & à tam
paucis profertur, & ab iis qui deum & Chriſtũ mẽ
dacem colunt. Vnde contra eorum mẽdacem doctri
nã fit, niſi & ipſi tanq̃ imitatores dei & Chriſti ſui
H mendaces habeanť. Fama uero, ẽt ipſa conſulta, &
Matth. 3. uos peſſimos iactat, & Chriſtum ex ſemine Dauid
& 17. cõtra uos prædicare non ceſſat. Vocẽ patris de cœ
lo nõ audiſtis, opera Chriſti, qbus de ipſo teſtifica-
bať, nõ uidiſtis: codices, in qbus hæc ſcripta ſunt,
ut ſpecie xp̃iana fallatis, uelut accipitis: ne tñ con-
tra uos legantur, infalſatos dicitis: profertis unde
Ioan. 10. Chriſtũ dicentẽ, Si mihi nõ creditis, operibus cre-
Ioan. 8. dite: &, Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo de me, &
teſtimoniũ perhibet de me q miſit me pater: & nõ
Ioan. 5. uultis cõtra uos inde ꝓferri, Scrutamini ſcripturas,
in qbus putatis uos uitã æternam hr̃e, ipſę teſtimo
nium phibent de me: &, Si crederetis Moyſi, crede-
Luca. 16. retis & mihi: de me.n. ille ſcripſit: &, Hñt ibi Moy-
ſen & Prophetas, audiant eos: &, Si Moyſen & Pro-
phetas nõ audiũt, nec ſi qs à mortuis reſurrexerit,
credẽt ei. Vnde huc exiſtis, unde cõfiditis? Scriptu-
ras tãta authoritate firmatas, cõmẽdataſq; reſpui-
tis, miracula nõ facitis: q̃ ſi faceretis, ẽt ipſa in uo-
bis caueremus per inſtruentẽ nos dñm, & dicentẽ,
Matt. 24. Exurgẽt multi pſeudochriſti & pſeudoprophetę, &
I faciẽt ſigna & ꝓdigia multa, ut fallant, ſi fieri põt,
ẽt electos: ecce p̃dixi uobis. Vſque adeo nihil credi
uoluit aduerſus confirmatã ſcripturarum authorita-
tẽ, quæ fidẽ ſuã in rebus ipſis ꝓbat, quæ per tẽporum
ſucceſſiones hæc impleri & effici oſtendit, quę tan
Cap. 6. to anteq̃ fierent, prænunciauit. Reſtat ut rõnem
à uobis exhiberi dicatis, tã certã & inuictã, ut per
ſe ipſam declarata ueritate, nullam teſtis authorita
tem, nullam miraculi ueritatẽ reqrat. Quid dicitis,
qd ꝓfertis, quam rõnem, quam ueritatem? Fabula
illa eſt longa & uana, puerile ludibrium, & mulie-
bre iocamentũ, † & aniculare deliramentũ conti
† aliàs, a- nens: initiũ truncũ, & mediũ putridum, & finẽ rui
uocamen- noſum. Cum n. uobis ex eius initio dictum fuerit,
tum. Immortali, inuiſibili, incorruptibili deo: qd factu-
1. Tim. 1. ra erat gens tenebrarum, ſi cum ea pugnare noluiſſet?
Et de medio eius, q̃uo eſt incorruptibilis & incon
taminabilis deus, cuius mẽbra in pomis & oleribꝰ
mãducando & digerendo cõteritis ut purgetis? Et
de fine eiꝰ, qd fecit aĩa miſera, ut in globo tenebra-
rum ppetuo uinculo puniať: quæ nõ ſuo uitio, ſed
alieno maculata, deo ſuo deficiente mundari non
potuit, quo mittente polluta eſt? hæſitantibus uo- K
bis, & qd rñdeatis nõ iueniẽtibꝰ, cõſpuunť † tã mul † aliàs, cõ
ti, & tã grandes, & tam p̃cioſi codices ur̃i: & multũ ſpiciũtur.
dolent labores antiquariorum, & ſaccelli miſerorum, &
panis deceptorum. Si ergo nec ſcripturarum authoritatis
antiqtas, nec miraculorum ptãs, nec morum ſanitas,
nec rõnis ueritas, uos aſſerit: abite confuſi, & redite
cõfeſſi, ipſum eſſe Chriſtũ oium in ſe credentium
ſaluatorem: cuius nomen & cuius eccleſiam ita ex-
hibent p̃ſentia tẽpora, ſicut p̃terita nunciarũt: nõ
per quemlibet de cauernoſis latebris ꝓcedentem,
ſed quadam gente, & quodam regno ad hoc ꝓpa-
gato & inſtituto, ut ibi de illo cuncta figuris pno-
tarẽtur, quę nũc expreſſa rebus agnoſcereně: & ibi
per Prophetas p̃dicta ſcriberẽtur, quæ nunc p Apo
ſtolos prędicta p̃ſtarentur. Proindẽ conſtituite Cap. 7.
nobis aliquẽ catechizandũ gentilem, in quo Fau-
ſtus defeciſſe nos riſit, ubi non ridendus, ſed plan-
gendus ipſe defecit. Si.n. dixerimus homini gẽtili,
Crede Chriſto, qa deus eſt: & rñderit, unde credo?
ꝓlataq; authoritate Prophetarũ, eis ſe non credere
dixerit, eo q̀ illi Hebręi ſint, ipſe Paganus: oſtendi-
mus fidem Prophetarũ, ex iis quæ uentura cecine- L
runt, & ueniſſe cernũtur. Credo.n q̀ eum non late
ret, quãtas à regibus huius ſeculi pſecutiones prius
ptulerit xp̃iana religio: aut ſi lateret, per ipſam hi-
ſtoriã gentiũ, & imperiales leges literis memoriæq;
mandatas, facile ꝓbaretur: qd cum tanto ante prę- Pſal. 2.
dictum ex Propheta cognoſceret, dicente, Vt qd fre
merũt gentes, & populi meditati ſunt inania: Aſti-
terunt reges terrę & principes, cõuenerũt in unum,
aduerſus dñm & aduerſum Chriſtum eius. Qđ nõ
de ipſo Dauid fuiſſe dictum, in eodem ipſo pſal-
mo facile apparet: ibi.n. dicitur etiã illud, q̀ homi-
nes quãlibet ptinaciſſimos, ipſa rerũ manifeſtatio
ne cõfundit, Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego
hodie genui te: poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hæ
reditatẽ tuam, & poſſeſſionẽ tuam terminos terrę.
Qđ genti Iudæorũ, in qua regnauit Dauid, nõ eſſe
conceſſum: Chriſti aũt noĩe longe lateq; oẽs gẽtes
occupãte, nemo dubitat eſſe cõpletum. Credo mo
ueretur, cũ hic & alia multa ex Prophetis audiret,
quæ nunc pſequi lõgum eſt. Videret ẽt ipſos reges
terræ Chriſti imperio iam ſalubriter ſubiugatos, M
oẽſq; gentes eidem ſeruiẽtes: & legeretur ei de Pſal-
mo tanto ante prædictũ, Adorabunt eum oẽs re- Pſal. 71.
ges terræ, oẽs gentes ſeruient ei: totumq; Pſalmũ ip
ſum, qui figurate tanq̃ in Salomonem dicitur, ſi le
gere uellet, inueniret Chriſtũ uere regem pacificũ:
hoc. n. Salomonis nomen interpretatur: in quo co
gnoſceret cõpleta oia quæ ibi dicũtur, longe remo
tiſſima ab illo hoie Salomone rege Iſrael. Illum iti-
dem Pſalmũ, ubi deus unctus à deo diciť, & utiq;
Chriſtus ipſa unctione declarať, idemq; Xp̃s deus
apertiſſime oſtendiť, cum deus unctus inſinuať: ſi
cõſiderare uellet quæ ibi de Chriſto, q̃ de ipſa ec-
cleſia dicta ſunt: quę ibi qdem p̃dicta legeret, in or
be aũt terrarum impleta cõſpiceret: uideret quoq; ip-
ſa ſimulachra gentiũ per Chriſti nomen ſic perire
de orbe terrarum: idq; ipſum à Prophetis p̃dictũ eſſe
diſceret, audiret Hieremiã dicentẽ, Sic dicetis illis, Hiere. 10
Dii, qui cœlũ & terrã non fecerunt, pereant à terra,
& de ſub cœlo. Itẽ alio loco, cum eundẽ Prophetã
dicentem audiret, Dñe fortitudo mea, & adiutoriũ Hiere. 16
meũ, & refugiũ meum in die malorũ, Ad te gentes

A ueniēt ab extremo terrę,& dicēt, Quàm falſa poſſe-
derūt patres nři ſimulachra,& nō eſt in eis utilitas:
ſi faciet hō deos, & ipſi nō ſunt dij. Propterea ecce
ego oñdam illis in tpe illo, manū meam oſtendā il
lis,& ſcient: & uirtutē meam,qm̄ ego dñs.Hæc au-
diens de ſcriptura prophetica, & cernens in uniuer
ſa terra, quid dicā quemadmodū moueretur ad fi-
dem, qñ & hoc rebus ipſis probamus,cū p prophe
tiam ante tēpora conſcriptam & his tēporibus im
Cap. 8. pletam corda fideliū ſic firmari cognoſcimus? Iā
uero ne hoiem,ſicut magni quidam hoies fuerunt,
Xp̄m putaret, idem Propheta hoc illi de cogitatio-
Hiere. 17. ne excuteret. Ibi .n. ſequitur & dicit, Maledictus ho
mo,qui ſpem habet in hoie, & firmat carnem bra-
chij ſui,& à dño diſcedit cor eius:& erit ſicut trama
rix q̄ in deſerto eſt, non uidebit cū uenient bona,
& habitabit inter iniquos in terra deſerta, in terra
ſalſa, q̄ non inhabitabitur. Et benedictus homo q
confidit in dño, & erit dñs ſpes eius: eritq́ tanquā
lignū fructiferū ſecus aquam, & in humore mittet
radices ſuas:non timebit cū uenerit æſtus,& erunt
in eo propagines numeroſæ:in anno ſiccitatis non
B timebit,& nō deficiet faciendo fructū. Hic certe cū
maledictū diceret eum, q ſpē ponit in hoie, eamq́
maledictionem Propheticis ſimilitudinibus expli-
caret: & benedictum qui in dño confideret,eamq́
benedictionē congruis itidem ſimilitudinibus te-
xeret,turbaretur fortaſſe ille, quo ei ne ſpem ſuā in
Hoiem poneret, deum Xp̄m annunciaremus:& rur
ſum eum non ex propria natura, ſed ex noſtra mor
talitate ſuſcepta hoiem diceremus. Sic .n. qdā deū
credendo Xp̄m,& hoiem negando errauerūt,& rur
ſus,quidam hominem putando, & deum negādo,
aut contempſerunt,aut in hoie ſpem ſuam ponen-
tes,in illud maledictum inciderūt. Hic ergo iſte gē
tilis ſi turbaretur,& diceret, contra fidem noſtram
iſtum Prophetā locutum fuiſſe,quia nos ſcdm Apl̄i
cam doctrinam non tantummodo deum Xp̄m di-
1. Tim. 2. ceremus,ut in eo ſpes ſecuriſſime ponat, ſed ēt me-
diatorem dei & hominum, hominem Ieſum Xp̄m:
iſtum aūt deum tantum dixiſſe,de natura uero hu
mana nullam feciſſe mentionem, ibidem eiuſdem
Prophetæ uocem audiret ſe admonentis & corrigē
Hiere. 17 tis,Graue cor per oia,& homo eſt, & quis agnoſcet
eū? Ideo quippe homo, ut graues corde per formā
ſerui ex fide ſanarentur:& eum agnoſcerent deum,
C qui pp eos factus eſt homo, ne in hoie ſpes eorum
eſſet,ſed in hoie deo:& tñ graue cor per oia,& ho-
mo eſt,formam ſerui accipiēs, & quis agnoſcit eū?
Philip. 2. Qui cum in forma dei eſſet, non rapinā arbitratus
eſt eſſe æqualis deo. Et homo eſt, qa uerbum caro
Ioan. 1. factum eſt,& habitauit in nobis.Et qs agnoſcet eū?
Quia in principio erat uerbum,& uerbū erat apud
deū,& deus erat uerbū. Et uere graue cor p oia,nā
& in diſcipulis eius ipſum graue cor fuit,cum eis di
Ioan. 14. cebat, Tanto tpe uobiſcum ſum, & non cognouī-
ſtis me? Quid .n. eſt,Tāto tempore uobiſcum ſum:
niſi quod hic dicitur, & homo eſt?Quid eſt aūt il-
lud, Et non cognouiſtis me: niſi quod hic dicitur,
Et quis agnoſcet eū? Quem,niſi eum qui dicit, Qui
me uidet, uidet & patrem? Vt ſpes noſtra non ſit in
hoie, pp illud per Prophetam edictum,maledictū:
ſed ſit in hoie deo, id eſt, in filio dei ſaluatore Ieſu
Xp̄o, mediatore dei & hoium: & quo pater maior
eſt pp formam ſerui, & qui patri æqualis eſt pp for-

mam dei. Dicit & Eſaias, Humiliabitur & cadet D
contumelia † hominum,& exaltabitur deus † ſo- Cap. 9.
lus in illa die: & manibus fabricata oia abſcōdēt Esa. 2.
in ſpeluncis,& in ſciſſuris petrarū,& in cauernis ter †cōtume
rę à facie timoris dñi,& à maieſtate uirtutis eius,cū cia.
ſurrexerit confringere terrā: illa .n. die proijciet ho- †homi-
mo abominationes aureas & argenteas, quæ fece- num.
runt ut adorarent ſuperuacanea & noxia. Et forte
iſte gētilis,quē catechizamus,quē dixit Fauſtus cū
riſu dictum, Non credo Prophetis Hebræis, aliqua
manu fabricata idola abſcondit in ſpelunca, aut in
ſciſſura petrę, aut in cauerna terrę,aut aliquē ami-
cū ſuum ſcit hoc feciſſe,aut in ciuitate,uel in fundo
ſuo ſcit hoc factū eſſe à facie timoris dñi: q p reges
terræ ſcdm eandē prophetiā, iā ſibi ſeruientes,ſeq́
adorantes, ueriſſimis † legibus terrā confringit,id †feueriſ-
eſt,terreni cordis frangit audaciā. Quo ergo dicat, ſimis.
non credo Prophetis Hebræis, cū & in ſeipſo com-
pletū forte cognoſcat, quod olim prædictum eſt à
Prophetis Hebræis? Magis uerendū erat,ne tan- Cap. 10.
ta rerū euidentia circūfuſus,fortaſſe diceret,Poſtea
quam iſta p mundū fieri cœperūt, Chriſtianos has
literas cōpoſuiſſe, ut ante diuinitus prædicta puta- E
rentur, ne quaſi temere humanitus facta contēne-
rētur. Hoc uerendū erat,niſi eſſet late ſparſus,lateq́ Gene. 4.
notus ppl̄s Iudæorū, Cain illo ſigno accepto,ne ab Gene. 9.
aliquo iterficiatur,& ille Chā ſeruus fratrū ſuorum 2. Retr. c.
portando libros, qbus illi erudiant, ipſe oneretur: 7.
p eorū qppe codices probamus,nō à nobis,tanquā
de rerū euentu cōmonitis, iſta eſſe conſcripta, ſed
olim in illo regno prædicata atq́ ſeruata, nunc aūt
manifeſtata & impleta: in qbus & ea, q̄ ibi minus Roma. 15
pſpicua ſunt,qa in figura contingebant illis,ſcripta
ſunt aūt pp nos, in quos finis ſeculorū obuenit, iā 1. Cor. 10
nunc illuſtrata ſoluuntur, & quæ umbris futurarū
adhuc rerū opacabantur,iā factarū luce manifeſtā
tur. Forte ēt hinc ſe diceret permoueri, q ipſi,in Cap. 11.
quorū libris hæc inueniuntur eſſe prænunciata, q̄
nunc cernuntur impleta, non nobiſcū tenent eiuſ-
dē Euangelij ſocietatē. Cū uero doceretur ēt hoc
ab eiſdem Prophetis eſſe prædictum, quantū mo-
ueretur ad fidē,quis tam demens eſt, ut nō uideat?
quis tā impudens,ut ſe uidere diſſimulet? quis .n. du-
bitet hoc de Iudæis fuiſſe prophetatū, cū Eſaias di- Esai. 1.
cat, Agnouit bos poſſeſſorē ſuū, & aſinus præſepe
dñi ſui: Iſrael aūt me nō cognouit, & ppl̄s meus me
non intellexit. Aut illud quod Apl̄s commemorat, F
Tota die expandi manus meas ad ppl̄m non credē Rom. 10
tem & contradicentē. Et maxime illud, Dedit illis Esai. 65.
deus ſpiritum cōpunctionis, oculos ut nō uideāt, Esai. 6.
aures ut non audiant, & non intelligant: & multa Rom. 11.
hmōi. Quòd ſi diceret, qd ergo peccauerūt Iudæi,
ſi deus illos excæcauit ne agnoſcerent Xp̄m? quan-
tum poſſemus imbuendo, rudi hominū oſtendere-
mus, ex alijs occultis peccatis deo cognitis, uenire
iuſtā pœnā huius cæcitatis: quod non ſolū dixiſſe
Apl̄m de quibuſdā, Propter hoc tradidit illos deus Roma. 1.
in concupiſcentiā cordis eorū, uel in reprobū ſen-
ſum, ut faciant q̄ non conueniunt: uolentē oñdere
quædā peccata manifeſta, ex pœna uenire quorun-
dā occultorū, ſed nec ipſos hoc tacuiſſe Prophetas
demonſtraremus. Nā ne pergam longius, idē Hiere
mias eoipſo loco, ubi ait, Et homo eſt, & quis agno Hier. 7
ſcet eū? ne q̄ſi hoc ipſo excuſati eſſent Iudęi, qa non
cognouerūt: Si enim cognouiſſent, ſicut Apl̄s dicit, 1. Cor. 2.

G nunquā dn̄m gloriæ crucifixiſſent: Sequitur, & oſtē-
dit occulti eorū meriti fuiſſe, ut non cognoſcerent.
Hiere. 17 Ait.n. Ego dn̄s, interrogans corda, & probās renes:
ut dem unicuiq; ſcdm uias eius, & ſcdm fructum
Cap. 12. ſtudiorū eius. Porrò ſi hoc gentilis ille moueretur,
cur ēt ipſi, qui appellantur Chriſtiani, in multas
hæreſes, uariaſq; diſcedunt: neq; hoc à Prophetis
Hebręis prętermiſſum eſſe doceremus, tanq̄.n. eſſet
conſequens, ut Iudæis in ſua cæcitate demonſtratis,
hoc illi ueniret in mentē, q̄ ēt multi ſub nomine
Chriſtiano ab ipſa chriſtiana ſocietate deuiarent,
ipſe Hieremias uelut catechizandi ordinē nobis
Hier. 17. inſinuans, cōtinuo ſubiecit, Clamauit pdix, cōgregauit
q̄ nō peperit: faciens diuitias ſuas nō cū iudicio.
Perdix.n. nimis cōtētioſum animal, notū eſt quāta
auiditate ipſius cōtentionis currat i laqueū.
Non.n. diſputare amant hęretici, ſed quoquo modo
ſuperare impudētiſſima puicatia: ut cōgregent,
ſicut hic dixit, q̄ nō pepererūt. Chriſtianos.n. quos
maxime Xp̄i nomine ſeducunt, iā p ipſius Xp̄i Euāgeliū
natos inueniunt, & faciūt illos diuitias ſuas:
non ſanè cū iudicio, ſed cū temeritate inconſiderata.
H Non.n. intelligunt ibi eſſe uerā & ſalubrē, & quodammodo
germanam atq; radicalē Chriſtianā ſocietatem,
unde iſtas ſeperauerunt, quos ad ſuas diuitias
2. Tim. 3. congregarunt. Et quia de talib⁹ dicit Apoſtolus,
Sicut enim Iamnes & Mambres reſtiterūt Moyſi,
ſic & iſti reſiſtunt ueritati: homines mente corrupti,
reprobi circa fidē, ſed ultra non proficient, dementia
enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut
& illorū fuit: ſequit & hic Propheta, & dicit, de pdice
Hiere. 17 quia cōgregauit, quæ nō peperit, In dimidio dierum
eius derelinquent eū, & in nouiſſimis ſuis erit
inſipiēs. i. q primo tanq̄ per pollicitationē & oſtentationē
excellētis ſapientię ſeducebat, erit inſipiēs:
id eſt, apparebit inſipiens. Eis quippe, quibus primo
ſapiens erat, tūc erit inſipiens, cū apparebit, qa
dementia eius nota erit oībus. Et tanq̄ ille, quē
Cap. 13. catechizamus, q̄reret & diceret, Quo ergo ſigno manifeſto
adhuc paruulus, & nondū uales liquidā diſcernere
à tot errorib⁹ ueritatē: quo manifeſto indicio
tenebo Eccleſiam xp̄i, in quā iam credere tanta
rerū antea prædictarū manifeſtatione compellor?
ſequit idem Propheta, & tanq̄ motus animi eius or
I dinatiſſime excipiens, docet eum Eccleſiam xp̄i ipſam
eſſe pdictam, quæ oībus eminet & apparet. Ipſa
eſt.n. ſedes gloriæ, de qua dicit Apoſtolus, Tem-
1. Cor. 3. plum.n. dei ſctm̄ eſt, quod eſtis uos. Vnde iſte dicit,
Sedes aūt gloriæ exaltata eſt, ſanctificatio noſtra.
Hiere. 17 Propter hos n. motus paruulorū, q poſſunt ſeduci
ab hominibus à manifeſtatione claritatis Eccleſię,
dn̄s quoq; prouidens, ait, Non poteſt ciuitas abſcō
Matt. 5. di ſupra montē conſtituta: quia utiq; ſedes gloriæ
exaltata eſt ſanctificatio nr̄a, ut non audiant illi, q
ad religionū ſciſſuras traducunt, dicentes, Ecce hic
Matt. 24 eſt xp̄s, ecce illic: Partes.n. oſtēdunt, dicentes, Ecce
hic, ecce illic: Cum illa ciuitas ſuper montē ſit, quē
Daniel. 2 montem, niſi eū qui ſcdm prophetiam Danielis ex
paruulo lapide creuit, & factus eſt mons magnus,
ita ut impleret uniuerſam terrā? Nec illi audiant, q
noīe quaſi ſecretæ & apocryphæ ueritatis, & hominum
paucitatis dicūt, Ecce in cubiculis, ecce in deſerto:
qa non poteſt abſcondi ciuitas ſuper montē
conſtituta, qa ſedes glorię exaltata eſt ſanctificatio
Cap. 14. nr̄a. Cū ergo gentilis iſte his atq; hmōi alijs teſti

monijs Prophetarū de perſecutione regū & popu- K
lor̄, de fide regum & pplorum, de abolitione idolorum,
de cęcitate Iudęorū, de probatione codicū
ab ipſis cuſtoditorū, de amentia hæreticorū, de excellentia
ſanctę Eccleſię uerorū & germanor̄ Chriſtianorū,
ante pdicta, & nunc impleta cōſpiceret:
qd inueniret fide dignius, q̄ illos Prophetas, qbus
de diuinitate Xp̄i eligeret credere? Etenim ſi anteq̄
iſta fierent, ingererē gentili Prophetas Hebræos, qbus
ea futura crederet, q̄ facta nondū uideret: merito
fortaſſe diceret, qd mihi eſt cum iſtis Prophetis,
quos unde ueraces probē, non mihi oſtenditur: cū
uero tā magna & tā multa quæ prædixerunt, iā ad
effectū manifeſtationemq; perducta ſunt, planè ille,
ſi peruerſus eſſe nollet, nec iſta ullo modo contemneret,
quæ tanto ante, & tanto apparatu præuidendo
& prænunciando cōmendari meruerunt, nec illos
à qbus puideri & prænunciari potuerunt. Nullis.
n. prudētius credimus, uel de pteritis, q̄ olim facta
ſunt: uel de futuris, quę nondū facta ſunt, q̄ eis
q nobis fidem uerborū ſuorum in tā multis tamq;
magnis, quę ab eis prędicta iā facta ſunt, ptobauerunt. L
Sibylla porrò, uel Sibyllę & Orpheus, & neſcio
qs Hermes, & ſi q alij uates uel theologi uel ſapiētes,
uel philoſophi gentiū de filio dei, aut de patre
deo uera pdixiſſe ſeu dixiſſe phibentur: ualet qdem
aliqd ad paganorū uanitatē reuincendā, non
tn̄ ad iſtorū authoritatē amplectendā, cū illū deū
nos colere oñdimus, de quo nec illi tacere potuerunt,
q ſuos congentiles pplos, ad idola & dæmonia
colēda, partim docere auſi ſunt, partim phibere
auſi nō ſunt. At illi ſancti authores nr̄i eū pplm,
eam rempublicā, tale regnū, imperante & adiuuante
deo, propagauerunt atq; rexerunt, ubi ſacrilegiū
eſſet, quod iſtis religio fuit. Itaq; ſi q illic in cultum
ſimulachrorū & dæmonū laberetur, aut pœna plectebantur,
ipſis ſuę reipublicę legibus, aut liberrime
coercebant † Propheticis uocibus. Vnus.n. ab
eiſdē colebatur deus, q fecit cœlū & terrā, Prophetico
ſanè ritu, hoc eſt, ſignificatiuo futurorū: q ritus
aboleret, cū ille ueniſſent, quę p eū ſignificabantur
eſſe uentura: ſiquidem ipſum regnū magnus qdā
Propheta fuit, ubi rex & ſacerdos myſtica ſignificatione
ungebant: qd nō ante ipſis quoq; Iudęis ignorantibus,
ac p hoc inuitis ablatū eſt, niſi cū ueniſſet
ille gr̄a ſpiritali unctus deus præ participibus ſuis
ille ſanctus ſanctorū: idē uerus rex conſulendo nobis,
& idē uerus ſacerdos ſeipſum offerēdo pro nobis.
Quā ob rē quantū diſtat de Xp̄i aduentu inter
prædicationē angelorū, & confeſſionē dæmoniorum:
tantū inter authoritatē Prophetarū, & curioſitatem
ſacrilegorū. His & talibus, quę nunc breuitet
tangimus, tunc forte p neceſſitate depellēdi
ueternoſi erroris aliquanto latius diſputatis, & robore
uberioris pbationis aſſertis, ille gentilis, quē
nobis catechizandū Fauſtus ppoſuit, ſi ſaluté ſuā
peccatis ſuis pponeret, pfecto moueretur ad fidē:
qua imbutus & in Eccleſiæ catholicę gremio ſouēdus
collocatus, conſequenter ēt moneretur, quos
mores tenere deberet: neq; pturbaretur eorū multitudine,
in qbus ea non inueniret, quæ obſeruare iuberet:
quanuis cū eo corporaliter congregarent in
Eccleſiā, & eadē ſacramēta pciperent: ſciret cū paucis
hæreditatē dei, cum multis aūt ſignacula eius
participanda. Cum paucis cōmunicare ſanctitatē
uitæ,

Cap. 15. De ci. dei li. 18. c. 23 Et li. 8. c. 23. Diſ. 37. c. Si quid uero.

† al. liberrimo toni truo coercebantur

Danie. 9. Exod. 29. M 1. Reg. 10 Pſal. 44.

Diſ. 37. c. Si quid uero. Luc. 2. Marci. 1. Cap. 16.

Roma. 5.

uitæ, & donũ charitatis diffuſum in cordibus no-
ſtri per ſpm̃ ſanctũ, qui datus eſt nobis: ad quẽ fon
tem interiorẽ nullus alienus accedit. Cum multis
1. Cor. 11. aũt ſanctitatem ſacri, quod qui manducat & bibit
indigne, iudiciũ ſibi mãducat & bibit: qui aũt mã
ducare contẽnit, non habebit in ſe uitam, & ideo
non perueniet ad uitam ęternã. Eoſdemq́ paucos in
cõparatione multitudinis malorum, paucos dici: eſſe
aũt per ſeipſos cõſideratos in magno numero, dif-
Matth. 3. fuſo toto orbe terrarum, creſcẽtes inter zizania, & cũ
& 13. palea uſq; ad diẽ meſſis & uẽtilationis: hoc in Euã
gelio dictũ, hoc à Prophetis ante pdictum. Ante .n.
Cant. 2. pręd ictum eſt, Sicut liliũ in medio ſpinarum, ita pro-
xima mea in medio filiarum. Ante pdictum eſt, Inha
Pſal. 119. bitaui cum tabernaculis Cedar, cum his qui ode-
runt pacẽ, eram pacificus. Ante pdictum eſt, Signa
Ezech. 9. in frõte eos, qui gemũt & mœrent ob iniqtates po
puli mei, quæ fiũt in medio eorũ. Itaq; iſte gentilis,
quẽ tali alloquio firmaremus, iam factus ciuis ſan
Ephes. 2. ctorũ, & domeſticus dei: nec iam alienus ab Iſrael,
Ioan. 1. ſed uerus Iſraelita, in quo dolus nõ eẽt: diſceret ẽt
B iſta uerba ex corde ſimplici dicere, q̃ ſubſequenter
Hiere. 17. cõtexit idẽ ipſe Hieremias, Patiẽtia Iſrael, dñe, uni-
uerſi qui te derelinquũt, terreantur. Cum .n. de perdi
ce dixiſſet, qa clamat & cõgregat quæ non peperit,
cõmendauit excellentiã ciuitatis ſup montẽ poſi-
tæ, quæ abſcondi non põt, ut ab eccleſia catholi-
ca hæreticum hoiem †monẽ ſepararet, dicẽs, Sedes
aũt glorię exaltata eſt ſanctificatio nra. Deinde q̃ſi
ueniret in mentẽ, qd ergo facimus de tã multis ma
lis, qui tãto amplius ubiq; pmixti ſunt, quãto excel
lentior eſt Xp̃i gloria in unitate oium gentiũ, ſubie
cit ſtatim, Patientia Iſrael, dñe, Patienter .n. ferendũ
Matt. 13. eſt qd ait, Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem, ne
impatientia tolerandi malos, relinquantur boni, qui
pprie ſunt corpus Xp̃i: & ideo cũ ipſi relinquunt, il-
Hiere. 17. le relinquitur. Vnde ſubiecit, atq; addidit, Vniuerſi
qui te derelinquunt, terreantur: confundantur qui re
ceſſerunt in terrã. Terra eſt .n. homo de ſe pſumẽs,
atq; alios ut de ſeipſo pſumatur inducens: & ideo
ſeqtur, Euertentur, qm̃ dereliquerunt fontem uitæ
dñm. Quid .n. aliud clamat perdix, niſi apud ſe eẽ,
& à ſe dari fontem uitæ, ad quẽ cõgregati recedãt
C à Chriſto, Chriſti promiſſione decepti, cuius noie
iam tenebantur imbuti? Non .n. quos peperit, con-
gregat: ſed ut cõgreget quos nõ peperit, dicit, Salus
Hiere. 17. quam Xp̃s pmiſit, apud me eſt, ego dabo. Sed uide
qd iſte dicat, Sana me dñe, & ſanabor: ſaluum me
1. Cor. 1. fac, & ſaluus ero. Vnde Apl̃s dicit, Nemo glorietur
in hoie: & iſte ſubiungit, Qm̃ gloriatio mea tu es.
His modis nos inſtruimus hominẽ ex Apoſtolica
Ephes. 2. Propheticaq́ doctrina, ut ædificetur ſup fundamẽ
Cap. 17. ta Apoſtolorum & Prophetarũ. Fauſtus autẽ quõ
perſuaderet diuinitatem Chriſti homini †gentili,
quem conſtituit dicentem, Nec Prophetis credo de
Chriſto, nec Chriſto de Prophetis. An Chriſto cre
deret de ſeipſo dicenti, cui nõ crederet de aliis teſti
ficanti? Vere ridiculum eſt hoc putare. Quẽ ſemel
enim dignum fide nõ duceret, aut oino nihil ei cre
deret, aut potius pro aliis q̃ p ſeipſo teſtificãti cre-
De ciuita- deret. Hic forte Fauſtus irriſus, Sibyllas homini le-
te dei. li. geret, & Orpheũ, & cęteros hmõi, ſi quos alios gen
8 cap. 23. tilium reperiret de Chriſto aliqd prænunciaſſe: ſed
& li. 18. non faceret, eos quippe ſibi incognitos faſſus eſt,
cap. 23. dicens, Sanè ſi ſunt aliqua, ut fama eſt, Sibyllæ de

Chriſto præſagia, aut Hermetis, quem dicũt trime- D
giſtũ, aut Orphei, aliorumq́ in gentilitate uatũ: ho-
rũ ergo iſte literas neſciens, qñquidem per famam
putat eſſe aliquos tales, non eas utiq; legeret, illi di
centi, Nec Prophetis credo, nec Xp̃o. Quid igitur fa
ceret? An pferret Manichæũ, & ex illo cõmendaret
Xp̃m? Nunqd hoc fecerunt, ſed potius de Xp̃o, cu-
ius iam nomẽ ubiq; dulciter clarum eſt, Manichęũ
ſemp cõmendare conati ſunt, ut hoc melle .ſ. uene-
nati ſui poculi labra perungerẽt. Cum .n. Chriſtus
promiſerit ſuis, miſſurum ſe paracletum .i. conſola- Ioan. 15.
torem uel aduocatũ ſpm̃ ueritatis: per hanc pmiſ-
ſionis occaſionem, hunc paracletũ dicẽtes eſſe Ma
nichæũ uel in Manichæo, ſurrepunt in hominum
mentes ignorantes, ille à Xp̃o promiſſus qñ ſit miſ-
ſus. Qui autẽ legerunt canonicũ librum, qui actus
Apoſtolorum inſcribitur, uident illam Chriſti profeſ Acto. 2.
ſionem †illic rurſus cõmemoratam, & illic manife †promiſ-
ſtiſſime impletã. Sed modo q̃rimus, unde illi genti ſionem.
li fidem faceret de Xp̃o? Puto .n. neminem eſſe tam
cæcum, qui uelit dicere, Manichæo credo: cum di-
cat, Xp̃o non credo. Deinde ſi nõ ridens, ſaltem ſto E
machans diceret, Itáne Perſicis libris me iubes cre-
dere, qui Hebręis me dixi nõ credere? Quõ ergo ca
pturus es hæretice iſtum hoiem, niſi iam noie Xp̃i
aliquo modo ſubditũ iueneris: ut qa ille iam Xp̃o
credendũ eſſe non dubitat, tanq̃ melius prædican
ti Xp̃m, Manichęo deceptus acqeſcat. Ecce ille per-
dix congregans, quæ non peperit. Itáne eum non- Hiere. 17.
dum derelinquitis uos, quos cõgregat: & nondum
uobis apparet inſipiens, qui dicit Hebræorũ teſti-
monia uobis, ẽt ſi uera ſint, ante fidem inutilia eẽ,
poſt fidem ſupuacua? Abiiciãt ergo oẽs qui cre-
diderunt, oẽs libros per quos factum eſt ut crede- Cap. 18.
rent. Nam ſi hoc uerũ eſt, cur uel ipſum Euangeliũ
Chriſti à fidelibus legatur non uideo. Ante fidem
quippe inutile eſt, qa ille gentilis, quem ridentẽ ri-
dendus, uel potius flendus Fauſtus inducit, nõ cre
dit Xp̃o. Poſt fidem aũt ſupuacuum, ſi ẽt ueris de
Chriſto pconiis iam ſupfluo creditur, cum in eum
creditũ fuerit. Hic forte dicetis, Sed euãgeliũ debet F
legere iam fidelis, ne obliuiſcatur qd credidit. Sic
ergo inſani, ẽt Prophetarũ uera teſtimonia, ne obli
uiſcatur quare crediderit. Qd' ſi oblitus fuerit, fir-
mum apud eum non poterit eſſe qd credidit. Aut
proiicite iam libros Manichæi, qbus teſtibus cre-
didiſtis lucem pugnaſſe cum tenebris, quæ lux ipſe
deus erat: & ut poſſet ligare lux tenebras, prius eſſe
lucem à tenebris deuoratã, & ligatã, & inquinatã,
& dilaniatã: quam uos mãducando recreatis, & ſol
uitis, & purgatis, & ſanatis: ut uobis merces retri-
buatur, ne cũ illa quæ liberari nõ potuerit, in globo
æterno damnemini. Hãc fabellã quotidie & mori-
bus & uocibus cãtatis, cur adhuc in eam q̃ritis te-
ſtimonia librorum, ut in rebus ſupfluis, & cõficiẽdis
codicibus ueſtris aliena ſubſtãtia conſumatur, & dei
ueſtri ligata teneatur. Incendite oẽs illas membra-
nas, elegãteſq́ tecturas decoris pellib⁹ exquiſitas,
ut nec res ſuperflua uos oneret, & deus ueſter inde
ſoluatur, qui tanq̃ pœna ſeruili ẽt in codice ligatus
tenetur. Nam ſi poſſetis libros ueſtros uel elixatos
comedere, quantũ mẽbris dei ueſtri bñficium prę
ſtaretis? An etſi fieri poſſet, carnis imunditia prohi
beret paginas ab epulis ṽris? Imputet ergo ſibi in-
cauſti imũditia, q̃ corio inhæſit agnino. Sed & hoc

G uos feciſtis, qui tanq̃ primo bello ueſtro, id quod
mundum erat in calamo, immunditiæ membranarum
ſcribendo affixiſtis, niſi qđ colores contrario teſti
monio uos arguunt. Vos n. potius ad lucem candi
darum paginarum, cum tenebris atramẽti ueniſtis. No-
bis debetis iraſci talia dicẽtibus, an uobis talia cre
dentibus, ut uelitis nolitis, iſta cõſequant? Nos aũt
& ad cõmemorationẽ fidei noſtræ, & ad cõſolatio
nem ſpei noſtræ, & ad exhortationẽ charitatis no-
ſtræ, libros propheticos & apoſtolicos legimus al-
terutris uocibus ſibimet cõcinentes: & ea cõcinen
tia, tanquã cœleſti tuba, & à torpore mortalis uitæ
nos excitãtes, & ad palmã ſupernæ uocationis exten-
dentes. De libris. n. propheticis qddam cũ cõmemo
Psal. 68. raſſet Apls, ſicut ſcriptũ eſt, Opprobria opprobran
tium tibi ceciderunt ſup me: continuo ſubiungit
Roma. 15 utilitatem diuinæ lectionis. Quæcunq; n. ante ſcri-
pta ſunt, inqt, ut nos doceremur ſcripta ſunt: ut per
patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem ha-
beamus ad deum. Sed cõtradicit Fauſtus. Fiat er-
Gala. 1. go illi quod dicit Paulus, Si quis uobis euangeliza
uerit præter quàm quod accepiſtis, anathema ſit.

H

Libri Tertiidecimi finis.

LIBER QVARTVSDECIMVS.

Cap. 1. Auſtus dixit, Quare Moyſen nõ
accipitis? Amoris pietatiſq; cau-
ſa, qua colimus Xpm. Quis. n. ir
f religioſus adeo eſt, ut eũ liben-
ter aſpiciat, qui ſuo maledixerit
patri? Quapp & nos Moyſen, q̃q̃
humanorum nulli unquam, diui-
norumq; pepcerit blaſphemando: plus tñ hinc exe
cramur, q Xpm filium dei, qui noſtræ ſalutis cauſa
pependit in ligno, diro deuotionis cõuitio laceſſi-
uit: utrum uolens, an caſu, tu uideris. Neutro. n. ho
rum excuſatus erit, ut cõmendatus debeat accipi.
Deute. 21 Ait. n. maledictum eſſe oẽm, qui pependit in ligno.
Hũc ergo tu uis ut accipiam, huic ut credam: cũ ſi
diuinus fuit, conſtet eũ ſcientẽ uolentemq; maledi
xiſſe Xpo: ſi uero nolens neſciẽſq; maledixerit, con
I ſtet eum non fuiſſe diuinũ. Tu ergo elige utrũ uis,
aut Moyſen, pphetam non fuiſſe, & imprudẽtia pec
caſſe, ut dũ aliis ex more ſuo maledicit, neſciẽs blaſ
phemauerit & deũ: aut fuiſſe qdem diuinũ, nec fu-
tura hæc ignorauiſſe, ſed inuidentem tñ noſtræ ſa-
luti, quæ futura erat ex ligno, in eius authorẽ male
dici oris ſui uenena prompſiſſe. Et qs ergo credat
hũc uidiſſe aut cognouiſſe patrẽ, q ſic lacerauerit
filiũ: hunc aduentũ filij potuiſſe pdicere, q aſcẽſio
nis eius ignorauerit exitũ? Huc accedit, q illud ẽt
conſidero, q̃ late hoc ſit ſparſum conuitiũ, quamq;
multa cõprehẽdat & uiolet: ut oẽs ẽt tangat iuſtos
& martyres, quotquot ſimili paſſionis exitu defun
cti ſunt uita, ut Petrus, & Andreas, ac reliqui eiuſdẽ
ſortis. Quos niſi Moyſes aut ut nõ Propheta neſciſ-
ſet, aut ut malignus odiſſet, ſi fuit Propheta, nõ tã
†alids, crudelis deuotationis. crudæ deuotiõis † cõtumelia laceraſſet: Neq;. n. uul
go ſaltẽ eos maledictos dicit. i. apud hoies tãtum,
ſed maledictos deo. Qđ ſi ita eſt, unde iam benedi
ctionis relinquetur ſpes, uel Xpo, uel Apoſtolis, uel
ipſis nobis, ſi nois eius cauſa crucifigi contingat?
Quàm deniq; imprudens erat, & uacans inſpiratio
ne diuina, ut cogitare nequiuerit diuerſis ex cauſis K
hoies in ligno ſuſpendi: alios qdem ob iniquum fa
cinus, quoſdã uero iuſtitiæ cauſa, & pp deum: idcir
coq; cõfuſe omnes, & ſine diſcretione ulla ſub idẽ
coniecit maledictum: cum eſſet dicẽdum, ſi ei pru
dentia ineſſet ulla, non dicam diuinatio, & ſi adeo
crux offenderat eum, ut ſola excepta abdicataq; eſ-
ſet, ex omni genere punitionum, maledictũ eſſe ſce
leratũ & impium oẽm qui pependiſſet in ligno, ut
eſſet diſcretio aliqua inter iuſtos & iniuſtos: quan-
quam ne ſic qdem uera dixiſſet, cum latronẽ Chri Luce 23.
ſtus de ligno ſecum introduxerit in paradiſum pa
tris ſui. Vbi eſt ergo maledictus oĩs qui pendet in li
gno? An Barrabas latro ille inſignis, qui nõ ſolum Deute. 28
in ligno ſuſpenſus minime eſt, ſed etiam Iudæorũ Matt. 27.
rogatu emiſſus è carcere, magis fuit bñdictus, q̃ il-
le qui cum Xpo de cruce aſcendit in cœlum? Quid
deniq;, q etiam eum maledictum uocat, qui Solem Deute 17
adorauerit, aut Lunã? Si ergo ſub gentili poſitus re
ge, Solem adorare cogar, & cum reſtitero, maledi-
ctum hoc metuens, iubear crucifigi, in aliud eius
incurrã maledictũ, qđ aduerſus eum deprõpſit qui
pendet in ligno? An ipſi qdem bonis oĩbus maledi L
cere cõſuetum eſt? Nos uero tãti deuotiones † eius †alids, deuotationes.
æſtimare debemus, quanti ſunt ſtomachantiũ ue-
tularũ. Sic. n. & dei oẽs pueros ac uirgines pari de-
uotione † pſequitur, dicens maledictum eſſe oẽm, †deuotatione.
qui non ſuſcitauerit ſemen in Iſrael. Qđ æquæ con
uitium principaliter qdem Ieſum tangit, qui ortus Exod. 23.
& ipſe, ut dicitis, ex Iudæis, nullam tñ inter eos ſer- Deute. 7.
uandæ poſteritatis cauſa ſobolẽ ſuſcitauit. Deinde
& diſcipulos eius, quorum nõnullos qdem ab uxori-
bus ſeiuxit, quos copulatos iuenerat: quoſdã uero
& cõiungi uetuit, quos deprehẽdit itactos. Qua de
re Moſeos impunitã hanc linguã, maledictorum iacu
lis Xpm lumen, ſanctimoniã, diuina oĩa petentem,
iure nos cognoueris execratos. Ac ne forte multũ
intereſſe putes inter ſuſpẽſum & crucifixũ, nam &
hoc in præſidium uobis defenſionis ſoletis aſſume
re, cõmentis hiſce ueſtris Paulũ audias pſcribentẽ, Gala. 3.
Xps nos redemit de maledicto legis, factus pro no-
bis maledictũ: qa ſcriptum eſt, Maledictus oĩs qui
pẽdet i ligno. Auguſtinus rñdit, Pius homo Fau- Cap. 2.
ſtus dolet Xpm eẽ maledictum à Moyſe, & ob hoc M
odit Moyſen, qa diligit Xpm. Interim antequã ape-
riam in q̃ magno ſacro, & q̃ pie dictum ſit, Maledi Deute. 21
ctus oĩs qui in ligno pepẽderit: iſtos pios hoĩes in-
terrogo, cur iraſcantur Moyſi, qñquidem maledi-
ctum eius ad Chriſtum iſtorum non peruenerit: Si. n.
Chriſtus pependit in ligno, clauis utiq; affixus eſt.
Vnde ẽt ipſas cicatrices poſt reſurrectionẽ diſcipu Ioan. 10.
lo minus credulo demonſtrauit. Quòd ſi ita eſt,
utiq; uulnerabile atq; mortale corpus habuit, qđ
iſti nolunt fateri. Si ergo & illa uulnera, & illæ cica-
trices falſæ erant, falſum eſt q pepẽdit in ligno. Nõ
itaq; potuit ad eũ illa maledictio puenire, non eſt
q ſuccenſeant ei, à cuius ore pceſsit. Itaq; ſi ipſi ira-
ſci ſe fingunt ei, qui maledixerit falſæ morti Chri-
ſti, quod ſcdm ipſos dixerim, quõ fugiẽdi ſunt qui
non maledicunt Chriſtum, ſed quod eſt execrabi-
lius, criminantur? Si. n. non eſt accipiendus, qui ma
ledictum ingerit mortalitati, quomodo eſt dete-
ſtandus qui fallaciam obiicit ueritati? Sed iam ui-
deamus ex occaſione calumniantium hæreticorum,
quomodo illud ſacramẽtum fidelibus exponatur.

A Mors hoïs ex pœna peccati eſt, unde & ipſa pec-
Cap. 3. catũ dicitur : non qa peccat homo dũ moritur,ſed
Roma. 5. qa ex peccato factũ eſt ut moriatur . Sicut alio mo-
do dicitur lingua ꝓprie caro, quæ intra dentes ſub
palato mouetur:& alio modo dicit̃ lingua,qđ p lin
guã fit:ſcđm quẽ modũ dicitur,Lingua Græca,alia
Latina:& manus alio modo dicitur, ipſum proprie
corporis mẽbrum , quod mouemus ad operandũ:
& alio modo manus dicitur ſcriptura,quæ fit p ma
num. Dicimus n.Prolata eſt manus eius : Lecta eſt
aduerſus eũ manus eius : Habeo manũ tuã: Recipe
manũ tuam. Manus utiq; proprie membrũ eſt hoïs:
non aũt opinor illam ſcripturã mẽbrum eſſe hoïs,
& tñ dicitur manus,eo ꝙ manu facta ſit. Sic & pec-
catũ,non tantũ ipſum opus malũ, quod pœna di-
gnũ eſt,ſed ẽt ipſa mors,quæ peccato facta eſt, pec
catũ appellatum ſit. Illud itaq; pctm̃,quo reus eſſet
mortis,non commiſit Xp̃s,illud aũt alterum,id eſt,
mortẽ,quæ peccato inflicta eſt humanæ naturę,ſu
ſcepit ꝓ nobis. Hoc ſuſpendit in ligno,hoc maledi
ctũ eſt p Moyſen:ibi mors dãnata eſt ne regnaret,&
maledicta eſt ut periret. Quapp per Xp̃i tale pecca-
tũ damnatum eſt & noſtrũ pctm̃, ut nos liberare-
B mur,ne regnante pctõ nos damnati remaneremus.
Cap. 4. Quid ergo miratur Fauſtus maledictũ eſſe pec-
catum,maledictã eſſe mortẽ, maledictam eſſe mor
talitatem carnis ſine peccato Xp̃i , ex peccato tñ ho
minis ẽt in Xp̃o factam? Ex Adam quippe corpus aſ
Gene. 2. ſumpſit,qa ex Adã uirgo Maria , quæ peperit Xp̃m.
& 3. Dixerat autẽ deus in paradiſo , Qua die tetigeritis,
morte moriemini: hoc eſt maledictũ, quod pepen-
dit in ligno. Ille neget Xp̃m maledictum,qui negat
& mortuum: qui aũt confitetur mortuum, & nega
re non poteſt mortem de peccato eſſe: & ob hoc ẽt
Roma. 6. ipſum peccatum uocari, audiat Apl̃m dicentẽ,Qm̃
uetus homo noſter ſimul cum illo crucifixus eſt.
Galat. 3. & intelligat quẽ maledictum Moyſes dixerit. Ideó-
2. Cor. 5. que ſecutus Apl̃s ait de Xp̃o, Factus eſt ꝓ nobis ma
ledictũ: ſicut nõ timuit dicere, Pro oïbus mortuus
eſt: hoc eſt.n.mortuus eſt,qđ maledictus: qm̃ mors
ipſa ex maledicto eſt,& maledictum eſt omne pec-
catum: ſiue ipſum quod fit , ut ſequatur ſuppliciũ,
ſiue ipſum ſuppliciũ, quod alio modo uocatur pec
catum,quia fit ex peccato. Suſcepit aũt Xp̃s ſine rea
tu ſupplicium noſtrum , ut inde ſolueret reatũ no-
ſtrũ,& finiret ẽt ſuppliciũ noſtrũ . Ex ingenio meo
C iſta dixerim, ſi non Apl̃s totiens hoc inculcat,ut &
dormiẽtes excitet,& calũniantes ſuffocet . Miſit,
Cap. 5. inquit, deus filiũ ſuum in ſimilitudinẽ carnis pec-
Roma. 8. cati,ut de peccato damnaret peccatũ in carne . Non
erat ergo illa caro peccati, qa nõ de traduce morta
litatis in Maria p maſculum uenerat: ſed tñ quia de
peccato eſt mors , illa aũt caro quamuis ex uirgine,
tñ mortalis fuit, eoipſo quo mortalis erat,ſimilitu
dinẽ habebat carnis peccati. Hoc appellat ẽt pecca
tum,conſequenter dicens, Vt de peccato damnaret
2. Cor. 5. pctm̃ in carne. Itẽ alio loco, Eum , inquit,q non no
uerat pctm̃,peccatum pro nobis fecit,ut nos ſimus
Deut. 21. iuſtitia dei in ipſo , Cur ergo timeret Moyſes dice-
re,maledictũ,qđ Paulus non timuit dicere , pecca-
tũ? Planè hoc Propheta & ꝓuidere debuit, & prędi-
cere,paratus ab Hæreticis cũ Apl̃o reprehẽdi. Quiſ
quis n reprehenderit Prophetã dixiſſe, maledictũ:
cogitur reprehendere Apl̃m dixiſſe,peccatum: nam
Cap. 6. utiq; maledictũ comes peccati eſt. Nec ideo ma-
ior inuidia eſt,ꝙ addiderit, deo: ut diceret,Maledi- D
ctus deo oïs qui pependerit in ligno . Niſi.n.deus Deut. 21.
odiſſet peccatum,& mortem noſtram,non ad eam
ſuſcipiendam atq; delendam filium ſuum mitteret.
Quid ergo mirũ,ſi maledictũ eſt deo, ꝙ odit deus?
Tanto.n. libentius nobis donat immortalitatem ,
quæ futura eſt Xp̃o ueniente , quãto miſericordius
odit mortẽ noſtrã, quæ in ligno pependit Xp̃o mo
riente. Quòd aũt additum eſt, Oïs: ut diceretur, Ma Deut. 21.
ledictus oïs qui in ligno pependerit: nõ ſanè Moy- Galat. 3.
ſes minus ꝓuidit ẽt iuſtos in cruce futuros, ſed be-
ne præuidit Hæreticos ueram mortem dñi negatu
ros: & ideo uolentes ab hoc maledicto Xp̃m ſeiun-
gere,ut à mortis ẽt ueritate ſeiungerent Si.n. uera il
la mors non erat,nullum maledictũ Xp̃o crucifixo
pependit in ligno,quia nec uere crucifixus eſt . Sed
contra longe futuros hæreticos, q̃ de longe clamat
Moyſes: ſine cauſa tergiuerſamini, quibus diſplicet
ueritas mortis Xp̃i , Maledictus omnis q pendet in
ligno : non ille aut ille,ſed oïs oïno. Etiám ne & fi-
lius dei? Etiam prorſus. Nam hoc eſt quod non uul
tis. Inde ſatagitis,inde ſeducitis . Diſplicet.n.uobis
maledictus pro nobis , qa diſplicet mortuus ꝓ no- E
bis . Tunc n.extra maledictũ illius Adam, ſi extra
illius mortem . Cũ uero ex hoïe, & pro hoïe mortẽ
ſuſcepit, ex illo & pro illo,ẽt maledictũ,quod mor
tem comitatur,ſuſcipere non dedignatus eſt ẽt ille:
prorſus ẽt ille filius dei ſemp uiuus in ſua iuſtitia, Roma. 4.
mortuus aũt pp delicta noſtra, in carne ſuſcepta ex
pœna noſtra. Sic & ſemper benedictus in ſua iuſti-
tia, maledictus aũt pp delicta noſtra , in morte ſu-
ſcepta ex pœna noſtra: ac per hoc additum eſt, om
nis: ne Xp̃s ad ueram mortem non pertinere dicere
tur,ſi à maledicto , quod morti coniunctum eſt, in
ſipienti honorificentia ſepararetur . Qui aũt ex Cap. 7.
ueritate Euangelica fidelis eſt,intelligit tam non eſ
ſe contumeliam xp̃i ex ore Moyſi, cũ eum dixit ma
ledictũ,non ex diuinitate maieſtatis ſuæ, ſed ex cõ
ditione pœnæ noſtræ, ex qua in ligno ſuſpẽſus eſt:
q̃ non eſt laus xp̃i ex ore Manichæorum , cum eum
negant carnem habuiſſe mortalem , in qua ueram
mortẽ pateretur : qa ex illo prophetico maledicto,
laus intelligitur humilitatis: ex iſto hæretico quaſi
honore, crimẽ obijcitur falſitatis. Si ergo negas ma
ledictũ,nega mortuũ: ſi negas mortuũ, non iã con
tra Moyſen,ſed contra Aplos dimicas. Si aũt confi- F
teris mortuũ,confitere ſuſcepiſſe pœnã peccati no-
ſtri ſine peccato noſtro. Iã uero ubi audis pęnã pec
cati,aut ex benedictione crede uenientẽ,aut ex ma
ledictione. Si ex benedictione uenit pœna peccati,
opta eſſe ſemper in pœna peccati. Si aũt optas inde
liberari , crede p diuinę ſniæ iuſtitiã ex maledictio
ne ueniſſe . Confitere ergo maledictũ ſuſcepiſſe ꝓ
nobis, quẽ confiteris mortuum eſſe pro nobis: nec
aliud ſignificare uoluiſſe Moyſen, cũ diceret, Male-
dictus oïs q in ligno pependent : niſi mortalis oïs,
& moriens oïs qui in ligno pependerit . Poterat.n.
dicere, Maledictus oïs q mortalis : aut , maledictus
oïs moriens . Sed hoc eſt quod aſſerit Propheta, qa
ſciebat xp̃i, mortem in cruce penſuram , & futuros
hæreticos,q dicerent , Pependit quidẽ in ligno,ſed
ſpecie quadã,non ut uere moreretur. Clamando er
go, maledictus: nihil aliud clamauit,niſi quia uere
mortuus,ſciẽs mortem hoïs peccatoris , quam ſine Gene. 2.
peccato ipſe ſuſcepit,de illo maledicto uenientem, & 3.

G quo dictum eſt, Si tetigeritis, morte moriemini. Ad
Nume. 21 hoc ptinet & ſerpẽs ille in ligno ſuſpẽſus, quo ſigni
Ioan. 3. ficaret non falſam mortẽ Xp̄m finxiſſe, ſed illã uerã
in ligno paſsionis ſuæ ſuſpẽdiſſe, in quã ſerpens ille
hoiem male ſuadendo deiecit. Quã uerã mortẽ no
lunt iſti conſpicere, & ideo non ſanantur á ueneno
ſerpentis: ſicut in eremo, quicunq; illã attenderent,
Cap. 8. ſanabãtur. Itaq; fatemur ab imperitis dici, aliud
eſſe affigi ligno, aliud in ligno pendere. Sic. n. quidã
putant ſoluendã eſſe iſtã quęſtionẽ, ut Iudã dicant
á Moyſe maledictũ, q laqueo ſe ſuſpendit, quaſi pri
mum nouerint utrũ ex ligno an ex lapide ſe illi ſu-
ſpenderit. Sed uerũ eſt, quod & Fauſtus cõmemora
uit, Apl̄m non ſinere aliud intelligere, q̃ de Xp̄o eſſe
prædictum. Sed talis imperitia nonnullorũ catho-
li. 3. Cõf. licorum, uenatio Manichęorum eſt. Tales. n. ſolent
cap. 6. inſectari, tales ſuis fallacijs irretire, tales in eos ceci-
deramus, tales hæſeramus, tales nõ uiribus noſtris,
tatẽ. Vt ergo induatur imortalitate, exuitur morta
litate: hoc eſt circũciſionis myſteriũ, quæ octauo Geneſ. 17.
die fieri iuſſa eſt. & octauo die i. dñica poſt ſabba-
tũ iam in ueritate a dño impleta. Vnde dicit exuẽs
ſe carnẽ principatus & ptãtes exẽplauit. Per hãc. n. Coloſſ. 2.
mortalitatẽ nobis inuidæ diabolicæ ptãtes domi
nabanꝰ, quas exẽplaſſe dictus eſt: qa in ſeipſo capi
te noſtro prębuit exẽplũ, qd in toto eius corpore. ſ.
eccleſia ex diaboli ptãte liberãda, in ultima reſurre
ctione cõplebitur: hęc eſt fides noſtra. Et qm̃ ſicut Abacuc. 3.
teſtimonium propheticũ Paulus cõmemorat, Iu- Roma. 1.
ſtus ex fide uiuit, hæc eſt iuſtificatio noſtra Mor- M
tuũ qppe Chriſtũ, & pagani credũt, reſurrexiſſe au
tẽ Chriſtũ, propria fides eſt xp̃ianorũ. Si. n. cõfitea
ris, ait Apl's, in ore tuo, quia dñs eſt Ieſus, & credide Roma. 10
ris in corde tuo, qa deus illũ ſuſcitauit a mortuis,
ſaluus eris. Quia ergo ex iſta reſurrectionis fide iu-
ſtificamur, ideo & illud de Chriſto apoſtolicũ eſt,
Quia mortuus eſt pp delicta noſtra, & reſurrexit Roma. 4.
pp iuſtificationem noſtram. Et qa iſta reſurrectio,
quę credita nos iuſtificat, illa octauæ diei circũci-
ſione figurata eſt: propterea de ip̃o Abrahã, cui pri
mũ tradita eſt, dicit Apl's, Et ſignum accepit circũ Roma. 4.
ciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei. Ergo & iſtã cir-
cunciſionẽ inter alias figuras propheticas de Xp̃o
ſcripſit Moyſes De quo ipſe dicit, De me. n. ille ſcri- Ioan. 5.
pſit. Quòd autẽ dicit dñs, Væ uobis ſcribæ & pha Matt. 23.
riſæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridã face-
re unum proſelytum: & cum feceritis eum, facitis
eum filium gehẽnæ duplo, quàm uos eſtis. Non qa
circunciditur, dixit, ſed ꝙ eorũ mores imitatur, à
qbus imitandis cohibet ſuos, dicens, Super cathe-
drã Moyſi ſedent Scribæ & Phariſæi, quæ dicũt fa
cite: quæ aũt faciũt, facere nolite: dicunt. n. & non

A faciunt in qbus dominicis uerbis utrunq; debetis
aduertere, & quãtus honor delat' ſit doctrinę Moy
ſi, in cuius cathedra ẽt mali ſedentes, bona docere
cogebant: & vñ fieret ꝓſelytus filius gehẽnę, non ſ.
á Phariſęis uerba legis audiendo, ſed eorũ facta ſe-
ctãdo. Hoc ergo dici poſſet tũc ꝓſelyto circũciſo,
Roma. 2. qd Paulus dicit, Circunciſo quidẽ ꝓdeſt, ſi legẽ cu
ſtodias. Quia uero ille in nõ cuſtodiẽda lege Phari
ſęos imitabat, fiebat filius gehẽnę. Propterea quan
tũ arbitror, duplo q̃ illi, qa hoc negligebat iplere, ꝙ
ꝓpria uolũtate ſuſceperat: non ex Iudęis natus, ſed
Cap. 30. ſpõte Iudęus factus. Quid aũt dicere uoluiſti, ſi-
Deu. 14. ne reſpectu iniurioſe, ꝙ Moyſes helluonis in modũ
diſceptator ſedet: iubetq; alia qdẽ abligurriri ꝓ mũ
dis, alia uero ꝓ immũdis ne cõtingi quidem, cũ ad
helluonem hoc magis ꝑtineat, ut aut nulla diſcer-
nat, aut ſi diſcernit, ſuauiora eligat. An hoc ideo di
cis, ut imperitis cõtinentia tua uelut ab ineũte æta
te mirãda uideat, q̃ſi neſciẽtis, uel iã obliti, quanto
iucũdius ſapiat porcina, q̃ ueruecina. Sed qa & iſta
Moyſes figuris ꝓpheticis de Xp̃o ſcripſit, in aialiũ
carnibus ſignificãs hoies, uel incõparãdos Xp̃i cor
B pori, qd eſt eccleſia, uel reſpuẽdos, uos quoq; inter
immũda figurauit: q ꝓpea fidei catholicę nõ cõue
nitis, qa nec ruminatis uerbũ ſapiẽtię, & duo teſta-
mẽta uetus & nouũ nõ cõcorditer diſtinguẽtes, tã
quã geminã ungulam nõ habetis. Quis aũt feiat te
quoq; Adimanti ueſtri fallaciã nõ piduiſſe ſectari?
Cap. 31. Dicis. n. & tu Xp̃m ſic docuiſſe ciborũ indifferen
tiã, ut á ſuis diſcipulis quidẽ oẽs carnes penitus re-
moueret, ſecularibus uero uulgo concederet, oia q̃
poſſent edi, atq; aſſeueraret ꝙ eos nihil in os intrãs
Matt. 15. pollueret, qa q̃ de ore impudeter ꝓcedunt, ea ſola
ſunt, q̃ pollũãt hoiem Hæc uerba tua ſunt, tãto im-
pudentiore, quãto apertiore mẽdacio deprõpta: ut
expreſſa primo, quia ſcdm Xp̃i ſniam, ſi ea ſola pol-
luunt hoiem, q̃ mala ex ore procedunt, cur & diſci-
pulos Xp̃i non ea ſola polluerunt, ut eos tanquã ab
immũdis carnibus eſſent neceſſe ꝓhibere? An ſecu
lares hoies nõ polluunt his q̃ in os intrant, ſed his
q̃ ex ore exeũt? Ergo mundiores ſunt aduerſus im-
munditiã q̃ ſancti, ſi ſanctos & ea quę intrant, & ea
q̃ exeunt, poſſunt inquinare. Vellẽ aũt mihi iſti di-
cerent, qd manducabat & bibebat Xp̃s, q in cõpa-
ratione Ioannis nõ manducantis neq; bibẽtis, ſe di
C xit manducantẽ & bibentẽ? Cũ. n. argueret peruer
Matt. 11. ſitatẽ hoium, utrobiq; calũnias inquirentiũ, Venit,
inqt, Ioannes, nõ mãducans, neq; bibens, & dicũt,
Dæmoniũ habet: uenit filius hoies, manducans &
* † al. ui bibẽs, & dicũt, Ecce homo uorax, & uinaurius * †,
narius. amicus publicanorũ & peccatorũ. Et Ioannis qdẽ
eſcã & potũ nouimus: nõ. n. dictũ eſt, ꝙ oino nõ bi
Luc. 1. beret, ſed ꝙ uinũ & ſicerã nõ biberet, bibebat ergo
aquã. Cib' aũt eius nõ oino nullus erat, ſed locuſtę
Matt. 3. & mel ſylueſtrę. Vñ ergo dictus eſt, nõ manducans
neq; bibẽs, niſi qa illo uictu, quo Iudęi utebant, il-
le nõ utebat? Hoc ergo dñs niſi uteret, nõ in eius cõ
paratione mãducãs & bibẽsq; diceret. An forte iõ,
qa pane & oleribus dñs ueſcebatur, qbus Ioannes
nõ ueſcebat? Mirũ ſi non manducãs dicitur, q locu
ſtas & mel comedit: & manducãs dicit, q pane atq;
olere cõtentus eſt. Sed de cibis ſuſpicamini quicqd
* † al. ui uultis, certe bibẽs & uinaurius * † nõ diceret, niſi
narius. uinũ biberet: cur ergo & hoc uos immundũ puta-
tis? Neq;. n. hęc ꝓp continentiã diſciplinamq; domã

di corporis tangere ꝓhibetis, ſed ꝙ immunda ſint: D
nã ea ſordes & fel gẽtis tenebratũ eſſe ꝓhibetis con
tra Apl̃m dicentẽ, Oĩa munda mundis, Ecce q au- Titum. 1.
dent dicere Xp̃m indifferentię ciborũ magiſtrũ, di
ſcipulos tñ ſuos ab iis prohibuiſſe, q̃ immunda ipſi
putãt. Oñdite ubi iſta diſcipulis ſuis remouerit, fal
laces, improbi: ueruntamẽ dei iudicis prouidẽtia
ita cæcati, ut ẽt cõmoneatis nos unde conuincami
ni. Nã uim patior ab aio meo, niſi totũ ipſum Euã-
gelij capitulũ, qd iſte aduerſum Moyſen opponere
uoluit, inſpiciendum inſeruero: ut ibi uideamus q̃
falſum ſit, ꝙ prior Adimãtus, & modo Fauſt' dixit,
dñm Ieſum á diſcipulis ſuis carnes ueſcẽdas remo-
uiſſe, easq; uulgo ſecularibus cõceſſiſſe. Nẽpe cũ tñ Matt. 15.
diſſet calũniantibus, ꝙ nõ lotis manibus mandu-
carẽt, ita ſequitur Euangeliũ, Et cõuocatis turbis,
ait illis Audite & intelligite, Nõ qd intrat in os, cõ-
municat hoiem: ſed qd ꝓcedit de ore communicat
hoiem. Tunc accedentes diſcipuli, dixerunt ad eũ,
Scis ꝙ Phariſæi audito uerbo, ſcãdelizati ſunt? Hic
certe á diſcipulis compellatus, debuit eos, ſicut iſti
uolũt, ꝓprie docere ab oĩbus carnibus abſtinẽdũ, E
ut illud qd ſupra dixit, Nõ qd' intrat in os, cõmuni
cat hoiem, ſed qd ꝓcedit de ore, turbis dixiſſe uide
ret. Sequatur ergo Euãgeliſta & dicat, qd iã nõ tur-
bis, ſed diſcipulis rñderit dñs, At ille reſpondẽs ait,
Oĩs plantatio quã nõ plantauit pater meus cœle-
ſtis eradicabit. Sinite illos, cæci ſunt duces cæcorũ.
Cæcus aũt ſi cæcũ ducat, ambo in foueã cadunt.
Hoc utiq; iõ, qa traditiones ſuas uolẽtes ſtatuere,
mãdata dei nõ intelligebãt. Sed nondũ q̃ſierant di
ſcipuli á magiſtro, qũo ipſi, qd turbis dixerat, acci-
pere deberẽt. Ecce & hoc fit, nã cotexit Euãgeliſta,
& dicit: Rñdens aũt Petrus, ait illi, Narra nobis pa-
rabolã iſtã. Hinc intelligimus Petrũ putaſſe, nõ ꝓ-
prie nec aperte dñm locutũ fuiſſe cũ diceret, Nõ qd
intrat in os, cõmunicat hoiem, ſed quod ꝓcedit de
ore: ſed ut ſolet obſcuritate parabolę aliqd ſignifi-
care uoluiſſe. Videamus ergo utrũ iã ſecretius diſci
pulis interrogãtibus hoc dicat, ꝙ Manichęi uolũt,
immũdas eſſe oẽs carnes, nec eos aliqd earũ debere
cõtingere. Quid qd' exprobrat, ꝙ apertã ſuã locu-
tionẽ nondũ intellexerint, & ꝓprie dictũ, parabo-
lã putẽt? Sic. n. ſequitur, At ille dixit, Adhuc & uos
inſipientes eſtis, & non intelligitis, qa omne qd in
os intrat in uentrẽ uadit, & in latrinam emittitur: F
q̃ aũt ꝓcedunt ex ore, de corde exeunt, & illa cõmu Matt. 15.
nicant hoiem Nã de corde exeunt cogitationes ma
lę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa te
ſtimonia, blaſphemię, hæc ſunt q̃ cõmunicant ho-
mines: nõ lotis aũt manibus mãducare, non cõmu
nicat hoiem. Certe iã manifeſtata fallacia conui
cta diſcedit, certe iã clarũ eſt, nõ aliud de hac re tur Cap. 32.
bas, aliud ſecreto diſcipulos dñm docuiſſe: certe ſi-
ne dubitatione perſpicit Manichęos potius eſſe mẽ
daces atq; fallaces, nõ Moyſen, nõ Xp̃m, nõ teſtamẽ
ti utriuſq; doctrinã: ibi figuratã, hic reuelatã: ibi ꝓ-
phetatam, hic præſentatã. Qũo ergo nihil eorũ ca-
tholicos ſeruare putãt, q̃ Moyſes ſcripſit, cũ oia ꝓr-
ſus obſeruent: nõ iã in figuris, ſed in eis rebus, quas
illæ figuræ ſignificando prænunciarunt? Neq;. n. ſi
aliud ipſis eſſet ſcribendi, aliud legendi, recte dicere
mus ſcripturã illã non obſeruare lectorẽ, qa & ipſe
characteres illos nõ faceret: cũ illę fuiſſent figurę ſo
norũ, ille aũt iam ſonos ipſos exprimeret, illarũ ta

G meũ figurarũ nõ formatione occupatus,ſed inſpe-
ctione cõmonitus. Ideo aũt Iudæi Xp̃o non crede-
bant, qa nec illa quæ Moyſes non figurate,ſed apte
Matt. 23. ꝓcepetat,obſeruabãt. Vñ illis dicit, Decimatis mẽ-
thã & cyminũ, & relinquitis grauiora legis,miſeri-
cordiã & iudiciũ:liquantes culicẽ, camelũ aũt glu
tinientes:hæc oportebat facere,illa aũt nõ omitte-
Matt. 15. re. Vnde eſt & illud, ꝙ traditionibus ſuis docebãt,
quõ infirmaretur ꝓceptum dei,quo deferri honorẽ
parẽtibus iuſſerat, pp quã ſuperbiã & iniquitatem
excæcari meruerunt,ut cętera non intelligerent:qa
Cap. 53. ea quę intelligebant,impie contẽnebant. Vides,
Ioan. 5. nequaquã tibi nunc dicam,ſi Chriſtianus es,crede
dicenti Xp̃o,quia de ſe ſcripſit Moyſes, Quod ſi nõ
credis, Chriſtianus non es. Ipſe qppe uideris qd de
te ſentias, qui te ut gentilem uel Iudæum doceri de
Xp̃o expetis:ego tñ neq; hoc defugi, & oẽs tibi adi-
tus erroris quantum potui clauſi. Nec illud ſiui pa
tere præcipitiũ, qua uos cæci mittitis,dicentes fal-
ſa eſſe in Euangelio,ſicubi ueſtiæ hęreſis exitũ non
inuenerit:ut uobis nihil remaneat, quò redire poſ-
ſitis,unde Xp̃o credatis, ubi nobis hæc uox peſtilẽ
H tię nõ poſsit opponi:quinetiã ſic te doceri cupis,ut
Ioan. 20. Chriſtianũ Thomam, quẽ Xp̃s de ſe dubitantẽ nõ
eſt aſpernatus, ſed quo animi eius uulneribus me-
derel, corporis ſui cicatrices oñdit. Hæc uerba tua
ſunt. Bene ꝙ ſic te doceri exigis. Quàm.n.uerebar,
ne hoc quoq; in Euãgelio falſum eſſe contenderes.
Crede ergo cicatricibus Xp̃i, qa ſi cicatrices illę ue-
ræ erãt,uera ẽt illa uulnera fuerant: nec uera uulne
ra, niſi uera caro habere potuiſſet,hoc uerũ totum
urũm euertit errorem. Porrò ſi Xp̃s falſas cicatrices
dubitanti diſcipulo demonſtrauit,& ipſum fallacẽ
dicis ita docentẽ,& te falli cupis ita diſcentem. Sed
qa falli nemo eſt q uelit,fallere aũt multi uolũt,ma
gis te uelle intelligo,quaſi exẽplo Xp̃i fallaciter do-
cere, q̃ exẽplo Thomæ fallaciter diſcere. Proinde ſi
credis ꝙ falſis cicatricibus Xp̃s fefellerit dubitan-
tẽ, te qs uelit credere docentẽ, ac non potius caue-
re fallentẽ? At ſi ille diſcipulus ueras cicatrices teti-
git Xp̃i,uerã confiteri cogeris & carnem Xp̃i. Ita Ma
nichæus non permanebis,ſi ſic credis ut Thomas:
ĩfidelis aũt remanebis,ſi nec ſic credis ut Thomas.

Libri Sextidecimi finis.

I

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Cap. 1. Auſtus dixit, Cur legem non accipi-
Matt. 5. tis & Prophetas, cum Xp̃s eos non ſe
F uenisse ſoluere dixerit,ſed adimplere?
Quis hoc teſtatur dixiſſe Ieſum? Mat-
Matt. 17. thæus. Vbi dixiſſe? In monte Quibus
præſentibus? Petro, Andrea, Iacobo & Ioanne,qua-
tuor his tantum: cæteros enim necdũ elegerat,nec
ipſum Matthęum. Ex his ergo quatuor unus,id eſt,
Ioannes Euangelium ſcripſit? Ita. Alicubi hoc ipſe
commemorat? Nuſquam. Qũo ergo ꝙ Ioannes nõ
teſtatur, qui fuit in monte, Matthæus hoc ſcripſit,
qui longo interuallo, poſtquam Ieſus de monte de
ſcendit,ſecutus eſt eum? Ac per hoc de hoc ipſo pri
mo ambigitur, utrum Ieſus tale aliquid dixerit:qa
teſtis idoneus tacet, loquitur aũt minus idoneus:
ut interim permiſerimus nobis iniuriã feciſſe Mat-
thæo, donec & ipſum probemus hæc non ſcripſiſ-
ſe,ſed alium neſcio quem ſub nomine eius:quodq; K
docet & ipſa lectionis eiuſdẽ Matthæi obliqua nar Matt. 9.
ratio. Quid.n.dicit? Et cum tranſiret Ieſus,uidit ho
minem ſedentẽ ad teloniũ, nomine Matthæum, &
uocauit eum. At ille confeſtim ſurgens,ſecutus eſt
eum. Et quis ergo de ſe ſcribẽs, dicat, Vidit hoiem,
& uocauit eum,& ſecutus eſt eum: ac nõ potius di-
cat, Vidit me,& uocauit me, & ſecutus ſum eum: ni
ſi qa conſtat hæc Matthęũ nõ ſcripſiſſe, ſed aliũ ne
ſcio quẽ ſub eius noie? Cũ ergo ne quidẽ ſi & Mat-
thæus hoc ſcriberet,uerũ foret: qa p̃ſens nõ erat, cũ
Ieſus hęc loquebat̃ in mõte: quãto magis credendũ
nõ erit, qa nec Matthęus eadẽ ſcripſit, ſed alius ſub
nominibus & Ieſu & Matthęi? Quid ꝙ ẽt ex ipſo Cap. 2.
ſermone, quo ꝓcepit nõ putare, qa uenit legẽ ſolue
re,magis intelligi detur qa ſoluerit? Neq; n. nihil eo
tale faciẽte, Iudęi ſuſpicari hoc poſſent, Sed nolite,
inqt, putare, qa ueni ſoluere legẽ. Agedũ ergo, ſi ei
& Iudęi dixiſſent, qd porrò tu tale agis, unde hoc
ſuſpicari poſsimus? An qa circuncisionem derides, Gen. 17.
ſabbatũ uiolas, ſacrificia reſpuis, confundis cibos? Exod. 31.
Hoc eſt ergo, Nolite putare. Et qd hoc amplı᷑, quid- Deut. 14.
ve manifeſtius fieri potuit in deſtructionẽ legis ac L
Prophetarum? Aut ſi hoc adimplere ẽ legẽ, qd erit ſol-
uere? Quid ꝙ ẽt lex & Prophetæ ne adimpletione
qdẽ gaudent, adeo ſibi pleni uident̃ & cõſummati,
quorum author ac pr̃ nõ minus eis adijci indignat̃, q̃
detrahi, ut ſcribẽs in Deutero. dicat, Hæc ꝓcepta, q
mãdo tibi hodie Iſrael obſeruabis, & caue ne decli Deut. 5.
nes ab iiſdẽ, neq; in ſiniſtrã, neq; in dexterã: nec ad-
das quicquã eis, nec minuas, ſed in eiſdẽ perſeuera
bis, ut bñdicat te dñs deus tuus? Quapp ſiue adim
plẽdi cauſa Ieſus legi aliqd & Prophetis adiecit, in
dexterã uidetur lapſus: ſiue dẽpſit ut deſtrueret, in
ſiniſtrã, utrunq; certe offendit legis authorẽ: idcir-
coq; aut aliud aliqd ſignificat iſtud, aut falſum eſt.
Auguſt. rñdit. O mirabilẽ inſaniã de Xp̃o aliqd Cap. 3.
narranti, nolle credi Matthęo, & uelle credi Mani-
chęo. Si Matthęus nõ interfuit, cũ Xp̃s dixiſſet, Non
ueni ſoluere legem aut Prophetas, ſed adimplere: & Matt. 5.
ppea nõ eſt ei credendũ, nunqd Manichę᷑ interfuit,
aut iã uel natus fuit, cũ Xp̃s inter hoies apparet? Se-
cundũ hanc ergo fidei urã legẽ, nihil ei de Xp̃o te-
ſtificãti credere debuiſtis. Nos aũt nõ ppea dicim᷑,
non credendũ eſſe Manichęo, qa dictis factiſq; Xp̃i
non interfuit, & longe poſt natus eſt: ſed qa de Xp̃o M
cõtra Xp̃i diſcipulos loquit̃, & contra Euangeliũ,
quod illorũ authoritate firmatũ eſt. Habemus.n.
Apl̃i uocẽ, q in ſpirituſancto tales uenturos eſſe cer
nebat. Vnde fidelibus dicebat, Si qs uobis euange
lizauerit, præterquã quod accepiſtis, anathema ſit.
Nã ſi nemo de Xp̃o uera dicit, niſi q eũ præſens ui-
dit & audiuit, hodie de illo nemo uera dicit. Porrò
ſi hodie ppea de illo fidelibus eius uera dicunt̃, qa
illi q uiderũt & audierunt, uel ꝓdicando uel ſcribẽ
do ea diſſeminauerũt, cur ex ore Ioãnis cõdiſcipuli
ſui nõ poſſet uera Matthęus audire de Xp̃o, ubi ille
affuit, & ipſe nõ affuit, ſi ex libro Ioãnis poſſum᷑ ue
ra loq de Xp̃o, nõ ſolum nos tanto pòſt nati, ſed ẽt
poſt nos alij naſcituri? Hinc.n. non ſolũ Matthæi,
uerũetiam Lucæ ac Marci Euangeliũ, qui eoſdẽ di-
ſcipulos ſecuti ſunt, in nõ impare authoritatẽ rece-
ptũ eſt. Huc accedit, quia & ipſe dñs potuit narrare
Matthęo, quod antequã eum uocaſſet, cũ iis egerat
quos prius uocauerat. At.n. hoc ipſe Ioãnes in Euã
gelio

A gelio ſuo ponere debuit,ſi hoc dictũ à dño audie-
rat,q cũ diceretur, pręſens erat quaſi fieri non po-
tuerit,ut cũ oia quæ à dño audierat , ſcribere non
poſſet,inter alia quæ prætermiſit & hoc prætermi
Ioan. 21. ſerit,cũ in alia ſcribẽda eſſet intentus.Nonne Euã-
geliũ ſuũ ita ipſe cõcluſit,dicens, Et alia qdẽ mul-
ta fecit Ieſus,quæ ſi ſcriberentur ſingula,nec ipſum
exiſtimo capere mundũ,q ſcriberentur libros? Hic
Ioan. 12. utiq; oſtendit ſe ſcientẽ multa prætermiſiſſe, Sed ſi
de lege & Prophetis uos delectat Ioãnis authoritas
Ioãni credite atteſtãti legi & Prophetis: ipſe ſcripſit
Ioan. 5. ꝙ Eſaias uiderit Xpi gloriã, in eius habetis Euãge-
lio,(vñ iã pauloante tractauim⁹,Si crederetis Moy-
ſi, crederetis & mihi : de me.n.ille ſcripſit . Vndiq;
tergiuerſatio ueſtra cõtundiſ,aperte dicite nõ uos
credere Chriſti Euangelio , nã qui in Euãgelio qđ
Cap. 4. uultis creditis,qđ uultis nõ creditis, uobis potius
q̃ Euãgelio creditis. At q̃ elegantẽ rem ſibi uiſus
Matth 9. eſt Fauſtus dicere,ubi ꝓpterea uoluit nõ credi hęc
ſcripſiſſe Matthænm , qa cũ de ſua electione dice-
B ret,nõ ait, uidit me, & dixit mihi, ſequere me : ſed,
De cõſen. Vidit Matthæum,& dixit ei,ſequere me: qđ neſcio
Eua. li. 2. utrũ de errore imperitiæ dixerit , an de more falla-
ca. 12. i ſi ciæ:ſed nõ uſqueadeo imperitũ putauerim , ut nec
ne. Et. 28 legerit,nec audierit , ſolere ſcriptores rerum geſta-
rum, cum in ſuam perſonam uenerint , ita ſe cõte-
xere , tanq̃ de alio narrent, qđ de ſe narrent, Magis
ergo hunc arbitror nõ ut imperitũ,ſed ut imperitis
nebulas obtẽdere uoluiſſe,ſperãtẽ ſe plures eſſe ca
pturũ, q iſtũ nõ noſſent. Et in hiſtoria qdẽ rerũ ſe-
cularium talis narrationis reperiunſ exẽpla: ſed non
opus eſt, ut ex alio genere literarũ uel noſtros ad-
moneã,uel iſtũ refellã:ipſe certe pauloãte de libris
Moyſi quædã teſtimonia ita ꝓferebat,ut nõ ea ne-
garet ſcripſiſſe Moyſen , imò & affirmaret , ſed ad
Chriſtũ nõ pertinere cõtẽderet . Legat ergo i eiſdẽ
libris,q̃ de ſe ſcripſit Moyſes,utrũ ita ſcripſerit,Dixi
aut feci hoc,uel illud:& nõ potius,Dixit Moyſes,&
fecit Moyſes:aut,Vocauit me dñs:uel , Dixit ad me
dñs:& nõ potius,Vocauit dñs Moyſen:&,Dixit do
minus ad Moyſen:& oia cætera in eundẽ modum.
Ita ergo & Matthæus de ſe tanq̃ de alio ſcripſit, qđ
& Ioãnes fecit,nam circa finem libri ſui etiã ipſe ſic
Ioan. 21. loquitur,Conuerſus Petrus,uidit diſcipulũ quẽ di
C ligebat Ieſus,qui & recumbebat in cœna ſuper pe-
ctus eius,& dixerat dño,Quis eſt qui te tradet?Nũ-
quid & hic dixit,Cõuerſus Petrus uidit me?an for-
te ꝓpterea nec iſtũ putant hoc Euãgeliũ ſcripſiſſe?
Sed paulopoſt dicit , Hic eſt diſcipulus q teſtificaſ
de Ieſu,& qui hæc ſcripſit:& ſcimus qa uerũ eſt te-
ſtimoniũ eius. Nunqd ait,Ego ſum diſcipulus, qui
teſtificor de Ieſu,& qui hæc ſcripſi, & ſcimus qa ue
rum eſt teſtimoniũ meũ ? Certe manifeſtũ eſt hũc
morem fuiſſe ſcriptoꝝ, cũ geſta narrarent:q̃ multa
& ipſe dñs eadẽ locutione de ſe dicit, quis enume-
Luca. 18. rare ſufficiat ? Cum nenerit,inqı,filius hois , putas
Matt. 11. inueniet fidẽ in terra?non dixit,Cum uenero , pu-
Ioan. 5. tas inueniam?&,Venit filius hominis manducans
& bibens:nõ dixit,Veni:&,Veniet hora,& nunc ẽ,
cũ mortui audiet uocem filij dei , & qui audierint,
uiuent:non dixit,uocẽ meã: & multa huiuſmodi.
Vnde iam puto ſufficere,quæ dicta ſunt, & ad ſtu-
dioſos cõmonẽdos,& ad calũnioſos cõuincẽdos.
Cap. 5. Iã illud q̃ ſit infirmũ, quis non uidet , quod ait,
Matth 5. non eum dicere potuiſſe, Nolite putare , quia ueni
ſoluere legẽ aut Prophetas,ueni ſoluere, ſed adim- D
plere:niſi aliqd tale iã feciſſet, ut in hanc ſuſpitio-
nem poſſet uenire:quaſi nos negemus Iudæis non
intelligentibus uideri potuiſſe Chriſtũ deſtructo-
rem legis & Prophetarũ:ſed hoc ipſum eſt , cur ille
uerax & ueritas nõ potuerit de alia lege & de alijs
Prophetis dicere,ꝙ eos nõ ſolueret,niſi de ijs,quos
illi eũ ſoluere ſuſpicabantur . Quod hinc etiã ſatis
cõfirmatur,qa ibi ſequitur & dicit, Amen amen di Matth. 5.
co uobis,donec tranſeat cœlũ & terra,iota unum,
aut unus apex nõ tranſiet de lege, donec oia fiant.
Quicunq; ergo ſoluerit unũ ex mandatis iſtis mini
mis,& docuerit ſic hoies,minimus uocabitur in re
gno cœlorũ:quicunq; autẽ fecerit , & ſic docuerit,
magnus uocabitur in regno cœlorũ. Phariſæos.n.
cogitabat,cũ iſta diceret: qui ſoluebant legem fa-
ctis,& docebant uerbis. De quibus alio loco dicit,
Quæ dicunt,facite, quæ aũt faciunt, facere nolite: Matt. 23.
dicunt enim,& nõ faciunt. Propterea & hic ita ſe-
quitur,Dico.n.uobis,niſi abundauerit iuſtitia ue- Matth. 5.
ſtra plus q̃ Scribarũ & Phariſæorũ,nõ intrabitis in
regnũ cœlorũ:id eſt,niſi uos feceritis,& ita docue-
ritis,quod illi non faciunt,& ſic docent, nõ intra- E
bitis in regnũ cœlorũ . Quã ergo legem docebant
Phariſæi,& non faciebant,ipſam dicit Chriſtus nõ
ſe ueniſſe ſoluere,ſed adimplere:qa ipſa pertinet ad
cathedrã Moyſi,in qua ſedentes Phariſæi, & dicen
tes,nec facientes,audiendi ſunt,nõ imitãdi. Nec Cap. 6.
intelligit Fauſtus,aut forte ſe fingit non intelligere
quid ſit implere legem,cũ hoc de uerborum adie-
ctione putat accipiendum , qa ſcriptum eſt, ne qd
addatur ſcripturæ dei , uel detrahatur : unde dicit Deute. 5.
nõ debuiſſe adimpleri,qđ ita perfectũ cõmendaſ, & 12.
ut nihil addendum minuendũq; ſit. Neſciunt ergo
iſti quomodo adimpleat legẽ , qui ſic uiuit ut lex
præcepit. Plenitudo enim legis charitas:ſicut dicit Roma. 13
Apl's. Iſtã charitatẽ dñs exhibere & donare digna-
tus eſt,mittẽdo fidelib⁹ ſuis ſpiritũſanctum . Vnde
item dicit idẽ Apoſtolus , Charitas dei diffuſa eſt Roma. 5.
in cordibus noſtris per ſpiritumſanctũ , qui datus
eſt nobis. Et ipſe dñs, In hoc ſcient oẽs qa diſcipu- Ioan. 13.
li mei eſtis,ſi uos inuicem diligatis . Impletur ergo
lex,uel cum fiunt quæ ibi præcepta ſunt, uel cum
exhibentur q̃ ibi prophetata ſunt. Lex.n per Moy- Ioan. 1.
ſen data eſt,gratia & ueritas per Ieſum Chriſtũ fa- F
cta eſt. Ipſa lex cũ impleta eſt,gratia & ueritas facta
eſt. Gratia pertinet ad charitatis plenitudinem,ue-
ritas ad prophetiarũ impletionem. Et qa utrunq; p
Chriſtum, ideo non uenit ſoluere legem aut Pro-
phetas,ſed adimplere: non ut legi adderentur quæ
deerant,ſed ut fierent quæ ſcripta erant: quod ipſa
eius uerba teſtantur. Non.n.ait,Iota unũ,aut unus
apex non tranſiet à lege,donec addantur quæ de-
ſunt:ſed,donec omnia fiant.

Libri Septimidecimi finis.

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

f AVSTVS dixit , Non ueni legem Cap. 1.
ſoluere,ſed adimplere. Sed enim hoc, Matth. 5.
niſi aliud forte ſignificat , à Chriſto
dictum credere , non minus tibi con
trarium ſcias eſſe, quàm mihi : uterq;
enim noſtrum ſub hac opinione Chriſtianus eſt,
quia Chriſtum in deſtructionem legis ac Prophe-

G tarum ueniſſe putauimus. Quod ſi tu uerbo inte-
rim fateri non uis, attamen id operibus indicas. In-
de.n.eſt, ꝙ legis ac Prophetarum præcepta & ipſe
contemnis, inde ꝙ nouum teſtm̄ Ieſum condidiſſe
utrique fatemur: quo quid aliud, q̃ deſtructionem
fatemur ueteris teſtamenti? Quæ cum ita ſint, qũo
Chriſtum illud dixiſſe credemus, niſi ante noſmet
ipſos damnemus ſtultæ in præteritum opinionis,
& ad pœnitudinem recurramus, obſequamurq́; le-
gi de integro ac Prophetis, atq; eoꝝ curemus qua-
liacunq; ſunt obſeruare mandata? Quod cũ feceri-
mus, tunc deniq; uere crediderimus dixiſſe Ieſum,
qa nõ uenerit legẽ ſoluere, ſed adimplere. Nunc au
tem falſum eſt, qa nec tu id credis, de quo me ſolũ
Cap. 2. incuſas. Sed eſto, licuerit in præteritum erraſſe,
Quid nunc tandem, placet ne ire ſub legem, ſi eam
Luc. 12. Chriſtus non tam ſoluit, ſed adimpleuit? Placet cir
cuncidi, id eſt, pudẽdis inſignire pudẽda, & deum
credere ſacramẽtis talibus delectari? Placet ſuſcipe
Exo. 31. re ſabbatoꝝ ocium, & ſaturniacis manus inſertare
H catenis? Placet ingluuiem Iudæoꝝ dæmoniis: neq;
enim deo, nunc tauros, nunc arietes, nunc etiã hir-
cos, ut nõ & hoies dicam, cultris ſternere: ac pp qđ
idola ſimus exorſi, id nunc exercere crudelius ſub
Luc. 11. Prophetis ac lege? Placet deniq; feralium ciborum
Deut. 14. quædam exiſtimare munda, quædã in imundis &
contaminatis habere? ex qbus inquinatiorẽ porci
Eſaie. 65. nã lex aſſerunt & Prophetæ. Negabis profecto ho-
rum: quicquam faciendũ nobis uolẽtibus perſeue
rare eſſe quod ſumus: qm̃ quidẽ Chriſtũ dicentem
audias: dupliciter filiũ gehennæ fieri eum, qui fue-
rit circuncifus. Sabbatũ uero nec ipſum ſeruaſſe ui
Matt. 15. deas, nec uſquã mandaſſe ſeruandũ. De cibis item
ipſum aſſeuerantẽ audias, nullo eoꝝ inquinari ho
minẽ, quæ in os ingrediunt, ſed ea potius, quæ de
Oſee. 6. ore ꝓcedunt, polluere. De ſacrificiis itẽ frequẽtem
Matth. 9. ipſius eſſe ſermonẽ, deũ miſericordiam uelle, non
& 12. ſacrificium. Hæc igit ſi ita ſunt, ubi illud erit, nõ eũ
Matth. 5. ueniſſe ſoluere legem & Prophetas, ſed adimplere?
Quód ſi dixit, aut aliud ſignificãs dixit, aut, qđ ab
ſit, mẽtiens dixit, aut oino nec dixit. Sed Ieſum qdẽ
mentitũ eẽ nullus dicat, duntaxat Chriſtianus: ac
per hoc aut aliter dictũ eſt, aut oino nec dictum.
Cap. 3. Et tñ me quidẽ iam aduerſus capituli huius ne-
I ceſsitudinẽ Manichæa fides reddidit tutum, quæ
principio mihi, nõ cunctis quæ ex Saluatoris noie
ſcripta leguntur, paſsim credere perſuaſit: ſed ꝓba
re ſi ſint eadẽ uera, ſi ſana, ſi incorrupta: eſſe.n. per
Matt. 13. mixta zizania, q̃ in cõtagiũ boni ſeminis ſcripturis
penè oibus noctiuagus quidã ſeminator inſperſe-
rit: idcircoq́; me ne hic qdẽ terruerit ſermo, quan-
uis reuerendi noīs pręſe ferat inſcriptionẽ, qa pro-
bare mihi adhuc ex ꝓpoſito licet, utrũmne & hic,
†al. inter dicam. tritici † ſatoris & boni ſit, an nocturni illius, & peſ
ſimi: tu uero q temere oia credis, qui naturę benefi
cium rõnẽ ex hoibus damnas, cui inter uerum fal
ſumq́; iudicare religio eſt, cuiq́; bonũ à cõtrario ſe
parare, nõ minus formidini eſt, q̃ infantib⁹ Lamię:
qđ facturus eris, cũ te in capituli huius anguſtiam
neceſsitas coget? Dico aũt, cum te Iudęus, ſeu quis
alter ſermonis iſtius non inſcius interpellabit, qđ
ita legis & Prophetarum præcepta non ſerues, cũ
Chriſtus eadẽ nõ ſe ueniſſe ſoluere dicat, ſed adim
plere. Nempe cogeris aut uanę ſupſtitioni ſuccũbe
re, aut capitulum ꝓfiteri falſum, aut te Xp̃i negare
diſcipulũ. Auguſtinus rñdit, Iam toties exploſa Cap. 4.
atq; conuicta qa repetis, nos quoq;, quibus ea con- K
uincimus, repetere non pigebit: ea Chriſtiani ex le
ge & Prophetis nõ faciunt, qb⁹ ſignificata ſunt iſta
quæ faciunt. Illæ qppe erant figuræ futuroꝝ, quas
reb⁹ iſtis ꝑ Xp̃m reuelatis & p̃ſentatis auferri opor
tebat, ut eo quoq; ipſo, ꝙ hęc ablata ſunt, lex & Pro
phetę implerent. Ibi quippe & hoc ſcriptũ eſt, datu
rum deũ teſtm̃ nouum, nõ quale dedi, inquit, pa- Hier. 31.
tribus eoꝝ. Populus.n. ille pro ſuo corde lapideo, Hebr. 8.
multa præcepta magis ſibi congrua q̃ bona acce-
perat, qbus tñ figurentur & prophetarẽtur futura:
ſed à non intelligentibus celebrabantur. Cum au-
tem uenerunt & patefacta ſunt, quæ illis ſignifica-
bantur, nõ iã illa iubent facienda, ſed leguntur in-
telligenda. Vnde ibi de hac etiã re futura dr̃, Auferã Ezec. 11.
eis cor lapideũ, & dabo eis cor carneum: id eſt, nõ
cor ſine ſenſu, ſed cor cũ ſenſu. Vnde traxit Apl's cũ
ait, Nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis car 2. Cor. 3.
nalib⁹. Quid.n. aliud dixit, q̃ cor carneũ? Quia er-
go & hoc prędictũ erat, magis ſi iſta de noſtra cele L
bratione nõ auferrentur, nõ implerent lex & Pro-
phetę, qa nõ fieret qđ prædixerant. Cũ uero & hoc
fit, inde potius intelligunt adimpleri, unde uobis
uidentur nõ adimpleri. Nec nos terret inſultatio Cap. 5.
tua, ꝙ ſabbatoꝝ ocium, catenas Saturniacas appel
las. Vana eſt.n. & inepta, nec tibi hoc dicere ueniſ-
ſet in mẽtem, niſi qa uos in die, quẽ dicũt Solis, So
lem colitis. Sicut aũt nos eundẽ diẽ dominicũ di-
cimus, in eo ꝙ nõ iſtũ ſolẽ, ſed reſurrectionem dñi
ueneramur: ſic ocium ſabbatoꝝ ſine Saturni uene
ratione à patribus obſeruatum eſt, cũ ſic illud ob-
ſeruari oportebat. Erat.n. umbra futurorum, ſicut Coloſ. 2.
Apl's teſtis eſt. Diebus quippe iſtis, quoꝝ ſeptena-
rius numerus in orbem redit, deoꝝ ſuoꝝ nomina
gentes impoſuerunt. De quibus ait Apl's, ꝙ colue- Roma. 1.
runt & ſeruierunt creaturę potius q̃ creatori: quos
in hac parte etiã uos imitamini, niſi ꝙ cũ eis luci-
diora duo lumina, cætera uero ſydera nõ cum eis
adoratis: ſed & menſibus impoſuerunt noia deoꝝ
ſuoꝝ. Propter honorẽ quippe Romuli, qa eum Mar
tis filiũ crediderunt, primũ menſem Marti dican-
tes, Martium uocauerunt. Et inde Aprilẽ nullo dei
ſui noie, ſed à re ipſa, quaſi aperilẽ, ꝙ tunc primum
germen aperiatur in florem. Inde tertium menſem M
Maium, ꝙ Maiam Mercurij matrem deam colant.
Inde quartum Iunium à Iunone. Inde cæteros uſq;
ad Decẽbrẽ a numeris noiarunt. Sed ea eis Quinti
lis atq; Sextilis noibus hoium, qbus diuinos hono
res decreuerant, appellati ſunt, Iulius & Auguſtus:
nã ſeptimus Septẽber & cęteri, ut dixi, uſq; ad Decẽ
brem numeroꝝ ex ordine nominibus enunciant.
Porrò Ianuarius a Iano appellatus eſt, Februarius
à Februis ſacris lupercoꝝ. Vultis ergo ut uos dica-
mini in menſe Martio Martẽ colere? Illo.n. mẽſe be
ma ueſtrũ cũ magna feſtiuitate celebratis. Si autẽ
uobis in menſe Martio hoc eē arbitramini, aliud cõ
ſiderare nõ Martẽ, cur ex die ſeptimo, qđ ſabbatũ
à requie nominatũ eſt diuinis ſcripturis, Saturnũ
importare conamini, qa eũ diem Saturni gẽtes ap-
pellauerunt: nempe iã uidetis cũ quanta impietate
deliretis. De ſacrificiis autẽ aialium quis noſtrũ Cap. 6.
neſciat, magis ea peruerſo populo congruenter im
poſita, q̃ deo deſideranti oblata? Sed tamen etiã in
his figuræ noſtræ fuerunt, qa noſtra mundatio, &

A dei ꝓpiciatio nobis ſine ſanguine nulla eſt: ſed illa
rũ figurarũ ueritas Chriſtus eſt cuius ſanguine re-
dempti & mũdati ſumus: nam in figuris eloquioꝝ
diuinoꝝ,& taurus dictus eſt ꝑ uirtutẽ crucis, cu-
ius cornibus impios uentilauit:& aries, ꝑ inocen
Roma. 8. tię principatũ:& hircus,ꝑ ſimilitudinẽ carnis pec
cati,ut de pctõ damnaret pctm̃:& ſi qd aliud ſacri-
ficij genus expreſsius cõmemoraueris , In eo quoq;
tibi Chriſtũ prophetatũ eſſe monſtrabo. Quocirca
ſiue circuncisio,ſiue ſabbatũ,ſiue differentia cibo
rum, ſiue imolatio ſacrificioꝝ , omnia hæc figuræ
Matth. 5. noſtri fuerunt & prophetiæ: quas xp̃s non ſoluere,
ſed adimplere uenit,cum ea quæ his prænũciaban
1. Cor. 10 tur,impleuit:attende cui contradicas,cum Aplõ ex
Cap. 7. Aplõ dico,Oia hæc figuræ noſtræ fuerunt. Nam
ſicut te Manichæus impiam docuit peruerſitatem,
ut ex Euangelio , quod hæreſim tuã non impedit,
hoc accipias:quod autẽ impedit,non accipias : ſic
Galat. 1. nos Apl̃s docuit piam prouiſionẽ , ut quiſquis no-
bis annunciauerit præter id quod accepimus,ana-
Matt. 13. thema ſit. Vnde Chriſtiani catholici & uos inter zi
zania numerant , quia dñs expoſuit quid ſit ziza-
B nia,non aliqua falſa ueris ſcripturis immiſſa , ſicut
tu interpretaris,ſed hoies filios maligni.i.imitato-
res diabolicæ falſitatis. Nec oĩa temere credunt , &
ideo Manichæo , cæteriſq; hæreticis non utiq; cre-
dunt . Nec rationem ex hominibus damnant , ſed
quã uos dicitis eſſe rationem,errorem eſſe conuin-
cunt . Nec uerũ falſumq; iudicare impium putant:
ideo ueſtram ſectam falſiſsimam, fidẽ autẽ catho-
licam uerißimam iudicant . Nec bonũ à contrario
ſeparare formidant, ſed malũ non eſſe naturã,quia
contra naturã eſt,intelligunt: nõ gentẽ neſcio quã
tenebrarũ, aduerſum diuina regna à ſuo principio
naſcentẽ & rebellantẽ,quæ uere ampliorẽ formidi
nem intulit deo ueſtro,q̃ infantibus Lamiæ: quip-
pe quem dicitis , ne ſua mẽbra illius impetu capta
& uaſtata conſpiciat,uelum contra ſe poſuiſſe. Pro
inde nullas ex hoc capitulo patiuntur anguſtias,ꝙ
quaſi legis & Prophetarum præcepta non ſeruent:
quia ex gratia Chriſti habent legitimam charitatẽ
dei & proximi, i quibus duobus præceptis tota lex
Matt. 22. pendet & Prophetæ: & quæcunq; ibi uel rebus ge-
ſtis,uel ſacramentoꝝ celebrationibus,uel locutio-
C num modis figurate prophetata ſunt,in Chriſto &
in Eccleſia impleri cognoſcunt. Vnde nec uanę ſu-
perſtitioni ſuccumbimus, nec illud Euangelij capi
tulum falſum eſſe dicimus , nec Chriſti diſcipulos
nos negamus: quia ea ratione ueritatis , quam pro
meis uiribus toties expoſui,non aliã legẽ,nec alios
Prophetas,q̃ eos , quos catholica tenet authoritas,
non uenit ſoluere,ſed adimplere.

Libri Decimioctaui finis.

LIBER DECIMVSNONVS.

Cap. 1. Matth. 5.

F Auſtus dixit,Non ueni ſoluere legem
& Prophetas , ſed adimplere . Ecce iã
conſenſio dictũ. Quærendum tñ eſt,
cur hoc dixerit Ieſus, utrũm ne com-
palpandi Iudæoꝝ furoris cauſa, quia
ijdem ſacroſancta ſua ab eodẽ conculcari uidẽtes,
indignarentur : eumq; ac ſi impium ac male ſanũ,
nec audiendũ quidẽ exiſtimarent,nedum ſequen-
dum:an ut nos,qui ei credebamus ex gentibus,in-

ſtitueret atq; informaret, patiẽter ac morigere man D
datoꝝ ſubire iugum,qd ceruicibus noſtris Iudęoꝝ
lex imponeret ac Prophetæ. Sed hoc quidẽ nec te
ipſum putare credo , ꝙ Ieſus hoc uerbũ protulerit,
ut nos Hebræoꝝ legi addiceret , aut Prophetis . Ac
per hoc,ſi hęc non fuit cauſa dicẽdi,illa alia debet
eſſe,quam dixi. Iudæos.n.uerbis ſemper, atq; operi
bus Chriſti uehementer inſidiatos eſſe , nemo qui
neſciat . Ex quibus cum ijdem colligerent legẽ ac
Prophetas ſuos ab eodẽ ſolui, indignarent neceſſe
eſt,ac per hoc reprimendi furoris eoꝝ gratia nõ ab
re fuerit dixiſſe, ut reputarent quia non ueniſſet le-
gem ſoluere,ſed adimplere. Nec hoc ipſum mẽtitus
eſt,nec fefellit:indifferenter.n.& abſolute nomina
uit legẽ. Sunt autẽ legum genera tria:unũ quidẽ Cap. 2.
Hebræoꝝ, quod peccati & mortis Paulus appellat:
aliud uero gentiũ,quod naturale uocat. Gentes.n. Roma. 2.
inquit,naturaliter quæ legis ſunt, faciũt:& eiuſmo
di legẽ non habentes , ipſi ſibi ſunt lex, qui oſten-
dunt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis . Tertium
uero genus legis eſt ueritas , quod perinde ſignifi-
cans Apl̃s dicit , Lex.n.ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu Roma. 8.
liberauit me à lege peccati & mortis . Tribus ergo E
exiſtentibus legibus,& Ieſu aſſeuerante nobis,quia
non uenit ſoluere legem,ſed adimplere:non parua Matth. 5.
cura ac diligẽtia opus eſt,de qua earum dixerit in-
telligere. Itẽ Prophetæ,alij ſunt Iudęoꝝ,alij gentiũ,
alij ueritatis. Sed de Iudęoꝝ quidẽ nullus quæſiue
rit,notum eſt.n. De gentium uero ſi quis ambigit,
audiat Paulũ , qui ſcribens ad Titum de Cretenſi-
bus,dicit,Dixit quidã proprius eoꝝ Propheta. Cre- Titum. 1.
tenſes ſemper mẽdaces,malæ beſtiæ,uentres pigri
ac per hoc dubitandũ non eſt & gẽtes ſuos habere
Prophetas. Necnõ & ueritatẽ habere ꝓphetas ſuos,
tam idẽ Paulus ſignificat,q̃ etiã Ieſus . Et Ieſus qdẽ,
ubi dicit,Ecce mitto ad uos ſapientes & Prophetas Matt. 23.
& ex ipſis interficietis in ſingulis locis. Paulus uero
cum dicit. Ipſe dñs conſtituit primũ Aplõs, deinde 1. Cor 12.
Prophetas. Lege ergo tripartita, & tripertitis Pro Cap. 3.
phetis,de quõ nã eoꝝ Ieſus dixerit , nõ ſatis liquet,
eſt tñ conijcere ex conſequẽtibus. Etenim ſi circun
ciſionem ſtatim nominaret,& ſabbata & ſacrificia
& obſeruationes Hebraicas, inq; eas aliqd adimple Leuit. 12.
tionis gr̃a protuliſſet,dubium non erat quin de Iu- Exod. 31.
dæoꝝ lege dixiſſet & Prophetis,qa eos non ſoluere F
uenerit , ſed adimplere . Vbi uero hoꝝ quidẽ nihil
memorat,ſola uero recenſet antiquiora pręcepta.i.
Nõ occides,nõ mœchaberis,nõ peierabis:hæc aũt Exo. 20.
erant antiquitus i nationibus, ut eſt in prõpcu pro
bare, olim promulgata p Enoch & Seth & cæteros
eoꝝ ſimiles iuſtos , qbus eadẽ illuſtres tradiderint
angeli temperandæ in hoibus gratia ueritatis , cui
non uideatur hoc eum de ueritatis dixiſſe lege , &
eius Prophetis . Deniq; etiam adimpletio probatur
eius circa hęc eadẽ,quę promiſit. Quid n. dicit? Au Exo. 20.
diſtis dictũ eſſe antiquis , Nõ occides:ego aũt dico Matth. 5.
uobis,ne iraſcamini quidem:adimpletio eſt Audi
ſtis dictũ eſſe,Non mœchaberis : ego aũt dico uo-
bis,ne concupiſcatis qdẽ:adimpletio eſt. Dictũ eſt,
Nõ peierabis:ego aũt dico,ne iuretis quidẽ : æque
adimpletio eſt in his.n & priora roborat,& qd de-
fuit,adijcit . Vbi uero Iudæoꝝ quædã iuſſiſſe eſt no-
minaſſe,illa quidẽ nec adimpleuit,ſed etiã penitus
eradicauit ꝑceptione contrariorũ Quid.n.ſequit? Exod. 21.
Audiſtis dictũ eſſe,oculũ ꝓ oculo,dentẽ pro dẽte: Matth. 5.

G ego aūt dico uobis,qui te percuſſerit in maxillam, præbe illi & alterā: hoc iam deſtructio eſt. Dictum
Leuit.19. eſt,inqt,Amabis amicū tuū, & oderis inimicū tuū,
Matth.5. ego aūt dico uobis,amate inimicos ueſtros, & pro perſecutoribus ueſtris orate: æque deſtructio eſt.
Deut.24. Dictū eſt,Qui uoluerit uxorē dimittere, det ei repu
Matth.5. dium: ego aūt dico, quicunq; uxorē ſuā dimiſerit, excepta cauſa fornicationis, & ipſam mœchari faciet,& is erit mœchus,ſi poſtea alterā duxerit. Hæc igit ſunt de manifeſto Moſeos pcepta,idcirco& deſtructa illa ueterū iuſtoꝝ,& ob hoc adimpleta. Qđ ſi & tibi ita intelligere placet,non ab re erit & illud dixiſſe Ieſum, qa non uenit ſoluere legē, ſed adimplere,Sin hęc nřa tibi diſplicet expoſitio, aliā quęre:tm ne Ieſum mētitū dicere cogaris,aut te neceſſe ſit Iudęū fieri:ne etiā nunc legē ſoluere perſeueres,
Cap. 4. quā ipſe non ſoluit. Et tñ hoc ſi,mihi Nazaræorū obijceret quiſquā,quos alij Simmacianos appellāt, φ Ieſus dixerit,non ſe ueniſſe ſoluere legē:aliquantiſper hæſiſſem incertus qđ ei rñderem. Nec imeri-
H to,ueniebat.n.corpore atq; aio ſimul, lege obſitus
Leuit.12. ac Prophetis:nam hmōi,quos aio, & circūciſionē
Exod.31. portant,& obſeruāt ſabbatū,& porcina ac reliquis
Deut.14. abſtinent hmōi, quæ præcepit lex, ſub Chriſtiani quamuis nominis profeſsione, decepti etiā ipſi, ut intelligi datur, hoc ipſo capitulo, quo & tu, qa Xp̄s non ad ſoluendā legē ſe ueniſſe dixerit, ſed adimplendam. Quare cū talibus eſſet mihi non puſillū, ut dixi,certamen,donec capituli huius à me moleſtiam demolirer: tibi uero nequaquā congredi me tuam,nullis contro uiribus, & impudentia potius laceſſenti,ut facilius tentari me puſē abs te, ſi cogi, ut credā dixiſſe Xp̄m, qđ nec te uideam credi diſſe. Nec.n.quicquā eoꝝ præferens,qbus lex & Prophetæ non ſolui uideantur,ſed adimpleri,me tanq̃ deſidē obiurgas ad prævaricatorē, ex huius obiectione capituli. An & tu iam detruncatoꝝ inguinū obſcœno illo ſignaculo gloriaris,tanq̃ Iudæus aut Nazareus? An ſupercilium de obſeruatione ergis ſabbatoꝝ? An de porcinæ abſtinentia tibi cōſcius gaudes? An deniq; de uictimarū ſanguine,& holocauſtoꝝ nidoribus Iudæoꝝ te exaturaſſe deū exultas? Quōd ſi hoꝝ feciſti nihil, qđ ita Xp̄m non ueniſſe
Cap. 5. legē ſoluere,ſed adimplere cōtendis? Quare inde-
I ficientes ego præceptori meo refero grãs,qui me ſimiliter labātē retinuit,ut eſſem uel hodie Chriſtianus.Nam ego quoq;, cum capitulū hoc imprudens legerē, quēadmodu tu,,penè ieram in conſiliū Iudæus fieri.Nec imerito. Etenim ſi Xp̄s legē non uenit ſoluere,ſed adimplere: adimpletio aūt nunq̃ in uaſe inani dicitur, ſed in ſemo, ſolus mihi uidebat Iſraelita poſſe Chriſtianus fieri, q̃ refertus maxima ex parte lege ac Prophetis,ad Xp̄m ueniret, replendus eo,cuius adhuc uideretur eſſe capacior, ſi tñ & ipſe priora nō ſolueret: alioquin nec circa eū adimpletio hæc eſſet, ſed exhauſtio. At ego ex gentibus ueniens,incaſſum me acceſsiſſe putabā ad Xp̄m,qa nihil tale afferrem,qđ in me de ſuis poſſet adiectio-
Exod.31. nibus adimpleri. Quęrens ergo quæ nā eſſet prior
Gene.17. illa mēſura,inuenio ſabbata, peritomen,ſacrificia,
Leuit.12. neomenias,ac baptiſmata, azymophagias, cibotū
Deut.14. diſcretiones, potuū,ueſtimentoꝝ, & alia,quæ percurrere longū eſt. Arbitratus ergo ſum hoc eē, nec aliud quicquā, φ ſe Xp̄s nō ueniſſe ſoluere dixerit, ſed adimplere.Nec imerito.Quid.n.lex ſine māda-

tis? quid Prophetæ ſine præſatib? Adhæc inuenio K
etiam amarū illic indictū maledictū aduerſus eos, Deut.27.
qui nō permanſerint in oibus,quę ſcripta ſunt i libro legis illius,ut faciant ea. Et illinc ergo maledictum metuēs tanq̃ dei, & hinc Xp̄m tanq̃ eius filiū dicentē,audiens,φ non uenerit eadem ſoluere,ſed adimplere: uide ſi quid impedire iā poterat, quin factus eſſem Iudæus. Sed huic periculo me Manichæi uenerandi fides eripuit. Tu tñ quid fiduciæ Cap. 6.
gerens,hæc obijcias quæro, aut quare cōtra me id eſſe pntes ſolū, φ tibi non minus uideatur eſſe contrarium. Si Xp̄i non eſt legē ſoluere & Prophetas, utiq; nec Chriſtianoꝝ. Cur ergo eadē uos ſoluitis? An ſenſim fatemini uos nō eſſe Chriſtianos? Quid legi & Prophetis oibus ſacroſanctū illū ſabbatoꝝ diē, in quo & mūdi ipſum opificē deū requieuiſſe teſtātur,uos oi opere prophanatis,nec pœnā mortis,quā aduerſum uiolatores eius ſtatuit,nec maledicti pertimeſcentes infamiā? Quid & a circunciſionis dedecoroſo illo ſignaculo,legi ac Prophetis oibus honorato,& maxime Abrahæ, poſt opinatam L
ſuā fidē ſinus defenditis ueſtros: præſertim cum & peritturū oēm de plebe ſua perhibeat Iudęoꝝ deus, quicunq; nō hac fuerit ignominia pſignatus? Cur & ſacrificia, legitima, quę nec Moyſes ac Prophetę ſub lege,nec ſub fide ſua in ſecūdis habuit Abraham,uos ſpernitis? Cur uerò & ciboꝝ indifferentia Deut.14.
aias polluitis ueſtras,ſi hæc,ut creditis, oia Xp̄s nō uenit ſoluere,ſed adimplere? Cur & azymoꝝ anni- Matth.5.
uerſale ius,& mactationis agninę ſacrū, qđ in æter Exod.12.
num ſeruare lex & Prophetę pręcipiūt, uos impiatis? Cur deniq; neomenias, & baptiſmata,& ſceno- Leuit.23.
pegia,ac reliqua hmōi legis atq; Prophetarū ſacramenta carnalia,parū deuitatis irrumpere, ſi eadem Xp̄s minime deſtruxit? Quare nō iniuria dixerim, quia ſi uultis ut ratio uobis contēptus iſtius conſtet,oportet aut uos negare Xp̄i eſſe diſcipulos, aut tandē fateri ipſum oia hæc deſtruxiſſe priorē. Qđ cum fueritis confeſſi,tunc & illud conſequitur, ut aut falſo fateamini ſcriptū eſſe, tanquam idē dixerit,nō ſe ueniſſe ſoluere legē,ſed adimplere:aut ne- Matth.5.
ſcio quid hoc lōge aliud,q̃ uos putatis ſignificaſſe.

Auguſtinus rñdit,Quia iā conſentis dixiſſe xp̄m, Cap. 7.
Nō ueni ſoluere legē uel Prophetas,ſed adimplere: durum.n.tibi uidetur aduerſus Euangelicā autho M
ritatem uenire:durū etiam tibi uideatur uenire ad uerſus Ap̄lm,dicentē,Oia hęc figurę noſtrę fuerūt. 1. Cor.10
Item dicentē de Chriſto, Quia nō fuit etiā & non, 2. Cor. 1.
ſed etiā in illo erat. Quotquot.n promiſsiones dei ſunt,in illo etiā.i.in illo exhibitæ, in illo adimpletæ: & ſine caligine uidebis, & quā legē adimplere uenerit,& eam quo pacto adimplere uenit. Nec per ges extendi per tria genera legis,& tria genera Prophetarum,quęrens quā exeas,& nō inueniens. Manifeſtum eſt.n.& luce clarius hoc etiā noui teſtamenti ſcriptura ſæpe teſtatur, quam legem & quos Prophetas xp̄s non uenerit ſoluere, ſed adimplere. Ipſa eſt n.lex, quæ p Moyſen data,gratia & ueritas Ioan. 1.
per Ieſum xp̄m facta eſt. Ipſa eſt inq̃ lex per Moyſen data,de quo xp̄s ait,De me.n.ille ſcripſit. Certe.n. Ioan. 5.
ipſa eſt lex quæ ſubintrauit, ut abundaret delictū, Roma. 5.
qđ ad eius reprehenſionē,nihil intelligētes, in ore habere conſueuiſtis. Ibi ergo legē & uide, quia ipſa eſt de qua dicitur,Itaq; lex quidē ſancta, & mādatū Roma. 7.
ſanctum,& iuſtum & bonū. Quod ergo bonū eſt, mihi

A mihi factũ eſt mors? Abſit. Sed peccatum ut appareat pctm̃,p bonũ mihi operatũ eſt mortẽ. Neq;.n. lex iubebat delictũ, ut illa ſubintrante, abundaret delictũ: ſed ſuperbos multũ ſibi tribuentes, mandati ſancti & iuſti & boni adiectio reos etiã præuaricatiõis effecerat, ut eo modo humiliati, diſceret, ad gratiã pertinere p fidẽ, ut iã nõ eſſent legi ſubditi p reatũ, ſed legi ſociati p iuſtitiam. Idem quippe
Galat. 3. Apls dicit, Quia priuſquã ueniret fides, ſub lege cuſtodiebamur cõcluſi in eam fidẽ, quæ poſtea reuelata eſt. Itaq; lex, inquit, pædagogus noſter erat in Chriſto Ieſu: ſed poſteaq; uenit fides, iã non ſumus ſub pædagogo: qa nos reatus legis non obligat, iã per gratiam liberatos. Nanq; anteq; ſpiritalem gratiam humiliati reciperemus, nihil niſi mortificabat nos litera, iubens quod nõ poſſemus implere.
2. Cor. 3. Vnde idẽ dicit, Litera occidit, ſpiritus autẽ uiuificat.
Galat. 3. Rurſus eiuſdem Apoſtoli uerba ſunt, Si.n. data eſt lex, quæ poſſet uiuificare, oĩno ex lege eſſet iuſtitia: ſed concluſit ſcriptura oĩa ſub peccato, ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Itẽ
Roma. 8. ipſius uerba ſunt. Quod.n. impoſſibile erat legis,
B in quo infirmabaẽ p carnem, deus filiũ ſuum miſit in ſimilitudinẽ carnis peccati, ut de peccato dãnaret pctm̃ in carne, ut iuſtitia legis impleretur in nobis, qui nõ ſcdm carnem ambulamus, ſed ſecundũ
Matth. 5. ſpiritum. Ecce quod eſt, Non ueni legem ſoluere, ſed adimplere. Quia lex.n. ſuperbos etiã præuaricationis reatu deuinxit augendo peccatũ, cũ iubet qđ implere nõ poſſunt: ipſius legis impleẽ iuſtitia per grãm ſpiritus in eis qui diſcunt à Chriſto mites eſſe, atq; humiles corde: q uenit non legem ſoluere, ſed adimplere. Deinde quia, etiã ſub gratia poſitis, in hac mortali uita difficile eſt omnimodo implere qđ in lege ſcriptũ eſt, Non cõcupiſces: ille p carnis ſuæ ſacrificium ſacerdos effectus, imperat nobis indulgẽtiã, etiã hinc adimplens legẽ: ut qđ per noſtrã infirmitatẽ minus poſſumus, per illius pfectionem recuperẽ, cuius capitis mẽbra effecti ſu-
1. Ioan. 2. mus. Vnde Ioannes dicit, Filioli, hæc ſcribo uobis, us nõ peccetis: & ſi qs peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Ieſum Xpm̃ iuſtũ: ipſe eſt exoratio
Cap. 8. C pro peccatis nr̃is. Prophetias aũt ſic adimpleuit, cũ in eo ueritas facta eſt, pmiſſio dei. Hoc pauloan-
2. Cor. 1. te ex Apl̃o cõmemoraui, dicente, Quotquot.n. pro-
† aliâs, etiam. miſſiones dei, in illo eſt. ✱† Idẽ rurſus dicit: Dico enim Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe circunciſionis pp ue-
Roma. 15. ritatem dei, ad cõfirmandas pmiſſiones patrum. Quod ergo in Prophetis, ſiue aperte ſiue p figuras, uel locutionũ uel actionũ promittebatur, in illo
Matt. 5 adimpletũ eſt, q non uenit ſoluere legẽ & Prophetas, ſed adimplere. Hoc aũt uos nõ intelligitis, qa ſi quædã facta & celebrationes, quæ figuræ erant uẽtura prænunciantes, adhuc à Chriſtianis fierent, nihil ſignificaretur, niſi nõdũ ueniſſe, q̃ tũc figuris
† aliàs, quæ dudum illis figuris. † prænunciabanẽ. Quod.n. adhuc uenturũ prænũciatur, aut nondũ uenit, aut ſi iam uenit, ſuperfluo uel fallaciter prænunciaẽ. Quapropter unde nobis uidetur Xps non impleſſe Prophetas, qa non fiunt à Chriſtianis quædã, quæ p Prophetas ab Hebręis ut fierent, inſtituta ſunt, inde potius probaẽ impleſſe. Vſqueadeo.n quicqđ p huiuſmodi figuras prophetabatur, impletũ ẽ, ut iam p illas nõ propheteẽ.
Matt. 11. Ad hoc pertinet etiã qđ ipſe dñs ait, Lex & Prophe-
Galat. 3. tæ uſq; ad Ioannem. Lex enim, quæ præuaricatores abundanti reatu concludebat in eam fidem quæ D poſtea reuelata eſt, gratia facta eſt per Ieſum Xpm, per quem ſuperabundauit gratia: ac per hoc impleta eſt p grãm liberantẽ, quæ nõ implebaẽ p literam iubente. Item in ipſa lege uniuerſa Prophetia, quæ non tantum uerbis, ſed etiã quarundam actionũ figuris ſaluatoris promittebat aduentum, ueritas facta eſt per Ieſum Chriſtũ. Lex.n. per moyſen data Ioan. 1. eſt, gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Ex cuius aduentu iam regnũ dei cœpit annunciari, quia lex & Prophetæ uſq; ad Ioannem, Lex ut reos faceret, q deſiderarent ſalutẽ: Prophetę, ut promitterent ſaluatorem. Cæterũ prophetas alios extitiſſe iam in Eccleſia poſt aſcenſionẽ Chriſti, quis neſciat? De qbus Paulus dicit, Et quoſdã cõſtituit 1. Cor. 12. in Eccleſia, primũ Apl̃os, deinde Prophetas, tertio doctores: & cętera Nõ itaq; de illis dictũ eſt, Lex & Prophetæ uſq; ad Ioãnẽ: ſed de ijs qui primũ Chriſti aduentũ prophetauerunt. Quia aduentus impletus, non utiq; adhuc poſſet prophetari. Proinde Cap. 9. cũ quæris, cur iã nõ circuncidatur carne Chriſtia- Leuiti. 12 nus, ſi Chriſtus nõ uenit legẽ ſoluere, ſed adimple- Matth. 5. re? Rñdeo, imò ideo iã nõ circuncidiẽ Chriſtia- E nus, qa id qđ eadẽ circunciſiõe prophetabatur, iã Chriſtus adimpleuit. Expoliatio.n. carnalis generationis, quę in illo facto figurabatur, iam Chriſti reſurrectione adimpleta eſt: & quod in noſtra reſurrectione futurũ eſt, ſacramento baptiſmi cõmẽdatur. Nã neq; penitus auferri debuit nouę uitę ſacramentũ, qa reſtat adhuc in nobis futura reſurrectio mortuoꝝ: & in melius tñ, id eſt ſuccedente baptiſmo, debuit cõmutari, qa iam factum eſt, qđ nunq̃ factum erat, ut futuræ uitæ æternæ in reſurrectione Chriſti nobis præberetur exemplũ. Cum quæ- Exo. 31. ris, ſabbati ocium cur nõ obſeruat Chriſtianus, ſi Chriſtus nõ uenit legẽ ſoluere, ſed adimplere? Rñdeo, imò id ppterea nõ obſeruat Chriſtianus, quia qđ ea figura pfitebatur, † iam Chriſtus impleuit. † prophetabatur. In illo quippe habemus ſabbatũ, qui dixit, Venite ad me oẽs q laboratis & onerati eſtis, & ego uos re- Matt. 11. ficiam: tollite iugũ meũ ſuper uos, & diſcite à me, qm̃ mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Cũ quæris, quare Chri- Cap. 10. ſtianus non obſeruat differentiã ciboꝝ, quæ in le- F ge præcipitur, ſi Chriſtus nõ uenit legẽ ſoluere ſed Deut. 14 adimplere? Rñdeo, imò propterea id nõ obſeruat Chriſtianus, qa quod illis figuris prophetabatur, iã Chriſtus impleuit, nõ admittens ad corpus ſuũ, qđ corpus in ſanctis ſuis ad uitã æternã prædeſtinauit, quicqđ p illa animalia in moribus hoiũ ſignificatũ eſt. Cũ quæris, quare Chriſtianus nõ animalibus immolatis, carnis & ſanguinis ſacrificia offerat deo, ſi Chriſtus nõ uenit legẽ ſoluere, ſed adimplere: Rñdeo, imò propterea magis hæc Chriſtianus iã offerre nõ debet, qa ea quæ talibus reꝝ figuris illi pphetabunt, immolatione carnis & ſanguinis ſui Chriſtus impleuit. Cũ quæris, cur azyma ſicut Iudæi nõ obſeruet Chriſtianus, ſi Xps non uenit legẽ ſoluere, ſed adimplere: Rñdeo, imò ppterea magis hoc nõ obſeruat Chriſtianus, qa quod illa figura pphetabaẽ, expurgato ueteris uitæ fermẽto, nouam uitã demonſtrans, Chriſtus impleuit. Exo. 12. Matt. 5. 1 Cor. 5. Cũ quæris, cur de carne agni Chriſtianus Paſcha nõ celebret, ſi Xps nõ uenit legẽ ſoluere, ſed adimplere: Reſpondeo, imò propterea Chriſtianus iam

G ſic Paſcha non celebrat, quia id, qd illa figura præ
† immolatus. nunciabat, agnus imaculatus † ſua paſsione Xp̄s
impleuit. Cū quæris, quā ob cām neomenias in le
Leuit. 23. ge mandatas non celebret Chriſtianus, ſi Chriſtus
Matth. 5. nō uenit legē ſoluere, ſed adimplere: Rn̄deo, imò ꝓ
pterea iam Chriſtianus iſta non celebrat, qa pp qd
prænunciandū celebrabant, iam Chriſtus imple-
uit. Celebratio.n. nouæ lunæ prænunciabat nouā
2. Cor. 5. creaturam: de qua dicit Apl̄s, Si qua igitur in Chri-
ſto noua creatura, uetera trāſierūt, ecce facta ſunt
noua. Cū quæris: cur illa ſingularū quarūq; immū
Leuit. 23. diciarū baptiſmata, quæ in lege præcipiuntur, non
Matth. 5. obſeruet Chriſtianus, ſi Xp̄s nō uenit legē ſoluere,
ſed adimplere: Rn̄deo, inde potius hæc nō obſer-
uare Chriſtianū, qa figuræ futurorum erant quas
Roma. 6. Chriſtus impleuit. Venit.n. cōſepelire nos ſibi per
baptiſmū in mortē, ut quemadmodū Chriſtus re
ſurrexit à mortuis, ſic & nos in nouitate uitæ am-
bulemus. Cū quæris, qd cauſæ ē, ut ſcenopegia nō
ſit ſolennitas chriſtianoꝝ, ſi lex à Xp̄o adimpleta
eſt nō ſoluta: Rn̄deo, tabernaculū dei fideles eius
eſſe, in qbus charitate ſociatis, & quodāmodo cō-
H pactis habitare dignatur: & ideo magis illud non
obſeruari à chriſtianis, qa iam Xp̄s in eccleſia ſua,
quod illa figura Prophetice promittebat, impleuit.
Cap. 11. Et nunc qdē iſta pro ſuſcepto negocio, ne ſilen-
tio præterirentur, quanta potuimus breuitate per
ſtrinximus. Cæterū membratim articulatimq; di-
ſcuſſa, libros magnos multoſq; fecerūt, nihil aliud
in eis q̄ Xp̄m prophetatum oſtendentes: ita fit ut
oīa, quæ ex illa ſcriptura ꝓpterea putatis non ob-
ſeruari à chriſtianis, q ea Xp̄s ſoluerit: ꝓpterea po-
tius reperiantur non obſeruari à chriſtianis, q ea
Chriſtus impleuerit. Ipſa quippe taliū figuraꝝ ob-
ſeruatio, prænunciatio Xp̄i fuit. Vnde qd mirū eſt,
quid abſurdū, imò quid nō congruū & conſenta-
neum, ſi poſt eius ceſſauit aduentum, quicqd ideo
fiebat, ut eius prænunciaret aduentum? Figuræ igit
rerū, quæ ad hoc obſeruabant, ut ipſa earū obſer-
uatione uenturus Xp̄s prophetaret, uſqueadeo nō
debent propterea putari p Xp̄i aduentū nō imple-
tæ, qa illo ueniente, nō obſeruabant, ut niſi iam p
aduentū Xp̄i implerentur, adhuc obſeruarentur.
I In nullum aūt nomen religionis ſeu uerum ſeu fal-
ſum coagulari hoies poſſunt, niſi aliquo ſignacu-
lorū uel ſacramētorū uiſibilium cōſortio colligen
tur: quoꝝ ſacramentoꝝ uis inenarrabiliter ualet
plurimū, & ideo cōtēpta ſacrilegos facit. Impie qp-
pe cōtemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas.
Cap. 12. Veruntamē qa uiſibilia ſacr̄a pietatis ineſſe poſ-
ſunt etiā impijs, ſicut habuiſſe ſanctū baptiſmum
etiā magum Simonem legimus, fiunt tales, quales
Acto. 8. Apl̄s ait, Habentes formā pietatis, uirtutē autē eius
2. Timo. 3 abnegantes. Virtus aūt pietatis eſt finis præcepti:
1. Timo. 1 id eſt, charitas, de corde puro, & conſcientia bona,
& fide nō ficta. Vnde Apl̄s Petrus, cum de ſacramē-
to arcæ, in qua Noe domus à diluuio liberata eſt,
1. Petr. 3. loqueret, Sic & uos, inquit, ſimili forma baptiſma
ſaluos facit. Et ne ſibi ſufficere putarent uiſibile ſa
cramentū, p quod habebant formam pietatis: & p
malos mores perditè uiuēdo, uirtutē eius abnega-
rent, continuo ſubiecit, Non carnis depoſitio ſor-
dium, ſed cōſcientię bonę interrogatio [in deum.]
Cap. 13. Proinde prima ſacramēta, quæ obſeruabant &
celebrabant ex lege, prænunciatiua erant Xp̄i uen-
turi: quæ cum ſuo aduentu Xp̄s impleuiſſet, ablata K
ſunt, & ideo ablata, qa impleta: nō.n. uenit ſoluere Matth. 5.
legem ſed adimplere: & alia ſunt inſtituta uirtute
maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero
pauciora, tanq̄ iuſtitia fidei reuelata, & in libertatē
uocatis filijs dei, iugo ſeruitutis ablato, qd duro &
carni dedito populo cōgruebat. Verūtamē ſi an Cap. 14.
tiqui iuſti, q ſacr̄is illis intelligebant uenturā præ-
nunciari reuelationē fidei, ex qua licet adhuc oper
ta & abſcondita, munere tn̄ pietatis intellecta, etiā
tūc ipſi uiuebant, qa in hac uita nemo eſſe poteſt
iuſtus, niſi q ex fide uiuit. Si ergo antiqui iuſti pro Roma. 1.
illis prænunciatiuis ſacr̄is, & rerū nondū impletaꝝ
figuris, oia dura & horrenda perpeti parati fuerūt,
& pleriq; perpeſsi ſunt. Si tres pueros, Danielēq; præ Danie. 1.
dicamus, qa de menſa regis cōtaminari noluerūt,
quod erat contra illius tēporis ſacramentū. Si Ma- 2. Mach. 7
chabæos cū ingenti admiratione præferimus, quia
eſcas, quibus nunc Chriſtiani licite utuntur, attin-
gere noluerunt, qa tunc pro tp̄e Prophetico non li
cebat: quanto magis nunc pro baptiſmo Xp̄i, pro
euchariſtia Chriſti, pro ſigno Xp̄i ad oia perferen-
da paratior debet eſſe Chriſtianus, cum illæ fuerint L
promiſsiones rerū cōplendarum, hæc ſint indicia
completarum? Quod.n. adhuc promittitur eccle-
ſiæ, id eſt, corpori Xp̄i, & in manifeſtatione prædi-
catur, & in ipſo capite corporis ſaluatore: id eſt, in
ipſo mediatore dei & hoīum, hoie Chriſto Ieſu, iā
utiq; completum eſt. Quid.n. promittitur, niſi uita 1. Tim. 2.
æterna ex reſurrectione à mortuis? Hoc iam com-
pletum eſt in illa carne, quod uerbum caro factū Ioan. 1.
eſt, & habitauit in nobis. Tunc ergo & occulta erat
fides, nam eadē credebant, eademq; ſperabant oēs
iuſti & ſancti etiā temporꝝ illoꝝ, & promiſsiua erāt
illa oīa ſacramenta, omniſq; ritus ille ſacrorū: nunc
autem reuelata eſt fides, in quam concluſus erat
populus, quando ſub lege cuſtodiebatur: & quod Galat. 3.
fidelibus promittitur in iudicio, iam completum
eſt in exemplo, per eum qui legem & Prophetas nō Matth. 5.
uenit ſoluere, ſed adimplere. Quapropter quæri- Cap. 15.
tur quidem inter ſcrutatores ſanctarū ſcripturarū,
utrum tantū profuerit antiquis iuſtis fides paſſuri
& reſurrecturi Xp̄i, quā uel reuelationibus diſcebāt,
uel in Prophetis intelligebāt, quantū nūc prodeſt M
fides paſsi & reſuſcitati: an ipſa effuſio ſanguinis Exo. 12.
agni dei, quę facta eſt: ſicut ipſe dicit, pro multis in Matt. 27.
remiſsionem peccatoꝝ, aliqd utilitatis & purgatio
nis uel dederit uel addiderit, etiā ijs qui hoc futuꝝ
credentes, anteq̄ fieret ex hac uita emigrauerant: &
utrum mors eius ad liberationem etiam mortuos
uiſitauerit. Sed nunc iſtam quæſtionem uel pertra
ctando diſcutere, uel aliqd in ea repertum, etiā cō-
firmādo definire, & lōgum eſt, & huic operi nō ne
ceſſariū. Interim aduerſus calumnioſam imperi Cap. 16.
tiam Fauſti demōſtrare ſuffecerit, quāto errore de-
lirent, qui putant ſignis ſacramētiſq; mutatis, etiā
res ipſas eē diuerſas, quas ritus Propheticus prænū
ciauit ꝓmiſſas, & quas ritus Euāgelicus annūcia-
uit īpletas: aut q cenſent, cū res eædē ſint: non eas
alijs ſacr̄is annunciari debuiſſe cōpletas, q̄ ijs, qbus
adhuc cōplēdæ prænunciabant. Si.n. ſoni uerboꝝ,
quibus loquimur, pro tp̄e commutantur, eademq;
res aliter enunciatur faciēda, aliter facta: ſicut iſta
ipſa duo uerba quæ dixi, Facienda & facta, nec pa-
ribus morarum interuallis, nec iiſdem uel totidem

A litteris ſyllabiſue ſonuerũt:quid mirũ ſi alijs myſte
riorũ ſignaculis paſsio & reſurrectio xp̃i futura pro
miſſa eſt,alijs iã facta annunciaſ, quãdoquidẽ ipſa
uerba,futurũ & factũ,paſſurus & paſſus,reſurrectu
rus & reſurrexit,nec tẽdi ęqualiter,nec ſimiliter ſo-
nare potuerunt. Quid.n.ſunt aliud quęque corpo-
ralia ſacra,niſi quędã quaſi uerba uiſibilia, ſacro-
ſancta quidẽ,ueruntñ mutabilia & tpalia? Deus.n.
æternus eſt,nec tñ aqua & ois illa actio corporalis,
quæ agitur cum baptizamus & fit,& trãſit, æterna
eſt:ubi rurſus etiã illæ ſyllabæ celeriter ſonantes &
tranſeuntes,cũ dicitur deus,niſi dicantur,nõ con-
ſecratur. Hæc oia fiunt & tanſeunt, ſonant & tran-
ſeunt:uirtus tñ,quæ per iſta operaſ, iugiter manet:
& donũ ſpiritale,qd per iſta inſinuatur,æternũ eſt.
Qui ergo dicit, Si Chriſtus legẽ & Prophetas non
ſoluiſſet, illa ſacra legis & Prophetarũ in Chriſtia-
norũ congregationibus & celebrationibus perma
nerent:poteſt dicere, Si Chriſtus legẽ & Prophetas
nõ ſoluiſſet,adhuc promereſ naſciturus, paſſurus,
& reſurrecturus:cum ideo magis hęc non ſoluent,
B ſed adimpleuerit, qa iam nõ promittiſ naſciturus,
† quondã paſſurus, & reſurrecturus, qd illa ſacra quodãmo-
do † perſonabãt: ſed annunciatur ꝙ natus ſit,paſ-
ſus ſit,reſurrexerit, qd hæc ſacra quæ à Chriſtianis
aguntur iam perſonant. Qui ergo uenit legẽ & Pro
phetas non ſoluere,ſed adimplere, ipſa adimpletio
ne abſtulit ea,p quæ adhuc promittebatur implen
dum,qd iam conſtat impletum: tanq̃ ſi uerba iſta
tolleret,naſciturus,paſſurus,reſurrecturus, quæ cũ
adhuc futura eſſent,recte dicebantur:& inſtitueret
dici,natus eſt,paſſus eſt,reſurrexit, quę illis cõple-
Cap. 17. tis,& ob hoc ablatis,recte dicunſ. Sicut ergo iſta
uerba,ita illa prioris ppl̃i ſacra,quia per eũ qui non
uenit legẽ & Prophetas ſoluere,ſed adimplere, iam
impleta ſunt,ideo tolli mutariq́ debuerunt: qd pri
mis Chriſtianis, q ex Iudæis crediderãt,donec con
tra tam diuturnã cõſuetudinẽ paulatim perſuade-
retur atq; ad intellectũ perfectũ perducerentur, &
qa ita nati erant atq; inſtituti,ſiuerunt eos Apl̃i pa-
trium ritũ traditionemq́; ſeruare: & eos qbus hoc
opus erat,ut congruerẽt illorũ tarditati moribusq́,
Actu.16. monuerunt. Inde eſt ꝙ Timotheũ Iudæa matre &
Græco patre natum,pp illos, ad quos tales cum eo
C uenerat,etiã circuncidit Apl̃s:atq; ipſe inter eos mo
rem hmõi cuſtodiuit,non ſimulatione fallaci, ſed
conſilio prudenti. Neq;.n.ita natis & ita inſtitutis
noxia erant iſta, quanuis iam nõ eſſent ſignifican-
dis futuris neceſſaria: magis quippe noxiũ erat ea
tanq̃ noxia prohibere in his hoibus, uſq; ad quos
durare debuerunt:qm̃ Chriſtus, qui oẽs illas ꝓphe
Matth.5. tias implere uenerat,ſic eos initiatos inuenerat: ut
iam de cętero,q nulla tali neceſsitudine tenerẽtur,
ſed ex diuerſo ueluti pariete.i.ex præputio, ad illũ
Ephe.2. angularẽ lapidẽ, qui eſt Chriſtus, conuenirent,ad
nulla talia cogerentur. Si aũt ijs, q ex circuncißione
uenerant,talibusq́ ſacramẽtis adhuc dediti erant,
ultro uellent,ſicut Timotheus, conferre congruen
tiam,nõ prohiberentur:uerũ ſi in hmõi legis operi
bus putarent ſuam ſpẽ ſalutemq́ contineri, tanq̃ à
certa pernicie uetarentur. Vnde eſt illud Apl̃i, Ecce
Galat.5. ego Paulus dico uobis,quia ſi circuncidamini,xp̃s
uobis nihil proderit. Circuncidamini.ſ.ſicut ipſi
Actu.15. uolebant, ſicut eis à quibuſdã deprauatis perſua-
ſum erat,ꝙ ſine his legis operib⁹ ſalui eſſe non poſ-
ſent. Nam cum gentes ad Chriſti fidẽ ita uenirent, D
maxime per Pauli Apl̃i prædicationẽ, ſicut uenire
debuerunt,ut nullis eiuſmodi obſeruationib⁹ one
rarentur:quia & inſolita iſta circũciſione, maxime
grandes ætate, reformidantes deterrerentur à fide,
& nõ ita nati,ut talibus ſacris imbuerentur,ſi mo-
re priſtino proſelyti fierent, tanq̃ Chriſtus per illa
myſteria uenturus adhuc ꝓmitteretur. Cũ ergo ſic
uenirent ad fidẽ,ut iã ex gẽtibus uenire oportebat,
nõ intelligẽtes q ex circunciſione uenerãt, cur ſibi
illa permiſſa eſſent,& cur gẽtibus imponenda non
eſſent, quibuſdã carnalibus ſeditionibus cœperãt
eccleſiam perturbare, ꝙ Gentiles ad dei ppl̃m acce
dẽtes,nõ ſolẽniter proſelyti fierẽt in carnis circun-
ciſione, & cæteris huiuſcemodi obſeruationibus
legis: atq; in his erant, q hoc ideo fieri magnopere
inſiſtebant: qa timebant Iudæos,inter quos uerſa-
bantur. Contra hos Apl̃s Paulus multa ſcripſit:nã Galat. 2.
in horũ ſimulationẽ etiam Petrũ adductũ,fraterna
obiurgatione correxit. Sed poſteaq̃ in unum Apl̃i Actu.15.
congregati,etiã concilio ſuo cenſuerunt gentes ad
hmõi opera legis nõ eſſe cogendas, diſplicuit qui-
buſdã ex circunciſione Chriſtianis, nõ ualentibus E
mente diſcernere, illos ſolos ab hmõi obſeruatio-
nibus nõ fuiſſe prohibendos,quos fides,quæ reue
lata eſt his,iã imbutos inuenerat:ut in eis iam con
ſummaretur ipſa actio ꝓphetica, quos ante adim-
pletionẽ prophetiæ iam tenuerat: ne ſi & ab ipſis
remouereſ, improbata potius q̃ terminata uidereſ:
Si aũt & gẽtibus impomereſ,aut nõ xp̃i promittẽdi
cauſa inſtituta eſſe,aut adhuc xp̃m promittere pu-
taretur. Primus itaq; ppl̃s dei, anteq̃ xp̃s ueniret le- Matth.5.
gem Prophetaſq́ adimplere,illa oia,quæ hunc pro
mittebant,obſeruare iubebatur: liber in eis,q hæc
quò pertinerẽt,intelligebant:ſeruus aũt in eis, qui
hoc nõ intelligebãt. Poſterior uero ppl̃s accedẽs ad
fidẽ,qua iam xp̃s ueniſſe,paſſus eſſe, ac reſurrexiſſe
prędicabaſ, in his quidẽ hoibus,quos iam talibus
ſacris inſtitutos eadẽ fides inuenerat, nec cogebaſ
iſta obſeruare,nec prohibebatur. In ijs aũt,qui tali
bus uacui,nulla generis,nulla cõſuetudinis uel cõ
gruentiæ neceſsitudine retenti crediderãt, etiã pro
hibebatur:ut per eos iã inciperet apparere, illa oia
pp promittendũ xp̃m fuiſſe inſtituta, quo ueniẽte,
atq; hæc promiſſa adimplente, iã oportere ceſſare. F
Hoc igitur temperamentũ moderamenq́; ſpiritusſ- Cap.18.
ſancti per Apl̃os operantis, cũ diſplicuiſſet qbuſdã Actu.15.
ex circunciſione credentibus, qui hæc nõ intellige
bant,in ea peruerſitate manſerunt, ut & gẽtes coge
rẽt iudaizare. Ij ſunt quos Fauſtus Symmachianorũ
uel Nazarenorũ noĩe cõmemorauit, qui uſq; ad nr̃a
tpa iam quidẽ in exigua, ſed adhuc tñ uel in ipſa
paucitate perdurant. Quid habent ergo iſti, unde
legi & Prophetis calumnientur,ꝙ eos Chriſtus ſol
uere uenerit potius, q̃ adimplere, quia Chriſtiani
non obſeruant quæ ibi præcepta ſunt,cum ea ſola
non obſeruent,per quę Chriſtus promittebatur:&
ideo non obſeruẽt magis, quia eadẽ promiſſa iam
Chriſtus impleuit:nec adhuc ꝓmittuntur, qa iam
impleta ſunt: eorumq́ promiſsiua ſigna in eis ter-
minari debuerũt,quos fides Chriſti hæc adimplen
dis iam talibus imbutos inuenerat? Nunqd.n. non
obſeruant Chriſtiani,qd in illa ſcriptura eſt, Audi
Iſrael, dñs deus tuus deus unus eſt,Non facies tibi Deute.6.
idolũ:& cętera huiuſmodi? Nũquid nõ obſeruant

Exo. 20. Chriſtiani, qđ ibi dicitur, Non accipies nomen dñi
G dei in uanũ? Nunquid ipſum ſabbatũ, qđ ad intelli
Deute. 5. gendam uerã requiẽ pertinet, nõ obſeruant Chri-
ſtiani? Nunqd honorẽ parẽtibus Chriſtiani nõ de
ferunt, qđ ibi præceptũ eſt? Nunquid à fornicatio-
nibus, aut homicidijs, aut furtis, aut falſis teſtimo-
nijs, aut à concupiſcenda uxore proximi, nõ ſe tem
perant Xp̃iani: quę oĩa in illa lege conſcripta ſunt?
Hæc præcepta ſunt morũ, illa ſacra ſunt promiſſo-
rum: hęc implentur per adiuuantem grãm, illa per
redditam ueritatẽ: utraq; per Xp̃m & illam ſemper
grãm donantẽ, nunc etiã reuelantem, & hanc ueri-
tatem tunc promittentẽ, nunc exhibentẽ, quia lex
Ioan. 1. per Moyſen data eſt, grã autem & ueritas per Ieſum
xp̃m facta eſt. Deniq; iſta, quæ in recte uiuente con
Galat. 5. ſcientia conſeruantur, fide per dilectionẽ operante
cõplentur: illa uero, quę in ꝓmittente ſignificatio-
ne uerſata ſunt, rebus redditis tranſierũt. Ita & ipſa
nõ ſoluta, ſed adimpleta ſũt: qa ea nõ irrita, nec fal-
lacia xp̃s oſtẽdit, cum id, qnod eorũ ſignificatione
Cap. 19. promittebatur, exhibuit. Non itaq; ſicut Fauſtus
Matth. 5. opinatur, quædam dñs Ieſus xp̃s adimpleuit, quæ
H ab antiquis iuſtis iam dicta erãt ante legẽ Moſeos,
Exo. 20. ſicuti eſt, Nõ occides: quod nõ contrario redarguit
ſed magis firmauit, cũ & ab ira & à conuitio reuo-
cauit: quædã uero ſoluit, quę propria uidebanť le-
Exo. 21. gis Hebræorũ, ſicuti eſt, Oculũ pro oculo, dentem
pro dente: ꝙ uideť potius abſtuliſſe ꝗ confirmaſſe,
Matth. 5. cum ait, Ego aũt dico uobis, nõ reſiſtere malo, ſed
ſi quis te percuſſerit ĩ maxillam tuã dexterã, prębe
illi & alteram: & cætera. Nos.n. dicimus etiam hęc,
quæ iſti putant ſoluiſſe xp̃m, uelut contraria refe-
rendo, & tunc pro tp̃e bene fuiſſe inſtituta, & nunc
Cap. 20. à xp̃o non ſoluta, ſed adimpleta. Proinde primũ
ab his quæro, utrũ illi antiqui iuſti, Enoch & Seth,
hos.n. potiſsimũ Fauſtus cõmemorat, & ſi qui alij,
non ſolũ ante Moyſen, ſed & ſi qui ante Abraham
fuerũt, irati ſint fratri ſine cauſa, aut dixerũt fratri,
fatue. Si.n. non dixerunt, cur nõ & talia docuerũt?
Quòd ſi & talia docuerunt, quęro quemadmodũ
uel eorũ iuſtitiam doctrinamq; xp̃s adimpleuerit,
Matth. 5. addendo, Ego aũt dico uobis, ſi quis iraſcitur fra-
tri ſuo, aut ſi quis dicit racha, aut ſi quis dicit fatue
reus erit uel iudicij, uel concilij, uel gehennæ ignis,
I quandoquidẽ & illi eodẽ modo uiuebant, eodem
modo uiuendũ monebant? An ignorabãt illi iuſti
frenandã eſſe iracundiã, nec petulanti conuitio fra
trem laceſſendũ: aut nouerant quidẽ, ſed ad his ſe
abſtinere nõ poterãt? Ergo rei erant gehennę: quõ
igitur iuſti? Profecto.n. nec imperitiam rerũ ad ſuũ
officiũ pertinentiũ, nec intemperantẽ audes dicere
eorũ fuiſſe iuſtitiam, intantũ ut eos faceret reos ge-
hennæ. Cur ergo illam legẽ, ſcđm quam uiuebant
antiqui iuſti, hęc addendo xp̃s impleret, cum eorũ
quoq; iuſtitia ſine iſtis eſſe nõ poſſet? An dicturus
es, ꝙ pręceps iracundia, & lingua improba, ex quo
uenit xp̃s, cępit ad iniquitatẽ pertinere, antea uero
nõ erat iniquũ uel corde uel ore iſta cõmittere? Si-
cut in quibuſdã rebus ꝓ temporũ proprietatibus
inſtitutis, inuenimus nunc aliquid nõ licere, quod
antè licuerit: uel qđ antè nõ licuerit, nũc licere. Nõ
uſq; adeo deſipis ut hoc dicas, ſed etiã ſi dicas, rñde
bitur tibi, ꝙ ſcđm iſtum intellectũ xp̃s non adim-
plere uenerit, qđ legi antiquæ defuit, ſed legẽ inſti-
tuere quę nõ fuit: ſi dicere fratri fatue, cũ apud anti

quos iuſtos nõ fuiſſet iniquũ, nunc ita iniquũ eſſe K
xp̃s uoluit, ut quiſquis hoc dixerit, reus ſit gehẽnæ.
Proinde nondũ inueniſti, cui nam legi hæc aliqñ
defuerunt, quibus nunc additis, eam xp̃s impleret.
An forte lex nõ mœchandi apud illos iuſtos an- Cap. 21.
tiquos ſemiplena erat, donec à dño impleretur. ad
dente, ne quis ad concupiſcendũ uid[...]t mulierẽ?
Sic.n. cõmemoraſti ipſam ſniam, Audiſtis dictum Matth. 5.
eſſe, Nõ mœchaberis: ego aũt dico uobis, ne concu Exo. 20.
piſcatis quidẽ. Adimpletio eſt, inquis. Explica pla-
nè ipſa uerba Euãgelica, noli tuis extenuare, quod
dictũ eſt, & uide qđ de illis antiquiſsimis iuſtis ſen
ſeris. Audiſtis, inquit, qa dictũ eſt, Nõ mœchaberis,
Ego aũt dico uobis, ſi quis uiderit mulierẽ ad con
cupiſcendũ eam, iã mœchatus eſt eã in corde ſuo.
Itane uero illi iuſti, Seth uel Enoch, uel ſi qui eis ſi-
miles fuerũt, mœchabantur in cordibꝰ ſuis: & aut
nõ erat cor eorũ templũ dei, aut mœchabantur in
tẽplo dei? Qđ ſi non audes dicere, quõ etiã de hac
re legẽ illorũ, quæ apud illos iam tunc plena erat,
modo ueniens xp̃s impleuit? De nõ iurando aũt,
quia & hic illorũ legẽ à xp̃o adimpletã eſſe dixiſti, Cap. 22.
non poſſum affirmare antiquos iuſtos nõ iuraſſe: Leuit. 19
nam, & Paulum Aplm iuraſſe inuenimus. De ueſtro L
aũt ore non tollitur crebra iuratio, cum iuretis per Matth. 5.
lumen, qđ amatis cum muſcis: neq;.n. lumen illud Roma. 1.
mentiũ ab iſtis oculis penitus alienũ, qđ illuminat Philip. 1.
oẽm hoiem uenientẽ in hũc mundũ, noſtis aliqua
ex parte cogitare: & per dñm ueſtrũ Manichæum, Ioan. 1.
qui Manes lingua patria uocabať: ſed uos ut apud
Græcos nomen inſaniæ uitaretis, uelut declinato
& prolongato noie, quaſi fuſionem addidiſtis, ubi
amplius laberemini. Sic.n. mihi quidã ueſtrũ expo
ſuit, cur appellatus ſit Manichæus, ut. ſ. in Gręca lin
gua tanq̃ manna fundere uideretur: quia Græce,
fundit, χεῖ, dicitur: ubi quid egeritis neſcio, niſi ut
expreſsius nobis ſomniare uideremini inſaniam.
Neq;.n. addidiſtis in parte priore nois unam literã,
ut agnoſceretur manna: ſed addidiſtis ĩ poſteriore
duas ſyllabas, non appellantes Manichæũ, ſed Ma
nichæum, ut nihil aliud uobis tã prolixis & uanis
ſermonibus ſuis, niſi inſaniã fundere ſonaret. Sæ-
piſsime iuratis & per paracletũ, nõ ſanè illũ, quem Ioan. 14.
xp̃s diſcipulis promiſit & miſit: ſed per eum ipſum,
ut Latine nomen eius interpreter, inſaniſuſorẽ. Cũ M
ergo iurare nunq̃ deſinatis, uellem ſcire quõ intelli
gatis hanc quoq; legis partẽ, quã uultis antiquiſsi-
mam intelligi, ꝙ uobis dñs adimpleuerit, & magis
ꝓp iurationes Aplĩ. Nam ueſtra quę authoritas eſt
uel nobiſipſis, nedũ mihi aut cuiquã homini: un-
de puto iam clarere, ꝗ ſit aliter accipiendũ, qđ ait
xp̃s, Non ueni legẽ ſoluere, ſed adimplere, non his Matth. 5.
uidelicet additamentis, quę uel ad expoſitionẽ per
tinent propoſitarum antiquarũ ſentẽtiarũ, uel ad
conuerſationẽ, non ad impletionẽ. Quia.n. non Cap. 23.
intelligebant homicidiũ, niſi peremptionẽ corpo- Exod. 20
ris humani, per quam uita priuaretur, aperuit dñs Matth. 5.
oẽm iniquũ motũ ad nocendũ fratri in homicidij
genere deputari. Vnde & Ioãnes dicit, Qui odit fra- 1. Ioan. 3.
trem ſuum, homicida eſt. Et qm̃ putabant tantum
modo corporalẽ cum fœmina illicitã cõmixtionẽ
uocari mœchiam, demonſtrauit magiſter etiã talẽ Cõcor. 22
concupiſcentiam nihil eſſe aliud. Itẽ quia peierare q̃ſt. 1. ca.
graue pctm̃ eſt, non iurare aũt, ſicut uerum iurare, In nomi.
nullum peccatũ eſt: ſed longius remotus eſt à fal- et ca. Ita.

A ſum iurando, qui nec iurare conſueuit, quàm qui
†alias,ue †uerum iurare,ꝓcliuis eſt,maluerit nos dn̄s & non
rū iurare iurantes non recedere à uero, q̃ uerꝫ iurantes pro-
Nā iura- pinquare ꝑiurio. Itaꝗ & Apl̄s in ſermonibus, quos
re ꝓcliue habuiſſe narratur,nunq̃ iurauit,ne iurandi cõſue-
eſt ad per tudine aliq̄n uel neſcius in periurium laberetur.In
iuriū,ma ſcripturis aūt,ubi eſt conſideratio maior atꝗ ꝓpen
luit nos ſior,pluribus locis iuraſſe inuenitur, ne qſquā pu-
&c. taret ēt uerum iurādo peccari,ſed potius intellige-
Roma. 1. ret,humanæ fragilitatis corda, nō iurando tutius
Philip.1. à ꝑiurio cõſeruari. Quibus ꝑſpectis, iuenimus nec
illa eē deſtructa,ſicut Fauſtus putat, q̄ uelut ꝓprie
Cap.24. uult ad Moyſen ꝑtinere. Nam & hic q̄ro ab iſtis,
cur ꝓprium uelint eſſe legis Moyſi, qđ dictum eſt
Leuit.19. antiqs,Diliges ꝓximum tuum,& oderis inimicum
Deut. 23. tuum, An & apl̄s Paulus non dixit hoīes quoſdam
Roma. 1. deo odibiles? Et utiꝗ in hac admonitione ipſe dn̄s
Matth.5. ad hoc nos hortatur,ut imitemur deū, Vt ſitis,in-
quit,filij patris ueſtri qui in cœlis eſt, qui facit ſolē
ſuum oriri ſup bonos & malos, & pluit ſup iuſtos
& iniuſtos. Quærendum itaꝗ eſt,quo intelligatur,
exēplo dei, cui dixit quoſdā odibiles Paulus,odio
B hn̄dos inimicos:& rurſus exemplo dei,qui facit ſo
lem ſuum oriri ſup bonos & malos,& pluit ſup iu-
ſtos & iniuſtos, diligēdos inimicos, ſic apparebit,
dn̄m male intelligentibus id qđ dictum eſt,oderis
inimicum tuum,inferre uoluiſſe,qđ oino non no-
rāt,ut diligerēt inimicos ſuos. Vtrunꝗ aūt quo ſer-
uandū ſit,longū eſt diſputare. Sed ad iſtos iterim,
qbus gn̄aliter diſplicet, ſi qs oderit inimicū ſuum,
eſt nobis ſermo, qui eorū frōtem premat, cum eos
interrogamus,utrum diligat deus eorꝫ gentem te-
nebrarum: aut ſi ꝓpterea nunc inimici diligendi
ſunt, ꝙ habeant partem boni, cur non ob hoc eos
& odiſſe debemus, ꝙ habeāt partem mali? Ea qppe
regula & hoc ſoluitur,doceturꝗ non eſſe cõtrariū,
Deut. 23. qđ i antiqua ſcriptura dictum eſt, Oderis inimicū
Matth.5. tuum:& in euangelio,Diligite inimicos ueſtros:ꝙ
unuſqſꝗ iniquus homo,inquātū iniquus eſt,odio
hn̄dus eſt:inquantum aūt homo eſt,diligēdus eſt:
ut illud qđ in eo recte odimus, arguamus.i.uitiū,
quo poſsit illud, qđ in eo recte diligimus.i.huma-
na natura ipſa emendato uitio liberari. Hęc inquā
C regula eſt,qua & oderimus inimicum pp id, qđ in
eo malum eſt.i.iniquitatem:& diligamus inimicū
pp id,qđ in eo bonum eſt.i.ſocialem rationalemꝗ
creaturam: niſi ꝙ nos non eum per naturā uel ſuā
uel alienam, ſed per ꝓpriam uoluntatem malum
eſſe conuincimus. Illi aūt per naturam gentis tene
brarum putant eſſe hoiem malum, quam ſcđm ip
ſos deus totus timuit, anteq̃ in parte uinceretur:
& in parte ab ea ſic uictus eſt, ut nec totus liberare
tur. Audito igitur,& non intellecto,ꝙ antiqs dictū
Deut 23. erat, Oderis inimicum tuum, ferebantur hoies in
hois odium,cum deberent non odiſſe niſi uitium.
Matth.5. Hos corrigit dn̄s,dicendo, Diligite inimicos ur̄os,
ut qui iam dixerat, Nō ueni legem ſoluere, ſed ad-
implere: ideoꝗ de odio inimici qđ ſcriptum eſt in
lege,non ſoluerat, præcipiendo utiꝗ ut diligamus
inimicos, cogeret nos intelligere, quo nam modo
poſſemus unum eundemꝗ hoiem & odiſſe pp cul
pam,& diligere pp naturam. Sed hoc ad peruerſas
eorum mentes intelligere multum eſt, Vrgēdi ſunt
tantum,ut ſcđm calumniæ ſuæ perditam rōnem,
uel potius amentiam defendāt deum ſuum, quem

non poſſunt dicere dilectorem gentis tenebrarū: D
ideoꝗ ad eius exemplum nō hn̄t quemadmodum
hortentur,ut ſuum qſꝗ diligat inimicū. Potius.n.
genti ipſi tenebrarum dilectionem inimici tribue
re potuerunt, q̃ deo ſuo. Illa quippe, ſicut delirant,
uicinā ſibi lucem atꝗ contiguam concupiuit, eaꝗ
frui uoluit,atꝗ ut frueret̃ inuadere cogitauit. Neꝗ
iſta culpa eſt,cum uerum & beatificum bonū ap-
petitur. Vnde & dn̄s dicit, Regnum cœlorꝫ uim pa Matt. 11
titur,& qui uim fecerint,diripiunt illud Ecce gens
tenebrarum ſcđm eorꝫ uanitatem, uim facere ac di
ripere uoluit bonum qđ amauerat,eius claritate &
ſpecie delectata:nec eam uiciſsim deus dilexit, ſed
odio deteſtans, frui ſe uolentem, funditus eradica
re molitus eſt. Si ergo mali amant bonū quo fruan
tur,boni aūt oderunt malum ne polluantur, rn̄de
te Manichæi,qui nam eorꝫ impleant,qđ dn̄s ait, Di
ligite inimicos ueſtros. Ecce ſi has ſingulas repu-
gnanteſꝗ ſn̄ias eſſe uultis, deus ueſter fecit qđ ſcri-
ptum eſt in lege Moyſi, Oderis inimicū tuū, & gēs Deut.23.
tenebrarꝫ qđ ſcriptum eſt in euangelio, Diligite ini Matth.5.
micos ueſtros:quanq̃ nec fingendo iuenire potui-
ſtis,quo pacto dirimatis q̄ōnem inter muſcas luci- E
petas,& blattas lucifugas:utranꝗ.n.prolem gentis
tenebrarum eſſe contenditis. Vnde ergo illæ amant
à ſe alienam lucem,illæ aūt hāc auerſando, ſua po
tius origine delectantur. An mundius naſcunt̃ mu
ſcæ in fœtidis cloacis, q̃ blattæ in obſcuris cubicu
lis? Iam uero illud,qđ antiqs dictum eſt, Oculū Cap.21.
pro oculo, dentem pro dente:quo contrarium ha Exod.21.
bet qđ ait dn̄s, Ego aūt dico uobis,nō reſiſtere ma Matth.5.
lo,ſed ſi qs percuſſerit te in maxillam tuā dexterā,
præbe illi & alteram &c. Qn̄quidem & illud anti-
quū ad reprimēdas flammas odiorꝫ, ſæuientiumꝗ
imoderatos animos refrenandos,à præcepto eſt,† †ita ꝑce-
Quis.n.tandem †facile cõtentus eſt†tantum†repo- ptum eſt
nere uindictæ,quantum accepit iniuriæ? Nōne ui- †tātūdē.
demus hoīes leuiter læſos moliri cædem, ſitire ſan
guinem: uixꝗ iuenire in malis inimici unde ſatien
tur? Quis pugno ꝑcuſſus,non aut iudicia concitat
in damnationē eius qui ꝑcuſſerit, aut ſi ipſe reper-
cutere uelit,totum hoiem,ſi non ēt telo aliquo ar-
repto,pugnis calcibuſꝗ contundit? Huic igit̃ imo-
deratæ,ac per hoc iniuſtæ ultioniꝫ, lex iuſtū modū F
figens,pœnam talionis iſtituit:hoc eſt, ut qualem
qſꝗ itulit iniuriam,tale ſupplicium pendat. Proin-
de oculū ꝓ oculo, dētē ꝓ dēte,nō fomes,ſed limes
furoris eſt, nō ut id qđ ſopitū erat, hinc accēderet,
ſed ne id qđ ardebat,ultra extēderetur, impoſitus.
Eſt.n.q̄dam iuſta uindicta, iuſteꝗ debetur ei, qui
fuerit paſſus iniuriā: unde utiꝗ cum ignoſcimus,
de noſtro quodāmodo iure largimur. Vnde ēt de-
bita dicuntur, quæ in oratione dn̄ica humanitus Matth.6.
dimittere monemur, ut nobis & noſtra diuinitus
dimittantur. Qđ aūt debetur, etſi benigne dimitti 14. q̄.1.
tur,non tn̄ inique repetitur:ſed ſicut in iurādoꝫ, ēt cap.quod
qui uerū iurat, ꝓpinquat ꝑiurio,unde longe abeſt, debetur.
qui oino non iurat: & q̃uis non peccet qui uerum
iurat, remotior tn̄ à peccato eſt qui nō iurat: unde
admonitio non iurandi, conſeruatio eſt à peccato
periurij. Ita cum peccet, qui per imoderationē iniu
ſte uult uindicari,non peccet aūt,qui modū adhi-
bens,iuſte uult uindicari, remotior eſt à pctō iniu
ſtæ uindictæ, qui non uult oino uindicari. Peccat
enim,qui exigit ultra debitum,non peccat aūt qui

G exigit debitum: ſed tutior longe eſt á peccato iniu
ſti exactoris, qui oino non exigit debitum, præſer-
tim ne cogatur & ipſe reddere debitum ab eo, qui
nullum habet debitum. Poſſem ergo & ego ſic iſta
ponere, Dictū eſt antiqs, Non iniuſte uindicabis:
ego aūt dico, ne uindicetis qdē: adimpletio eſt: ſi-
cut de iurando Fauſtus ait, Dictum eſt, Non peiera
bis: ego aūt dico, ne iuretis qdē: æque adimpletio
eſt. Poterā ergo & ego ita dicere, ſi mihi p hęc adie-
cta uerba, qd legi defuit, à Xp̄o additū uiderer: ac
non potius id, qd lex uolebat efficere, ne iniuſte ſe
qſquā uindicādo peccaret, cōſeruari tutius, ſi oino
ſe nō uindicaret: ſicut id qd uolebat efficere, ne qſ-
quā peierando peccaret, cōſeruari tutius ſi nō iura
ret. Nā ſi contrariū eſt, Oculū p oculo: &, Qui te p-
cuſſerit in maxillā, prębe illi & alterā: cur nō ſit cō-
trariū, Reddes dn̄o iuſiurandū tuū: &, Noli iurare
oino? Et tn̄ illam nō deſtructionē, ſed adimpletio-
nem fauſtus arbitratur, qd & hic debuit arbitrari.
Nā ſi uerū iurat, adimplet dicēdo, Ne iures: cur nō
& iuſte uindica, adimplet dicendo, Ne uindices? Si-
cut ego in utroq; cōſeruationē eē arbitror à pctō,
H quo uel falſum iurat, uel iniuſte uindicat: q̄q̄ hoc
de donāda oino uindicta ualeat, ēt ad illud ut di-
mittēdo hmōi debita, ēt nobis dimitti mereamur.
Sed duro pplo modus prius adhibendus fuit, quo
diſcerent nō egredi debitum: ut edomita ira, q ad
imoderatam uindictam rapit, iam qui uellet, tran-
quillus attenderet qd ipſe deberet, qd ſibi relaxari
à dn̄o cuperet, ut hac cōſideratione cōſeruo debi-
Cap. 26. tū relaxaret. Nam & illud de uxore nō dimitten
Deut. 24. da, qd dn̄s præcepit, cum antiqs dictū ſit, Quicūq;
Matth. 5. dimiſerit uxorem ſuā, det illi libellum repudij: ſi di
ligenter intueamur, uidebimus non eſſe contrariū.
īfra. c. 35. Expoſuit. n. dn̄s qd lex uoluerit, cum paſſim dimit
tenti uxorem, iuſſerit libellum repudij dare. Neq;
enim ait, Qui uoluerit, dimittat uxorem ſuā: cui eſ
ſet contrarium nō dimittere: ſed utiq; nolebat di-
mitti uxorē à uiro, qui hāc interpoſuit moram, ut
in diſsidium aius præceps, libelli conſcriptione re
fractus abſiſteret, & qd mali eſſet uxorem dimitte-
re, cogitaret: præſertim qa, ut perhibent, apud He-
bræos ſcribere lr̄as Hebræas, nulli fas erat niſi ſcri-
bis ſolis, cū & excellentiorē pfiterentur ſapientiā,
I & ſi qui eoꝝ eſſent æqtate ac pietate præditi, non
tantum pfiterentur, uerū etiā ſectarentur. Ad hos
igit, quos oporteret eſſe prudētes legis interp̄tes, &
iuſtos diſsidij diſſuaſores, lex mittere uoluit eum,
quē iuſsit libellū repudij dare, ſi dimiſiſſet uxorē.
Nō. n ei poterat ſcribi libellus, niſi ab ipſis, q p hāc
occaſionē & neceſsitatē uenientē quodāmodo in
manus ſuas bono cōſilio regerēt: atq; inter ipm &
uxorē pacifice agendo, dilectionem cōcordiamq;
ſuaderent. Qđ ſi tantū intercederet odiū, ut extin-
gui emendariq; non poſſet, tunc utiq; ſcriberetur li
bellus: qa fruſtra non dimitteret quā ſic odiſſet, ut
ad debitā coniugij charitatē nulla prudentiū pſua
ſione reuocaretur. Si. n. non diligitur uxor, dimittē
da eſt. Quia ergo dimittēda nō eſt, diligēda eſt. Di
lectio aūt monendo atq; ſuadendo cōponi, nō aūt
inuitum cogēdo iponi pōt. Hoc facere ſcriba debe
bat, iuſtus & ſapiēs, qualē in illa pfeſsione eē opor
tebat. Ad quē ut ueniret diſcordia, marito libellus
cōſcribendus pceptus eſt. Quē uir bonus prudēſq;
non ſcriberet, niſi in aio nimis auerſo atq; puerſo

conſilium concordiæ non ualeret. Veruntn̄ à uo- K
bis ex ueſtri erroris ſacrilega uanitate, q̄ro, cur di-
ſpliceat dimittere uxorē, quā nō ad matrimonij fi-
dem, ſed ad concupiſcentiæ crimen hn̄dam eſſe cē
ſetis? Matrimonium qppe ex hoc appellatum eſt, q
non ob aliud debeat fœmina nubere, q̄ ut mater
fiat, qd uobis odioſum eſt. Eo modo n. putatis par
tem dei ueſtri, gentis tenebraꝝ prælio deuictam &
ſubactā, ēt carneis cōpedibus colligari. Sed ut po-
tius qd nunc agitur explicem, Si Xp̄s, ubi qbuſdam
antiqs ſententiis ppoſitis adiunxit, Ego autē dico
uobis, neq; primoꝝ hoium legem hoc uerboꝝ ad-
ditamento adimpleuit, neq; illam, quæ per Moyſen
data eſt, quaſi contrarioꝝ oppoſitione deſtruxit:
ſed potius oia ex Hebrǫoꝝ lege commemorata, ita
cōmendauit, ut qcqd ex pſona ſua inſup loqueret,
uel ad expoſitionem reqrendam ualeret, ſi qd illa
obſcure poſuiſſet, uel ad tutius cōſeruandum, qd il
la uoluiſſet. Vides q̄ ſit aliter intelligendum, qd *Cap. 27.*
ait, Non ſe ueniſſe legem ſoluere, ſed adimplere ſ.
ut non quaſi ſemiplena iſtis uerbis itegraretur, ſed
ut qd litera iubente pp ſupborum præſumptionē
non poterat, ſuadente gratia pp humilium confeſ- L
ſionem impleretur, opere factoꝝ, non adiectione
uerborum. Fides. n. ſicut Apl̄s ait, per dilectionem *Galat. 5.*
operatur. Vnde idem dicit, Qui. n. diligit alterū, le- *Roma. 13*
gem impleuit. Iſtam charitatē qa ueniens Xp̄s, per
ſpm̄ ſanctum, quem pmiſſum miſit, in manifeſta-
tione donauit, qua ſola charitate iuſtitia legis poſ-
ſet impleri: ppterea dixit, Non ueni ſoluere legem, *Matth. 5.*
ſed adimplere. Hoc eſt nouum teſtm̄, q huic dile-
ctioni hæreditas regni cœlorum pmittitur, qd in
figuris ueteris teſtamenti pro temporū diſtributio
ne tegebatur, Vnde idem dicit, Mandatum nouum *Ioan 13.*
do uobis, ut uos inuicem diligatis. Itaq; uel oia, *Cap. 28.*
uel penè oia, quæ monuit ſeu præcepit, ubi adiun-
gebat, Ego aūt dico uobis, inueniūtur & in illis ue
teribus libris. Ibi cōtra iram dictum eſt, Turbatus
eſt præ ira oculus meus: &, Melior eſt q uincit irā, *Pſal. 6.*
q̄ qui capit ciuitatem. Ibi cōtra uerbum durum in *Prou. 16.*
Ieſu filij Sirach, Plaga flagelli liuorem faciet, plaga *Eccleſia-*
aūt linguæ cōfringet oſſa. Ibi cōtra mœchiam cor *ſtici. 28.*
dis, Ne concupiſcas uxorem pximi tui. Non. n. ait.
Ne adulteres: ſed, Ne cōcupiſcas. Vnde Apl̄s hoc ex *Exod. 20*
lege cōmemorat, dicens, Nam cōcupiſcentiam ne- M
ſciebā, niſi lex diceret, Non cōcupiſces. Ibi de patiē *Roma. 7.*
tia nō reſiſtendi laudatur uir, præbens pcutienti ſe
maxillam & ſaturatus opprobriis. Ibi de inimico *Threno. 3*
diligēdo dicitur, Si eſurierit inimicus tuus, ciba il- *Prouer. 25*
lum: ſi ſitit, potū da illi. Hinc. n. hoc cōmemorauit
Apl̄s. Et illud in Pſalmo, Cum iis qui oderāt pacē, *Roma. 12*
eram pacificus. Et alia multa. Qđ aūt temperando *Pſal. 119.*
à uindicta, & diligendo ēt malos, deum imitemur,
habes ibi de ipſo deo id agente copioſum locum:
ibi nanq; ſcriptum eſt, Multum. n. ualere tibi ſoli ſu *Sapiē. 11.*
pererat ſemp, & uirtuti brachij tui qs cōtrà ſtabit?
qm̄ tanq̄ momentum ſtateræ, ſic ante te eſt orbis
terrarū: & tanq̄ gutta roris antelucani, quæ deſcen
dit in terram: ſed misereris omnium, quoniam om
nia potes, & diſsimulas peccata hominum pp pœ-
nitentiā. Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odi
ſti horum quæ feciſti: nec enim odio habens aliqd
conſtituiſſes. Quomodo ergo poſſet aliquid pma-
nere, niſi tu uoluiſſes, aut qd à te uocatū non eſſet,
conſeruaretur? Parcis autem omnibus, qm̄ tua ſunt

A dñe,qui animas amas. Bonus.n.ſpiritus tuus eſt in
oibus,ꝑp quod eos qui exerrant partibus corripis:
& de qbus peccant admonens, alloqueris, ut reli-
Matt. 5. ĉta malitia,credant in te dñe. Ad hanc benignam
patientiã dei, qui facit ſolẽ ſuum oriri ſuper bonos
& malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, nos imitã
dam Xp̃s hortatur:ut uindicare noſtras iniurias ne
gligamus,& benefaciamus his, q nos oderunt,ut ſi
mus pfecti, ſicut pater noſter cœleſtis pfectus eſt:
Valere aũt nobis & ad remittenda debita peccato
rum noſtrorũ, quod alijs iſta ultionũ debita rela-
xamus:& cauendũ eſſe,ne ſi hoc nõ fecerimus, nec
nobis deprecãtibus peccati obligatio remittatur,
Eccli. 28. ſic in illis libris ueteribus ſcriptũ eſt, Qui uindica-
ri uult, inueniet uindictã à deo,& peccata illius cõ
firmans cõfirmabit. Relinque ꝓximo tuo nocenti
te,& tũc deprecãti tibi,peccata ſoluenꝭ. Homo ho-
mini reſeruat irã, & à dño q̃rit medelam carnis? in
hoiem ſimilẽ ſibi non habet miſericordiam, & ꝓ
peccatis ſuis deprecatur dñm: & ipſe dum caro ſit,
reſeruat iram, & repropiciationẽ petit à dño, & qs
Cap. 19. exorabit pro peccatis illius. Iã uero de uxore nõ
B dimittenda, quid aliud, uel quid opportunius ex il
lis libris cõmemorarem, q̃ id, unde Iudæis de hac
re interrogantibus dñs ipſe reſpondit. Cum.n.quę
rerẽt,utrũ liceret quacunq; ex cauſa dimittere uxo
Matt. 29. rem,ait illis, Non legiſtis, quia qui fecit hoiem ab
Gen. 2. initio,maſculum & fœminam fecit eos,& dixit,Pro
pter hoc dimittet homo patrẽ & matrem,& adhæ-
rebit uxori ſuæ,& erunt duo in carne una. Itaq; iã
Contra non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo deus con-
Adimantum iunxit,homo nõ ſeparet. Ecce Iudęi ex libris Moyſi
Manichaeum conuincuntur nõ eſſe uxorẽ dimittendã, qui ſcdm
cap. 3. uoluntatẽ legis Moyſi arbitrabanꝭ ſe facere, cũ di-
mitterẽt. Simul & illud hic,ipſo Xp̃o atteſtante,co-
gnoſcimus,deũ feciſſe & cõiunxiſſe maſculũ & fœ-
minã:quod Manichęi negando damnant non iam
Moſeos libro,ſed Xp̃i Euangelio reſiſtentes. Porrò
aũt,ſi quod ipſi opinantur & prędicant,uerum eſt,
diabolum feciſſe atq; iunxiſſe maſculum & fœmi-
nam, qua calliditate diabolica Fauſtus reprehẽdit
Moyſen, tanquã coniugia dirimentẽ p libellũ repu
dij:& laudat Xp̃m, tanquam illud eiuſmodi uincu
lũ confirmantẽ ex præcepto Euangelij:cũ utiq; ſe-
cundum ſuam ſtultam ſacrilegamq; ſñiam Moyſen
laudare debuerit ſeparantem, quod fecerat & con-
iunxerat diabolus:& Xp̃m uituperare, diaboli fig-
C mentum & ligamentũ ſolidantẽ? Iã illud q̃uo ape-
rit magiſter bonus,cur ipſe Moyſes, ex cuius libro
prolata eſt, de prima coniunctione maſculi & fœ-
minæ, tã ſancta & nulla ſeparatione uiolãda caſti-
tas coniugalis, poſtea pmiſerit dimittere uxorẽ? Nã
Matt. 19. cũ illi rñdiſſent. Quid ergo Moyſes mãdauit dari li
Deut. 24. bellũ repudij,& dimittere? Ait illis, Qm̃ Moyſes ad
duritiã cordis ueſtri, pmiſit uobis dimittere uxo-
res ur̃as. Hoc eſt,quod pauloante expoſuimus. Quã
Supra. c. ta.n.duritia erat, quæ nec p libelli interpoſitionẽ,
26. ubi diſſuadendi locus iuſtis & prudentibus tribue
baꝭ, ſolui & flecti poſſet ad recipiendã uel reuocan
dã coniugij charitatẽ:ita dñs, qd lex & bonis præ-
ciperet, & duris pmitteret, eiuſdẽ legis teſtimonio
declarauit,cũ & nõ dimittendã uxorẽ, ex eadẽ ſcri
ptura cõmemorata coniunctione maſculi & fœmi
næ,monuit, diuinamq; authoritatẽ eiuſdem con-
iunctionis expoſuit:& dandũ libellum repudij pp
duritiã, uel domandi uel indomiti cordis oſtẽdit. D
Quapp cum oia illa excellentia præcepta dñi, q̃ Cap. 30.
ueteribus Hebræorum libris contraria Fauſtus uo
lebat oñdere, in eiſdem quoq; libris inueniantur,
unde uenit dñs legẽ nõ ſoluere, ſed adimplere: niſi Matt. 5.
ut perceptis promiſſorũ figuris, quæ reddita uerita
te adimpletę atq; ſublatę ſunt, ipſa quoq; pręcepta,
p quæ lex illa ſancta & iuſta & bona eſt, non p ue-
tuſtatẽ literæ iubentis, & delicta ſuperborũ, reatu
ẽt pręuaricationis augentis, ſed p nouitatẽ ſpiritus
adiuuantis, & humiliũ cõfeſſionem ſalutis gr̃a li- Rom. 7.
berantis, implerentur in nobis? Quia reuera ſicut
oia iſta p̃cepta ſublimia, nec in illis libris ueterib⁹
deſunt, ita illic finis quò referanꝭ, occultus eſt: quã
uis ſcdm eũ uiuerent ſancti, q futurã eius reuelatio
nem uiuebant,& pro tẽporum proprietate uel pro
phetice tegebãt, uel ꝓphetice tectũ ſapienter intel
ligebant. Deniq; ꝙ non temere dixerim, neſcio Cap. 31.
utrum quiſquã in illis libris inuenit nomen regni
cœlorũ quod tam crebro nominat dñs. Dicitur q-
dẽ ibi, Diligite ſapientiã,ut in æternũ regnetis. Et Sapie. 6.
ipſa uita ęterna,ſi nõ illic in manifeſto prædicareꝭ,
nõ diceret dñs ẽt malis Iudæis, Scrutamini ſcriptu Ioan. 5.
ras,in qbus putatis uos uitã æternam habere, ipſæ E
teſtimoniũ perhibent de me: quò.n.niſi ad hoc p-
tinet,quod ibi ſcriptũ eſt, Non moriar,ſed uiuã,& Pſal. 117.
enarrabo opa dñi:&, Illumina oculos meos, ne un Pſal. 12.
quã obdormiã in morte: † &, Iuſtorũ animę in ma Sapie. 3.
nu dei ſunt, & non tanget illos tormentũ malitię? † ali. obdormiãt in mortẽ.
Et paulopoſt, Illi aũt ſunt in pace,etſi corã hoibus
tormenta paſsi ſunt, ſpes illorũ immortalitate ple-
na eſt:& in paucis uexati, i multis bene diſponenꝭ.
Et alio loco, Iuſti aũt in perpetuũ uiuent, & apud
dñm eſt merces eorũ, & cogitatio eorũ apud altiſ-
ſimũ:ideo accipient regnũ decoris,& diadema ſpe- Sapie. 5.
ciei de manu dñi. Hæc & alia multa,ſiue apertiſsi-
ma, ſiue obſcura inueniunꝭ illic teſtimonia uitę æ-
ternæ. Et de ipſa corpoꝝ reſurrectione nõ tacuerũt
Prophetę. Vnde Phariſęi aduerſum Saducęos eam
nõ credẽtes, acerrime cõfligebant: qd non ſolũ in
Actibus Apl̃orum canonicis,quos iſti nõ accipiũt, Acto. 23.
ne de aduentu ueri paracleti,quẽ promiſsit dñs,cõ
uincantur,euidenter apparet. uerumetiã in Euãge-
lio, ubi ei ꝓponunt Saducæi quæſtionẽ de mulie-
re,q̃ ſeptẽ fratribus ſingillatim nupſerat, cũ in eius
coniugiũ alter alteri morienti ſuccederet, cuius nã Matt. 22.
eorũ in reſurrectione uxor eſſet futura. Proinde te-
ſtimonijs uitę æternę, & reſurrectionis mortuorũ F
abũdat illa ſcriptura,ſed hoc nomẽ: id eſt, regnum
cœloꝝ, de nullo inde loco mihi occurrit: hoc.n. ꝓ
prie ptinet ad reuelationem noui teſtamenti, qa ea
corpora q̃ terrena fuerãt, mutatione illa, quã Pau- 1. Cor. 15.
lus aptius cõmemorat, in reſurrectione fient ſpiita
lia, ac p hoc cœleſtia, in qbus poſsideamus regnũ
cœloꝝ, Quod ori eius ẽt nonunandũ ſeruabatur,
quẽ regẽ ad regendos, & ſecerdotẽ ad ſanctifican-
dos fideles ſuos uniuerſus ille apparatus ueteris in-
ſtrumẽti in generationibus,factis,dictis,ſacrificijs,
obſeruationibus,feſtiuitatibus,omnibusq; eloqo-
rũ p̃conijs,& rebus geſtis,& reꝝ figuris parturiebat
eſſe uenturum: qui plenus gr̃a & ueritate,& ad præ Ioan. 1.
cepta facienda, adiuuando per gratiam,& promiſ-
ſa implenda curando per ueritatem, uenit legẽ nõ
ſoluere,ſed adimplere. Matt. 5.

Libri deciminoni finis.

Cap. 1. Auſtus dixit, Cur ſolē colitis, niſi qa
eſtis Pagani, & gentium ſchiſma, non
F ſecta? Igitur non ab re fuerit & hoc ip
ſum quærere, quo manifeſtius uidere
poſsimus, uter noſtrum hoc nomine
debeat appellari. Et quidem ſi tibi fidē meam nūc
ſimpliciter, ut in amicis referam, uidear fortaſſe ex-
cuſationis cauſa id fingere, aut diuinorum, quod
abſit, luminum erubeſcere cultura. Sed tu quidem
utcunq; uolueris accipe, me tñ dixiſſe non pœnite-
bit, uel pp aliquos, qui hactenus ſcire habebunt, re
ligionem noſtram nihil cum gentibus habere cō-
Cap. 2. mune. Igitur nos patris quidem dei oipotentis,
& Xp̄i filij eius, & ſpiritus ſancti unum idemq; ſub
triplici appellatione colimus numen: ſed patrem q
dem ipſum lucem incolere credimus ſummam ac
2. Tim. 6. principalem, quam Paulus aliâs inacceſsibilem uo
cat, filium uero in hac ſcda ac uiſibili luce conſiſte
1. Cor. 1. re: qui qm̄ ſit & ipſe geminus, ut eū Apl's nouit xp̄m
dicens eſſe dei uirtutem & dei ſapientiam, uirtutē
H quidem eius in ſole habitare credimus, ſapientiam
uero in luna: necnon & ſpiritusſancti, qui eſt maie-
ſtas tertia, aeris hūc oēm ambitum ſedem fatemur
ac diuerſorium: cuius ex uiribus ac ſpiritali profu-
ſione, terram quoq; concipientem, gignere patibi-
lem Ieſum, qui eſt uita ac ſalus hoium, omni, ſuſpē
ſus ex ligno. Qnapp & nobis circa uniuerſa, & uo-
bis ſimiliter erga panem & calicem par religio eſt,
quanuis eorum acerrime oderitis authores. Hęc no
ſtra fides eſt, de qua ſi quærendum aliàs putaueris
audies: quanuis nec illud ad præſens minus firmū
ſit argumentum, quod uel tu, uel quilibet alius ro
gatus, ubi nam deum ſuum credat habitare, reſpon
dere non dubitabit, in lumine: ex quo cultus hic
meus oium penè teſtimoniū confirmatur. Sed
Cap. 3. nunc ad illud, quia nos non ſectam, ſed ſchiſma gē
tium nuncupaſti. Schiſma, niſi fallor, eſt eadem opi
nantem, atq; eodem ritu colentem, quo cæteri, ſolo
cōgregationis delectari diſsidio. Secta uero, eſt lō-
ge alia opinantē q̄ cęteri, alio ēt ſibi ac longe diſsi-
mili ritu, diuinitatis inſtituiſſe culturā. Quæ ſi ita
ſunt, mea iterim & opinio & cultus lōge alia ſunt, q̄
Paganorū. De tuis poſtea uidebimus. Pagani bona
I & mala, tetra & ſplēdida, ppetua & caduca, mutabi
lia & certa, corporalia & diuina unū hr̄e principiū
dogmatizāt. His ego ualde cōtraria ſentio, q bonis
oibus principiū fateor deū, contrarijs uero Hylen:
ſic.n. mali principiū ac naturā theologus noſter ap
pellat. Itē Pagani, aris, delubris, ſimulachris, uicti-
mis, atq; incēſo deū colēdū putāt. Ego ab his i hoc
quoq; multū diuerſis incedo, q ipſum me, ſi modo
ſim dignus, rationabile dei tēplū puto uiuū uiuæ
maieſtatis: ſimulachrū, Xp̄m filiū eius accipio: arā,
mentē bonis artibus & diſciplinis imbutā: hono-
res quoq; diuinos ac ſacrificia in ſolis orationibus,
& ipſis puris ac ſimplicibꝰ pono: qūo ergo ſchiſma
Cap. 4. ſum Paganoꝝ? Hactenꝰ.n. & Iudęoꝝ me poteras
dicere ſchiſma, quia & oipotentem deum colā, qd'
ſibi & Iudæus ois audaciter aſſumit, cū non conſi-
derares rituū diuerſitatē, qua à me coleretur oipo-
tens & à Iudæis, ſi tñ omnipotentē Iudæi colunt.
Sed interim de opinione tractamus, quæ ſic & Pa-
ganos de ſolis cultura ſefellit, ut de oipotentis Iu-
dęos Sed nec ueſtrū quidem ſchiſma, ſi me dixeris,
uerū eſt, quāuis Xp̄m uenerer & colā, qa alio eū ri-
tu colo, & alia fide q̄ uos. Shiſma uero aut nihil im
mutari debet ab eo, unde factū eſt, aut nō multū:
utputa uos, q deſciſcentes à gentibus, monarchiæ
opinionē primo uobiſcum diuulſiſtis: id eſt, ut oia
credatis ex deo: ſacrificia uero eoꝝ uertiſtis in aga
pas, idola i martyres, quos uotis ſimilibus colitis:
defunctoꝝ umbras uino placatis & dapibus: ſolē-
nes gentiū dies cū ipſis celebratis, ut calēdas, & ſol
ſtitia: de uita certe mutaſtis nihil: eſtis ſanè ſchiſ-
ma, à matrice ſua diuerſum nihil hn̄s niſi cōuentū.
Necnō & priores ur̄i Iudęi, ſegregati ēt ipſi à genti-
bus ſculpturas ſolū dimiſerūt: tēpla uero, & imola-
tiones, & aras, & ſacerdotia, atq; omne ſacroꝝ mini
ſteriū eodē ritu exercuerūt, ac multo ſupſtitioſius
q̄ gētes De opinione uero monarchię in nullo ēt ip
ſi diſſentiunt à Paganis: q̄re cōſtat uos atq; Iudęos
ſchiſmata eſſe gētilitatis: cuius fidē tenētes & ritus,
modice quāuis immutatos, de ſola conuentuū di-
uiſione putatis uos eſſe ſectas. Porrò aūt ſectas ſi q̄ L
ras, nō plus erunt q̄ duę: id eſt, gentiū & nr̄a, q eis lō
ge diuerſa ſentimus. Ita quidē oppoſiti inuicē no-
bis, ut eſt ueritas & mendaciū, ut dies & nox, ut ege
ſtas & copia, ut morbus & ſanitas: uos uero nec er-
roris ſecta eſtis, nec ueritatis, ſed ſchiſma tm̄: nec ip
ſum ueritatis ſaltem, ſed erroris. Auguſt. rn̄dit, O Cap. 5.
īperitia peſtis, & uanitas uerſipellis, ut qd tibi obij
cis, qd ſi qs tibi obijcit, neſcit cū quo agat? Neq;.n.
uos Paganos dicimus, aut ſchiſma Paganoꝝ, ſed ha
bere cū eis quandā ſimilitudinē, eo q̄ multos cola-
tis deos. Verū uos eis eſſe longe deteriores, q̄ illi ea
colunt q̄ ſunt, ſed p dijs colenda non ſunt: ſunt n.
& idola, ſed ad ſalutē nihil ſunt. Et q colit arborē,
non quidē arando, ſed adorando, non id colit qd'
nuſquā eſt, ſed quod ita colendū non eſt. Ipſa ēt dę
monia, unde dicit Apl's, Quæ immolant gentes, dæ 1. Cor. 10
monijs immolant, & non deo: utiq; ſunt qbus illos
immolare dicit, & quorū nos ſocios eſſe non uult.
Iā uero cœlū & terra & mare & aër, ſol & luna & cę
tera ſydera, oia hæc manifeſta oculis apparent, atq;
ipſis ſenſibus p̄ſto ſunt. Quæ cū Pagani tanq̄ deos
colunt, uel tanquā partes unius magni dei, nā uni-
uerſum mundū quidā eoꝝ putant maximum deū,
ea colunt quæ ſunt. Cum quibus qn̄ agimus, ut ea
non colant, non eis dicimus q̄ nulla ſint, ſed q̄ co- M
lenda non ſint: eiſq; colendum horum oium con-
ditorem, deum inuiſibilem ſuademus, cuius ſo-
lius participatione beatus homo fieri poteſt quod
oēs uelle nemo ambigit. Sed qa nōnulli eoꝝ inuiſi
bilē & incorporeā creaturā colūt, quod eſt anima,
menſq; humana, tñ quia nec eiuſmodi creaturę par
ticipatione fit homo beatus, ille non ſolū inuiſibi
lis, uerumetiā incōmutabilis deus: id eſt, deus ue-
rus colendus eſt: qa ſolus ille colēdus eſt, quo ſolo
fruēs, beatꝰ fit cultor eius: & quo ſolo nō fruēs, ois
mens miſera eſt, qualibet re alia pfruatur. Vos aūt
cū ea colatis, quæ oino non ſunt, ſed ueſtraꝝ falla-
cium fabularū uanitate finguntur, propinquiores
eſſetis uerę pietati ac religioni, ſi ſaltē Pagani eētis,
uel in eorū genere q corpora colunt: etſi non colē- Cap. 6.
da, ſed tñ uera. Vnde uos uerius dixerim nec ſolem Quid de
iſtū colere, ad cuius gyꝝ ur̄a oratio circūuoluitur. ſole ſen-
Nā & de ipſo tam falſa, & tā deteſtanda iactatis, tiant Ma
ut ſi ſuas uindicaret iniurias, iā flāmis eius uiui ar- nichæi.
derēis.

A dĕrĕtis. Nam primo eum nauim quādam eſſe dicitis: ita non tantū, ut dicitur, totoq́; cœlo erratis, ſed & natatis. Deinde, cū oium oculis rotundus effulgeat, eaq́; illi figura pro ſui ordinis poſitiōe pfecta ſit, uos eū triangulū perhibetis. i. per quandā triangulā cœli feneſtrā lucē iſtā mundo terriſq́; radiare. Ita fit, ut ad iſtū qdē ſolē dorſum ceruicēq́; curuetis: non aūt ipm tam clara rotūditate cōſpicuum, ſed neſcio quā nauim per foramen triangulū micātem atq́; lucentē, quā cōfictam cogitatis, adoretis. Quā profecto faber ille nō faceret, ſi quēadmodū emuntur ligna, qbus nauigiorū tabulæ cōpinguntur, ſic emerentur & uerba, qbus hæreticorū fabulę cōfinguntur. Verū hęc tolerabilius uel ridentur uel flentur in uobis, illud eſt intolerabilr ſceleratū, ꝙ de ipſa naui puellas pulchras & pueros ꝓponi dicitis: quorū famoſiſsimis corporibus inardeſcāt principes tenebrarū, ad fœminas maſculi, & ad maſculos fœminę: ut in ipſa flagrāti libidine, & inhianti cōcupiſcētia de membris eorū, tanq̄ de tetris ſordidiſq́; cōpedibus dei ueſtri mēbra ſoluant: & his obſcœniſsimis pānis vſis conaminī aſſuere ineffabilē

De natura boni. cap. 24.

B trinitatē, dicētes patrē i ſecreto quodā lumine habitare: filij aūt in ſole uirtutē, in luna ſapientiam, ſpm̄ uero ſanctū in aere. In qua tripertita ueſtra, uel potius iam quadripertita fabula de pr̄is qdem ſecreto lumine, qd uobis dicā, niſi qa lumen cogitare nō poteſtis, niſi quale uidere cōſueſtis? Hoc. n. conſpicuū & omni carni, nō tantū hominū, uerū etiā beſtiarū & uermiculorū notiſsimū lumē intuētes: ex illo conceptā corde phātaſiam, in imenſum ſoletis augere, & eā lucem dicere, ubi deus pater habitat cum regnicolis ſuis. Qm̄. n. diſcreuiſtis lucem quā cernimus, ab ea luce qua itelligimus, cū aliud nihil unquā putaueritis eſſe, intelligere ueritatem, niſi formas corporeas cogitare: ſiue finitas, ſiue ex aliqbus partibus ifinitas? Quę inania phātaſmata eſſe neſcitis. Proinde cū tantū interſit inter cogitationem, qua cogito terrā luminis ueſtri, quæ oino nuſquā eſt: & cogitationē, qua cogito Alexandriā, quā nunquā uidi, ſed tn̄ eſt: ruiſuſq́; tantū interſit inter iſtā, qua cogito Alexādriā incognitā, & eam, qua cogito Carthaginē cognitā: ab hac quoq́; cogi

Cap. 7.

hõ quilibet nõ percipit,quãto magis uos,q cũ car-
nem deteſtamini, nihil aliud q̃ ueſtrã regulã dete-
ſtamini,qua bona & mala metimini. Neq;.n.põt in
uobis eſſe cogitatio uel maloꝶ,niſi qualib⁹ carna-
lis ſenſus offendiť: uel bonoꝶ,niſi qualib⁹ carnalis
acies oblectať. Vt ergo iſta in imo rerũ opera dei Cap. 5.
terrena,infirma, mortalia, ſed tñ opera dei, qualia
poſſumus uidere, conſiderẽ, ineffabiliter moueor
laude creatoris illoꝶ,qui prorſus ita magnus eſt in
operib⁹ magnis,ut minor nõ ſit in minimis. Ars.n.
diuina,qua & cœleſtia & terrena opera fiunt,cũ ea
ſint inter ſe diſsimilia,ipſa i oĩbus ſui ſimilis eſt,qa
i ſuo quæq; genere pficiẽdo ubiq; pfecta eſt. Neq;.n.
uniuerſum cõdit in ſingulis,ſed ad uniuerſi cõple- M
xum cõdens ſingula, uniuerſam ſe cõdendis pbet
& ſingulis,oĩa cõgruenter locis ſuis & ordinib⁹ fa-
ciens atq; diſponẽs,& oĩbus particulariter atq; uni-
uerſaliter congrua tribuens. Ecce hic in iſto quaſi
fundo infimo uniuerſę creaturę aſpicite aĩalia,quę
uolant,& natant,& gradiunť,& repunt. Nẽpe mor-
talia ſunt,nẽpe uita eoꝶ,ſicut ſcriptũ eſt, Vapor eſt Iacobi. 4.
ad modicũ apparens. Hunc.n.modulũ ab optimo
conditore perceptũ, tanq̃ in cõmune conferũt uni
uerſo ꝓ ſui generis portione complendo,ut cũ iſtis
imis ſint oĩa bona, in quibus ſunt eis ſuperna me-
liora. Veruntñ attendite,& date mihi unũ quãlibet
abiectiſsimũ animal, cuius aĩa oderit carnẽ ſuã,ac
nõ potius nutriat & foueat eã, motuq; uitali uege-
tet,& regat, & quodãmodo adminiſtret ꝓ ſui gene
ris exiguitate quoddã uniuerſum ſuũ,ad incolumi
tatem tuendã ſibi conciliatũ. Quod.n.rationalis 1. Cor. 9.
aĩa caſtigat corpus ſuũ,& ſeruituti ſubijcit,ne imo
derato appetitu terrenoꝶ impediať à perceptione
ſapiẽtiæ,etiã ſic utiq; diligit carnẽ ſuã, quã ſibi ad
obediendũ legitime ſubdit atq; ordinat. Poſtremo
uoſipſi,q̃uis carnali errore carnẽ deteſtemini; non
poteſtis niſi diligere carnẽ ueſtram, eiuſq́ ſaluti &
incolumi-

A incolumitati cõſulere, oẽs ictus, & caſus & intempe
riem qua læditur deuitare, munimẽta uero & ſalu-
britatẽ qua cõſeruatᷣ appetere: ita oſtenditis præua
lere naturæ legẽ contra erroris ueſtri opinionem.
Cap. 6. Quid in ipſa carne uitalia uiſcera, totius formæ
cõuenientia, mẽbra operandi, uaſa ſentiendi, locis
atq; officijs ſuis cuncta diſtincta, & cõcordi unita-
te cõtexta, moderatione mẽſurarũ, parilitate nume
rorũ, ordine põderũ: nõnne indicant artificẽ ſuũ
Sapië. 11. deũ uerũ, cui uere dictũ ẽ, Oia in mẽſura & nume-
ro & põdere diſpoſuiſti? Si ergo cor nõ peruerſum
Roma. 1. atq; corruptũ uanis fabulis haberetis, inuiſibilia ei⁹
etiã p iſta, q̃ in hac infima & carnali creatura facta
ſunt intellecta cõſpiceretis. Vnde.n. iſtis hæc quæ
cõmemoraui, niſi ab illo, cuius unitate oĩs modus
ſiſtitur: cuius ſapiẽtia oĩs pulchritudo formatᷣ: cu-
ius lege oĩs ordo diſponitur? Quod ſi ad iſta intuẽ
da oculũ nõ habetis, Apl'ica uos ducat authoritas.
Cap. 7. Apl's.n. cũ de ſancta dilectione præciperet, qua-
Ephe. 5. lis eſſe debeat uirorum in uxores, ex aĩa animantis
ſumpſit exẽplũ. Qui diligit, inqt, uxorem ſuã, ſeip-
ſum diligit. Nemo.n. unquã carnẽ ſuã odio habet,
B ſed nutrit & fouet eã, tanq̃ Chriſtus Eccleſiã. Ecce
in cõſpectu ueſtro eſt carnalis uniuerſa ſubſtãtia,
uidete quẽadmodum in oẽ animal, ſibi ad ſalutẽ
cõciliatum, pertẽdat naturæ iſta cõmunio, ut dili-
gat carnẽ ſuã. Neq;.n. hoc in hoibus tãtum eſt, qui
cum recte uiuunt, non ſolũ conſulunt ſaluti carnis
ſuę, uerũetiã carnales motus ad uſum rationis edo
mant & refrenant: ſed etiã beſtiæ fugiunt dolorẽ,
formidãt interitũ: & qcquid illã mẽbrorũ cõpagẽ
copulãq; carnis & ſpũs a cõcordiæ iunctura diſcin
dere ac dirimere poteſt, quãta ualẽt agilitate deui-
tant, nutrientes etiã ipſæ ac fouẽtes carnẽ ſuã. Ne-
mo.n. unquã carnẽ ſuã odio habet, ſed nutrit, inqt,
ac fouet eã, ſicut & Xp̃s Eccleſiã. Videte unde quo
aſcenderit: intuemini, ſi poteſtis, quã uim ducat à
creatore creatura, ab ipſis cœleſtibus apparatibus
uſq; ad carnẽ & ſanguinẽ, uniuerſitatis plenitudine
terminata, formarũ uarietate decorata, rerũ gradi-
Cap. 8. bus ordinata. Rurſus idẽ Apl's, cũ de ſpiritalibus
diuerſis muneribus, & tñ ad unitatẽ conſonis, rem
planè magnã, & diuinã, & abditã nos doceret, de
iſta ipſa carne noſtra ſimilitudinẽ dedit: cuius ar-
C tificẽ deũ, cũ hæc loqueretᷣ, oino nõ tacuit. Quod
etſi longũ eſt, tamen qa ualde neceſſariũ, totum ip
ſum locũ ex eius ad Corinthios Epiſtola huic ope
1. Cor. 12. ti me inſerere nõ pigebit. De ſpiritalibus aũt nolo
uos ignorare fratres, ſcitis qñ gentes eratis, ad ſimu
lachra ſine uoce qũo aſcendebatis inducti: ꝓpter
qđ notum facio uobis, qa nemo in ſpiritu dei lo-
quens, dicit anathema Ieſu: & nemo põt dicere, Do
minus Ieſus, niſi in ſpirituſancto. Diuiſiões aũt do
nationũ ſunt, idẽ aũt ſpũs: & diuiſiones miniſtra-
tionũ ſunt, idẽ autẽ dñs: & diuiſiones operationũ
ſunt, idẽ uero deus, q oia operatᷣ in oibus. Vnicuiq;
autẽ datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem: alij
quidẽ datur per ſpiritũ ſermo ſapientiæ: alij ſermo
ſcientiæ ſcđm eundẽ ſpiritum: alteri autem fides in
eodem ſpiritu: alij donatio curationum in uno ſpi
ritu: alij operationes uirtutum: alij Prophetia: alij
diiudicatio ſpirituũ: alij genera linguarũ: alij inter
pretatio linguarũ: oia autẽ hæc operatur unus atq;
idẽ ſpũs, diuidẽs ꝓpria unicuiq; pro ut uult. Sicut
enim corpus unũ eſt, & membra habet multa, oia
autẽ mẽbra corporis cũ ſint multa unũ eſt corp⁹, D
ita & Xp̃s. Etenim in uno ſpiritu nos oẽs in unum
corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Grçci, ſiue
ſerui, ſiue liberi: & oẽs unũ ſpiritũ potauimus. Et
enim corpus nõ eſt unũ mẽbrũ, ſed multa. Si dixe
rit pes, qa nõ ſum manus, nõ ſum de corpore, non
ideo nõ eſt de corpe: uel ſi dixerit auricula, qa non
ſum oculus, nõ ſum de corpore, nũ ideo nõ eſt de
corpe? Et ſi totũ corpus oculus, ubi auditus? Si to-
tũ auditus, ubi odoratus? Nũc aũt poſuit deus mẽ-
bra ſingula unũquodq; eorũ i corpe prout uoluit.
Si aũt fuiſſent oia unũ mẽbrũ, ubi corpus? Nũc aũt 2. Retr. 5.
multa mẽbra, unũ aũt corpus. Nõ põt autẽ dicere
oculus manui, opus te nõ habeo: aut iterũ caput
pedib⁹, opus uobis nõ habeo: ſed multo magis q̃
uidentᷣ mẽbra corpis ifirmiora eẽ neceſſaria ſunt:
& q̃ uidentᷣ uiliora eẽ corpis, his abũdãtiorẽ hono
rẽ circũponimus, & q̃ inhoneſta ſunt nr̃a, abundã
tiorẽ honeſtatẽ habẽt: q̃ autẽ honeſta ſunt nr̃a, nõ 1. Cor. 12.
opus habẽt, ſed deus tẽperauit corp⁹, ei cui deerat
maiorẽ honorẽ dans, ut nõ eſſet ſciſſura in corpe,
ſed idẽ ipſum, ut ꝓ inuicẽ ſolicita ſint: & ſiue patia
tur unũ mẽbrũ, cõpatiuntᷣ oia mẽbra: ſiue glorifi- E
catur unũ mẽbrũ, cõgaudẽt oia mẽbra. Si ulla, nõ
dico fides Chriſtiana, ut credatis Apl'o, ſed ullus
ſenſus humanus i uobis eſt, ut manifeſta cernatis,
unuſquiſq; in ſemetipſo iſta uideat atq; cõſideret, q̃
uera, q̃ certa ſint, q̃ in paruo magna, & in extremo
q̃ bona: qñquidẽ iſta in laude ponit Apl's, ut p hæc 2. Cor. 4.
infirma † corporalia, quæ uidentᷣ, poſsint facilius † infima.
illa ſublimia ſpiritalia, quæ nõ uidentur intelligi.
Horũ ergo mẽbrorũ & corporis noſtri, quæ ſic Cap. 9.
cõmendat, ſic laudat Apl's, quiſquis artificẽ deum Galat. 1.
negat uidetis cui cõtradicat annunciãs uobis præ
ter id qđ accepimus. Quid igitᷣ opus eſt, ut à me re-
darguatᷣ potius, q̃ ab oibus Chriſtianis anathema-
tizetur? Dicit Apoſtolus, Deus tẽperauit corpus: & 1. Cor. 12.
dicit iſte, Hyle, nõ deus. Quid apertius his inimici-
tijs ante anathematizandis, q̃ refellendis? Nunquid
& hic Apl's, cũ diceret, Deus, addidit, huius ſeculi?
Vbi etiã ſi quis diabolũ intellexerit excæcare mẽ-
tes infideliũ, nõ negamus, malis ſuaſionib⁹ qbus q
cõſentiũt, iuſtitię lumẽ amittũt, deo retribuẽte qđ
iuſtũ eſt. Hæc oia legimus in ſcripturis ſanctis: nã
& illud dictũ eſt de ſeductiõe extrinſecus ueniẽte, F
Timeo ne ſicut ſerpẽs Euã ſeduxit i uerſutia † ſua, 2. Cor. 11.
ita corrũpantᷣ mẽtes ueſtrę à ſimplicitate & caſtita † aſtutia
te, q̃ eſt in Xp̃o Ieſu. Cui ſile eſt, Corrũpunt mores 1. Cor. 15.
bonos colloquia mala Et illud q & ſi bi qſq; ſedu-
ctor ſit, Qui aũt putat ſe eſſe aliqd, cũ nihil ſit, ſeip- Galat. 6.
ſum ſeducit. Et illud de dei uindicta, qđ ſupra cõ-
memoraui. Tradidit illos deus i reprobũ ſenſum, Roma. 1.
ut faciãt q̃ nõ cõueniunt. Ita & in ueterib⁹ libris, cũ
prædixiſſet, Deus mortẽ nõ fecit, nec lętatur in ꝑdi Sapië. 1.
tiõe uiuorũ: Paulopoſt, Inuidia, inqt, diaboli mors Sapië. 2.
introiuit in orbẽ terrarũ. Et rurſus de ipſa morte,
ne ſe hoies extra culpã ponerent, Impij aũt manib⁹ Sapië. 1.
& uerbis, inqt, accerſierunt illã: & exiſtimantes illã
amicã, defluxerunt. Alibi autẽ, bona & mala, uita
& mors, diuitiæ & paupertas à dño deo ſunt. Hic Eccleſia-
perturbati hoies nõ intelligunt in uno eodẽq; ope ſtici. 11.
re malo, nõ poſtea cõſequente alia, quæ manifeſta
erit, ſed quadã cõtinuo comitante uindicta, aliud
uenire de aſtutia ſuadẽtis, aliud de nequitia uolen
tis, aliud de iuſtitia puniẽtis: cũ diabolus ſuggerit,

G homo cōſentit, deus deſerit. Quocirca in opere ma
lo, id eſt, excæcatione infideliū, ſi intelligat & dia-
2. Cor. 4. bol⁹ ꝑ ſuadēdi malignitatē, ut ſic diſtinguat, de⁹
huius ſeculi, nō mihi uidet abſurdū. Neq; n. ſine ad
ditamento dicit, Deus: cū adiungit, huius ſeculi: id
eſt, hoium impiorū, nō niſi in hoc ſeculo florere uo
lentium: ſcdm qđ dicit, & malū ſeculū, ſicut ſcriptū
Galat. 1. eſt, Vt eximeret nos de præſenti ſeculo maligno. Ta
Philip. 2. le eſt n. & illud, Quorum deus uēter: niſi eſſet ibi,
quorū nullo modo diceret, deus uēter. Nec in Pſal
mo dæmonia poſſent dij appellari, niſi adderetur,
Pſal. 95. gentiū. Sic. n. ſcriptū eſt, Qm dij gentiū dæmonia.
Hic aūt, nec deus huius ſeculi, nec quorū deus uen
ter, nec dij gentiū dæmonia: ſed ſimpliciter poſitū
1. Cor. 12. eſt, Deus tēperauit corpus: qui non poteſt intelli-
gi, niſi deus uerus oium creator. Illa n. cū uitupera
tione dicunt, hoc aūt cū laude dictū eſt. Niſi forte
deū tēperaſſe corpus, nō diſpoſitione membrorū,
hoc eſt, fabricādo & cōſtruendo, ſed admixtione
lucis ſuę Fauſtus intelligit: ut. ſ. hec membra ita di
H ſtincta & locata ſuis ſedibus alter poſuerit, qui hoc
fabricauit: deus aūt miſcendo bonitatē ſuā, huius
fabricæ malitiā tēperauerit. Talibus. n. fabulis pue
riles aīas hebetant. Sed neq; hoc eos poſſe dicere,
permiſit ſubueniens deus paruulis ꝑ ora ſanctorū.
Ibidem. Habes. n. & paulò ſuperius, Deus poſuit mēbra ſin
gula unūquodq; eorū in corpe prout uoluit. Quis
iam nō intelligat ſcdm hoc deū dictū tēperatorem
corporis, qđ ex multis mēbris corpus fabricauit,
officia diuerſorū operū in unitatis cōpage ſeruan-
Cap. 10. tibus? Dicant ergo Manichęi, utrū animalia, quę
ſcdm delitamenta eorū Hyle fabricauerat in gente
tenebrarū, anteq̄ illis deus lucem ſuam miſcuiſſet,
nō habebant iſtam mēbrorū concordiā, quam ſic
laudat Apoſtolus. Vtrū ibi diceret caput pedibus,
aut oculus manui, opus te nō habeo? Nunq̄ hoc di
xerunt, nec dicere potuerunt: tales. n. eis actus &
opa tribuunt, repebant, ambulabant, natabant, uo
labant quæq; pro ſuo genere: uidebant quoq;, & au
diebant, cæteriſq; ſenſibus ſentiebāt, alimētis & tē
peramētis cōgruis nutriebāt & fouebāt corpa ſua.
I Hinc etiā prolis fœcunditas ſuppetebat, nā & cōiu
gia tribuunt eis: hæc certe oīa, quæ tanq̄ Hyles opa
uituperat Manichæus, fieri nō poſſunt ſine mēbro
rū cōcordia, quā laudat & deo aſſignat Apls: dubi
tatis adhuc, qſnā ſectādus & qſnam anathematizā
dus ſit? Quid ꝗ erant ibi quædā, quæ etiam loque
bantur, ut eis concionantibus oīa ſerpētia, quadru
pedia, uolatilia, natatilia, audirēt, itelligerēt, cōſen
tirent? Miranda hæc & oino diuina eloquentia, &
neminē Grāmaticū aut Rhetorē audierant, nec in-
ter lachrymas ferularū atq; uirgarū iſta didicerāt.
Nempe iſte Fauſtus, ut has uanitates diſerte garri-
ret, ad diſciplinā faciendi ſermonis etiā ſerius acceſ
ſit: & q̄uis eſſet acer ingenio, in legendo ſtomachū
rupit, ut ei loquēti tā pauci aſſentirentur. O miſerū
qui in iſta luce, ac nō in illis tenebris natus eſt: illic
enim eū cōtra lucem concionantem, omnis bipes,
ois multipes, ois etiā ſerpens à dracone uſq; ad co-
chleam libenter audiret, alacriter obediret: hic aūt
contra tenebras diſputantē, plures eloquētē q̄ do-
ctum, multi aūt ſeductorē peruerſiſsimū nomina-
bant. Inter paucos uero Manichæos, tanq̄ magno
magiſtro plaudētes, nullū ei pecus annuebat, nec
ex illa doctrina ſaltē caball⁹ ei⁹ aliqd ſciebat, tanq̄

oibus aialibus ad hoc pars diuina concreta ſit, ut K
ſtolida fierēt. Quid ē hoc rogo? euigilate aliqn̄ mi-
ſeri, & cōparate in fabula ueſtra oium animantiū
prius tēpus & præſens: tūc in terra ſua, nūc in hoc
mūdo, tūc firma erant corpora, nūc infirma ſunt:
tunc acris acies oculorū ad uidēdū cū delectatiōe
inuadēdi regionē dei, nūc ita obtuſa, ut à ſolis ra-
dijs auertat: tūc acutæ mētes aialiū ad intelligēdū
cōcionantis ſermonē, nūc hebetes, & ab eiuſmodi
capacitate penitus alienæ: tūc naturalis tā magna
& tā potens eloquētia, nūc tanto ſtudio ac labore
uix parua & exigua. O q̄ magna bona cōmixtione
Cap. 11. boni ꝑdidit gēs tenebrarū. Iſte ipſe Fauſtus i hoc
ipſo ſermone, cui nūc rñdeo, multa ſibimet cōtra-
ria elegāter opponere uiſus eſt: ſanitatē & infirmi-
tatē, copiā & egeſtatē, albū & nigrū, calidū & frigi-
dū, dulce & amarū: in qb⁹ omitto de albo & nigro
aliqd dicere: aut ſi ullū momētū boni & mali eſt i
colorib⁹, ut albū dicāt ad deū pertinere, nigrū au-
tē ad Hylen, cū oia genera uolatiliū Hylen creaſſe
L perhibeāt, ſi albū colorē plumis earū deus aſperſit,
ubi latebāt corui, qn̄ cygni cādore ꝑfuſi ſunt? Item
de calido & frigido diſputare nō opus eſt: utrunq;
enim tēperāter adhibitū, ſalubre: intēperanter aūt
perniciofum eſt. Cætera uideamus: bonū & malū,
qđ in primis forte ponere debuit, in iiſdē cōtrarijs
ita uidet poſuiſſe, ut tanq̄ generalia uellet itelligi. ſ.
ut ad bonū pertineat ſanitas, copia, albū, calidū,
dulce: ad malū aūt infirmitas, egeſtas, nigrum, frigi
dū, amarū: q̄ imperite & incōſiderate, uideat q po-
tuerit: Ergo aūt ne homini calumniari puter, nihil
obijcio de albo & nigro, calido & frigido: de dulci
& amaro, ſanitati atq; infirmitati præſcribā. Si. n. al
bū & dulce duo bona ſunt, nigru autē & amarum
duo mala, qūo plurima uua, oiſq; oliua nigreſcen-
do dulceſcit, id eſt, mali ampli⁹ habēdo fit melior?
Itē ſi duo bona ſunt calor & ſanitas, duo uero ma-
la frigus & ifirmitas, cur caleſcēdo corpa ægreſcūt?
An forte ſana febriunt? Nō ergo hęc obijcio, q̄ for-
te nō cautus, aut ꝑ qbuſlibet cōtrarijs potius, q̄ ꝑ
bonis & malis cōmemorauit: ꝑſertim qa ignē gētis
M tenebrarū nunq̄ frigidū fuiſſe dixerūt, ſed calorē ei⁹
Cap. 12. utiq; malū. Verū ut iſta omittamus, illa uideam⁹,
q̄ ita cōmemorauit bona in his contrarijs, ut nolit
inde dubitari, ſanitatē, copiā, dulcedinē: ita ne in il
la gēte nō erat ſanitas corporū, in qua & naſci & cre
ſcere, gignere & ita ꝑdurare potuerunt illa aialia, ut
qbuſdā eorū grauidis, ſicut deſipiunt, captis, & in
cœlo colligatis, nec ſaltē pleni tpis, ſed abortiui fœ
tus de tā excelſo in terrā cadētes, & uiuere potue-
rint & creſcere, & iſta carniū, q̄ nūc ſunt innumera
bilia genera, ꝓpagare: aut copia ibi nō erat, ubi ar-
bores nō tm̄ in aquis & uētis, ſed etiā in igne & fu-
mo & naſci potuerūt, & tāta fœcunditate ditari, ut
ex earū fructibus ſui cuiuſq; generis aialia gigneren
tur, & earū arborū feracitate nutrita atq; paſta cōſer
uarent, quorū ſaginæ lætitiā, prolis quoq; fœcundi
tas teſtaret: maxime ubi nullus labor agriculturæ,
nec intēperies eēt æſtatis & hyemis: neq; n. ſol ibi
circumibat, ut alternantibus tpibus anni trāſcur-
rerent? Proinde ꝑpetua fertilitas erat arborū, qbus
elemētū & alimētū ſui generis, ſicut gignendis aſ-
fuerat, ita fœtādis perpetuo ſuppetebat, & fructus
nunq̄ deeſſe faciebat: ſicut uidemus arbores citrio
rum toto anno & flores & fructus parere, ſi iugiter.

A irrigentur. Magna ergo illic copia, & eius habendæ
magna ſecuritas: neq; n. uel grando timebatur, ubi
nõ erãt luminis exactores, quos tonitrua cõmoue
re fabulamini: dulces autẽ ac ſuaues ſi nõ haberẽt
cibos ſuos, nunq̃ eos appeterent, nunq̃ eis corpora
Cap. 13. uegetarent. Ita. n. ſe res habet, ut pro uniuſcuiuſq;
corporis cõgruentia uel delectet eſca uel offendat.
Si delectat, dulcis aut ſuauis dicit: ſi aũt offendit,
amara, ſiue aſpera, ſiue aliqua inſuauitate reſpuen-
da. Nõne ipſi nos hoies ita ſumus, ut plerunq; alter
appetat alimentũ, qđ alter exhorreat: ſiue ꝓ ſepera-
tione naturæ, ſiue ꝓ uſu cõſuetudinis, ſiue pro affe
ctione ualetudinis: quãto magis lõge diuerſi gene-
ris corpora beſtiaꝝ poſſunt illud habere iocundũ,
qđ nobis amarũ eſt? An aliter capræ ad rodendũ ſu
ſpẽderẽt oleaſtrũ? Nã ſicut nõnulli morbo hoium
uel amaꝝ eſt, ita illi naturæ pecoris ſuauis oleaſter:
ſic inſinuatur prudentib' rerũ examinatorib' ordo
qd ualeat, cum. ſ. ſua cuiq; adhibent atq; reddũtur:
B quantumq; hoc bonũ ſit ab imis uſq; ad ſumma, à
corporalib' uſq; ad ſpiritalia. Itaq; in gẽte tenebraꝝ
cum aial alicuius elementi eo ueſcebatur cibo, qui
naſcebat in eius elemento, proculdubio ſuauitatẽ
ipſa cõgruentia faciebat, ſi aũt incidiſſet in alterius
elementi cibũ, ipſa incongruẽtia faceret offenſionẽ
ſenſui guſtãtis: quæ offẽſio uel amaritudo uel aſpe
ritas uel inſuauitas uel quodlibet aliud: aut ſi ita
nimiũ eſt, ut aliena ui cõpagẽ corporis, cõcordiãq;
dirũpat, ac ſic interimat, aut uires auferat, etiã ue-
nenũ uocat: nõ niſi p incongruentiã, qđ alteri ge-
neri p cõgruentiã cib' eſt: ſicut panẽ, q quotidiana
† paſcun- eſca nr̃a eſt, ſi accipiter ſumat, extinguitur: & nos ſi
tur. elleboꝝ, quo pecora pleraq; ueſcebant †: cuius tñ
herbæ adhibẽdæ quidã modus, etiã medicamentũ
eſt. Qđ ſi ſciret aut cõſideraret Fauſtus, nõ utiq; ue-
nenũ & antidotũ pro exẽplo duarũ naturarũ mali
& boni poneret: tanq̃ deus ſit antidotũ, & Hyle ue-
nenũ, cum eadẽ res eademq; natura nunc cõgruen
ter, nũc incõgruẽter ſumpta ſiue adhibita, uel ꝓſit,
uel noceat. Itaq; ſcđm eoꝝ fabulã poteſt dici deus
C eoꝝ fuiſſe uenenũ genti tenebrarũ, cuius corpora
tã firma ita corrupit, ut infirmiſſima redderet: ſed
qa & lux ipſa capta, oppreſſa, corrupta eſt, inuicem
Cap. 14. ſibi uenenũ fuerint. Cur nõ ergo hæc, aut duo bo
na dicitis, aut duo mala, uel magis & duo bona &
duo mala? duo bõa apud ſe, duo mala inter utrun
† al in al que †. Poſtea ſi opus fuerit, q̃remus qđ hoꝝ ſit me-
terutrũ. lius aut pei': interim qa duo bona erãt apud ſe, ita
conſiderat. Regnabat deus in terra ſua, regnabat &
Hyle i ſua. Sanitas regnantiũ & ibi & hic, copia fru-
ctuũ & ibi & hic. Fœcũditas ꝓlis utrobiq;, ſuauitas
propriarũ uoluptatũ apud utroſq;. Sed illa gẽs, in-
quiunt, excepto eo ꝙ uicinæ luci mala erat, & apud
ſeipſam mala erat. Interim bona eius multa iã dixi,
ſi & uos mala ei' potueritis oñdere, erũt duo regna
bona, ſed illud melius, ubi nullũ erat malũ: quæ nã
ergo huius mala dicitis fuiſſe? Vaſtabãt ſe, inqt, in-
uicẽ, lædebãt, occidebãt, abſumebãt. Si ad hoc ſolũ
ibi uacaret, qũo ibi tãta agmina gignerent, nutrirẽ
tur, ꝓficerent? Erat ibi ergo & quies & pax. Veruntñ
fateamur illud fuiſſe meli' regnũ, ubi nulla diſcor-
dia: duo tñ bona iſta multo accomodatius dixeris,
q̃ unũ bonũ & alterũ malũ: ut illud ſit melius, ubi
nec ſinguli ſibimetipſis nocebant, nec inuicẽ: hoc
aũt inferius bonũ, ubi quãuis inuicẽ aduerſarent,
unumquodq; tñ aial ſuã ſalutẽ, incolumitatẽ, natu D
ramq; tuebatur. Veruntñ deo ueſtro ille ſaltẽ prin-
ceps tenebraꝝ non ita longo interuallo comparari
poteſt, cui nemo reſiſtebat, cui regnãti cũcta ſeruie
runt, quẽ concionantẽ cuncta ſecuta ſunt, qđ ſine
magna pace atq; concordia fieri non poſſet. Ibi. n.
ſunt regna fœlicia, ubi oium pleno conſenſu regib'
obedit. Huc accedit, qa illi principi non tm̃ ſui gene
ris. i. bipedes, quos parentes hoium dicitis, ſed etiã
cuncta aialium cæteroꝝ genera ſubdita erãt, & ad
nutũ eius conuertebantur, faciẽdo qđ iuſſiſſet, cre
dendo qđ ſuaſiſſet. Hæc dicentes, uſq; adeo putatis
ſurda hoium corda, ut expectẽt à uobis deũ alteꝝ
noiari, quẽ uidẽt plane aperteq; deſcribi. Si. n. prin-
cipis huius uires hoc poterãt, magna potẽtia: ſi ho-
nor, magna claritas: ſi amor, magna cõcordia: ſi ti-
mor, magna diſciplina. In his oibus bonis ſi erant
aliqua mala, nũ ideo iã mali natura dicẽda eſt, niſi
ab eis q neſciunt qđ loquant? Porrò ſi ppea mali na
turã putatis, qa nõ ſolũ in alterã natura mala erat, E
ſed ẽt i ſeipſa habebat malũ, nullũ ne malũ eẽ arbi
tramini durã neceſſitatẽ, quã patiebat deus ueſter
ante cõmixtionẽ naturæ cõtrariæ, ut cũ ea bellare,
& i eius fauces ſic opprimẽda mẽbra ſua mitter co
geretur, ut nõ poſſit tota purgari? Ecce erat & i ipſa
magnũ malũ, anteq̃ ei miſceret, qđ ſolũ dicitis ma-
lũ. Aut. n. lædi & corrũpi nõ poterat à gẽte tenebra
rũ, & ꝓpria ſtultitia patiebat illã neceſſitatẽ: aut ſi
poterat corrũpi ei' ſuba, nõ colitis deũ incorrupti-
bilẽ, qualẽ Apl̃s pdicat. Quid ergo & ipſa corrupti-
bilitas, qa qdẽ nõdũ corrũpebat illa natura, ſed tñ
ab alia corrũpi poterat, nõ uobis i deo ur̃o uidetur
Cap. 15. malũ? Illud ẽt qs nõ uideat, ꝙ aut pſcientia ibi nõ
erat: ubi ueſtrũ eſt iã cogitare, utrũ nullũ uitiũ dei
ſit carere pſcientia, & qd imineat oino neſcire: aut
ſi erat ibi pſcientia, ſecuritas ibi eſſe nõ poterat, ſed
ætern' timor: & hoc quantũ malũ ſit, certe agnoſci
tis? An nõ timebat, ne iam iamq; adueniret tp̃s, quo
mẽbra eius ita uaſtarent & inquinarent i illo p̃lio,
ut uix cũ tãto labore, nec tñ tota liberent atq; mun
F dẽtur? Sed ſi ad ipſum hoc non ptinebat, qđ quidẽ
cernitis q̃ dure dicat, certe ipſa mẽbra ei', q hic tãta
mala paſſura erãt, nẽpe metuebãt. An hoc futurum
ipſa neſciebãt? Ergo qualicũq; parti ſubæ dei ueſtri,
defuit utiq; pſcientia. Numerate mala in ſummo ue
ſtro bono. An ideo nõ timebant, qa ſuã conſecutu
rã liberationẽ ac triumphũ pariter puidebant? Cer
te uel pro ſocijs timebãt, quos æternis i illo globo
Cap. 16. uinculis à ſuo regno nouerant alienandos. An ibi
charitas nõ erat, ut nulla eſſet fraterna cõpaſſio, ꝓ
his utiq;, quoꝝ pctõ nullo præcedente, impendebãt
æterna ſupplicia? Quid illæ ipſæ aiæ in globo ligan-
dæ? Nonne & ipſæ mẽbra dei ueſtri erant? Nonne
unũ genus & una ſuba eſt? Ipſæ ſaltẽ præſcientes fu-
turũ ſempiternũ uinculũ ſuũ, nẽpe timebant, nẽpe
mœrebant. Aut ſi ipſæ hoc futurũ neſciebant, pars
dei ueſtri prouida erat, pars improuida, qũo ergo
una eadẽq; ſuba? Cũ ergo tanta mala & ibi fuerint,
anteq̃ eſſet alieni mali cõmixtio, qd de illo tanq̃ pu
ro & ſimplici & ſummo bono gl̃iamini? Ergo etiã
apud ſemetipſas iſtas duas naturas, aut duo bona,
aut duo mala fateri cogimini. Cõcedimus uobis, ſi
duo mala dixeritis, ut qđ uolueritis hoꝝ peius dica
tis: ſi autẽ duo bona, quodlibet hoꝝ melius dici-
te, erit poſtea diligentior conſideratio: dum tñ ue-

G ſter error ille tollat, quo dicitis duo principia dua
rum naturarũ, bonæ & malæ: & planè duos deos,
unum bonũ, & alterũ malũ. Iam uero ſi ꝓpea malũ
eſt aliquid, qđ alteri nocet, inuicẽ ſibi iſta nocue-
runt. Fuerit una pars improbior, qa prior appetiuit
Exod. 21. alienũ. Vna ergo malũ inferre uoluit, altera malũ
pro malo retribuit: & nõ lege talionis, tanq̃ oculũ
pro oculo, quod imprudenter & impudenter repre
hendere ſoletis, ſed multo grauius. Eligite ergo quã
peiorẽ dicatis, quę prior nocere uoluit, an quę am-
plius nocere & uoluit & potuit. Iſta n. pro modulo
ſuo luce perfrui cõcupiuit, illa eam funditus eradi-
cauit. iſta ſi qđ appetiuit, impleſſet, ſibi certe nihil
obfuiſſet: illa uero, ut hoſtilẽ aduerſitatẽ penitus
euerteret, etiã ſuæ parti grauiter nocuit. Sicut eſt il-
la notiſsima, & quarundã literarũ memoriæ com-
mendata furioſa ſnia, pereant amici, dum inimici
una intercidant. Miſſa eſt. n. ad inexpiabilẽ conta-
minationẽ pars dei, ut eſſet unde tegeretur globus,
quo in æternũ hoſtis uiuus ſepeliendus eſt: tm̃. n.
timebitur, & uictus tantũ terrebit incluſus, ut ſem-
H piterna miſeria partis dei cætero deo tribuat qua-
lemcunq; ſecuritatẽ. O magna inocẽtia bonitatis,
ecce faciet & deus ueſter, unde tenebrarũ gentẽ hor
ribiliter accuſatis, ꝙ & ſuis noceat & alienis. Idip-
ſum oĩno i deo ueſtro arguit ille globus extremus,
quo & hoſtis includitur, & ciuis affligitur: imò ue-
ro ſuperat in amplius nocẽdo, & alienis & ſuis, pars
illa, quã dicitis deũ. Hyle quippe nõ eradicare alie-
num regnũ uoluit, ſed tenere: ſuos aũt quoſdã, etſi
ab alijs ſuis quibuſdã conſumẽdo interimebat, in
alias tñ formas denuo cõmutabat: ut moriendo &
renaſcendo ſaltẽ per interualla temporũ ſuæ uitæ
lætitia fruerentur: deus aũt qualem oĩpotentẽ, opti
mumq; deſcribitis in æternũ, & alienos eradicat, &
ſuos damnat: & qđ mirabiliore dementia creditur,
Hyle aĩalia ſua lædit ĩ pugna ſua, deus membra ſua
punit in uictoria ſua. Quid eſt uani hoĩes? Nempe
recordamini uerba Fauſti de deo, tanquã de anti-
doto, & Hyle tanquã ueneno. Ecce plus nocet ue-
ſtrum antidotum q̃ uenenũ. Nunquid Hyle tã hor-
rendo globo in æternũ, uel deũ includeret, uel ſua
I uiſcera affligeret: & qđ ſceleratius eſt, calumniatur
eiſdẽ reliquijs, ne defeciſſe uideatur, ꝙ eas purgare
nõ potuit? Dicit. n. Manichæus in Epl'a fundamẽti,
ideo dignas illas aĩas fieri tali ſupplicio, ꝙ errare ſe
à priore lucida ſua natura paſſę ſunt, & inimicę lu-
mini ſancto extiterunt, cum eas in illũ errorẽ, quo
ita tenebrarent, ut inimica luci lux fieret, ipſe miſe-
rit: ſi inuitas iniuſtus, ut cogeret: ſi uolentes, ingra-
tus, ut dãnaret: quę ſe futuras inimicas origini ſuę,
ſi præſcire potuerũt, & ante bellũ timore cruciatę,
& in bello inexpiabiliter maculatæ, & poſt bellum
in ęternũ damnatæ, nunq̃ beatę: Si aũt pręſcire nõ
potuerũt, & ante bellũ improuidę, & in bello inua
lidæ, & poſt bellũ miſeræ, nunq̃ diuinæ: & utiq; ꝙ
ipſe hoc deus ſcdm unitatẽ ſubſtãtię putamus, nec
reſpicitis q̃ imaniter blaſphematis, & tñ aliqñ uo-
lentes quaſi defendere bonitatẽ dei etiã ipſi Hyle
præſtare dicitis aliqd boni, ut incluſa i ſemetipſam
nõ ſęuiat. Habebit ergo aliquid boni, cum ei nullũ
mixtũ erit bonũ? An forte ſicut de⁹ ante bellũ ſine
cõmixtione mali habebat neceſſitatis malum: ita
†ceſſatio-nis. Hyle poſt bellũ ſine cõmixtione boni habebit cõ-
mixtionis † bonũ? Dicite ergo duo mala, ſed unũ
altero peius: aut duo nõ ſuma bona, ſed unũ altero K
melius: ita ſanè, ut qđ eſt melius, hoc dicatis miſe-
rius: nã ſi illius tãti belli hic erit exitus, ut ſuperata
Hyle à ꝓpria uaſtatione, & dei mẽbris affixis i glo-
bo, aliqđ boni præſtetur hoſtibus, & tm̃ mali infli-
gatur ciuibus, cogitate qs uicerit. Sed uidelicet ue-
nenũ eſt Hyle, q̃ formare, firmare, nutrire, uegetare
ualuit aĩalia ſua: & antidotũ deus, qui damnare po
tuit, qa ſanare nõ potuit mẽbra ſua. Inſani, nec ille
eſt Hyle, nec ille deus. Sic delirãt, qui ſanã doctrinã 2. Tim. 4.
nõ ſuſtinentes, ad fabulas conuertuntur.

Libri Viceſimiprimi finis.

LIBER VICESIMVSSECVNDVS.

FAuſtus dixit, Cur legẽ blaſphematis Cap. 1.
& Prophetas? Minime qdẽ nos hoſtes
ſumus aut inimici legis ac Propheta-
rũ, ſed nec ullius oĩno: adeo ut ſi mo
do per ipſos uos liceat, ſimus parati
fateri, falſa illa omnia eſſe, quæ de eis ſcripta ſunt, &
quorũ cauſa uidentur nobis exoſi: ſed. n. nos repu- L
gnatis, & ſcriptoribus aſſentiẽdo ueſtris, in crimen
forſitan Prophetas inocentes abducitis, infamatis
Patriarchas, dedecoratis & legẽ, atq; quod ſit ſtul-
tius, uultis & ſcriptores ueſtros nõ eſſe mẽdaces, &
eos tñ religioſos ac ſanctos, quorũ hi flagitia & tur
pes conſcripſerint uitas. Quod quia utrunq; pariter
conſtare non poteſt, Oportet. n. aut hos fuiſſe ma-
los, aut illos mendaces & falſos, Age ſi libet, aſſen Cap. 2.
ſu cõmuni ſcriptoribus damnatis, defenſionẽ ſuſci
piamus legis & Prophetarũ: Legem aũt nunc dico
ego, nõ circuncĩſionẽ, nec ſabbata, & ſacrificia, cę- Gene. 17.
teraq; huiuſmodi Iudæorũ, ſed eã quæ uere ſit lex. i. Exod. 20
Non occides, non mœchaberis, non peierabis, &c. Deut. 5.
Cui qa olim diffamatæ in gentibus. i. ex quo mũdi Leuit. 19.
huius creatura conſiſtit, Hebræorũ ſcriptorũ irrijen-
tes, tanquam lepram ac ſcabiem, abominanda hęc
ſua & turpiſsima præcepta cõmiſcuerunt, quæ ad
peritomen ſpectant, & ſacrificia: age ſi es pro certo
& tu amicus legis, dãna eos mecũ qui hãc uiolare
auſi ſunt hac cõmixtione inconuenientiũ eidẽ pręce
ceptorũ: quę pręcepta, niſi & uos legẽ nõ eſſe ſcire- M
tis nec legis partẽ, utiq; aut eadẽ ſeruare niteremini
profeſsi iuſtitiã, aut uos corã fateremini eſſe nõ in-
ſtos: nũc uero & de illis quę ſcelera prohibẽt man-
datis, ſolicita uobis eſt cura rectè uolẽtibus uiuere
& de ijs quę pertinẽt ad Iudęos, nulla fit mẽtio: qđ
quatenus excuſatũ nobis erit, niſi eadẽ legẽ nõ eſſe
cõſtiterit. Deniq; ſi ſicut incẽderis, intolerabile cõ-
uitium iudicans, ſi qs te negligentẽ pręcepti huius
appellet, quo dictũ eſt, Nõ occides: uel, Nõ mœcha Exo. 20.
beris: ita etiã exardeſceres, ſi qs te & incircunciſum
uocaret, & negligentẽ qđ ſabbati erat, intelligis ꝓ-
culdubio qđ eſſet utrunq; lex & dei mandatũ. Nũc
uero & de illis ſuperiorib⁹ laudẽ quęris & gliam, ſi
ea cõſerues: & de his nullã eiuſdẽ boni iacturã me-
tuis, qa cõtemnas. Quare cõſtat hęc, ut dixi, nõ eſſe
legẽ, ſed legis potius maculas & ſcabiẽ: quę ſi dam-
nant a nobis, damnant ut falſa, nõ ut legitima. Nec
tangit conuitiũ hoc legẽ, nec legis authorẽ deũ, ſed
eos q hunc & illã nepharijs ſuis religionibus inſcri
pſerunt. Vt aũt interdũ legis nos reuerendũ nomen
cum iudaica pręcepta perſequimur, laceſſamus, ue
ſtro fit uitio, qui inter Hebraicas inſtitutiones &

A legem, nullum uultis eſſe diſcrimen: alioqn reddi-
te legi ꝓpriam dignitaté: Iſraeliticas ab eadé turpi-
tudines tanq̃ uerrucas incidite: deformationis eius
crimé ſcriptoribus iputate, & ſtatim uidebitis nos
Iudaiſmi inimicos fuiſſe, nó legis. Nomé eſt qđ uos
Cap. 3. decipit: qa cui iure debeat adſcribi, nó noſtis. Ad
hęc & Prophetas ac Patriarchas uros, cur nos blaſ-
phemare exiſtimetis, ego nó uideo: nam ſi à nobis
ſcripta hęc dictaue fuiſſent, quę ıidé cómiſiſſe legũ
tur, eẽt ueſtra hęc in nos nó irrónabilis accuſatio:
ubi uero aut ab ipſis eadé ſcripta ſunt cótra hone-
ſtatis moré, de uitiis captãtibus gloriã, aut ab eoꝝ
ſociis ac paribus, nr̃a quę iſtic culpa eſt? Dãnamus
enim deteſtati actus iniquos, quos ultro de ſe nec
interrogati cóſeſſi ſunt rei: aut ſi hęc per iuidiã ſcri-
ptorũ aduerſus eos malignitas finxit, puniant ſcri
† aliàs, ꝓpheticum ptores, damnent eoꝝ libri, purget ꝓphetiaꝝ † indi-
nomen. gna fama, grauitati atq; céſuræ ſuę Patriarchaꝝ red
dat authoritas. Et ſanè fieri potuit, ut quéadmo
Cap. 4. dũ de deo impudenter iidé tãta finxerũt, nũc eum
Gene. 1. in tenebris ex æterno uerſatũ dicétes; & poſtea mi
Geneſ. 2. ratum cũ uidiſſet lucem: nũc ignarũ futuri, ut præ
& 3. B ceptũ illud, qđ non eſſet ſeruaturus Adam, ei man-
daret: nunc & improuidũ, ut eum latenté in angu-
lo paradiſi, poſt nuditaté cognitam uidere nó poſ
ſet: nunc & inuidũ ac timenté, ne ſi guſtaret homo
ſuus de ligno uitæ, in æternũ uiueret: nũc appeten-
Leuiti. 3. tem ſanguinis atq; adipis ex omni gñe ſacrificioꝝ,
Pſal. 68 zelantemq; ſi & aliis eadem offerrentur ut ſibi: &
Exod. 32. nũc iraſcenté in alienos, nunc & in ſuos: nunc peri
menté milia hominũ ob leuia qdem aut nulla có-
miſſa: nunc ét cóminantem uenturũ ſe forte cum
gladio & parciturũ nemini, non iuſto, non pctóri:
fieri, inquam, potuit, ut & de dei hoibus mentiren-
tur, qui de deo ipſo tanta ꝓteruitate mentiti ſunt.
Sed uos cóſentite nobiſcũ; ut portent ſcriptores cri-
Cap. 5. men, ſi uultis eodé liberari Prophetas. Alioquin
neq; illa nos de Abrahã ſcripſimus, ꝙ hũdæ prolis
Gene. 16. inſana flagrans cupidine, & deo, qui id iam ſibi de
& 17. Sara coniuge ꝓmiſerat, minime credens, cũ pellice
uolutatus ſit ſub conſcientia, quo ſit inhoneſtius,
uxoris: nec ꝙ matrimonij ſui infamiſſimus nundi-
nator, idẽ auaritiæ ac uẽtris cauſa duob⁹ regibus,
C Abimelech & Pharaoni, diuerſis tpibus, memora-
Gene. 12. tã Sarã cóiugem ſuã ſororem mentitus, qa erat pul
& 20. cherrima, i cócubitũ uẽdiderit. Nec ꝙ Loth ipſius
Geneſ. 19. frater de Sodoma liberatus, cũ duab⁹ filiabus ſuis
in móte cócubuit, qui honeſtius arſiſſet in Sodoma
ictu fulminis, ꝙ in móte flagrauit incóceſſæ flam
ma libidinis. Sed nec ꝙ Iſaac eadẽ patri ſuo geſsit
ac pacta, erga Rebeccã cóiugem ſuã, fingens & ipſe
Gene. 26. eã ſororé, quo per ipſam uiueret turpiter. Nec ꝙ Ia-
Gene. 29. cob filius eius inter Rachel & Liam duas germanas
& 30. ſorores, earũq; ſingulas famulas quatuor uxoꝝ ma
ritus, tanq̃ hircus errauerit: ut eſſet quotidie inter
quatuor ſcorta certamen, quæ nã eũ uenientem de
agro, prior ad concubitũ raperet, interdũq; ét mer
Gene. 30. cedibus in noctẽ ab inuicem códucerent eũ. Item
ꝙ Iudas filius eius cũ Thamar nuru ſua dormierit,
Gene. 38. poſt unius & alterius nuptias filij, decepi⁹, ut aiũt,
† hoc. habitu ꝓſtitutionis, in qué ſe trãſformauerat eadẽ,
2. Reg. 11 quę ſocerũ ſuũ bene noſſet, cum omni † gñe fœmi-
† Vriæ. naꝝ ſemp habuiſſe cómercium. Nec ꝙ Dauid poſt
† prodide tot numero uxores, muliérculã quoq; unius † mili
rit tis ſui mœchatus ſit, ipſumq; perdiderit † in bello,

Nec ꝙ Salomó filius eius trecẽtas uxores, & ſeptin- D
gẽtas cócubinas habuerit, & regũ filias ſine nume 3. Reg. 11.
ro. Nec ꝙ Oſee Prophetaꝝ prim⁹ de fornicaria mu- Canti. 6.
liere filios fecerit: cui turpitudini, qđ ſit deterius, Oſeæ. 1.
adſcribitur & cóſiliũ dei. Sed nec illud, qđ Moyſes Exo. 2. 3.
homicidiũ fecerit, ꝙ ſpoliauerit Aegyptũ, ꝙ bella & 12.
geſſerit, ꝙ crudelia multa & mandarit & fecerit, ꝙ Exo. 32.
ne ipſe qdẽ uno cótentus matrimonio fuerit. Hæc Nume. 12.
inquã, & hiis ſimilia, quæ in diuerſis eoꝝ hñtur li-
bris, nihil à nobis ſcriptum, nihil dictatum eſt: ſed
aut ſcriptorũ ueſtrorũ iſta cómenta ſunt falſa; aut
patrum crimina uera. Vos utrũ uultis, eligite: nam
nos aut hos aut illos pariter deteſtari neceſſe ẽ, qa
tam malos & turpes odimus q̃ mendaces. Augu Cap. 6.
ſtinus rñdit, Nec ſacra legis itelligitis, nec facta Pro
phetarum, qa neq; ſanctitatem, neq; iuſtitiam cogi
tare noſtis. Sed de præceptis & ſacris ueteris teſta-
menti ſępe ac multa iam diximus, ut intelligeretur
aliud ibi fuiſſe, qđ per grãm noui teſtamenti facié-
do donaretur implendũ: aliud qđ per ueritaté pa-
tefactam remouendo demonſtraretur impletũ cũ
dei & ꝓximi dilectione ſuſciperetur legis pficiẽda
ꝑceptio: circũciſionis aũt, atq; aliorũ illius tpis ſa- E
cramentorũ ceſſatione oſtenderetur legis pſoluta
promiſsio. Præceptum qppe reos faciebat ad deſi-
derandam ſaluté, ꝓmiſſum aũt figuras celebrabat
ad expectãdum Saluatorem: ut per aduentum no-
ui teſtamenti illos liberaret gratia donata, illas au-
ferret ueritas reddita. Ipſa. n. lex, ꝑ Moyſen data eſt,
gratia & ueritas per Ieſum Xp̃m facta eſt. Gratia. ſ. Ioan. 1.
ut data indulgétia peccatorũ, qđ præceptum erat,
ex dei dono cuſtodiretur: ueritas aũt, ut ablata ob
ſeruatione umbrarũ, qđ promiſſum erat, ex dei fi-
de præſentaretur. Proinde iſti, qui ea quę nó in- Cap. 7.
telligunt reprehẽdentes, leprã uel ſcabiẽ ſeu uerru-
cas legis eſſe dicunt, ꝓmiſſiuas figuras ſacroꝝ, ſimi
les ſunt hoibus, qbus diſplicent eã, quorũ non ca-
piũt utilitaté: uelut ſi ſurdus, uidens mouere labia
loquentiũ, tanq̃ ſuperfluos oris motus deformeſq;
reprehenderet: uel ſi qſquam cęcus laudata ſibi ali-
qua domo, uellet palpãdo ꝓbare, qđ dicitur: & pa-
rietum leuitaté manu pertractãs, in feneſtras irrue-
ret, eaſq; uelut inconuenientes illi æqualitati redar-
gueret, cauernaſq; ruinoſas putaret. Iam uero fa- Cap. 8.
cta Prophetarũ ét ipſa Prophetica & myſtica fuiſ- F
ſe, qđ agam ut intelligant, quorũ méies uanitas oc-
cupauit: ita ut putét credi a nobis ipſum deũ aliqñ
in tenebris eſſe uerſatũ, qa ſcriptum eſt, Tenebræ Gene. 1.
erãt ſup abyſſum: tanq̃ nos abyſſum dicamus deũ,
ubi tenebræ erant: qa lux ibi non erat, anteq̃ deus
uerbo faceret lucem. Sed qa non diſtinguunt inter
lucem, qđ eſt ipſe deus, & lucẽ quã fecit deus, ideo
putãt eſſe cóſequens, ut in tenebris ipſe fuerit, an-
teq̃ faceret lucem: cũ tenebræ eſſent ſup abyſſum,
antequam diceret, Fiat lux, & facta eſt lux: ſicut in
nouo teſtõ utrũq; de illo dicitur. Nam & deus lux
eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ: ibi legimus, & 1. Ioan. 1.
deus, q dixit de tenebris lumẽ clareſcere, claruit in 2. Cor. 4.
cordib⁹ nr̃is: itidẽ ibi legimus: ſic & i illis ueterib⁹
libris, Et cãdor eſt lucis ęternę, dictũ eſt de ſapiẽtia Sapien. 7
dei: quæ utiq; facta non eſt, qa per illam facta ſunt Ioan. 1.
oĩa. Et de luce quadam, quæ nó niſi per illam fieri
pót, hoc modo ibi dicitur, Tu illuminabis lucernã Pſal. 17.
meam dñe deus meus, illuminabis tenebras meas.
Sicut ab initio cũ tenebræ eẽnt ſup abyſſum, dixit

Gene.1. deus, Fiat lux, & facta eſt lux: quam nō feciſſet, niſi
G.19. G lucifica lux, qđ eſt deus. Sicut.n. deus ſibi ſuffi-
cit ab æternā beatitudinē, & ex hac abundat ad fa
ciendos beatos: ita ſibi ſufficit ad ęternā lucē, & ex
hac abūdat ad faciēdos illuminatos: nulli⁹ bonū
cupiens, cū ipſo fruatur oīs uolūtas bona: nullius
malū timens, cum ipſo deſeratur oīs uoluntas ma-
la: qa nec auget eū, qui eius dono beat⁹ eſt: nec ter-
ret eū, qui eius iudicio miſer eſt. Talem deū Mani-
chæi non colitis, lōge ab illo facti eſtis, dū phātaſ-
mata ueſtra ſectamini, quæ cor ueſtrū uanū & ua-
gum, lucem iſtā cœleſtium corpoꝝ per carnis ocu
los hauriēs, uobis multiplici fictione dilatauit atq́
uariauit. Lux iſta q̄uis & ipſam deus fecerit, lōge in
cōparabilis eſt ēt illi luci, quā fecit deus in menti-
bus pioꝝ, quas à tenebris lucificat: ſicut ab ipieta-
te iuſtificat: quāto magis illi iacceſſibili, q̄ iſta oīa
Matth.5. facit? Nec oībus iacceſſibilis eſt, Beati.n. mūdi cor
1.Ioan.1. des, qm̄ ipſi deum uidebunt. Deus aūt lux eſt, & te
Eſaiæ.26. nebræ in eo nō ſunt ullæ: impij uero non uidebūt
lumen, ſicut dicit Eſaias. Talibus ergo eſt inacceſſi
bilis illa lucifica lux, quę nō ſolū illam ſpiritalē lu
H cem in ſanctoꝝ mētibus, ſed ēt iſtam corporalem
Matth.5. fecit: nō ad quā ꝓhibeat accedere malos, ſed quam
Cap.10. fecit oriri ſup bonos & malos. Cum ergo eēnt te
Gene.1. nebræ ſup abyſſum, ille qui erat lux, dixit, Fiat lux.
Cōcor. 2. Quæ lux lucē fecerit, manifeſtū eſt. Manifeſte.n. po
ſen.diſ 13 ſitum eſt, dixit deus: quam tñ lucem fecerit, nō ita
ca. Si q̄ri manifeſtū eſt: utrum illam, quæ in mentibus ange
tur q̄lis. loꝝ eſt.i. ipſos tūc ſpūs rōnales deus fecerit, an cor
poralem quādā lucem, remotam ēt ipſam ab aſpe-
ctibus noſtris in ſublimibus huius mūdi locis, in-
ter ſtudioſos diuinarū ſcripturarum cōcorditer di
ſputatur. Quarto.n. die fecit iſta cōſpicua lumina-
ria cœli. Quæ rurſus utrum ſimul cum ſua luce fa-
cta ſint, an ex illa, quę iam facta erat, quodāmodo
accenſa ſint, ſimilr̄ q̄ritur. Qualibet ſanè lux facta
ſit, qñ cū eſſent tenebræ ſup abyſſum, dixit deus,
Fiat lux: creatam tñ lucem à creatrice luce factā eſ-
ſe non dubitat, qſqs ſanctas literas pie legendo fit
Cap.11. dignus, qui itelligat. Nec ideo putādus eſt deus,
Gene.1. anteq̄ faceret lucem in tenebris habitaſſe, qa ſpūs
dei ſupferebatur ſup aquas, cum ꝑdictum fuiſſet,
I Tenebrę erant ſup abyſſum. Abyſſus nāq; eſt aqua-
rum inæſtimabilis ꝓfunditas. Vnde pōt occurrere
carnali prudentiæ, uelut in iis tenebris, quæ erant
ſup abyſſum, habitauerit is ſpūs dei, de quo dictū
eſt, Ferebatur ſup aquas: nō intelligenti quēadmo-
Ioan.1. dum lux luceat in tenebris, & tenebræ eā nō cōpre
Ephe.5. hendāt, niſi per dei uerbū fiat lux, & dicaī eis, Fui-
ſtis aliqñ tenebrę, nunc aūt lux in dño. Qđ ſi rōna
les mentes per uoluntatē impiā tenebroſæ, lucem
ſapientiæ dei, nuſquam abſentē cōprehendere non
pñt, ꝙ ab ea longe ſint affectu, non loco: qd mirū
ſi ſpūs dei, qui ſupferebatur ſup aquas, ſupfereba-
tur ēt ſuper aquaꝝ tenebras, incōparabili qdem lō
Cap.12. gingtate, ſed ſubſtantię, non locorum? Scio qdē
iſtis q̄ ſurdis hęc cantē, nec tñ deſpero, ꝙ cātici mei
ueritas inueniat uiā ſit aurem ſuam, quam dñs ape-
ruit, a quo ſunt uera quæ dicimus. Iſtos aūt, qua-
les diuinarum ſcripturarum iudices patimur, qbus
ēt diſplicet ꝙ deo placuerint opera ſua: quem tanq̄
inſolitam lucem miratum eſſe reprehendunt, quia
ſcriptū eſt, Et uidit deus lucem qa bona eſt: appro-
Gene.1. bat.n. opera ſua, qa placent ei quæ fecit, & hoc eſt

uidere qa bona ſunt. Neq; n. aliquid inuitus facere K
cogitur, ut qđ ei non placet, faciat: aut in aliqd fa-
ciendū imprudens labitur, ut factū eſſe diſpliceat.
Cur aūt iſtis nō diſpliceat, ꝙ deus noſter opus ſuū
uidit, qa bonum eſt, qñquidem deus eoꝝ cū mem-
bra ſua merſit in tenebras, uelum contra ſe poſuit?
Non n. qđ fecit uidit, qa bonum eſt: ſed noluit ui-
dere, qa malum eſt. Miratū ſanè Fauſtus deū no Cap.13.
ſtrum, dixit, qđ ſcriptum non eſt: nec oīno eſt con
ſequens, ut cum aliqs uidet, qa bonum eſt, ēt mira-
tus dicatur. Multa.n. bona uidentes, nō miramur,
tanq̄ præter opinionem ita ſint, ſed tantūmodo ap
probamus qđ ita eſſe debuerint. Verūtamen oſten
dimus eis, non in ueteri teſtō, cui malitioſe calum-
niantur, ſed in nouo, qđ ut imperitos fallant acci-
piunt, deum eſſe miratū. Chriſtum n. fatetur deū,
& hanc in laqueo ſuo uelut eſcam dulciſſimā po-
nunt, qua Xp̄o deditos capiāt. Deus ergo miratus
eſt, cum Xp̄s miratus eſt: ſic.n. ſcriptum eſt in euan
gelio, ꝙ audita fide cuiuſdam Centurionis mira-
tus eſt, & ait diſcipulis ſuis, Amen dico uobis, non Matth.8.
inueni tantā fidē in Iſrael. Ecce nos ut potuimus, L
expoſuimus, Vidit deus qa bonū eſt, & melius for Gene.1.
taſſis exponunt iſta meliores: exponant & iſti qua
re ſit miratus Ieſus, quod anteq̄ fieret, pręſciebat: &
anteq̄ audiret, utiq; nouerat. Quanquā n. plurimū
intereſt, utrum uideat aliqs qa bonū eſt, an etiā mi
retur: in hoc tñ eſt nonnulla ſimilitudo, qa ēt Ieſus
lucem fidei miratus eſt, quam in corde illius Cen-
turionis ipſe fecerat, qui uerum eſt lumen, qđ illu-
minat oēm hoiem uenientem in hunc mundum. Ioan.1.
Quem poſſet certe aliqs impius paganus ita ca- Cap.14.
lumniari & reprehendere in euangelio, ſicut deum
Fauſtus in ueteri teſtō. Diceret.n. & ille improuidū
Chriſtum, non ſolum ex hoc ꝙ miratus eſt Centu Matth.8.
rionis fidem, uerū etiam ꝙ Iudam inter diſcipulos Ioan.6.
elegit, qui mandata eius non erat ſeruaturus: ſicut
reprehēdit iſte, cur præceptum in paradiſo datum Geneſ. 2.
fuerit homini non facturo. Culparet ēt illud, ꝙ ſci & 3.
re non potuerit qs eum tetigerit, qñ tetigit fimbriā Marci. 5.
ueſtimenti eius, quę fluxum ſanguinis patiebatur:
ſicut iſte culpauit deum neſciſſe ubi lateret Adam.
Credo quia dixerit, Adam ubi es? ſicut dixit Xp̄s, M
Quis me tetigit? Diceret & inuidum ac timentē, ne Geneſ. 3.
ſi intrarent quoq; alię uirgines in regnum eius, uiue Matt.25.
rent in æternum: contra quas ita clauſit, ut nec mi
ſerabiliter pulſantibus aperiret: uelut obliuiſcens
qđ ipſe ꝓmiſerat, dicēs, Pulſate & aperietur uobis: Matth.7.
ſicut iſte inuidię timoriſq; arguit deum, ꝙ ad uitā
æternam non admiſerit pētorem. Diceret & appe-
tentē, non pecudum, ſed hominū ſanguinē, qa di-
xit, Qui perdiderit animā ſuam ꝑp me, in uitā æter Matt.10
nam inueniet eam: ſicut iſte de ſacrificiis animaliū,
qbus figuris ꝓmittebatur ſacrificiū ſanguinis, quo
redempti ſumus uoluit calumniari. Reprehēderet
& zelantem, qa cum ementes & uendentes de tem-
plo flagellando eieciſſet, cōmemorauit Euāgeliſta Ioan.2.
de illo eſſe ſcriptū, Zelus domus tuæ comedit me: Pſal. 68.
ſicut iſte accuſauit zelantem deum, ꝙ aliis ſacrifica
ri uetuiſſet. Diceret iraſcentē in ſuos & in alienos: in
ſuos qdem, qa dixit, Seruus qui ſcit uoluntatē dñi Lucæ.12.
ſui, & non facit digna, plagis uapulabit multis: in
alienos autem, quia dixit, Si quis uos non recepe- Matt.10
rit, excutite illis puluerē de calceamentis ueſtris.
Amē dico uobis, qa tolerabili⁹ erit Sodomæ in die

A iudicij, ꝗ illi ciuitati: ſicut iſte criminatur iraſcentē
deū, nunc in alienos, nūc in ſuos, quos utroſq; Apl̄s
Roma. 2. commemorat, dicens, Quicunq; .n. ſine lege pecca-
uerunt, ſine lege pibunt: & quicunq; in lege pecca-
uerunt, p legē iudicabuntur. Diceret & trucidantē
Exod. 32. & effundentē multorum ſanguinē ob leuia quidē
uel nulla cōmiſſa. Leue qppe aut nullum commiſ-
ſum Pagano uideretur, uel non habere in cōuiuio
Matt. 22. nuptiarū ueſtem nuptialem, pp quod rex noſter in
Euāgelio iuſsit hoiem ligatis manibus & pedibus
proijci in tenebras exteriores, uel nolle ſup ſe Xp̄m
Luca. 19. regnare, pp quod peccatum ait. Illos aūt qui nolue
runt me regnare ſibi, adducite & interficite coram
me: ſicut iſte accuſauit, deū in ueteri teſtamento, q
ei uiſus eſt pp leuia uel nulla cōmiſſa hoium milia
trucidare. Iā uero illud quod reprehendit Fauſtus,
minantē deū uenturum ſe eſſe cū gladio, quo non
parceret, nec iuſto, nec peccatori: quō Paganus ille
reprehēderet, audiens Apl̄m Paulum dicere de deo
Roma. 8. noſtro, Quia filio ꝓprio ſuo non pepercit, ſed pro
nobis oibus tradidit eū. Audiens & Petrū, cum de
magnis tribulationibus ſanctorū & interfectioni-
B bus loqueretur, ad tolerandū exhortantē & dicen-
1. Petr. 4 tem, Tps eſt ut iudicium incipiat à domo dn̄i: & ſi
initium a nobis, qualis finis erit eis, qui nō credūt
dn̄i Euāgelio? Et ſi iuſtus quidē uix ſaluus erit, pec-
cator & impius ubi parebunt? Quid .n. iuſtius uni-
co, cui tn̄ pater non pepercit? Et quid euidentius, ꝙ
nec iuſtis parcat, emendans eos uarietate tribula-
tionū, cū de hac re aperte ſit dictū, Et ſi iuſtus uix
ſaluus erit? Non ſolū .n. in ueteri teſtamento ſcriptū
Prouer. 3. eſt, Quē .n. diligit deus, corripit: flagellat aūt oēm
Hebr. 12. filium quem recipit: &, Si bona percepimus de ma-
Iob. 2. nu dn̄i, mala quare non ſuſtineamus? ſed ēt in no-
Apoc. 3. uo, Ego quem amo, arguo & caſtigo: & illud, Si .n.
1. Cor. 11. noſipſos dijudicaremus, à dn̄o non iudicaremur:
cum iudicamur aūt à dn̄o, corripimur ne cū mun-
do damnemur. Sed tn̄ ſi Paganus in nouo teſtamē
to talia reprehenderet, qualia iſti reprehendunt in
ueteri, nónne & ipſi ea defendenda ſuſciperēt? Qđ
ſi facere poſſent, qua tandē uecordia hic talia repre
hendunt, qualia ibi defendunt? Si aūt non poſſent,
cur in uno tm̄, ac non potius in utroq; teſtamento,
quod non intelligentibus impijs prauū uideretur,
idē intelligentibus pijs rectū, ſed tectū credi opor-
Cap. 15. tere concedunt? ¶ An forte, quæ de nouo teſtamē
C to ſimilia ꝓtulimus, ipſa quoq; audent dicere falſa
eſſe atq; peruerſa, priuilegio illo ſuo diabolico? ut
quicqd eſt in Euangelio, uel in epiſtolis canonicis,
quo adiuuari hæreſim ſuā putent, id eſſe a Xp̄o &
Apl̄is dictum teneāt atq; ſuadeant: Quicqd aūt ex
eiſdē codicibus aduerſus eos ſonuerit, immiſſum
ab infalſatoribus ore impudenti ac ſacrilego non
dubitent dicere. Cui furori eoꝝ, authoritate oium
librorū extinguere atq; abolere conāti, iam ſupra,
quantū ſuſcepti operis ratio ſinere uidebat, nō pau
Cap. 16. ca rn̄di. Nunc illud admoneo, ut cū inſanas & ſa
crilegas fabulas ſuas Chriſtiani nominis pallio ue-
lare contēdant, uideant tn̄ qn̄ iſta cōtra ſcripturas
Chriſtianas diſputant, nō a nobis contra Paganos
tantū, ſed ēt contra Manichæos ueritatem codicū
diuinorū teſtamēti utriuſq; defendi. Et iſta quidē,
quę modo Fauſtus uelut indigna deo de noſtris ue
teribus literis in ſermone ſuo poſuit, contra Paga-
num, & in Euangelico uel Apl̄ico ſermone talia re-
prehendentē, ita fortaſſe defenderē, ut paria de au- D
thoribus eoꝝ, ſicut Paulus noſter apud Athenienſes Act. 17.
fecit, cōmemorarem. Inueniremus .n. fortaſſe & in li
teris eorū, deū mundi creatorē ac fabricatorē, & lu
cis huius inſtitutorē: qui tn̄ antequā eā conderet,
non iacebat in tenebris: & ex opere ſuo pfecto ela-
tū eſſe gaudio: quod certe amplius eſt ꝗ uidit, quia Gene. 1.
bonū eſt: & legiſlatorē, quem ſi homo ſequeretur,
ſuo bono faceret: ſi aūt ſperneret, ſuo malo. Quem
nō ideo dicerent ignarū futuri, qa & futuris contē-
ptoribus legē dedit. Iā uero ideo improuidū, ꝙ ali-
quid interroget, nec oino dicerent, in quorū libris
multa non ob aliud interrogantur, niſi ut ſuis quiſ
que rn̄ſionibus conuincatur, cū ille qui interrogat,
non ſolū ſciat, quod ſibi uult ab altero rn̄deri, ſed
ēt illum hoc reſponſurū. Inuidentē aūt cuiquā deū,
ꝙ malos beatos fieri nō ſineret, ſi uellet dicere, ple-
nos inueniret ſuorū libros de hac re ad diuinā pro
uidentiam pertinentes. De ſacrificijs uero nihil Cap. 17.
aliud mihi Paganus obijceret, niſi cur apud eos il-
la reprehendamus, cū in noſtris ueteribus libris ta
lia ſibi deus noſter iuſsiſſe legeretur offerri. Hic ego
de uero ſacrificio latius fortaſſe differens, demon- E
ſtrarē id nō deberi, niſi uni uero deo, quod ei unus
uerus ſacerdos obtulit, mediator dei & hoium: cui'
ſacrificij promiſsiuas figuras in uictimis animaliū
celebrari oportebat, pp commendationem futuræ 1. Tim. 2.
carnis & ſanguinis: p quā unā uictimā fieret remiſ-
ſio peccatorū de carne & ſanguine contractorum, 1. Cor. 15.
quæ regnū dei non poſsidebunt: quia eadem ſub- 1. Retra.
ſtantia corporis in cœleſtē commutabitur quali- cap. 16.
tatē: quod ignis in ſacrificio ſignificabat, uelut ab-
ſorbens mortē in uictoriam. In eo aūt pplo hęc rite
celebrata ſunt, cuius & regnū & ſacerdotiū prophe
tia erat uenturi regis & ſacerdotis, ad regēdos & cō
ſecrandos fideles in oibus gentibus, & introducen
dos in regnū cœlorū, & ſacrariū angelorū ad uitā
æternā. Huius itaq; ueri ſacrificij ſicut religioſa prę
dicamenta Hebręi celebrauerunt, ita ſacrilega imi
tamēta Pagani: qm̄ quę immolant gentes, ait Apl̄s, 1. Cor. 10.
dæmonijs immolant, non deo. Antiqua .n. res eſt p
nunciatiua immolatio ſanguinis, futuram paſsio-
nē mediatoris ab initio generis humani teſtificās.
Hanc .n. primus Abel obtuliſſe in ſacris literis inue- Gene. 4.
nitur. Non igitur mirū eſt, ſi pręuaricatores angeli,
quorū duo maxima uitia ſunt, ſuperbia atq; falla-
cia, per hunc aerē uolitantes, quod uni uero deo de F
beri nouerant, hoc ſibi à ſuis cultoribus exegerūt,
à qbus dij putari uoluerunt, dante ſibi locū uanita
te cordis humani: maxime cū ex deſiderio mortuo
rū conſtituerent imagines, unde ſimulachrorū uſus
exortus eſt: & maiore adulatione diuini honores Sapie. 14
deferrent, tanq̄ in cœlū receptis, ꝓ qbus ſe in terris
dęmonia colēda ſupponerent, & ſibi ſacrificari à de
ceptis & pditis flagitarent. Sacrificiū ergo nō ſolū
cū iuſte imperat uerus deus, ſed ēt cū ſuperbe exi-
git falſus deus, ſatis oñdit cui debeatur. Hæc illi Pa
gano ſi eſſet difficilior ad credendū, ēt ipſa prophe
tia perſuaderē, in qua tā longe ante cōſcripta ſunt,
quæ nunc impleta monſtrarē. Quòd ſi & hanc cō-
temneret, hoc quoq; agnoſcerem potius, ꝗ mirarer:
quandoquidem non oēs fuiſſe credituros, in eiuſ-
dem prophetiæ ueritatem recolerem. Si aūt ze- Cap. 18.
lantem Xp̄m uel deum ex utroque teſtamento mi-
hi obijceret, atque ipſum uerbum exagitaret, nihil

G aliud q̃ ſe oĩum literarum uel expertẽ uel negligen-
tem oſtenderet. Cum.n.docti eorum diſcernant in
ter uoluntatẽ & cupiditatẽ,gaudium & lætitiã,cau
tionem & metum,clementiã & miſericordiam,pru
dentiam & aſtutiam,fiduciã & audaciam:& multa
* ali.di in hunc modũ, ita ut in his diuinis * † uerbis ea q̃
ſtis. priora poſui uirtutibus, quæ aũt poſteriora uitijs
† binis. apponant: pleni ſunt tñ libri eorũ abuſione iſtorũ
nominũ,cũ quæ proprie uitia ſignificant,ẽt uirtu-
tes ſic appellantur:cũ uel cupiditas pro uoluntate,
uel lętitia ꝓ gaudio,uel metus pro cautione,uel mi
ſericordia ꝓ clementia, uel aſtutia ꝓ prudẽtia, uel
audacia pro fiducia ponit. Et qs oĩa cõmemorare
ualeat,quæ ad ſimilẽ licentiã mos locutionis uſur-
pat?Huc accedit ẽt ſingularum quarumq; linguarũ
ſua quædã proprietas:nam in eccleſiaſticis literis
nuſquã miſericordiam in uituperationẽ poſitã re-
colo. Cui rei ſermonis ẽt quotidiani cõſuetudo cõ
πόνος. cordat. Gręci duas res uicinas quidẽ,ſed tñ diſtin-
ctas,uno nomine appellant, laborẽ & dolorẽ,nos
eas ſingulis nominibus enunciamus:ſicut à nobis
uno noĩe appellat uita, ſiue ſcdm quã dicimus, ui-
H uit,qđ exanime non eſt: ſiue ſcdm quã dicimus,bo
ζωή. næ uitæ homo eſt:Gręci aũt iſta duo,duobus quo
βίος. que uocabulis ſignificãt. Vnde fieri poteſt,ut exce-
pta uerborũ abuſione,q̃ in oĩbus linguis late patet,
aliqua ẽt Hebræę linguę ꝓprietate zelus in utroq;
ponat:ſiue cũ coniugis adulterio turbatus animus
cõtabeſcit,quod in deũ cadere nõ poteſt:ſiue cum
ſeruãdę pudicitię cõiugalis cuſtodia diligens adhi
betur,quod deũ facere, cum plebẽ ſuã tanquã con
iugẽ alloquitur,quã p multos falſos deos fornicari
non uult,non ſolũ ſine dubitatione, uerumetiã cũ
gratiarũ actione nobis utile eſt confiteri.Hoc & de
ira dei dixerim.Neq;.n.perturbatur deus, cũ infert
irã,ſed ira ꝓ uindicta ponitur: ſiue abuſione, ſiue
aliqua præcedentis linguę proprietate. De inter
Cap. 19 fectis aũt hoium milibus non miraretur, ſi dei iu-
diciũ non negaret: quod neq; Pagani negant,q dei
prouidentia iſtã uniuerſitatẽ regi & adminiſtrari à
ſummis uſq; ad ima concedunt. Quod ſi & hoc ne
garet,uel ſuorũ authoritate facilius, uel aliquanto
diutius certarũ rationũ diſputatione conuinceret:
uel tanquã nimiũ durus & ſtolidus, ipſe,quod eſſe
nõ crederet,diuino iudicio relinqueret.Leuia por-
rò,ſiue nulla cõmiſſa,pp quæ deus interfecerit ho-
mines, ſi expreſſe commemoraret, oñderemus nec
I nulla eſſe, nec leuia:uelut quod exempli gr̃a poſui-
mus de ueſte nuptiali, demõſtraremus quantũ eſ-
Mat. 22. ſet nephas ſacras nuptias adire, q̃rentem ibi gloriã,
nõ ſpõſi, ſed ſuã:uel ſi qđ forte aliud illa ueſtis me-
liore intellectu ſignificare iueniret:aut ꝙ ante ocu-
Luc.19. los regis interficiunt,q eũ ſibi regnare noluerũt,nõ
in lõgo forte ſermone nr̃o appareret, non quemad
modum nulla culpa eſt hoĩs, ſi nollet ſibi regnare
quenquã hoiem, ita nullam uel paruã eſſe culpam
eum ſibi nolle regnare, in cuius ſolius regno recte,
beate,ſemperq; uiuitur. Iã illud ultimũ,qđ Fau-
Cap. 20. ſtus poſuit,inſidians ueteribus libris,tanquã uitu-
perantibus deũ,ꝙ minetur gladiũ,quo nemini par
cat,nec iuſto, nec peccatori: cũ Pagano exponeret
q̃uo accipiendũ ſit,fortaſsis nec nouo nec ueteri te
ſtamẽto reſiſteret,eiq; placeret ſimilitudo Euãgeli-
ca,q̃ iſtis,q ſe Xp̃ianos haberi uolunt,aut nõ appa-
Ioan. 15. ret ut cęcis, aut diſplicet ut peruerſis. Sũmus qppe il-
le uitis agricola aliter parat ſalacẽ ſarmẽtis fructuo K
ſis, aliter infructuoſis:tñ nõ parcit nec ꝓbis nec re
probis:illis purgandis, illis amputandis. Nullus.n.
hoium eſt tãta iuſtitia p̃ditus, cui nõ ſit neceſſaria
tẽtatio tribulationis,uel ad perficiendã,uel ad con
firmandã, uel ad probãdam uirtutẽ:niſi forte nec
Paulum iſti Aplm inter iuſtos numerant: q quãuis
humiliter & ueraciter ſua p̃terita peccata fateatur,
tñ ſe ex fide Ieſu Xp̃i iuſtificatum, gratias agit. An 1. Tim. 1.
uero illi parcebat ille,quẽ uani non intelligunt di-
centem, Nõ parcã,nec iuſto,nec peccatori? Audiãt 2. Cor. 12
ergo ipſum, Et ne magnitudine,inq̃t, reuelationũ
extollar,datus eſt mihi ſtimulus carnis, angelus Sa
tanę,q me colaphizet:pp quod ter dñm rogaui, ut
auferret eũ à me:& dixit mihi,Sufficit tibi gr̃a mea,
nã uirtus in infirmitate pficitur. Ecce nec iuſto par
cebat, ut eius uirtutẽ in infirmitate pficeret,q ei de
derat colaphizantẽ angelum Satanæ,niſi dicitis ꝙ
eũ diabolus dederit.Diabolus ergo agebat,ne ma-
gnitudine reuelationũ Paulus extolleret, & ut uir-
tus eius pficeretur.Quis hoc dixerit? Ab illo igitur
traditus erat iuſtus colaphizãdus angelo Satanę, q L
p eũ tradebat & iniuſtos ipſi Satanæ. De qbus idẽ
dicit, Quos tradidi Satanę, ut diſcãt non blaſphe- 1. Tim. 1
mare. Iãmne intelligitis q̃uo ille deſuper nõ parcat
nec iuſto nec peccatori? An qa illic gladius nomi-
natus eſt, amplius exhorreſcitis? Aliud eſt.n.cola-
phizari, aliud occidi,q̃ſi uero non diuerſis mortiũ
generibus ꝓſtrata ſint martyrũ milia:aut hoc reue
ra pſecutores i poteſtate haberẽt,niſi eis deſup da-
ta eſſet ab illo,q dixit, Non parcã nec iuſto nec pec Roma. 8.
catori:cũ ipſe dñs martyrum, q filio proprio nõ pe
percit,apertiſsime Pilato dicat, Non haberes in me Ioan. 19.
poteſtatẽ, niſi data tibi eſſet deſup.Has preſſuras p
ſecutionesq; iuſtorũ,dicit idẽ Paulus, exẽplum eſ- 2. Theſ. 1
ſe iuſti iudicij dei. Quæ ſnĩa latius ab Aplo Petro
manifeſtatur,ſicut ſupra cõmemoraui, ubi ait,tp̃s
eſſe, ut iudicium incipiat à domo dñi: Et ſi initiũ, 1. Pet. 4.
inquit,à nobis, qualis finis erit eis, q non credunt
dei Euangelio?Et ſi iuſtus uix ſaluus erit, peccator
& impius ubi parebũt? Hinc.n.intelligitur,q̃uo nõ Ioan. 15
parcatur impius, tanquã ſarmentis præciſis ad com
buſtionẽ: qñ iuſtis non parcitur pp perficiendam
purgationẽ. Nam & ipſe Petrus teſtatur hæc illius
uoluntate fieri,q in libris ueteribus ait,Non parcã,
nec iuſto,nec peccatori. Dicit.n.& ipſe, Melius eſt 1. Pet. 3
benefaciẽtes,ſi uelit ſpiritus dei,pati,q̃ malefacien-
tes. Cũ ergo ex uoluntate ſpiritus dei patiunt bñfa M
cientes,non parcitur iuſtis:cũ aũt malefaciẽtes,no
parcitur peccatoribus:ſcdm illius tñ uoluntatẽ fit
utrunq;,qui ait, Nõ parcã,nec iuſto, nec peccatori:
illum flagellando ut filiũ, illum puniendo ut im-
pium. Ecce oſtendi quantũ potui, nos non cole Cap. 22
re uerſatũ ex æterno in tenebris deũ, ſed eum q lux
eſt,& tenebræ in eo non ſunt ullæ,atq; in ſeipſo ha
bitat lucẽ inacceſsibilẽ,cuius lucis æternæ candor 1. Ioan. 1.
eſt coæterna ſapientia. Nec lucis inopinatę admira 1. Tim. 6.
torem,ſed lucis factę creatorẽ,ut ſubſiſteret.appro Sap. 7.
batorẽ,ut maneret, Nec ignarũ futuri,ſed manda-
torẽ præcepti, & dãnatorem delicti:ut aduerſus in
obedientiã iuſte prolata uindicta præſentes coer-
ceret, futurosq; terreret:Nec improuidũ neſciendo
q̃rentẽ,ſed interrogando iudicantẽ. Nec inuidũ ac
timentẽ,ſed ab æterna uita, q̃ iuſte obedienti dat,
præuaricatorẽ iuſte prohibentẽ. Nec ſanguinis &
adipis

A adipis appetentem,ſed carnali pplo congruis ſacrificiis impoſitis, per quaſdā figuras uera ſacrificium ꝓmittentem. Nec liuida pturbatione,ſed tranquilla bonitate zelantē, ne uni deo debens aīa caſtitatem,p multos falſos corrupta & ꝓſtituta turpetur. Nec ira,uelut humana turbide ſequentē, ſed alia diuina,ſeuera,iuſta retribuentē, quę non pp ulciſcēdi libidinem,ſed pp iudicādi uigorem certo uſu locutionis ira noiatur. Nec ob leuia uel nulla cōmiſſa hominū milia perimentē,ſed æquiſsimo examine per tpales mortalium mortes utilitatē timoris ✝delectu. ſui populis imponentē. Nec ſine ullo delicto ✝ceca confuſione iuſtos pc̄tōreſq; punientē,ſed iuſtis ſalubrem correptionē pp pfectionem, peccantibus aūt debitam ſeueritatem pp æquitatem diſtribuentem. Vnde uos apparet Manichæi ſuſpitionibus ueſtris eſſe deceptos, cum male itelligendo ſcripturas nr̄as,uel malos intellectores experiendo falſa de catholicis creditis:ac ſic relicta ſana doctrina, cōuerſi ad ſacrilegas fabulas,nimiūq; pnerſi & alienati à ſocietate ſancto℞,nec ex nouo teſtō corrigi uultis, unde talia ꝑferimus,qualia in ueteri arguitis. Vnde
B ſit,ut aduerſus uos, ſicut aduerſus paganos utrūq;
Cap. 22. teſtm̄ defendere cōpellamur. Sed facite aliquem prorſus carnaliter ita deſipientē,ut deum colat:nō qualem colimus,qui unus & uerus eſt, ſed qualem nos colere dicitis,qui uīis uel calūniis uel ſuſpitionibus fictus eſt:nōne ēt iſte meliorem colit q̄ uos? Quæſo.n.aduertite & qualeſcunq; oculos aperite: neq;.n.opus eſt magno acumine ingenij,ut hoc qd dicam, pſpici poſsit: oēs prudentes imprudenteſq; appello,audite,aduertite,iudicate. Quanto.n.melius deus neſter ex ęternitate uerſatus eſſet in tenebris,q̄ coæternā ſibi & cognatā lucem merſiſſet in tenebras? Quāto melius exortam ſibi nouā lucem ad fugandas tenebras miratus laudaret, q̄ irruētes ſibi ueteres tenebras,niſi ſua luce cōtenebrata,euitare non poſſet? Infœlix,ſi pturbatus:crudelis, ſi ſecurus hoc fecit. Melius.n.certe à ſe factā lucē uideret,& miraretur bonā, q̄ à ſe genitam faceret malā: quæ ſic ab eo repulit tenebras inimicas, ut ei fieret inimica. Hoc.n.culpæ imputabit damnādis in globo illis reliquiis, ꝙ errare ſe à priore lucida ſua na-
C tura paſſę ſunt, & inimicę lumini ſancto extiterūt: qd anteq̄ eis accideret ex æternitate, ſi neſciebant, hoc ſibi futurū,æternas ignorātiæ tenebras:ſi aūt ſciebant,ęternas timoris tenebras patiebant. Ecce uere pars & ſubſtātia dei ueſtri, in ſuis tenebris ex æternitate uerſata eſt:nec poſtea lucē nouā mirata eſt, ſed alias tenebras alienas, quas ſemp timebat, incurrit. Porrò ipſe deus,cuius illa pars erat,ſi eidē parti ſuæ futurū tantū malū timebat, ēt ipm̄ occupauerāt timoris tenebræ: ſi aūt hoc futurū neſcie-
De natura boni. cap. 18. bat,ignorātię tenebris cęcabat. Si aūt hoc parti ſuę futuꝝ ſciebat,& nō timebat, peiores ſunt tenebræ tātę crudelitatis,q̄ uel ignorantię uel timoris. Neq; enim habebat deus ueſter,qd in ipſa carne,quā nō à deo,ſed ab Hyle factā dementiſsime creditis, ſic
1.Cor. 12. laudat Apl's, Si patitur unum membrū,cōpatiūtur oīa membra. Sed non accuſamus:præſciebat,timebat,dolebat,ſed qd faceret nō habebat. In his ergo ſuę miſerię tenebris ex æternitate uerſatus eſt: nec poſtea nouā lucē,quæ ab illo tenebras fugaret, miratus eſt,ſed alias tenebras, quas ſemp timuit, magno malo ſuę lucis exptus eſt. Quāto melius,nō di

cam pceptum daret ſibi deus,ſed pceptū acciperet D ſicut homo: qd bono ſuo cuſtodiret,malo ſuo cōtēneret, in utroq; tn̄ motu animi libera uoluntate uteret, potius q̄ contra uoluntatē ad contenebrandā lucē ſuā,ineuitabili neceſsitate ꝑmeretur. Nam illud multo utiq; melius eſſet, ut pceptū daret humanæ naturę,quā peccaturā eſſe neſciret, q̄ naturā ſuā diuinā neceſsitate præſſus, peccare cōpelleret. Euigilate,& dicite nobis,qūo uincit tenebras,quē uincit neceſsitas? Hęc iam erat apud illū hoſtis maior, à qua uictus & iuſſus cum minore pugnauit. Quanto melius neſciret, quo ab eius facie fugiſſet Adam,q̄ ipſe primo à facie duræ ac diræ neceſsitatis, & poſtea à facie diuerſę atq; aduerſę gentis quo fugeret nō hēet. Quāto melius naturę humanæ inuideret uitam beatā,q̄ naturā diuinā daret in miſeriā: deſideraret ſanguinē & adipem ſacrificio℞ potius, q̄ ipſe toties ēt idolis mactaret, mixtus adipi & ſanguini oīum uictima℞: perturbaret zelo,ſi illa ſacrificia & diis aliis offerrentur potius, q̄ ipſe ligatus,non ſolū in oibus frugibus, uerūetiā in oibus carnibus,per oēs aras, oibus dæmonibus offerretur. Quanto melius uel humana indignatione cō- E motus ac turbidus, peccantibus & ſuis & alienis iraſceretur,q̄ ipſe non ſolum in oibus iraſcētibus, ſed ēt in oibus timentibus turbaretur: in peccantibus oibus coinquinaretur:in damnatis oibus puniretur:ubiq; ligatus ex illa ſua parte, quam ad tale dedecus innocentē ipſe dānauit, ut per illā uinceret,qd timebat: ēt ipſe ſub tā exitioſa neceſsitate damnatus, ut ei damnata pars eius poſsit ignoſcere,ſi cū iam miſer ſit,uel humilis eſſet. Nunc aūt qs ferat reprehendi à uobis deum iraſcentem ſuis alieniſq; peccantibus,cum deus, quem fingitis,mēbra ſua, quæ coactus coegit ire in fauces peccati, poſtea dānet in globo? Qd̄ qdem cū faciet,ut dicitis,irā non habebit. Sed miror,ſi frontē habebit inferendo in eos quaſi uindictā,à qbus petere deberet ueniā,& dicere, Obſecro ignoſcite, mēbra mea eſtis. Qn̄ ego in uos iſtud,niſi uictus neceſsitate facere poſsim? Scitis & uos, ꝙ tunc, qn̄ uos huc miſi, horrendus hoſtis eruperat: ꝙ aūt nunc uos hic illigo,timeo ne rurſus irrūpat. Iam certe ēt illud fatemini, multo melius eſſe hominū milia ob nullam F uel leuem culpā tpali morte interficere,q̄ membra ſua.i.membra dei,ſubſtantiā dei,& planè deum,& in peccati uoraginem tradere,& pœnæ ſempiternę colligatione damnare. Si.n.eſſet illis mēbris peccādi uel non peccādi liberum arbitriū,q̄q; de ſubſtātia dei, quę uere ſuſtātia dei eſt, ac per hoc oino incōmutabilis,quēadmodū hoc dicatur, nō inueni tur. Deus.n.oino peccare non pōt, ſicut negare ſe 2.Tim.2. ipſum non pōt:homo aūt pōt peccare,& deū negare:ſed ſi nolit,nō facit: Si ergo iſtis mēbris dei ueſtri uelut aiæ humanæ ac rōnali,eſſet,ut dixi, peccandi uel nō peccādi liberū uoluntatis arbitrium, recte fortaſſe pro grauibus criminibus in illo globo ſupplicio plecterentur:nunc aūt libertatem uoluntatis illas particulas habuiſſe, dicere non poteſtis,quā totus deus ipſe nō habuit:qa ſi eas nō mitteret in pc̄m̄,totus à tenebrarū gente peruaſus,peccare cogeret: quo ſi cogi nō poſſet, peccauit, cū eo ſe miſit,ubi cogi poſſet: & ideo magis ipſe illo uelut parricidali culleo dignus, q hoc fecit libero imperio,q̄ illę,quæ obtēperando illuc ierūt,ubi recte

G uiuendi arbitrium liberum perdiderunt. Si aũt ad
peccandũ & ipſe inuaſus atq; poſſeſſus cogi poſſet,
niſi per ſuæ partis primo flagitiũ, deinde ſuppliciũ
ſibi ꝓuidiſſet, nullaq; fuit in deo v̄ro, nec i eius par
tibus libera uolũtas: nõ ſe fingat iudicẽ, ſed agno-
ſcat reũ: non qa paſſus eſt qd nolebat, ſed qa ſe ſi-
mulat iuſta retribuere, dãnãdo eos, quos nouit ma
lũ paſſos eẽ potius, q̃ feciſſe: qd ad hoc tantũ ſimu-
lat, ne uictus inueniatur: quaſi aliqd ꝓſit alicui mi
ſero, ſi fœlix aut fortunatus uocet̃. Nẽpe iam & hoc
melius erat, ut deus ueſter ſine ullo æquitatis exa-
mine hoibus, nec iuſtis nec pc̃tõribus parceret: qd
in reprehenſione dei noſtri Fauſtus nihil intelligẽs
ultimum poſuit: q̃ in membra ſua ſic ſæuiret, ut pa
rũ ſit qd ea inexpiabiliter uenenãda hoſtibus ob-
tulit, niſi ẽt falſo crimine iniquitatis accuſet. Quæ
ideo merito dicit pendere tã imane ac ſine fine ſup
pliciũ, qd errare ſe à priore ſua lucida natura paſſa
ſunt, & inimica lumini ſancto extiterũt: unde, niſi
qa, ut ipſe dicit, ita erãt inuiſcerata primæ auiditati
principũ tenebrarum, ut originem ſuam recolere, ſeq;
ab hoſtili natura diſcernere non ualerẽt. Ergo aĩæ
H hmõi nihil mali ipſæ fecerunt, ſed innocentes tan-
tum malũ perpeſſæ ſunt, quo faciente, niſi illo pri-
mitus, qui ut a ſe in tantũ malum ꝓcederent, impe
rauit? Peiorem ergo expertæ ſunt patrẽ, q̃ hoſtem.
Pater.n. eas ad tantũ malum miſit: hoſtis aũt tanq̃
bonũ appetiuit, cupiens pfrui, nõ nocere. Ille ſciens
nocuit, ille neſciens. Sed deus infirmus atq; inops,
aliter ſibi conſulere nõ ualebat, prius aduerſus ho
ſtem improbũ, & poſt aduerſus incluſum. Saltem
ergo non accuſet eas, quarũ obedientia tutus eſt,
quarum morte ſecurus eſt. Si.n. coactus eſt præliari,
nunqd & calũniari? Nam qñ ſe errare à priore ſua
lucida natura paſſæ ſunt, & inimicę lumini ſancto
extiterunt, ad hoc utiq; ab hoſte coactæ ſunt, cui ſi
reſiſtere nõ ualuerunt, innocentes damnant̃: ſi aũt
ualuerũt, nec uoluerũt, qd adhuc tam fabuloſe in-
ducitis naturã mali, cũ à ꝓpria uoluntate ſit origo
peccati? Hoc.n. certe ſua culpa, non ui aliena fece-
runt, ꝙ cũ poſſent malo reſiſtere, noluerunt: qd.n.
ſi facerent, bene facerent: ſi aũt non facerent, graui
ter imaniterq; peccarẽt: ſi potuerũt & non fecerũt,
I utiq; noluerunt: ſi ergo noluerunt, uoluntatis cri-
men eſt, nõ neceſſitatis. A uolũtate igit̃ initiũ pec-
cati: unde aũt initium peccati, inde initium mali,
uel faciendi contra iuſtũ p̃ceptũ, uel patiẽdi ſcd̃m
iuſtum iudiciũ. Proinde nulla cauſa eſt, cur q̃rẽtes
unde ſit malũ, irrueritis in huius erroris tã magnũ
malum, ut naturã tot bonis abundantem, naturã
mali diceretis, & in natura ſummi boni ante cõmi
xtionẽ naturæ mali horrendũ neceſſitatis malum
poneretis. Et huius.n. erroris ueſtri cauſa ſuperbia
eſt, quã nõ habebitis, ſi nolitis: ſed uos dum uultis
illud quò irruiſtis, quoquo modo defendere, aufer
tis originẽ peccati à uoluntatis arbitrio, & ponitis
in uana & falſa fabula naturã mali: ac per hoc re-
ſtat, ut dicatis ẽt illas aĩas in horribili globo æter-
na colligatione dãnandas, nõ uolũtate, ſed neceſſi
tate inimicas lumini ſancto extitiſſe: taleq; deũ ue-
ſtrũ iudicẽ cõſtituatis, apud quem nihil ꝓdeſſe poſ
ſitis eis, quarum cũm demonſtrata neceſſitate defen-
ditis: & talẽ regẽ, à quo fratribus ueſtris, filiis & mẽ
bris illius, quorum inimicitias aduerſus uos & ipm,
nõ uolũtate, ſed neceſſitate extitiſſe phibetis, nec i-
dulgentiam impetrare ualeatis. O imaniſſimã cru- K
delitatem, niſi qd conuertitis uos ad ipſius defen-
ſionẽ, ut eum quoq; iſta ꝗ neceſſitate faciat excuſe
tis. Si ergo poſſitis inuenire alterũ iudicem, qui li-
ber uinculo neceſſitatis, moderator exiſteret æqta
tis, iſtũ certe in illo globo nõ forinſecus figeret, ſed
cũ ipſo terribili hoſte intus icluderet. Cur.n. nõ iu
ſte prior ſit ad pœnã dãnationis, q prior eſt ad cri-
mẽ neceſſitatis? Quãto ergo melius eligeretis deũ
in cõparatione peioris, nõ qualẽ colimus, ſed qua-
lẽ nos colere uel fingitis uel putatis, q ſine ullo ęq-
tatis examine, ſine ulla diſtinctione dãnationis &
diſciplinę, non parceret in ſeruis ſuis nec iuſto nec
pc̃tõri: potius q̃ nõ parceret mẽbris ſuis uel inno-
centibus, ſi neceſſitas crimẽ nõ eſt: uel illi obtẽpe-
rãdo factis nocentibus, ſi & neceſſitas crimẽ eſt: ut
ab illo in æternũ damnarent̃, cũ quo uel ſimul ab-
ſolui, ſi poſt uictoriã reſpiraret libertas: uel ſimul
dãnari debuerũt, ſi & poſt uictoriã tantũ ſaltẽ ua-
leret neceſſitas, ut aliqd ualeret & ęqtas. Sicut aũt
deũ, non illũ uerũ & ſummũ quẽ colimus, ſed aliũ
neſcio quẽ falſum cõfigitis, quem nos colere uel ar
bitramini uel calũniamini, qui tñ ẽt ipſe multo eſt L
melior deo ũro: ambo.n. nõ ſunt, & à uobis ambo
finguntur: ſed meliorem fingitis eum, quẽ tanq̃ no
ſtrum accuſatis, q̃ eũ quem ueſtrũ adoratis. Sic Cap. 23.
& Patriarchas & Prophetas non tales uituperatis,
quales honorant̃ à nobis, ſed quales libris noſtris
non itellectis, maleuola uanitate finxiſtis: quos tñ
ẽt ipſos quales fuiſſe ſuſpicamini, parum eſt ſi dicã
ueſtris electis oĩa Manichęi mandata ſeruantibus,
niſi ẽt oſtendam ipſo deo ueſtro eſſe meliores: qd
non aggrediar demonſtrare, niſi prius ſanctos pa-
tres noſtros Patriarchas & Prophetas à criminatio
nibus ueſtris adiuuante me dño aduerſum corda
carnalia pſpicua orone defendero. Et uobis qdem
Manichæi ſic rñdere ſufficeret, ut ẽt uitia quę puta
tis noſtrorum laudibus ueſtrorum præponenda docere
mus, addentes ad cumulũ confuſionis ueſtrę, ut ẽt
deus ueſter longe peior inueniretur hoibus, quales
noſtros patres fuiſſe iactatis. Sic ergo, ut dixi, uo-
bis rñdere ſufficeret: ſed qm̃ nonnulli ẽt pręter ue-
ſtra uaniloquia ſua ſponte cõmouentur, uitã Pro-
phetarum in ueteri teſtõ cõparantes uitę Apl̃orum in M
nouo teſtõ, nec ualentes diſcernere cõſuetudinem
tpis illius, quo promiſſio uelabatur, à conſuetudi-
ne tpis iſtius, quo ꝓmiſſio reuelat̃: eis magis rñde-
re compellor, qui uel temperantiam ſuam audent
præferre Prophetis, uel nequitiæ ſuæ q̃runt patro-
cinia de Prophetis. Qua in re hoc primum dico, Cap. 24.
illorum hominum non tantũ linguam, uerũetiam ui
tam fuiſſe ꝓpheticam: totumq; illud regnum gẽtis
Hebræorũ magnum quendam, qa & magni cuiuſ-
dam fuiſſe Prophetam. Quocirca qd ad eos qdem
attinet, qui illic erant eruditi corde in ſapiẽtia dei,
non ſolum in iis quæ dicebant, ſed ẽt in iis quæ fa
ciebant: qd autem ad cęteros ac ſimul oẽs illius gẽ
tis hoies, in iis quæ in illis, uel de illis diuinitus fie
bant: prophetia uenturi Chriſti & eccleſiæ perſcru
tanda eſt: Omnia.n. illa, ſicut dicit Apl̃s, figuræ no 1. Cor. 10
ſtræ fuerunt. Sic autem iſti in quibuſdam factis, Cap. 25.
à quorum altitudine longe ſunt, reprehẽdunt tan
quam libidinem Prophetarum: ſicut nonnulli etiã
ſacrilegi Paganorum reprehendunt tanquam ſtul-
titiam uel potius tanquam dementiã Chriſti, quia

A tpe anni nõ congruo poma quęſiuit in arbore, aut
Marci. 11. puerilis cuiuſdã ſatuitatis affectũ, ꝙ inclinato capi
Ioan. 8. te digito ſcribebat in terra: & cùm hoibus interro-
gantibus rñdiſſet, rurſus hoc facere cœpit. Nihil. n. ſapiunt, nec intelligũt in magnis animis quaſdam uirtutes uitijs paruoꝝ aiorum eſſe ſimillimas: nonnulla ſpecie, ſed nulla æquitatis cóparatione. Similes aũt ſunt q in magnis iſta reprehendunt, pueris imperitis in ſchola: q cum ꝓ magno didicerint, nomini numeri ſingularis uerbũ numeri ſingularis eſſe reddendũ, reprehendunt Latinæ linguę doctiſſi-
Aeneid. 1 mũ authorẽ, qa dixit, Pars infruſtra ſecant. Debuit enim, inquiunt, dicere, ſecat. Et qa norunt religionẽ dici, culpãt eũ, qa geminata litera dixit, religione patrũ. Vnde non abſurde fortaſſe dicat̃ in genere ſuo, quantũ diſtant ſchemata & metaplaſmi doctorũ à ſolœciſmis & barbariſmis imperitoꝝ, tantũ diſtare figurata facta Prophetarũ à libidinoſis peccatis iniquorũ: ac ꝑ hoc ſicut puer in barbariſmo reprehenſus, ſi de Virgilij metaplaſmo ſe uellet defendere, ferulis cæderet̃: ita quiſqs cũ ancilla ſuę cóiugis uolutatus, Abrahę factũ, ꝙ de Agar prolẽ ge-
B nuerit, in exemplũ defenſionis aſſumpſerit: utinã non planè ferulis, ſed uel fuſtibus coercitus emendetur, ne cũ cæteris adulteris æterno ſupplicio puniatur. Minimę quidẽ illæ res, iſtę aũt magnę ſunt: nec ad hoc inde ducta ſimilitudo eſt, ut ſchema ſacramẽto, & ſolœciſmus adulterio coęquet̃:ueruntamẽ ꝓportione ſui cuiuſq; generis, qđ in illis locutionũ quibuſdã uirtutibus, ſeu uitijs peritia, uel imperitia: hoc in his morũ, quãuis lõge in diuerſo genere uirtutibus ſeu uitijs ſapiẽtia uel inſipiẽtia ua-
Cap. 26. let. Quapp ne in quæq; laudãda uel uituperãda, accuſanda uel defendẽda, coercẽda uel relaxanda, dãnanda uel abſoluẽda, appetenda uel uitanda, temere irruamus, in qbus oibus peccata ſeu recte facta uerſant̃: prius qđ ſit pctm̃ cõſiderare debemus, tunc deinde inſpicere facta ſanctorũ, libris conſcripta diuinis: ut ſi qua & ipſoꝝ peccata inuenerimus, ob quã utilitatẽ ſint ẽt ipſa condita literis, memorięq; mãdata, diligẽti quantũ poſſumus ratione uideamus: Quæ aũt repererimus ſtultis ſeu maleuolis uideri pctã eſſe q̃ non ſunt, nec tñ in eis eminent aliqua exẽpla uirtutũ, hæc quoq; intueamur, quam ob cauſam illis inſerta ſint literis, quas ad utilitatẽ
C uitæ p̄ſentis regendę, & futurę adipiſcendę cõditas ſalubriter credimus. Porrò aũt quæcunq; in factis ſanctorũ elucent, documẽta iuſtitię, nullus uel imperitorum dubitat debuiſſe cõſcribi. De illis ergo poteſt eſſe q̄ſtio, quę uel inaniter ſcripta uideri poſſunt, ſi nec recte facta apparẽt, nec pctã ſunt: uel ẽt ꝑnicioſe, ſi peccata eſſe conuincunt̃: ne ualeant ad imitationẽ, ſiue in ipſis libris reprehenſa nõ ſint, & ideo putari ẽt poſsint nõ eſſe peccata: ſiue illic quoque reprehẽſa ſint, ſub facili ſpe ueniæ cõmittant̃,
Cap. 27. qa & in ſanctis inuẽta ſunt. Ergo pctm̃ eſt, factũ
2. ſen. di. uel dictum uel concupitũ aliqđ contra æternã le-
35. cap. 1. gẽ. Lex uero ęterna eſt, ratio diuina uel uolũtas dei, ordinẽ naturalẽ conſeruari iubens, ꝑturbari uetãs. Quiſnã igitur ſit in hoie naturalis ordo, quærendũ eſt. Conſtat. n. homo ex anima & corpore. Sed hoc & pecus. Nulli aũt dubium eſt, animã corpori naturali ordine præponendã. Verum animæ hois ineſt ratio, quæ pecori nõ ineſt. Proinde ſicut anima corpori, ita ipſius animæ ratio cæteris eius partibus, quas hñt & beſtiæ, naturæ lege proponitur: in qua
D ipſa ratione, quæ partim contemplatiua eſt, partim actiua, proculdubio contẽplatio præcellit. In hac enim & imago dei eſt, qua per fidẽ ad ſpeciẽ refor-
Colo. 3. mamur. Actio itaq; rationalis contẽplationi [rationali] debet obedire: ſiue ꝑ fidẽ operanti, ſicuti eſt, quãdiu peregrinamur à dño: ſiue ꝑ ſpeciẽ, qđ erit,
2. Cor. 5. cũ ſimiles ei erimus: qm̃ uidebimus eũ ſicuti eſt, ef-
1. Ioan. 3. fecti ẽt in ſpiritali corpore ex grã eius æquales ange-
lis eius, recepta ſtola prima immortalitatis & incor-
Matt. 22. ruptionis, qua induetur hoc mortale & corrupti-
1. Cor. 15. bile noſtrũ, ut abſorbeatur mors in uictoria, iuſtitia ꝑfecta per gratiã. Quia & ſancti ac ſublimes angeli hñt contẽplationem & actionem ſuã, id. n. ſibi agendũ imperant, quod ille quẽ contẽplantur, iubet: cuius æterno imperio liberaliter, qa ſuauiter,
Roma. 8. ſeruiunt: nos uero, quoꝝ corpus mortuũ eſt pp peccatum, antequã uiuificet deus & mortalia corpora noſtra ꝑ inhabitantẽ ſpiritũ eius in nobis, pro modulo infirmitatis noſtræ ſcdm æternã legem, qua naturalis ordo ſeruatur, iuſte uiuimus, ſi uiuamus
Galat. 5. ex fide non ficta, quæ per dilectionẽ operat̃: haben-
E tes in cõſcientia bona ſpẽ repoſitã in coelis immortalitatis & incorruptionis, & ipſius ꝑficiendę iuſtitiæ uſq; ad quandã ineffabiliter ſuauiſsimã ſaturitatẽ, quã in iſta peregrinatione oportet eſuriri ac ſitiri, quandiu ꝑ fidẽ ambulamus, non per ſpeciẽ.
2. Cor. 5.
Cap. 28. Quapp hois actio ſeruiens fidei ſeruienti deo, refrenat oẽs mortales delectatiões, & eas coercet ad naturalẽ modũ, meliora inferioribus ordinata dilectione præponens. Si. n. nihil delectaret illicitũ, nemo peccaret. Peccat ergo, q delectationẽ illiciti relaxat potius q̃ refrenat. Eſt aũt illicitum, quod lex illa prohibet, qua naturalis ordo ſeruatur. Vtrũ aũt ſit aliqua rationalis creatura, quã nihil poſsit illicitũ delectare, magna quæſtio eſt. Quod ſi eſt, nõ in eo genere factus eſt hõ: nec illa natura angelica, q̃ in ueritate nõ ſtetit: ſed in eo genere iſta rationalia facta ſunt, ut ineſſet eis poſsibilitas frenãdi delectationẽ ab illicito, quã nõ frenãdo peccauerunt. Magna eſt itaq; & humana creatura, quandoquidẽ ꝑ eã poſsibilitatẽ inſtruatur: per quã ſi uoluiſſet, nec
Pſal. 59. cecidiſſet. Magnus ergo dñs & laudabilis nimis, q condidit eã. Condidit. n. & inferiores, quæ nõ poſ-
F ſunt peccare: condidit & meliores, quæ nolunt peccare. Beſtialis. n. natura nõ peccat, qa nihil facit cõtra æternã legẽ, cui ſic ſubdita eſt, ut eius particeps eſſe nõ poſsit. Rurſus angelica ſublimis natura nõ peccat, qa ita particeps ẽ legis æternæ, ut ſolus eam delectet deus, cuius uoluntati ſine ullo experimẽto tẽtationis obtẽperat. Homo aũt, cuius pp pctm̃ ten-
Iob. 7. tatio eſt uita ſup terrã, ſubdat ſibi quod habet cõmune cũ beſtijs: ſubdat deo, qđ habet cõmune cũ angelis, donec iuſtitia & immortalitate perfecta atque ꝑcepta, ab iſtis exaltetur, illis æquetur.
Cap. 29. Mortales aũt delectationes uſq; ad reparandam ſeu cuſtodiendã iſtam mortalẽ ſalutem, ſiue uniuſcuiuſque hois, ſiue ipſius humani generis uel excitandæ uel relaxandæ ſunt: ultrà ſi prolapſæ fuerint, & cõtra temperantiæ rationem hoiem non ſe regentem arripuerint, libidines erunt profecto illicitæ ac turpes & dignæ doloribus emẽdari. Quòd ſi ẽt perturbatum rectorẽ in tantã uoraginẽ perditę conſuetudinis mergant, ut uel inultas fore credens, confeſſionis & pœnitẽtiæ negligat medicinã, q̃ correctus

G emergat, uel peiore morte cordis cõtra illã æternã
ꝓuidentię legẽ blaſphemũ eis patrociniũ defenſio
nis adhibeat, atq̃ ita diẽ fungatur extremũ: non iã
emendatione, ſed dãnatione dignum, lex illa irre-
Cap. 30. prehenſibilis, cenſet † æterna. Ergo lege cõſulta,
† al. cẽſet quę ordinẽ naturalẽ conſeruari iubet, pturbari ue
Aeterna tat: uideamus qd peccauerit: id eſt, qd contra iſtam
ergo. etc. legẽ fecerit pater Abrahã in his, quæ uelut magna
Gene. 16. crimina Fauſtus obiecit. Habendæ, inqt, prolis in-
Gene. 17. ſana flagrans cupidine, & deo, q id iam ſibi de Sara
coniuge promiſerat, minime credens, cũ pellice uo
lutatus ſit. Inſana uero iſte Fauſtus criminandi cu-
piditate cęcatus, & hęreſis ſuę nefas ꝓdidit, & Abra
hę concubitũ neſciẽs erransq̃ laudauit. Sicut. n. lex
illa æterna: id eſt, uolũtas dei creaturarũ oĩum con-
ditoris, cõſeruando naturali ordini cõſulens, nõ ut
ſatiãdę libidini ſeruiat, ſed ut ſaluti generis ꝓſpicia
tur, ad prolẽ tantũmodo ꝓpagandã, mortalis car-
nis delectationẽ dominatu rationis in concubitu
relaxari ſinit: ſic econtrario puerſa lex Manichęorũ,
ne deus eorũ, quẽ ligatum in oĩbus ſeminibus plan
gunt, in conceptu fœminæ arctius coligetur, prolẽ
H ante oĩa deuitari à concumbentibus iubet, ut deus
eorũ turpi lapſu potius effundatur, q̃ crudeli nexu
uinciatur. Non igiť Abrahã prolis habendæ inſa-
na cupiditate flagrabat, ſed Manichęus prolis deui
tãdę inſana uanitate delirabat. Proinde ille naturę
ordinẽ ſeruãs, nihil humano cõcubitu agebat, niſi
ut homo naſcereť: iſte puerſitatẽ fabulę obſeruãs,
nihil in quolibet cõcubitu timebat, niſi ne deus ca
Cap. 31. ptiuareť. Vbi aũt Fauſtus in facto Abrahę uelut
conſcientiã culpat uxoris, ibi uero malo quidẽ aĩo
& intẽtione uituperãdi, ſed tñ neſciẽs & nolẽs utrũ
De ci. dei que collaudat. Neq̃. n. conſcientiã ſuã flagitio con
li. 15. c. 3. iugis miſcuit, quò ille ſuã libidinẽ turpi & illicita
Et. lib. 16 uoluptate ſatiaret: ſed ẽt illa naturali ordine filios
cap. 25. uolens, ſeq̃ ſterilẽ ſciens, ancillaris uteri fœcundita
tẽ in uſum iuris ſui poteſtate licita uindicauit: nõ
cedẽs uiro cõcupiſcenti, ſed iubẽs obedienti. Neq̃
Cã. 4. ſe. hoc inordinata ſuperbia: qs. n. neſcit uxorẽ marito
diſt. 32. c. tanquã dño debere ſeruire? Sed qđ ad mẽbra cor-
Sciẽdum poris attinet, q̃bus ſexus ipſe diſtinguitur, Apl̃s di-
etiã eſt. cit, Similiter & uir ſui corporis poteſtatẽ nõ habet,
1. Cor. 7. ſed mulier: ut cũ in cæteris actibus ad humanã pa
cẽ ptinentibus, mulier uiro debeat ſeruitutẽ, huius
unius rei, qua ſexus utriuſq̃ carnali ſorte diſcerniť,
I & carnali cõmixtione cõcerniť, ſimilẽ in ſe habeãt
poteſtatẽ, uir in uxorẽ, & uxor in uirũ. Prolem igi-
tur, quã de ſe habere Sara nõ poterat, de ancilla ha
bere uoluit: ex eo tñ ſemine, ex quo & de ſe, ſi poſ-
† deſide- ſet, habere debeat †. Nunquã hoc faceret mulier, ſi
rabat. in corpore uiri carnali concupiſcentia teneretur: ze
laret. n. potius pellicẽ, nõ faceret matrem: nunc ue-
ro ppea ſic propagandi uoluntas pia fuit, qa concũ
Cap. 32. bendi uolũtas libidinoſa non fuit. Illud ſanè de
fendi non poteſt, ſi Abrahã, ſicut Fauſtus obiecit,
minime credens deo, qui ſibi iã prolem de Sara ꝓ
miſerat, de Agar ſuſcipere uoluit. Sed aptiſſime fal-
Gene. 12. ſum eſt. Nondũ hoc promiſerat deus. Recenſeant
& 13. ſcripturæ illius ſuperiora, qui uolunt, inuenient ſe-
mini Abrahã iã fuiſſe ꝓmiſſam terrã, & innumera-
bilis multitudinis abundantiã, nondum tñ fuiſſe
patefactũ, quõ illius ſeminis eſſet futura propaga-
tio, utrũ ex carne Abrahæ, ſi de ſe ipſe generaret, an
ex uoluntate, ſi aliquẽ forte adoptaret. Deinde ſi de

carne ipſius, utrum ex Sara, an ex alia prorſus, non- K
dum manifeſtũ fuit. Legant, inquã, q uolunt, & in-
uenient Fauſtũ, aut falli imprudẽter, aut fallere im
pudenter. Itaq̃ Abrahã, cũ ſibi uideret non naſci fi
lios, & tñ ſemini ſuo factã promiſſionẽ teneret, pri
mo de adoptione cogitabat. Hoc indicat, q̃ cũ deo Geneſ. 15.
loquens, ait de uernaculo ſuo, Hic hæres meus erit:
tanquã diceret, qa de meipſo mihi ſemen non dedi
ſti, in iſto cõple quod meo ſemini promiſiſti. Si. n.
ſemen cuiuſq̃ non appellareť, niſi quod eius carne
naſcereť, nec nos appellaret Apl̃s, Semen Abrahę, q Galat. 3.
certe originẽ carnis, ab illo non ducimus, ſed imi-
tatione fidei ſemẽ eius facti ſumus, credẽtes i Xp̃o,
cuius caro ex illius carne propagata eſt. Tunc ergo
Abrahã audiuit à dño. Non hic erit hęres tuus, ſed Gene. 15.
q exibit de utero tuo, ipſe erit hęres tuus. Iam nunc
adoptionis cogitatione ſublata, cũ de ſe ipſo ſemẽ
ſperaret Abrahã, reſtabat incertũ, utrum ex Sara, an
ex alia, qđ illi deus occultare uoluit, donec prius ex
ancilla uetus teſtamentũ figurareť. Quid ergo mi- Galat. 4.
rũ, ſi uidens Abrahã ſterilẽ uxorẽ, cupientẽ ſibi ꝓ-
lem, quã parere ipſa non potuit, ex famula ſua & ex
marito ꝓuenire, non ſuæ carnali cupiditati ceſſit, L
ſed coniugali poteſtati obtẽperauit: credẽs hoc Sa
rã ex dei nutu uoluiſſe, q iã ex ſeipſo illi hæredẽ pro
miſerat, ſed ex qua fœmina nõ p̃dixerat? Fruſtra igi
tur Fauſtus ad obijciendũ hoc crimẽ inſanus inſi-
luit, tanquã infidelẽ Abrahã infideliter arguẽs. Cę
tera. n. cęcitate non credendi nec ualuit intelligere,
hoc aũt libidine calũniandi neglexit & legere.
Quod aũt iuſtũ & fidelẽ uirũ matrimonij ſui infa- Cap. 33.
miſſimum nundinatorẽ appellans, auaritiæ ac uẽ- Gene. 12.
tris cauſa duobus regib᷒, Abimelech & Pharaoni, & 20.
diuerſis tẽporibus Sarã cõiugẽ ſuã, ſororẽ menti-
tum, qa erat pulcherrima, in cõcubitum aſſerit uẽ-
ditaſſe: non ore ueridico a turpitudine ſeparat ho-
neſtatẽ, ſed ore maledico totũ uertit in crimẽ. Hoc
enim Abrahę factũ lenocinio ſimile uideť, ſed non
ualentibus ex illius æternę legis lumine à peccatis
recte facta diſcernere: q̃bus & conſtantia ptinacia
uideri poteſt, & uirtus fiducię uitiũ putatur auda-
cię: & quæcunq̃ ſimiliter obijciuntur, quaſi nõ re-
cte agentibus, à nõ recte cernentibus. Neq̃. n. Abra
hã flagitio conſenſit uxoris, eiuſq̃ uendidit adulte
riũ: ſed ſicut illa famulã ſuã non libidini mariti p- M
miſit, ſed officio generãdi ultro intulit, nequaq̃ tur
bato ordine naturali, ubi eius poteſtas erat, iubens
potius obediẽti, q̃ cedẽs cõcupiſcenti: ſic & ipſe cõ
iugẽ caſtã, & caſto corde ſibi cohęrentem, de cuius
aĩo, ubi pudicitię uirt᷒ habitabat, nullo modo du-
bitabat, tacuit uxorẽ, dixit ſororẽ: ne ſe occiſo, ab
alienigenis atq̃ impijs captiua poſſidereť: certus de
deo ſuo, q̃ nihil eã turpe ac flagitioſum ppeti ſine-
ret. Nec eũ fides ac ſpes fefellit: nam Pharao tertius
mõſtris, multiſq̃ pp eã malis afflictus, ubi eius uxo
rem diuinitus didicit, illæſam cũ honore reſtituit:
Abimelech aũt ſomnio cõmonitus atq̃ edoctus, ſi-
militer fecit. Nonnulli quidẽ, non calumnioſi & Cap. 34.
maledici, ſicut Fauſtus, ſed eiſdẽ libris honorẽ de-
bitũ deferentes, quos iſte uel non intelligendo re- In li. que
prehendit, uel reprehendendo nõ intelligit: cũ hoc ſtionũ ſu
Abrahæ factũ conſiderarent, uiſum eſt eis q̃ à fir- per. Gen.
mitate fidei ſubdefecerit atq̃ titubauerit, & timore quæſtio.
mortis, ſicut dñm Petrus, ita ille negauerit uxorẽ. 26.
Quod ſi ita neceſſe eſſet intelligi, peccatũ hominis Matt. 26.
agnoſcerem:

A agnoſcerē: nec ideo cuncta eius merita deleta atq;
obliterata cenſerem, ſicut nec illius Apl'i: q̄q̄ culpa
nō ſit æqualis, negare uxorē, & negare Saluatorē.
Nunc uero cū habeā qđ intelligā, ne hoc intelligā,
nulla cā cogor temeritate labi ad reprehendendū,
quē nemo conuincit timore lapſum fuiſſe ad men-
tiendū: neq;.n. utrū eius uxor eſſet interrogatus, nō
eſſe rn̄dit: ſed cum ab eo quæreretur, qd ei eſſet illa
Cap. 35. mulier, indicauit ſororē, nō negauit uxorē. Tacuit
aliqd ueri, nō dixit aliqd falſi. An uſqueadeo de
ſipimus, ut hic Fauſtū ſequamur, q ait ſororē men-
titum, quaſi genus Saræ aliunde didicerit, cum hic
ſancta ſcriptura nō aperuerit? Puto iuſtū eſſe, ut in
ea re, quā nouerat Abrahā, nos autē nō nouimus,
Patriarchæ potius credamus loquēti qđ ſcit, q̄ Ma-
nichæo criminanti qđ neſcit. Cū igiť Abraham eo
tpe uiueret in rebus humanis, quo qdē iam fratres
ex utroq; aut ex altero uel altera parente natos, ne-
cti coniugio non licebat, filios autē fratrū, aliosq;
longinquiore gradu generis conſanguineos, nulla
lege, nulla poteſtate prohibita conſuetudo iunge-
B bat: qd mirum ſi ſororē ſuā: id eſt, ex patris ſui ſan
Gene. 20 guine procreatam habebat uxorē? Nā hoc ipſe red
De ciuita denti ſibi eā regi, dixit de patre eſſe ſororē, non de
te Dei li. matre: ubi certe ut ſororē mētiretur, nullo iā timo
16. ca. 19. re cogebatur, qn̄ ille uxorē eius eſſe didicerat, & eā
diuinitus territus cū honore reddebat. Fratres aūt
ſiue ſorores generali noie conſanguineos uel con-
Tobiæ. 6. ſanguineas ſolere apud ueteres appellari, ſcriptu-
& 8. ra teſtatur. Nā & Tobias dicit deo cū oraret anteq̄
miſcereť uxori, Et nunc dn̄e, tu ſcis qm̄ nō luxuriȩ
cauſa accipio ſororē meā, cū eſſet illa non ex cōcu
bitu eiuſdē patris, nec ex eodē matris utero, ſed ex
Gene. 13. eadē ſtirpe cognatiōis exorta Et Loth frater Abra-
& 11. hæ dicitur, cū patruus eius eſſet Abrahā: ex qua ui
† cōſuetu † uocabuli etiā fratres dn̄i uocanť in Euangelio,
dine. nō utiq; quos Maria uirgo pepererat, ſed ex eius cō
Matt. 12. ſanguinitate oēs propinqui. Dicet aliquis, Cur
Cap. 36. non potius ita de deo ſuo præſumpſit Abrahā, ut
fateri non timeret uxorem? Nunqd.n. deus ab illo
mortem non poterat repellere quā timebat, eumq;
cū cōiuge ſua ab oi pernicie in illa peregrinatione
tutari, ut nec uxor eius, q̄uis eēt pulcherrima, appe
teretur ab aliquo, nec pp illam ipſe necaretur? Pote
C rat ſanè hoc efficere deus: qs ita ſit demens ut hoc
22. q. 2. c. neget? Sed ſi interrogatus Abraham, illā fœminam
queritur. indicaſſet uxorē, duas res tuendas cōmitteret deo,
& ſuā uitā, & cōiugis pudicitiā. Pertinet autē ad ſa-
nam doctrinā, ut qn̄ habet qđ faciat hō, non ten-
Deute. 6. tet dn̄m deum ſuum. Neq;.n. & ipſe ſaluator nō po-
Matt. 4. terat tueri diſcipulos ſuos, qbus tn̄ ait, Si uos perſe
Matt. 10 cuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Cuius
rei prior exēplum præbuit. Nā cum ptātem habe-
Ioan. 10. ſet ponendi aiam ſuā, nec eam poneret, niſi cū uel-
Matth. 2. let, in Aegyptū tn̄ infans portantibus parentibus
Ioan. 7. fugit: & ad diem feſtum nō euidenter, ſed latenter
aſcendit, cū aliàs palàm loqueretur Iudæis iraſcen
tibus, & inimiciſſimo aio audientibus, nec tamen
ualentibus in eum mittere manus, qa nondum ue
nerat hora eius: non cuius horæ neceſſitate cogere
tur mori, ſed cuius horȩ opportunitate dignaretur
Ibidem. occidi. Qui ergo palàm docēdo & arguendo, & tn̄
inimicoꝝ rabiem ualere in ſe aliqd nō ſinēdo, dei
demonſtrabat poteſtatē: idem tn̄ fugiendo & latē
do hois inſtruebat infirmitatem, ut deum tentare
non audeat, qn̄ habet quod faciat, ut quod cauere D
oportet, euadat. Neq;.n. & Apl's Paulus deſperaue- Acto. 9.
rat adiutoriū protectionēq; diuinam, fidēq; perdi- 2. Cor. 11.
derat, qn̄ per murum in ſporta ſubmiſſus eſt, ut ini
micorū manus effugeret. Nō ergo in deū nō credē
do ſic fugit, ſed deum tentaret, ſi fugere noluiſſet,
cū ſic fugere potuiſſet. Proinde cum inter ignotos
ꝓpter excellentiſſimā pulchritudinē Saræ, & eius
pudicitia & mariti uita eſſet in dubio, nec utrunq;
tueri poſſet Abrahā, ueruntamē unum hoꝝ poſſet:
id eſt, uitā, ne deum ſuum tentaret, fecit qđ potuit:
qđ autē nō potuit, illi cōmiſit. Qui ergo ſe hoiem
occultare non ualuit, maritū ſe occultauit, ne occi
deretur: uxorem deo credidit, ne pollueret. Quā Cap. 37.
quam ſcrupuloſius diſputari poſſit, utrum illius
mulieris pudicitia uiolaretur, etiā ſi quiſquā carni
eius cōmixtus foret, cum id in ſe fieri pro mariti ui
ta, nec illo neſciente, ſed iubēte permitteret: nequa
quam fidē deſerens cōiugalē, & poteſtatē non ab-
nuens maritalē: ſicut ille adulter nō fuit, qn̄ uxoris
obtemperans poteſtati, de ancilla prolem genera-
re conſenſit: ſed ꝓpter uim principiorū, qua non
ita duob' uiris uiuis ad cōcumbēdū fœmina ſub- E
ditur, ſicut duæ fœminȩ uni uiro, multo uerius &
honeſtius illud accipimus, ꝙ pater Abrahā nec ten
tauit deū, qn̄ uitæ ſuæ quātum potuit homo con-
ſulit, & ſperauit in deū, cui pudicitiā coniugis com
mendauit. Iam uero in hac re geſta, quæ in diui- Cap. 38.
nis libris poſita, fideliterq; narrata eſt, quē non de-
lectat etiā factū ꝓpheticum perſcrutari, & ſacramē
ti oſtiū pia fide ſtudioq; pulſare: ut aperiat dn̄s &
oſtendat qs tunc in illo figurabatur uiro, & cuius
ſit uxor, quæ in hac peregrinatione atq; inter alie-
nigenas pollui maculariq; non ſiniť, ut ſit uiro ſuo
ſine macula & ruga. In gloria qppe Xp̄i recte uiuit Ephe. 5.
eccleſia, ut pulchritudo eius honori ſit uiro ei', ſi-
cut Abrahā pp Sarȩ pulcritudinē inter alienigenas
honorabať, eiq; ipſi, cui dr̄ in Canticiſcanticoꝝ, O Canti. 1.
pulchra inter mulieres, ipſius pulchritudinis meri
to reges offerunt munera: ſicut Sarȩ obtulit rex A-
bimelech, plus i ea admirans formȩ decus, qđ ama
ſe potuit, & uiolare nō potuit. Eſt.n. & ſancta eccle
ſia dn̄o Ieſu Xp̄o in occulto uxor. Occulte quippe
atq; intus in abſcondito ſecreto ſpiritali, aia huma F
na inhȩret uerbo dei, ut ſint duo in carne una: qđ Gene. 2.
magnū cōiugij ſacr̄m in Xp̄o & in eccleſia cōmen Ephe. 5.
dat Apl's. Proinde regnū terrenū ſeculi huius, cuius
figurā gerebār reges, q Sarā polluere permiſſi non
ſunt, nō expertum eſt, nec inuenit eccleſiā coniugē
Chriſti i. q̄ fideliter illi tanq̄ pręcipuo uiro ſuo ſub
dita cohæreret, niſi cum uiolare tētauit. Diuino.n.
teſtimonio p fidē martyrum ceſſit, correctumq; in
poſterioribus regibus honorauit munere, quā cor
ruptioni ſuæ ſubdere in priorib' nō eualuit. Nā qđ
tunc in eodē rege prius & poſterius figuratū eſt,
hoc in iſto regno prioribus & poſterioribus regib'
adimpleť. Cum autē dr̄ de patre eſſe ſororē Xp̄i Cap. 39.
eccleſiā, nō de matre, nō terrenȩ generationis, quæ
euacuabitur, ſed gratiæ cœleſtis, quæ in æternum
manebit, cognatio cōmendatur. Scd̄m quā gr̄am 1. Ioan. 3.
genus mortale nō erimus, accepta poteſtate, ut filij
dei uocemur & ſimus. Neq; n. hanc gr̄am de ſyna-
goga matre Chriſti ſcd̄m carnem, ſed de deo patre
percepimus. Hanc uero cognationem terrenā, quæ
ad mortem temporaliter generat, uocans in aliam

G uitam, ubi nullus moritur, negare nos Xp̃s docuit,
Matt.23. non fateri, cũ diſcipulis ait, Ne uobis dicatis patrẽ
in terra, unus eſt n. pater ueſter q in cœlis ẽ. Cuius
Matt.12. rei præbuit exemplũ, qñ & ipſe dixit, Quę mihi ma
ter, aut q fratres? Et extendens manum ſuper diſci-
pulos ait, Hi ſunt fratres mei. Et ne quiſquã in hoc
uocabulo terrenã cognationẽ cogitaret, adiunxit,
Et quicunq; fecerit uoluntatẽ patris mei, ipſe mihi
frater, & mater, & ſoror eſt: tanq̃ diceret, De deo pa
tre hanc cognationẽ appello, nõ de ſynagoga ma-
tre. Ad æternã quippe uitã nunc uoco, ubi immor-
taliter natus ſum: nõ ad tẽporalẽ, unde ut uocarẽ,
Cap.40. mortalis effectus ſum. Quod ergo eccleſia, cuius
uxor ſit occultaĩ alienigenis, cuius aũt ſoror nõ ta
cetur, hæc interim cã facile occurrit: qa occultũ &
difficile ad intelligẽdũ eſt, qũo aĩa humana uerbo
dei copuleĩ ſiue miſceatur: ſiue qd melius & aptius
Eſaiæ.61. dici poteſt, cum ſit illud deus, iſta creatura. Scdm
Ephe.5. hoc. n. ſponſus & ſponſa, uel uir & uxor, Xp̃s & ec-
cleſia dicunĩ. Qua uero cognatione ſint fratres,
Chriſtus & oẽs ſancti, grã diuina, nõ cõſanguinita
H te terrena, hoc eſt, de patre, nõ de matre, & effabili'
dr̃, & capacius auditur. Nã & inter ſe oẽs ſancti per
eandem gratiã fratres ſunt: ſponſus aũt cæterorum
ſocietate, nullus illorũ eſt. Proinde Xp̃m, q̃q̃ eccel-
lentiſsimæ iuſtitiæ atq; ſapientiæ, tñ hoĩem multo
facilius & procliuius alienigenæ crediderunt, non
quidẽ falſo, ꝙ homo eſſet, ſed qũo etiã deus eſſet,
Hier.17. ignorauerunt. Hinc & Hieremias, Et homo, inquit,
eſt, & quis cognoſcit eũ? Et homo eſt, qa proditur
ꝙ frater eſt: & qs agnoſcit eum, qa occultatur ꝙ ſpõ
ſus eſt? Hæc de patre Abrahã aduerſum impuden-
tiſsimam & imperitiſsimã & calumnioſiſsimã Fau
Cap.41 ſti uocem ſatis dicta ſint. Loth aũt frater eius iu-
Gene.19. ſtus & hoſpitalis in Sodomis, & ab omni Sodomi
tarũ contaminatione purus atq; integer, ex illo in-
cendio, qđ erat ſimilitudo futuri iudicij, meruit ſal
uus euadere, typũ geſtans corporis Xp̃i: qđ in oĩb'
ſanctis, & nũc inter iniquos atq; impios gemit: quo
rum factis non conſentit, & à quoꝝ cõmixtione in
ſeculi fine liberabitur, illis dãnatis ſupplicio ignis
æterni. Sicut aũt aliud genus hoium in eius uxore
I figuratũ eſt, eoꝝ ſ. qui per gratiã dei uocati, retro
Philip.3. reſpiciunt: non ſicut Paulus, qui ea quæ retro ſunt
Luc.9. obliuiſcitur, & in ea quæ ante ſunt extenditur. Vn-
de & ipſe dñs. Nemo, inquit, imponens manũ ſuper
aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cœloꝝ.
Nec illud exemplũ tacuit, quo nos tanq̃ ſale con-
diret, ut non fatui negligeremus, ſed prudentes ca-
Gene.19. uerem' hoc malũ. Vnde & illa, ut hoc admoneret,
in ſtatuã ſalis cõuerſa eſt: nã cũ ꝑciperet, ut ſe qſq;
perſeuerantiſsima anterioꝝ intentione ab ijs quæ
Luc.17. retro ſunt, eriperet. Mementote, inqt, uxoris. Loth.
Cap.42. Sic etiã in ipſo Loth, qñ cum eo filiæ cõcubue-
Gene.19. runt nõ illud, qđ cum à Sodomis liberatus eſt, ſed
aliud aliqd figuratũ eſt. Nã tunc ille ipſe Loth futu
ræ legis uidetur geſtaſſe pſonã, quã qdã ex illa ꝓ-
creati, & ſub lege poſiti, male intelligẽdo quodam
modo inebriantes atq; nõ legitime utendo, infide-
1.Tim.1. litatis opera pariunt. Bona eſt. n lex, ait Apl̃s, ſi qs
ea legitime utatur. Nec ideo tñ hoc factũ, uel ipſius
Loth uel eius filiaꝝ, iuſtificamus, qa ſignificauit ali
quid qđ futurã quorundã peruerſitatem prænun-
ciaret. Aliud. n. illæ, ut hoc facerent, intenderunt:
aliud deus, qui hoc fieri permiſit, ut etiam inde ali

quid demonſtraret, manente recto iudicio ſup pec K
catum hoium tunc præſentium, & uigilante proui
dentia ſua pro ſignificatiõe futuroꝝ. Proinde illud
factũ, cũ in ſancta ſcriptura narratur, ꝓphetia eſt:
cũ uero in illoꝝ uita, qui hoc cõmiſerunt, cõſide-
ratur, flagitium eſt. Nec rurſus tanta reprehenſio Cap.43.
ne atq; accuſatione res digna eſt, quãtã in eam Fau
ſtus inimicus & cæcus euomuit. Cõſulitur. n. æter
na lex illum ordinem naturalẽ conſeruari iubens,
perturbari uetans, & nõ ita de hoc facto iudicat, ac
ſi ille in filias nefaria libidine exarſerit, ut eaꝝ ince
ſtato corpore frueretur, aut eas haberet uxores: ſed
nec de illis fœminis, ac ſi in ſui patris carnẽ execra
bili amore flagraſſent. Ratio qppe iuſtitiæ nõ tãtũ
qd factũ ſit, uerũetiã quare factũ ſit intuetur, ut ex
cauſis ſuis facta pẽdẽtia, librامẽto æquitatis exa
minet. Cũ igiĩ illæ ad cõſeruationẽ generis prolem
quærerent, q utiq; in eis humanus erat & naturalis
affectus, nec ſe crederent inuenire poſſe alios uiros,
uelut exuſto illa cõflagratione orbe terraꝝ, neq; n.
diſcernere poterant, quouſq; ignis ille ſæuierit, mi-
ſcere ſe patri uoluerunt. Et potius qdẽ nunq̃ eẽ ma L
tres, q̃ ſic uti patre debuerunt. Veruntamen multũ
intereſt, ꝙ ea cauſa uſæ ſunt, q̃ ſi concupiſcentia tã
funeſtæ uoluptatis uterentur. Ab illo aut opere ita
patrem abhorrere ſentiebãt, ut id ſe impleturas eẽ
non crederent, niſi eius ignorantiam procurarent.
Nanq; ut ſcriptũ eſt. Inebriauerunt eum, & ſe ne- Cap.44.
ſcienti miſcuerunt: quapropter culpandus eſt qdẽ, 15. q̃ſt.1.
non tñ q̃tum ille inceſtus, ſed quãtum ille meretur ca. inebri
ebrietas. Nã & hanc lex æterna condemnat, cibum auerunt.
qa & potum ad ordinem naturalẽ, non niſi gratia
conſeruandæ ſalutis admittit. Quanuis ergo inter
ebrioſum & ebrium plurimũ interſit (nã nec ebrio
ſus ſemper eſt ebrius, nec qſquis aliqñ ebrius, cõſe-
quenter ebrioſus eſt) tñ in hoie iuſto huius ipſius,
& ſi nõ ebrioſitatis, at certe ebrietatis cauſa quærẽ
da eſt. Quid n. tandem cogebat, ut filiabus ſuis cre
bra uina miſcẽtibus, aut fortaſſe nec mixta crebro
porrigẽtibus, cõſentiret aut crederet? An ad hoc fi-
lias nimiã triſtitiã fingentes, ita uoluit cõſolari, ut
illius deſtitutionis & materni luctus dolor de co- M
gitatione mẽtis ebriæ fugareĩ, etiã ipſas tantundẽ
bibere exiſtimans, & aliqua fraude agẽtes ne bibe
rẽt? Sed etiã talẽ triſtib' ſuis adhibere cõſolationẽ,
qũo uiꝝ iuſtũ decuerit, nõ uidemus. An aliqua So
domitaꝝ arte peſsima etiã paucis poculis patrẽ ſic
inebriare potuerũt, ut illud pc̃tm̃ cũ ignorante, uel
potius de ignorãte cõmitterent? Sed mirum ſi hoc
ſcriptura diuina tacuiſſet, uel ſeruum ſuum deus ſi-
ne aliquo uoluntatis eius uitio perpeti ſineret?
Nos tñ ſcripturas ſanctas, nõ hoium peccata de- Cap.45.
fendimus. Nõ ſic aũt de huius facti purgatione ſa-
tagimus, quaſi hoc deus nĩ aut fieri iuſſerit, aut fa-
ctum approbauerit: aut ita iuſti hoies in libris ap-
pellentur, ut ſi uoluerint peccare, nõ poſsint. Cum
ergo in literis, quas iſti reprehendunt, deus huic fa
cto nullũ iuſtitiæ teſtimoniũ perhibuerit, qua de-
mentia temeritatis hinc illas literas accuſare cõtẽ-
dunt, cũ alijs earũ locis apertiſsime inuenianĩ diui
nis præceptis iſta ꝓhiberi? Vnde in illa re geſta de
opere filiaꝝ Loth narrata iſta ſunt, nõ laudata: quę
dã uero enunciato iudicio dei, quædã tacito nar-
rari oportuit: ut qñ promitur qd inde iudicauerit
deus, inſtruatur noſtra imperitia: qñ autẽ tacetur,

A uel exerceatur peritia, ut qđ alibi didicimus, recola
mus: uel excutiatur pigritia, ut qđ nōdū nouimus,
inquiramus. Deus ergo, q nouit & de hoīum opere
malo facere opera bona, gētes quas uoluit, ex illo
ſemine ꝓpagauit: nō ſcripturas ſuas ſanctas pp ho-
minū pctā dānauit. Prodidit quippe iſta, nō fecit:
Cap. 46. & cauenda admonuit, nō imitāda propoſuit. Mi-
Gene. 24 rabili ſanè impudentia Fauſtus, Iſaac quoq; filium
Abrahæ criminatus eſt, ꝙ Rebeccā, quę uxor erat,
ſororē finxerit. Genus.n. Rebeccę non tacitū eſt, &
eam per notiſsimā propinquitatē ſororē eius fuiſſe
Gene. 26. manifeſtū eſt. Vt aūt taceret uxorē, qđ mirū, aut qđ
prauum, ſi imitatus eſt patrē, cum eadē iuſtitia de-
De Ciuit. fendatur, qua pater eius, de ſimili obiectu inculpa
Dei. li. 16. tus, inuentus eſt? Quę igitur pro Abrahā, qđ ad hāc
cap. 36. rem attinet, aduerſus criminantē Fauſtū diximus,
eadē etiā pro Iſaac filio eius ualent: quę recēſere nō
eſt difficile, niſi forte ſtudioſoꝝ aliquis quærat, in
cuius figuræ ſacro accipiendū ſit, ꝙ rex alienigena
Gene. 26. Rebeccā uiri ſui coniugem tunc eſſe cognouit, qñ
eum cum illa ludentē uidit: quod nō cognouiſſet,
B niſi cum coniuge ille ſic luderet, qūo cum ea, quæ
coniunx nō eſſet, ludere nō deceret. Qđ cum ſancti
coniugati faciunt, nō inaniter faciunt, ſed pruden-
ter: deſcendunt.n. quodāmodo ad fœminei ſexus
infirmitatē, ut aliquid blanda hilaritate uel dicant
uel faciant: nō eneruantes, ſed temperātes uirilem
rigorem: quod tñ ei, quę uxor non eſt, q dixerit aut
fecerit, turpis eſt. Verū hoc qđ ad mores humanita
tis pertinet, dixerim: nec quiſquā durus & ſine affe
ctu idipſum pro crimine obijciat ſancto uiro, ꝙ cū
coniuge ſua luſerit. Tales.n. hoīes inhumani, ſi ali-
quem grauē uirum ludicrū aliquid garrientē pue-
ris etiā paruulis uiderint, quo eoꝝ lacteum ſenſum
affabili & nutritoria facilitate permulceat, tanquā
delirantē reprehendunt: obliti unde creuerint, aut
ingrati ꝙ creuerint. Quid aūt ſibi uelit in ſacro xp̄i
& eccleſię, ꝙ tantus Patriarcha cum coniuge ſua lu-
ſerit, coniugiumq; illud inde ſit cognitū, uidet pro
fecto quiſquis, ne aliquid errando in eccleſiam pec
cet, ſecretu uiri eius in ſcripturis ſanctis diligenter
intuetur: & inuenit eum maieſtatē ſuā, quia in for-
C ma dei æqualis eſt patri, paulíſper abſcondiſſe i for
ma ſerui, ut eius capax eſſe humana infirmitas poſ-
ſet, eoq; modo ſe coniugi cōgruenter aptaret. Quid
enim abſurdū, imò quid nō conuenienter futuroꝝ
pręnunciationi accōmodatum, ſi Propheta dei car
nale aliquid luſit, ut eum caperet affectus uxoris,
Ioan. 1. cum ipſum uerbū dei caro factū ſit, ut habitaret in
Cap. 47. nobis? Iam uero filio eius Iacob, ꝙ pro ingenti cri
Gene. 30. mine quatuor obijciuntur uxores, generali pręlo-
32. q̄ſt. 4. cutione purgatur. Quando n. mos erat, crimen nō
ca. Obij- erat: & nunc ꝓpea crimen eſt, qa mos nō eſt. Alia.n.
ciūtur. 4. ſunt pctā contra naturā, alia cōtra mores, alia con-
ſentē. diſ. tra pręcepta. Quæ cum ita ſint, quid tandē crimi-
33 c. Que nis eſt, ꝙ de pluribus ſimul habitis uxoribus obij-
ritur. citur ſancto uiro Iacob? Si naturā cōſulas, nō laſci-
uiendi, ſed gignendi cauſa illis mulieribus utebať.
Si morē, illo tpe atq; in illis terris hoc factitabatur.
Si pręceptū, nulla lege prohibebatur. Nūc uero cur
crimen eſt, ſi quis hoc faciat, niſi quia & morib⁹ &
legibus nō licet? Quæ duo quiſquis contempſerit,
etiam ſi tantūmodo cauſa generandi uti poſsit fę-
minis pluribus, peccat tñ, & ipſam uiolat humanā
ſocietatē, cui neceſſaria eſt propagatio filioꝝ. Sed

quia hoīes aliter ſe habentibus iam moribus & le- D
gibus, nō poſſunt delectari uxorum multitudine,
niſi libidinis magnitudine: ideo errant, & putant
haberi oīno nō potuiſſe uxores multas, niſi flagrā-
tia concupiſcentiæ carnalis, & ſordidæ uoluptatis.
Cōparantes.n. non alios, quoꝝ animi uirtutē pror
ſus noſſe nō poſſunt, ſed, ſicut ait Apl̄s, ſemetipſos
ſibimetipſis, nō intelligunt. Et qa ipſi etiā ſi unam 2. Cor. 10
habuerint, ad eandē non ſolum generandi officio
ducti, uiriliter accedunt, ſed ſępe coeundi ſtimulo
uicti, eneruiter ꝑtrahuntur: quaſi ueraciter ſibi ui-
dentur conijcere, q̄ maiore huiuſmodi morbo per
multas alij captiuentur, qñ ſe uident in una tempe-
rantiam nō poſſe ſeruare. Verū nos eis, q hanc uir Cap. 48.
tutem nō habent, ita de ſanctorū uirorū moribus
iudiciū cōmittere nō debemus, ſicut de ciborū ſua
uitate ac ſalubritate iudicare febriētes nō ſinimus:
potiusq; illis ſanctoꝝ ſenſu & præcepto medicami
ne †, q̄ ex eoꝝ ægritudinis affectione alimenta præ † al. ex ſa
paramus. Proinde iſti ſi uolunt, nō falſę atq; adum norū ſen-
bratę, ſed uerę ac ſolidę pudicitię capere ſanitatē, ſu & ꝑce
diuinæ ſcripturæ tanq̄ libris medicinalib⁹ credāt: pto medi
nō fruſtra tam magnū honorē ſanctitatis tributū cantium.
quibuſdā uiris, etiā plures uxores habentibus, niſi E
qa fieri poteſt, ut imperator carnis aīus tanta tēpe-
rantiæ poteſtate præpolleat, ut genitalis delectatio
nis motū inſitum naturæ mortaliū, ex prouidētia
generandi, leges impoſitas nō permittat excedere.
Alioquin poſſunt iſti maledici potius calumniato
res, q̄ ueridici iudices, etiā ſanctos Apl̄os accuſare,
ꝙ nō uoluntate † generandi filios uitę æternę, ſed † charita
cupiditate laudis humanæ, populis tā multis Euan te.
gelium prædicauerint. Neq;.n. deerat illis Euangeli
cis patribus per omnes Chriſti eccleſias fama præ-
clara, tot linguis laudantibus cōparata: imò uero
tanta aderat, ut maior hoībus ab hoībus honor &
gloria deferri non debeat. Hanc in eccleſia gloriam
peruerſa uoluntate Simon perditus cōcupiuit, qñ Acto. 8.
ab eis pecunia uoluit cęcus emere, quod illi diuina
gratia eademq; gratuita meruerunt. Huius auidus
gloriæ fuiſſe intelligitur, quē ſe uolentē ſequi, dñs
in Euāgelio reuocat dicens, Vulpes foueas habēnt, Matth. 8.
& uolucres cœli diuerſoria †: filius aūt hominis nō † nidos.
habet ubi caput ſuū reclinet. Videbat n eum dolo F
ſa ſimulatione tenebroſum, & uentoſa elatione ia-
ctatum, nō habere fidei locū, ubi ſe inclinantē do
ctorē humilitatis exciperet: qa in diſcipulatu Xp̄i
nō illius gratiam, ſed ſuā gloriam requirebat. Hoc
amore gloriæ corrupti erant, quos Paulus Apl̄s no Philip. 1.
tat, ꝙ ꝑ inuidiam & contentionē nō caſte Chriſtū
annunciarent: quibus tñ p̄dicantibus gaudet Apo
ſtolus, ſciens fieri poſſe, ut dum illi ſectantur huma
næ gloriæ cupiditatē, tñ his auditis fideles naſcerē
tur. non ex eoꝝ inuida cupiditate, qua ſe uolebant
uel æquari, uel anteponi Apoſtolicę gloriæ: ſed per
Euangelium, quod etiam ſi non caſte, tñ annuncia
bant, ut de malo illoꝝ deus operareť bonū. Sicut Infr. c. 84.
fieri poteſt, ut homo ad concubitū nō ingrediatur
uoluntate generandi, ſed luxuriandi libidine rapia
tur: & tñ naſcatur homo, bonū dei opus de fęcūdi 32. q̄ſt 4.
tate ſeminū, non de turpitudine uitioꝝ. Sicut ergo cap Obij
ſancti Apoſtoli auditorib⁹ admirātib⁹ doctrinam ciūtur 4.
ſuā, cōdelectabanť, nō auiditate cōſequēdę laudis, ſen di 33.
ſed charitate ſeminādæ ueritatis: ita ſcti Patriarchę cap Que
coniugibus excipientib⁹ ſemen ſuū, miſcebātur nō ritur.

G concupiſcentia percipiẽdę uoluptatis:ſed ꝓuiden-
tia ꝓpagandę ſucceſsionis:ac p hoc nec illos ambi-
tioſos multitudo ppłoꝝ, nec illos libidinoſos mul
titudo faciebat uxoꝝ. Sed qd de uiris loquar, qbus
excellentiſsimũ teſtimoniũ diuina uoce perhibeſ,
cũ ipſas fœminas ſatis eluceat nihil aliud in cõcu-
Gene.30. bitu appetiſſe, q̃ filios: qppe ubi ſe minime parere
Gene.16. uiderunt, famulas ſuas dederunt uiro ſuo, ut illas
Cap. 49. matres facerent carne, ipſæ fierent uoluntate. Nã
& illud, qd mẽdaciſsima criminatiõe Fauſtus obie
cit, habuiſſe inter ſe uelut quatuor ſcorta certamẽ,
quæ nã eum ad concubitũ raperet, ubi hoc legerit
neſcio, niſi forte in corde ſuo tanq̃ in libro nefaria
rum fallaciarũ, ubi uere ipſe ſcortabaſ: ſed cum ſer
2.Cor.11. pente illo, de quo Apl̃s timebat eccleſiæ, quã uirgi-
nem caſtã cupiebat uni uiro exhibere xp̃o, ne ſicut
Euã deceperat aſtutia ſua, ſic & illoꝝ mentes à Xp̃i
caſtitate auertendo corrũperet. Ita.n. huic ſerpenti
amici ſunt iſti, ut eum prę̃ſtitiſſe potius, q̃ nocuiſſe
contendãt. Ipſe planè Fauſti perſuaſit pectori adul
H terato, falſitatis ſemina infundens, ut has male con
ceptas calũnias ore imundiſsimo pareret, & ſtylo
audaciſsimo etiã memoriæ cõmendaret. Nulla.n.
ancillaꝝ uirũ Iacob ab altera rapuit: nulla de illius
cõcubitu cũ altera litigauit: ideo magis ordo erat,
qa libido nõ erat: & tanto firmius ſeruabantur cõ-
iugalis poteſtatis iura, q̃to caſtius uitabaſ carnalis
cupiditatis iniuria. Quod.n. & ab uxore conduciſ:
ibi uera nr̃a manifeſtatur aſſertio: ibi ꝓ ſe aduerſus
maledicta Manichęoꝝ, ipſa ueritas clamat. Quid.n.
opus erat, ut eum altera conduceret, niſi qa ordo
alterius erat, ut ad eam maritus intraret? Neq.n. ad
aliã unq̃ acceſsiſſet, niſi eum conduxiſſet. Sed utiq;
iuſtis ad eã uicibus accedebat, de qua tot filios pro
creauerat, & cui obedierat, ut etiã de ancilla ꝓcrea
ret, & de qua poſtea nõ conducẽte procreauit. Sed
tunc Rachel noctẽ habebat in ordine, ut maneret
cũ uiro: tunc penes eã poteſtas illa erat, de qua per
Apl̃m uox certe noui teſtamẽti nõ tacuit, dicẽs, Si-
1. Cor. 7. militer & uir non habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed
mulier. Ideo iã cũ ſorore pacta erat, cui facta debi-
I trix, eam ita legaret ad debitorẽ ſuũ. Nam hoc noie
1. Cor. 7. id appellat Apl̃s, Vxori, inqt, uir debitũ reddat. Cui
ergo uir debitor erat, iã acceperat à ſorore, qd elege
rat uoluntate, ut ei daret qd habebat in poteſtate.
Cap. 50. Hic uero ille, quẽ Fauſtus tanq̃ impudicũ clauſis
uel potius extinctis oculis criminatur, ſi concupi-
ſcentiæ nõ iuſtitiæ ſeruus eſſet, nõnne per totũ diẽ
in uoluptatẽ illius noctis æſtuaret, qua erat cũ pul
chriore cubiturus: quã certe amplius diligebat, &
pro qua bis ſeptenariũ annoꝝ laborẽ gratuitũ pen
Gene. 29. derat? Cum ergo iam die peracto in eius iret ample
xus, q̃ñ inde auerteretur, ſi talis eſſet, qualẽ Mani-
chæi nihil intelligẽtes opinanſ: nõnne placito con
tempto mulierũ, intraret potius ad ſpecioſam ſuã,
quę illi noctẽ ipſam, nõ ſolũ coniugis more, uerũ-
1. Cor. 7. etiã ordinis iure debebat? utereturq; potius ipſe po
teſtate maritali, qa & uxor nõ habet poteſtatẽ cor-
poris ſui, ſed uir, & pro eo tunc ſeruitutis illarũ ui-
ciſsitudo faciebat: cõiugali ergo ptãte multo uin-
cibilius uteretur, ſi formæ deſiderio uinceret: ſed
eo meliores fœminæ inueniren̄, ſi illæ ꝓ filijs con
cipiendis, ipſe aũt ꝓ concubitus ſui uoluptate cer-
taret. Itaq; uir tẽperantiſsimus, ut planè uir, qa tam
uiriliter fęminis utebaſ, ut delectationi carnali nõ
ſubijcereſ, ſed dñaretur, magis qd deberet, q̃ quid K
ei deberetur attẽdit: nec ad propriã uoluptatẽ ſua
poteſtate abuti noluit, ſed illius debiti redditor q̃
exactor eſſe maluit. Vñ conſequẽs erat, ut ei redde-
ret, quã ꝓ ſe id accipere illa, cui debebaſ, elegit: quo
earũ placito pactoq; cõperto, cum repente atq; ino
pinate à pulcherrima cõiuge reuocaretur, & ad mi
nus decorã uocareſ, non ira excanduit, nõ triſtitia
nubilatus eſt, nõ eneruiter blandus, ut ſibi potius
ratã † noctẽ redderet, inter ambas ſategit. Sed mari † aliàs, Rachel:
tus iuſtus & ꝓuidus pater, cũ illas ꝓlis curã gerere
uideret, & ipſe nihil aliud de concubitu q̃reret, eaꝝ
uoluntati obtẽperandũ indicauit, quę ſibi ſingilla
tim filios optabãt, ſit nihil minui, cui ambę parie-
bãt. Tanq̃ diceret, Vobis inter nos ut nultis cedite
atq; concedite, quę nã ueſtrũ fiat mater, ego quid
contendã, qñ ſiue hinc ſiue inde naſcenti, non erit
alius pater? Hanc ꝓfecto modeſtiã, hanc concupi-
ſcentiæ coertionẽ, & in cõmixtione corpoꝝ coniu
galium ſolũ appetitũ poſteritatis humanæ, ut erat
acutus Fauſtus, in illis literis & intelligeret & lauda L
ret: niſi eius ingeniũ deteſtabili ſecta deprauatũ, &
qd reprehenderet quæreret, & unã nuptialis cõuen
tionis honeſtatẽ, qua mares & fœminę liberoꝝ ꝓ-
creandoꝝ cauſa copulãtur, crimen maximũ depu-
taret. Nunc iã defenſis Patriarchæ moribus, refu- Cap. 52.
tatoq; crimine, qd nefarius error obiecit, de libero,
ut poſſum⁹, myſterioꝝ ſecreta rimemur, pulſemuſq;
fideli pietate, ut nobis aperiatur à dño, qd reꝝ figu
rauerint quatuor iſtę uxores Iacob, quaꝝ duæ libe
ræ, & duæ ancillæ fuerunt. Videmus.n. Apl̃m in li-
bera & ancilla, quas habuit Abrahã, duo teſtamẽta Galat. 4.
intelligere: ſed ibi in una & una facilius apparet qd
dicitur, hic aũt duæ ſunt & duæ. Deinde ibi ancillę
filius exhæredatur, hic uero ancillarum filij ſimul
cum filijs liberarũ terram promiſsionis accipiunt.
Vnde hic ꝓculdubio aliqd aliud ſignificaſ. Quan Cap. 52.
quam.n. duas liberas uxores Iacob ad nouũ teſtm̃,
quo in libertatẽ uocati ſumus, exiſtimẽ pertinere,
nõ tñ fruſtra duę ſunt: niſi forte quia id, qd in ſcri-
pturis aduerti & inueniri poteſt, duæ uitæ nobis in M
Xp̃i corpore prædicantur: una tpalis, in qua labo-
ramus: alia ęterna, in qua delectationẽ dei contem
plabimur. Iſtam dñs paſsione, illã reſurrectione de
clarauit. Admonent nos ad hoc intelligendũ illa-
rum etiã noia fœminarũ. Dicunt.n.ꝙ Lia interpre-
tatur laborans: Rachel aũt, uiſum principium, ſiue
uerbum, ex quo uidetur principiũ. Actio ergo hu-
mana mortaliſq; uitæ, in qua uiuimus ex fide mul
ta laborioſa opera facientes, incerti quo exitu pro-
ueniant, ad utilitatem eoꝝ quibus conſulere uolu-
mus, ipſa eſt Lia prior uxor Iacob, ac per hoc & in-
firmis oculis fuiſſe cõmemoratur. Cogitationes.n. Sapien. 9
mortaliũ timidæ & incertæ prouidentiæ nr̃æ. Spes
uero æternæ contemplationis dei, habens certã &
delectabilem intelligentiam ueritatis, ipſa eſt Ra-
chel: unde etiã diciſ bona facie, & pulchra ſpecie. Gene. 29.
Hanc.n. amat oĩs pie ſtudioſus, & pp hanc ſeruit Cap. 53.
gratię dei, qua pctã noſtra, etſi fuerint ſicut phœni
cium, tanq̃ nix dealbabuntur: Laban quippe inter- Eſaia. 1.
pretatur dealbatio, cui ſeruiuit Iacob pp Rachel.
Neq.n. ſe quiſquã conuertit ſub gratia remiſsionis
pctoꝝ ſeruire iuſtitię, niſi ut quiete uiuat in uerbo,
ex quo uidetur principiũ, quod eſt deus: ergo pro-
pter Rachel, nõ propter Liam ſeruitur. Nam quis
tandem

A tandē amauerit in operibus iuſtitiæ laborē actio-
nū atq; paſsionū? Quis eā uitā pp ſeipſam expetiue-
rit, ſicut nec Iacob Liam? Sed tn̄ ſibi nocte ſuppoſi
tam in uſum generandi amplexus & fœcunditatē
eius expertus eſt. Dn̄s.n.eam, quia p ſeipſam diligi
nō poterat, primo ut ad Rachel perueniretur, tole-
rari fecit, deinde pp filios cōmēdauit. Ita uero unuſ
quiſq; utilis dei ſeruus, ſub dealbationis peccatorū
ſuoꝝ gratia cōſtitutus, qđ aliud in ſua couerſatio-
ne meditatus eſt, quid aliud corde geſtauit, quid
aliud adamauit, niſi doctrinā ſapiētiæ? quā pleriq;
ſe adepturos & percepturos putant, ſtatim ut ſe in
ſeptē præceptis legis exercuerint, quę ſunt de dile-
Exo. 20. ctione ꝓximi, ne cuiquā homini noceat. i. Honora
patrē & matrē: nō mœcchaberis: nō occides: nō ſu
raberis: nō falſum teſtimoniū dices, nō cōcupiſces
uxorem ꝓximi: nō concupiſces rē ꝓximi tui: qbus
quantū potuerit obſeruatis, poſteaquā homini ꝓ
concupita & ſperata pulcherrima delectatione do
ctrinæ, per tentationes uarias, quaſi per huius ſecu
li noctes tolerantia laboris adhęſerit, uelut pro Ra
chel Lia inopinata cōiuncta ſit, & hanc ſuſtinet, ut
B ad illā perueniat, ſi pſeueranter amat, acceptis alijs
Gene 29. ſeptē præceptis: ac ſi dicatur ei, Serui alios ſeptē an
nos pro Rachel, ut ſis pauper ſpiritu: mitis, lugens,
eſuriens ſitiensq; iuſtitiā, miſericors, mundicors, pa
cificus. Vellet.n.hō, ſi fieri poſſet, ſine ulla tolleran
tia laboris, quę in agēdo patiēdoq; amplectēda ē,
Gene. 29. ſtatim ad pulchræ atq; pfectę ſapiētię delitias per-
uenire. Sed hoc nō poteſt in terra motientiū. Hoc
enim uidet̃ ſignificare, qđ dictū eſt ad Iacob, Non
eſt moris in loco nr̄o, ut minor nubat priuſquā ma
ior: qa nō abſurde maior appellat̃, quæ tp̄e prior ē.
Prior eſt aūt in recta hois eruditione labor operan
Eccleſia- di quæ iuſta ſunt, q̄ uoluptas intelligendi quæ ue-
ſtici. 1. ra ſunt. Ad hoc ualet quod ſcriptū eſt, Concupiſti
ſapientiā, ſerua mādata, & dn̄s præbet illā tibi. Mā-
data utiq; ad iuſtitiā pertinentia: iuſtitiam autem,
quæ ex fide eſt, quæ inter tentationū incerta uerſa
tur, ut pie credēdo qđ nōdum intelligit, etiam in-
telligentiæ meritum cōſequatur. Quantū.n.ualet,
qđ modo cōmemoraui eſſe ſcriptū, Concupiſti ſa-
C pientiā, ſerua mandata, & dn̄s præbet illā tibi: tan-
Eſaiæ. 7. tum & illud ualere arbitror, Niſi credideritis, non
intelligetis: ut iuſtitia ad fidem, ad ſapientiā uero
intelligentia pertinere monſtretur. Proinde in his
qui flagrant ingenti amore perſpicuæ ueritatis, nō
eſt improbandū ſtudium, ſed ad ordinem reuocā-
dum, ut à fide incipiat, ut bonis moribus nitatur
peruenire quò tendit. In eo quippe quod uerſatur,
uirtus eſt laborioſa: in eo uero qđ appetit, lumino
ſa ſapiētia. Quid opus eſt, inqt, credere, qđ nō mihi
oñdit̃ manifeſtū, aliqđ uerbū pro me, quo uideam
reꝝ oium principium? Id.n.eſt, in quod maxime ac
primitus inardeſcit, ſi uel ſtudioſus eſt aīus ratio-
nalis, cui reſpondeat̃, Pulchrū eſt qdem quod deſi
deras, & amari digniſsimū: ſed prius nubit Lia, &
poſtea Rachel. Ardor ergo iſte ad id ualeat, ut or-
do non recuſetur, ſed potius toleretur: ſine quo nō
poteſt ad id perueniri, quod tāto ardore diligitur.
Cū aūt peruentū fuerit, ſimul habebitur in hoc ſe
culo, nō ſolum ſpecioſa intelligentia, ſed etiā labo-
rioſa iuſtitia. Quālibet.n.acute ſynceriterq; cernat̃
Sapien. 9 à mortalib⁹ incōmutabile bonum, adhuc corpus
quod corrumpitur agrauat aīam, & deprimit ter-

rena inhabitatio ſenſum multa cogitantē. Ad unū D
ergo tendendum, ſed pp hoc multa ferenda ſunt.
Itaq; duæ ſunt uxores Iacob liberę, ambæ quip- Cap. 54.
pe ſunt filiæ remiſsionis peccatoꝝ, hoc eſt dealba-
tionis, quod eſt Laban. Verūtamen una amatur, &
altera toleratur: ſed quæ tolerat̃, ipſa prius & ube-
rius fœcūdatur: ut ſi nō pp ſeipſam, certe pp filios
diligatur. Labor.n.iuſtoꝝ maximum fructū habet
in eis, quos regno dei generat, inter multas tenta-
tiones & tribulationes prædicādo Euangelium: & 2. Cor. 11.
eos pp quos ſunt in laboribus abundātius, in pla-
gis ſupra modū, in mortibus frequēter, & pp quos
habent foris pugnas, intus timores, gaudium & co
ronam ſuā uocant. Naſcuntur aūt eis facilius atq; 2. Cor. 7.
copioſius ex illo ſermone ſidei, quo p̄dicant Xp̄m Philip. 4.
crucifixū, & quicqd humanitatis eius citius huma 1. Cor. 1.
na cogitatione percipit̃, & infirmos etiā Lię oculos
non perturbat. Rachel aūt clara aſpectu, mente ex- Ioan. 1.
cedit deo, & uidet in principio uerbum dn̄i apud Eſaiæ. 53.
deū, & uult parere & nō poteſt, qa generationē ei⁹ Roma. 1.
qs enarrabit? Proinde uita, quæ ſtudio cōtempla-
tionis cōpetit, ut ea quæ carni ſunt inuiſibilia, non
infirmis oculis mentis, p ea quæ facta ſunt, intelle- E
cta cōſpiciat, & ſempiternā dei uirtutē ineffabili-
ter cernat, uacare uult ab oī negocio, & ideo ſteri-
lis. Affectando qppe ociū, quo ſtudia cōtemplatio
nis igneſcunt, nō cōtemperatur infirmitati hoium,
qui in uarijs preſſuris ſibi deſiderāt ſubueniri: ſed
qa & ipſa ꝓcreandi charitate inardeſcit. Vult.n. do Sapien. 6.
cere quod nouit, neq; cū inuidia tabeſcēte iter hr̄e,
uidet ſororē labore agendi atq; patiendi filijs abū-
dantē: & dolet potius currere hoies ad eam uirtu-
tē, qua eoꝝ infirmitatibus neceſsitatibuſq; cōſulit̃,
q̄ ad illā, unde diuinū & incōmutabile aliqd diſci-
tur. Hic dolor figuratus uidetur in eo qđ ſcriptum
eſt, Et zelauit Rachel ſororem ſuā. Proinde quia li- Gene. 30
quidus puruſq; intellectus de illa ſubſtantia, quæ
corpus nō eſt, ac per hoc ad carnis ſenſum non per
tinet, uerbis carne æditis exprimi nō poteſt: elegit
doctrina ſapiētię p quaſlibet corporeas imagines
& ſimilitudines, utcunq; cogitanda inſinuare diui
na, q̄ ab officio talia docēdi ceſſare: ſicut elegit Ra
chel ex uiro ſuo & ancilla ſuſcipere liberos, q̄ ſine fi
lijs oīno remanere. Bala qppe interpretari dicitur
inueterata, hāc habuit ancillā Rachel. De uetere qp F
pe uita carnalibus ſenſibus dedita, corporeæ cōci-
tantur imagines, etiā cū aliqd de ſpiritali & incom
mutabili ſubſtātia diuinitatis audiat̃. Suſcipit & Cap. 55.
Lia de ancilla ſua filios, amore abūde numeroſio-
riſq; prolis accenſa. Inuenimus autem Zelphā eius
ancillā interpretari os hians. Quapropter prædica
tionē fidei Euāgelicæ, quoꝝ os hiat & cor nō hiat,
cū in ſcripturis aduerterimus, hæc intelligit̃ ancil-
la Liæ: ſcriptū eſt.n.de qbuſdā, Populus hic labijs Eſaiæ. 29.
me honorat, cor aūt eoꝝ longe eſt à me. Et talibus Matt. 15.
Apl̄s dicit, Qui prædicas nō furandū furaris, qui di Roma. 2.
cis nō mœchandū mœcharis. Veruntamen ut etiā
p hāc cōditionalē libera illa uxor Iacob laborās,
filios hæredes regni ſuſcipiat, ideo dn̄s dicit, Quæ Matt. 23.
dicunt, facite: quæ autē faciunt, facere nolite. Vn- Philip. 1.
de in labore uinculoꝝ uita apoſtolica, Siue, inqt,
occaſione, ſiue ueritate Chriſtus annūcietur, & in
hoc gaudeo, ſed & gaudebo, tāq̄ & ancilla parięte
de prole numeroſiore lętata. Eſt uero quidā Lię Cap. 56.
filius ex beneficio Rachel æditus, cum uirum ſuū

Gene.30. ſecum debita nocte cubiturũ, acceptis á filio Liæ
G mãdragoricis malis, cũ ſorore cubitare permittit.
De hoc aũt pomi genere opinari quoſdã ſcio, ꝙ ac
ceptũ in eſcã, ſterilib⁹ fœminis fœcunditatẽ pareti
ac per hoc putant omnimodo inſtitiſſe Rachel, ut
hoc á filio ſororis acciperet cupiditate pariẽdi: qđ
ego quoq; arbitrarer, ſi tũc cõcepiſſet. Nũc uero, cũ
poſt Liæ duos alios ab illa nocte partus, dñs eã ꝓ
le donauerit, nihil eſt cur de mãdragora tale aliqđ
ſuſpicemur, quale in nulla fœmina experti ſumus.
Dicã ergo qđ ſentiã, dicent hinc forte meliora do
ctiores. Cũ.n. hæc mala ipſe uidiſſem, & pp iſtũ ip
ſum ſacræ lectionis locũ id mihi obtigiſſe gratula
rer, rara.n. res eſt, naturã eoꝝ diligenter, q̃tũ potui,
perſcrutatus ſum: nõ aliqua á cõmuni ſenſu remo
tiore ſcientia, quæ docet uirtutes radicũ: & ptãtes
herbarũ: ſed quantũ mihi & cuilibet homini renũ
ciabat uiſus & olfactus & guſtus. Proinde rem cõ
peri pulchrã & ſuaue olentẽ, ſapore aũt inſipido: &
ideo cur eã mulier tantopere cõcupiuerit, ignorare
me fateor, niſi forte pp pomi raritatẽ, & odoris iu
H cũditatẽ. Cur uero ipſam rẽ geſtã ſancta ſcriptura
tacere noluerit, q̃ nõ utiq; talia deſideria mulier
cularũ nobis pro magno inſinuare curaret, niſi ali
qd in eis magnũ quęrere cõmoneret, nihil amplius
conijcere ualeo, q̃ ꝙ ex illo cõi ſenſu mihi ſuggerit,
ut illo mandragorico pomo figurari intelligam fa
mam bonã: non eam quæ confertur, cum laudant
hoiem pauci iuſti atq; ſapiẽtes, ſed illã popularem,
qua etiã maior & clarior notitia cõparatur: nõ ipſa
per ſeſe expetẽda, ſed intentioni bonoꝝ, qua generi
humano cõſulunt, per neceſſaria. Vnde dicit Apl's,
1.Tim.3. Opottet etiã teſtimoniũ hře bonũ ab eis qui foris
ſunt, quũ licet parũ ſapiant, reddunt tñ plerunq; la
bori eoꝝ, per quos ſibi conſulitur, & ſplendorem
laudis, & odorem bonę opinionis. Nec ad iſtã glo
riam popularem primi perueniunt eoꝝ, qui ſunt in
eccleſia, niſi quicunq; in actionũ periculis & labo
Gene.30. re uerſantur. Propterea Liæ filius mala mãdragori
ca inuenit, exiens in agrũ.i. honeſte ambulans ad
1.Theſ.4. eos q foris ſunt: doctrina uero illa ſapiẽtiæ, q̃ a uul
gi ſtrepitu remotiſſima, in cõtemplatione ueritatis
I dulci delectatione defigitur, hanc popularẽ gloriã
quãtulãcunq; nõ aſſequeref, niſi p eos, q in medijs
turbis agẽdo ac ſuadendo, pplis præſunt: nõ ut pręſ
ſint, ſed ut proſint: qa dũ iſti actioſi & negocioſi
hoies, p quos multitudinis adminiſtratur utilitas,
& quoꝝ authoritas pplis chara eſt, teſtimoniũ phi
bent etiã uitæ pp ſtudiũ conquirendæ & contem
plãdæ ueritatis ocioſæ, quodãmodo mala mãdra
gorica p Liam perueniunt ad Rachel. Ad ipſam ue
ro Liam p filiũ primogenitũ i. per honore fœcũdi
tatis eius, in qua eſt oĩs fructus laborioſæ, atq; in
ter incerta tentationũ periclitãtis actionis: quã ple
riq; bono ingenio prædıti, ſtudioq; flagrantes: quis
idonei regendis populis eſſe poſſint, tñ uitant pro
pter turbulẽtas occupationes, & in doctrinæ ociũ
toto pectore tanq̃ in ſpecioſæ Rachel ferunt ample
Cap.57. xum. Sed qa bonũ eſt, ut etiã hęc uita latius in
noteſcens, popularẽ gloriã mereaf: iniuſtũ eſt aũt
ut eã cõſequaf, ſi amatorẽ ſuũ adminiſtrandis ec
cleſiaſticis curis aptũ & idoneum, in ocio detinet,
nec gubernationi cõis utilitatis impertit: ꝑpterea
Gene.30. Lia ſorori ſuæ dicit, Parum eſt tibi, ꝙ uirum meum
accepiſti, inſuper & mandragorica filij mei uis ac-
cipere: per unum uirum ſignificans eos oẽs, qui cũ K
ſint agendi uirtute habiles, & digni qbus regimen
eccleſiæ cõmittaf, ad diſpenſandũ fidei ſacrm: illi
accenſi ſtudio doctrinæ, atq; indagandæ & cõtem
plandæ ſapientiæ, ſe ab oibus actionum moleſtijs
remouere, atq; in ocio diſcendi ac docendi conde
re uolunt. Ita ergo dictum eſt, Parumne eſt tibi, ꝙ
accepiſti uirum meũ, inſuper & mandragorica filij
mei uis accipere? ac ſi diceref, Parum eſt ꝙ hoies ad
laborem rerũ gerendaꝝ neceſſarios in ocio detinet
uita ſtudioꝝ, inſuper & popularem gloriam requi
rit. Proinde ut eam iuſte comparet, impertit Ra- Cap. 58.
chel uirum ſorori ſuæ illa nocte: ut.f. qui uirtute la
borioſã regimini ppřoꝝ accõmodati ſunt, etiam ſi
ſcientiæ uacare delegerunt, ſuſcipiant experiẽtiam
tentationũ, curarumq; ſarcinam pro utilitate cõi:
ne ipſa doctrina ſapientiæ, cui uacare ſtatuerunt,
blaſphemetur, neq; adipiſcatur ab imperitioribus
populis exiſtimationẽ bonã, quod illa poma ſigni
ficant, & quod neceſſarium eſt ad exhortationem
diſcentium. Sed planẽ ut hãc curã ſuſcipiant, ui co
guntur. Satis & hoc ſignificatũ eſt, ꝙ cũ ueniret de L
agro Iacob, occurrit ei Lia, eumq; detinens ait, Ad
me intrabis, cõduxi.n.te pro mãdragoris filij mei:
tanq̃ diceret. Doctrinæ quã diligis, uis conferri bo
nam opinionem, noli defugere officioſum laborẽ.
Hæc in eccleſia geri qſquis aduerterit, cernit. Expe
rimur in exẽplis, qđ intelligamus in libris. Quis nõ
uideat hoc geri toto orbe terrarum, uenire oẽs ex
operibus ſeculi, & ire in ocium cognoſcendæ & cõ
templandæ ueritatis, tanq̃ in amplexum Rachel: &
excipi de trãſuerſo eccleſiaſtica neceſsitate atq; or
dinari in laborẽ, tanq̃ Lia dicente, ad me intrabis?
Quibus caſte myſteriũ dei diſpẽſantibus, ut in no
cte huius ſeculi filios generent fidei, laudaf á pplis
etiã illa uita, cuius amore cõuerſi ſpem ſeculi reli
querunt, & ex cuius ꝓfeſsione ad miſericordiã re
gendæ plebis aſſumpti ſunt. Id.n. agunt in oib⁹ la
borib⁹ ſuis, ut illa ꝓfeſsio, quò ſe cõuerterant, qa ta
les rectores populis dedit, latius & clarius glorifi
cef, tanq̃ Iacob non recuſante noctẽ Lię, ut Rachel
pomis ſuaueolentib⁹, & clare nitentibus potiatur:
quæ aliqñ & ipſa præſtãte miſericordia dei, p ſe ip M
ſam parit, uix tandẽ qdẽ qa perrarũ eſt: ut In prin Ioan. 1.
cipio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deum, & deus
erat uerbum, & quicquid de hac re pie ſapienterq;
dicitur, ſine phantaſmate carnalis cogitationis &
ſalubriter uel ex parte capiaf. Hæc de tribus pa- Cap. 59.
tribus, Abrahã, Iſaac, & Iacob, quoꝝ ſe deum appel
lari uoluit deus, quẽ catholica eccleſia colit, aduer
ſus Fauſti calũnias dicta ſuffecerint. De quoꝝ triũ
hominum meritis atq; pietate, & longe remota á iudi
cio carnaliũ altitudine prophetię, nõ eſt nunc diſ
ſerendi locus: tantũ ab his criminibus, qb⁹ eos ma
ledica & ueritatis inimica lingua pulſauit, defendẽ
di fuerãt in hoc p̃nti opere nřo, ne contra ſcriptu
ras ſanctas & ſalubres aliqđ ſibi dicere uiderenf,
q eas peruerſa & aduerſa mẽte legerunt, dũ petulã
tibus cõuitijs inſectanf eos, q illic cũ tanto honore
prædicanf. Cæterũ Loth frater. i. conſanguineus Cap. 60.
Abrahæ, nequaquam iſtis cõparandus eſt, de qbus
dñs dicit, Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, &
deus Iacob: nec in eorum numero deputandus, q- Exod. 3.
bus illa ſcriptura uſq; in finem perhibet iuſtitiæ
teſtimonium: quamuis inter Sodomitas pie caſteq;

A uerſatus,hoſpitalitatis etiã meritis cõmẽdatus , ab
illius terræ incẽdio liberatus ſit,& eius poſteris ter
ra poſſeſsionis pp Abraham , qui patruus eius fue-
rat, dono dei data ſit. Hæc nobis merita in illis li-
bris laudanda proponuntur,non ebrietas,non in-
ceſtus : ſed cum hois eiuſdẽ & recte factũ & pctm̃
ſcriptũ inuenimus,aliud inſinuatur imitãdũ,aliud
præcauendũ. Porrò ſi pctm̃ Loth,cui perhibitũ eſt
anteq̃ peccaret iuſtitię teſtimoniũ , nõ modo, non
decolorat diuinitatẽ dei uel ſcripturæ illius uerita
tem, uerumetiã laudandã diligẽdamq́ cõmendat:
ꝙ tanq̃ ſpeculi fidelis nitor,admotarũ ſibi pſonaꝝ
non ſolũ quę pulchra atq; integra , uerumetiã quæ
deformia uitioſaq́ ſint, indicat:quãto magis factũ
Iudæ,ꝙ cum ſua nuru concubit , nihil oino affert,
unde authoritas ſancta culpetur:quæ in illis libris
fundata perſiſtẽs, nõ tm̃ paucisſimoꝝ Manichæoꝝ
calumnioſas argutias,uerumetiã gentiliũ tot tanto
rumq́ pplõꝝ horrẽdas inimicitias diuino iure con
temnit : quos penè iã totos à nefaria ſuperſtitione
B ſimulachroꝝ , ad unius dei ueri cultũ Chriſtiano
imperio ſubiugauit,edomito orbe terraꝝ, non uio
lentia bellici certaminis, ſed inuictæ potentiæ ueri
tatis. Vbi.n. literarũ illarũ laudatus eſt Iudas, quid
de illo boni ſcriptura illa teſtata eſt,niſi ꝙ in ꝓphe
tia Xp̃i , qui ex eius tribu pręnunciabatur in carne
uenturus, bñdictione patris ſui præ cęteris cõmen
Cap. 61. datus eminuit? Cæterũ ad id,ꝙ eum Fauſtus for-
nicatum cõmemorauit,addimus nos aliud, ꝙ fra-
Gene. 37. trem ſuũ Ioſeph in Aegyptũ uendidit:nunquid cu-
iuſquam mẽbra diſtorta deprauant lucẽ,quæ cun
cta demonſtrat? Sic nec cuiuſpiã malefacta,malam
ſcripturã faciunt,qua prodente, legẽtibus innote-
ſcunt. Cõſulta quippe æterna lex illa,quę ordinẽ na-
turalem conſeruari iubet, perturbari uetat,nõ niſi
propagationis cauſa ſtatuit hois concubitũ fieri:
†ordinato. & hoc nõ niſi ſocialiter obſtinato † connubio, qđ
nõ peruertat uinculũ pacis: & ideo ꝓſtitutio fœmi
narum , nõ ad ſubſtituendã prolẽ, ſed ad ſatiandã
libidinẽ propoſitarũ,diuina atq; ęterna lege dãna-
tur. Oẽm quippe dehoneſtat emptorẽ turpitudo
uenalis:ac p hoc Iudas & ſi grauius peccaſſet, ſi nu
Matt. 19. rum ſciens cũ ea concũbere uoluiſſet . Sicut.n.uir
C & uxor,ſicut dñs dicit, nõ iã duo ſed una caro eſt,
nõ aliter nurus eſt deputanda q̃ filia,tñ eũ , quantũ
in ipſo erat, deformiter cũ meretrice cubaſſe nõ du
bium eſt. At illa quæ ſocerũ fefellit , nõ carnis eius
concupiſcẽtia, nec meretriciæ mercedis cupiditate
peccauit:ſed ex ipſo ſanguine prolem requirens,ex
Gene.38. quo duobus iã fratribus nupta, tertio quoq; dene-
gato habere nõ potuit,patri eoꝝ ſocero ſuo,fœtan
dũ corpus fraude ſubiecit, pignore mercedis acce-
pto, qđ nõ ad ornamentũ,ſed ad teſtimoniũ reſer-
uauit. Melius quidẽ ſine filijs remaneret,q̃ ſine iure
matrimonij mater fieret . Longe tñ alia intentione
peccauit,ꝙ filijs ſuis patrẽ prouidit ſocerũ ſuũ,q̃ ſi
eum ſibi concupiſſet adulterũ. Deniq; cũ iuſſu eius
produceretur ad mortẽ,& uirgã,monile, atq; annu
lum protuliſſet,dicens ab eo ſe grauidatã cuius pi-
gnora illa eſſent:ubi ea quæ dederat ille cognouit,
iſtam magis q̃ ſe iuſtificatã eſſe rñdit , ꝙ ei filiũ ſuũ
maritũ coniungere noluiſſet, qua deſtitutione cõ-
pulſa, illo modo potius q̃ nullo modo poſteritatẽ,
nõ aliũde q̃ ab eadẽ ſtirpe conquireret. In qua ſnia,
nõ eã iuſtificatã,ſed eã magis q̃ ſe iuſtificatã dicẽs,

nec ipſam laudauit,ſed in ſui comparatione prępo D
ſuit: deſideriũ.ſ.habendæ prolis, quo ducta illa,ſe
ſocero ſuppoſuerat,minus culpãs,q̃ libidinoſi con
cubitus ardorẽ,quo ipſe uelut ad meretricẽ uictus
intrauerat: ſicut quibuſdã dicit, Iuſtificaſtis Sodo- Ezec. 16.
mam.i.tm̃ peccaſtis,ut uobis Sodoma comparata,
iuſta uideatur. Quanq̃ etiã ſi hęc mulier non in pe-
ioris facti cõparatione minus culpata , ſed oino à
ſocero laudata intelligaſ: quæ tñ conſulta illa ęter
na lege iuſtitiæ, quæ naturalem ordinẽ perturbari
uetat,nõ utiq; tantũmodo corpoꝝ , ſed maxime ac
primitus aioꝝ, qa in procreandis filijs ordinatã ſo-
cietatem nõ cuſtodiuit, merito culpabilis inuenif:
qd mirũ,ſi peccatrix à pctõre laudatur? Quod ita Cap. 62.
nobis Fauſtus,uel ipſa Manichæa peruerſitas arbi-
tratur aduerſum, q̃ſi nobis in illius ſcripturæ uene
ratione dignoq́ pręconio uitia hoium,quę illa cõ-
memorat,neceſſe ſit approbare: quin poti⁹ neceſſe
eſt,ut q̃to illã religioſius accipimus, tanto fidẽtius
illa culpemus , quæ p eius ueritatẽ certius culpãda
didicim⁹. Ibi n. fornicatio & ois illicitus cõcubit⁹ Exo. 20.
diuino iure dãnatur:ac per hoc,cũ talia quorundã Deute. 5.
facta cõmemorat, de qbus eo loco ſuã taceat ſentẽ E
tiam,iudicãda nobis pmittit,nõ laudanda pſcibit.
Quis.n nr̃m i ipſo Euãgelio nõ deteſtatur Herodis
crudelitatẽ,cũ de Xp̃i natiuitate ſolicitus,tot infan
tes iuſsit occidi? At hoc factũ ibi nõ uituperaſ, ſed Matth.2.
tm̃ narraſ. Sed ne hoc Manichæi ueſana ipudentia
falſum eſſe contendant,qa ipſam ẽt Xp̃i natiuitatẽ,
qua Herodes pturbat⁹ eſt,negãt: ipſoꝝ Iudęoꝝ ima
nitatẽ & cæcitatẽ legãt,quẽadmodũ illic tantũmo
do narreſ, nõ uitupereſ, & tñ ab oibus deteſtetur.
Sed,inquiunt,iſte Iudas,q cũ ſua nuru cõcubuit, Cap. 63.
iter duodecim patriarchas cõputaſ. Quid.n.& ille Gene.38.
Iudas,q dñm tradidit,nõne inter duodecim Aplõs Matt.10.
numeratus eſt, & cũ eis unus ex eius ad pdicãdum Ioan. 6.
Euangeliũ diabolus miſſus eſt? Sed adhuc rñdent
& dicunt, Ille poſt tale facin⁹ laqueo ſuo perẽptus, Matt.27.
& Aplõꝝ numero exẽptus eſt: iſte autẽ poſt hãc tur
pitudinẽ inter fratres ſuos ab illo pr̃e,cui tã magnũ Gene.49.
teſtimoniũ deus perhibet,p̃cipue bñdictus, & ſup
oẽs laudat⁹ eſt. Quinimò hinc expreſsius apparet,
nõ ad ipſum,ſed ad Xp̃m, qui ex eius tribu prænun
ciabatur in carne uẽturus,illã pertinere prophetiã: F
& ideo magis flagitiũ eius diuina ſcriptura tacere
nõ debuit,ſicut nõ tacuit , ut in uerbis patris eius,
quibus poſt illud dedecus ita laudatur, qa ipſe nõ
agnoſcitur,alius requiratur. Quanq̃ Fauſtus dẽte Cap. 64.
maledico hoc ipſum intelligaſ mordere uoluiſſe,ꝙ
Xp̃s a nobis ex eius tribu ueniſſe prædicatur: maxi
me qa in generationib⁹ patrũ eius,quas Matthæus
Euangeliſta cõmemorat,etiã Zara, quem Thamar Matth.1.
ipſa ex illo conceptu peperit,inuenitur. Nam ſi ſtir Gene. 38.
pem Iacob,non xp̃i generationẽ uellet reprehende Gene. 35.
re, habebat magis primitiuũ Ruben , qui paternũ & 49.
thorũ nefaria libidine uiolauit,qualẽ fornicationẽ 1. Cor. 5.
Apl̃s nec in gẽtibus dicit auditã. Qđ factũ etiã ipſe
pater Iacob,cũ eos bñdiceret,ſuper caput ei⁹ accu-
ſando & deteſtãdo nõ tacuit. Hoc ergo crimẽ poti⁹
Fauſt⁹ obijceret,ubi nõ error ex habitu meretricio
ſed oino uolũtaria cõtaminatio paterni lectuli ap-
paret: niſi & ipſam Thamar plus odiſſet,ꝙ illo con
cubitu nihil aliud q̃ parere cuperet,q̃ ſi ſola libidi-
ne carnalis uoluptatis arſiſſet : & Xp̃i progenitores
culpãdo,incarnationi eius fidẽ derogare uoluiſſet

G ignorās miſer uerißimū & ueracißimū ſaluatoré,
non ſolū loquendo, ſed etiā naſcendo magiſtrum
extitiſſe. Fideles.n.eius, uenturi ex oibus gentibus,
etiā exēplo carnis ipſius diſcere debuerunt, parentum
ſuorū iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. Proinde
ſpōſus ille ſuis congruens inuitatis, q uocatu-
Matt.22. rus erat ad nuptias bonos & malos, ē naſci uoluit
de bonis & malis: ut prophetiā Paſchæ qua pcept⁹
eſt manducari agnus acceptus ex ouibus & capris,
Exod.12. tanq̄ iuſtis & iniuſtis, ad ſe pręfigurādū pręceßiſſe
firmaret: documenta qppe dei & hois ubiq; conſer
uans, parentes & bonos & malos pp conuenientiā
humanitatis nō ſpreuit: partū aūt uirginis pp mi
raculum diuinitatis elegit. Inaniter ergo Fauſtus
Cap. 65. in ſeipſum potius dente ſacrilego ſæuiens, ſanctam
ſcripturā, quā totus iam mūdus merito ueneratur,
accuſat: quę, ut ſupra dixi, tanq̄ ſpeculi fidelis nitor
nullius accipit adulandā perſonā, ſed & laudanda
& uituperāda hoium facta, uel ipſa iudicat, uel legentibus
iudicanda proponit: nec ſolū hoies ipſos
uel uituperabiles uel laudabiles intimās: ue: uetiā
H quædā in uituperabilibus laudanda, & in laudabi
libus uituperanda nō tacens. Neq;.n. quia uitupera
1.Reg.14 bilis homo erat Saul, ideo non eſt laudabile factū
eius, ꝙ guſtatū de anathemate tam diligenter ſcrutatus,
tam ſeuere uindicare conatus eſt, obediens
Deut.18. deo, q hoc fieri prohibuerat: uel ꝙ pythones & uētriloquos
de regno ſuo deleuit. Aut qa laudabilis
1.Reg.28 erat Dauid, ideo pctā eius, quę deus quoq; arguit p
2. Reg 12 Prophetā, uel approbanda uel imitāda ſunt. Sicut
Matt.27. nec in Pōtio Pilato uituperandū eſt, ꝙ aduerſus ac
Matt.26. cuſationes Iudęoꝝ inocentē dn̄m iudicauit. Nec in
Matt.16. Petro laudandū eſt, ꝙ eundē dn̄m ter negauit: uel
unde ab ipſo Satanas appellatus eſt, ꝙ nō ſapiēdo
quę dei ſunt, eum uoluit à paßione, hoc eſt à nr̄a
ſalute reuocare: pauloante ergo dictus eſt beatus,
paulopoſt dictus eſt Satanas. Sed qd i illo obtinue
Cap. 66. rit, Apl'atus eius, & martyrij corona teſtatur. Sic
itaq; & regis Dauid legimus pctā, ſed legimus etiā
recte facta. In quo aūt pręualuerit, & unde quid uicerit,
ſatis in prōptu eſt, nō maleuolæ cæcitati, qua
I in ſanctos libros & uiros Fauſtus irruebat, ſed religioſæ
prudētiæ, qua & authoritas diuina, & merita
2.Reg.12 humana poſſunt cerni atq; diſcerni. Nā legāt iſti &
uideant, in Dauid plura deū redarguiſſe q̄ Fauſtū:
ſed ibi eſt & pœnitentiæ ſacrificiū, ibi eſt illa incō-
parabilis manſuetudo, uſq; ad imanißimū & atrocißimū
inimicū: qui quotiens illi eſt in manus for
1.Reg 24 tißimas datus, totiens ab illo eſt de manibus pijßi
& 26. mis dimiſſus illæſus. Ibi memorabilis hūilitas ſub
2.Reg.16 flagello dei, & ceruix regia dn̄ico iugo ita ſubdita,
ut armatus & comitatus armatis, amara ex inimici
ore conuicia patientißime ſuſtineret, ſuūq; comitē
accenſum iracundia, ꝙ talia rex eius audiret, & iā
iamq; i cōuinciatoris caput dextera ultrice purgentem,
modeſtißime refrenaret, regali ſuæ iuſsioni di
uini timoris pōdus adijciens, & dicens meritis ſuis
hoc redditū ſupno iudicio, quo ille iniurioſus miſ
ſus eſſet, ut in eum talia iacularetur opprobria. Ibi
in gregē ſibi cōmiſſum tanta dilectio paſtoralis, ut
2.Reg.24 pro eis ipſe uellet mori, qn̄ pplō numerato pctm̄ ela-
tionis eius ſic punire placuit deo, ut eū dē numerū
minueret morte multoꝝ, cuius multitudine cor regis
fuerat ſuperbia pertentatū: in quo occulto iudi
Roma. 9. cio deus, apud quē non eſt iniquitas, & quos noue
rat indignos hac uita, ſubtraxit huic uitę: & in illo, K
de hoium copia ſe extulerat, tumorē animi huma-
ni eiuſdē copiæ diminutione ſanauit. Ibi tā religio
ſus dei timor, ſacr̄m Xp̄i in ſancta unctione ſerua-
bat, ut cor eius pia ſolicitudine trepidauerit, qn̄ exi
guam particulā de ueſte ipſius Saulis latenter abſci 1. Reg.14
dit, ut haberet unde illi fidē faceret, ꝙ nollet eum
cū poſſet occidere. Ibi tam prudens in filios, & tāta
clementia, ut cum inocentē puerū, pro quo ægro- 2. Reg.12
tante multis lachrymis & humilitatis ſordibus ſeſe
abijciens, dn̄m fuerat deprecatus, mortuū nō luxe
rit: idē iuuenē filiū parricidali furore præcipitem,
q & paternū cubile ſtupris nefarijs maculauerat, &
contra patrē ſceleſtū bellū gerebat, & uellet conſer
uatum, & fleret occiſum: aiæ.ſ. tantis criminib⁹ in- 2. Reg 18
uolutæ, ſempiternas pręuidēs pęnas, qbus euaden
dis, eum per pœnitentiā corrigendū uiuere cupie-
bat humiliatū. Hęc & alia multa laudāda & imitan
da in illo ſctō reperiunt uiro, ſi non peruerſus aius
eam ſcripturā, quæ de illo loquitur, perſcrutetur:
maxime ſi mēte ſubdita, & pia, & planè fideli ſequa L
mur ſniam dei, q eius nouerat occulta cordis, ubi
in cōſpectu eius, q falli nō poteſt, ita placuit, ut etiā
filijs ſuis imitandus ab illo pponeretur. Quid.n. Cap. 67.
aliud q̄ cordis eius profunda cernebat ſpūs dei, qn̄
correptus per Prophetā dixit, Peccaui: continuoq; 2. Reg.12
ad hoc unū uerbū audire meruit, qđ acceperit ue-
niam? Ad quā rē, niſi ad ſempiternā ſalutē? Neq;.n.
prætermiſſa eſt in illo ſcđm dei cōminationē flagelli
paterni diſciplina, ut & confeſſus in ęternū li-
beraretur, & afflictus tpaliter probaret. Haud uero
mediocre fidei robur fuit, aut paruū mitis & obe-
dientis animi iudiciū, cum audiſſet à Propheta, ꝙ
ſibi de⁹ ignouiſſet, & tn̄ quę fuerat cōminatus, con
ſequēter eueniſſent, nō ſe dicere Prophetæ deceptū
eſſe mēdacio, nec murmurare aduerſus deū, quaſi
falſam pctoꝝ eius indulgentiā pronunciauerit. In-
telligebat.n. uir alte ſanctus, & non contra deū, ſed
ad deū leuans aiam ſuam, niſi dn̄s eſſet confitenti
pœnitentiq; propitius, quantū pœnarū æternarū
eius eſſent digna pctā: pro quibus cum tpalibus M
emendationibus uerberaretur, *† uidebat erga ſe *† aliàs,
& manere ueniā, & nō negligi medicinā. Cur autē urgeretur.
Saul per Samuelē correptus, cum diceret etiā ipſe, 1. Reg.15.
Peccaui: nō meruit audire qđ Dauid, ꝙ ei dn̄s igno Acto. 10.
uiſſet? Nū perſonarū acceptio eſt apud deū? Abſit.
Sed in ſimili uoce, quā ſenſus humanus audiebat,
diſsimile pectus erat, qđ diuinus oculus diſcerne-
bat. Quid talibus docemur exēplis, niſi regnū cœ- Luc.17.
loꝝ intra nos eſſe, & de intimis nr̄is deū colere nos Matt 12.
debere, ut ex abundantia cordis os loquatur: non Matt. 15.
aūt ut ppl's eū labijs honoret, cor aūt eoꝝ longe ſit
ab eo. Neque iudicare aliter audeamus de hoibus,
quoꝝ interiora uidere nō poſſumus, q̄ deus q hoc
poteſt, & falli aut corrūpi nō poteſt: cuius euiden-
tißimam ſniam de Dauid, cum diuinæ ſcripturæ
contineat tam ſublimis authoritas, multū ridenda
uel potius dolēda eſt aliter ſentiens humana temeritas?
Eis quippe diuinis libris de antiquis uiris cre
dendū eſt, q tam longe futura dixerunt, quę pręſen
tia nunc uidentur. Quid aliud in Euangelio diſci Cap. 68.
mus, cum eadē uox Petri auditur cōfitentis Xp̄m
filium dei, quæ etiam dæmonioꝝ paria uerba, ſed Matt. 16.
longe impari corde emittentiū? Proinde in ſimili Marci. 1.
uoce fides Petri laudatur, dæmoniorū imundicia

A cohibetur. A quo niſi ab illo, qui non aure huma-
na, ſed diuina mēte radices iternas uocū illarū noſ
ſet inſpicere, & ſine ulla ſalſitate diſcernere? Quàm
multi. n. & alij hoīes dicunt Xp̄m filiū dei uiui, nec
tn̄ Petri meritis cōparantur, non ſolum illi, qui di-
Matth. 7. cturi ſunt in illo die, Dn̄e dn̄e, & audituri, Diſcedi-
Matt. 25. te à me: ſed ēt illi, qui ſegregabuntur ad dexterā: in
& 26. qbus plurimi nec unquam Xp̄m uel ſemel negaue-
Matt. 16. runt, nec eius pro nr̄a ſalute paſſionem improbaue
Galat 2. runt, nec gentes iudaizare coegerunt: & tn̄ Petro,
Matt. 19. qui hæc fecit, ſedenti in duodecim ſedibus, & non
1. Cor. 16. ſolum duodecim tribus, uerū & angelos iudicanti
impares apparebunt: ita ēt multi nullius appeten-
tes uxorē, nullum maritū appetitę, uſq; ad mortem
perſequentes, tn̄ Dauidicum meritum, cum iſte illa
2. Reg. 11. feciſſet, apud deum hēre non pn̄t. Tantū intereſt qd
cuiq; in ſeipſo, quantumq; diſpliceat, ut penitus ex-
tirpetur: & qd pro eo fructiferū & opulentum ingē
ti feracitate cōſurgat: quia & agricolę plus placent
agri, qui ſpinis ēt magnis eradicatis, centenū profe
B runt, q̄ qui nullas unquam ſpinas habuerūt, & uix
Cap. 69. ad tricenum p̄ueniunt. Sic & Moyſen famulum
Num. 12. dei fideliſsimum in tota domo eius, miniſtrū legis
Hebræ 3. ſanctæ, & mandati ſancti, iuſti, & boni: cui Apl̄s at
Roma. 7. teſtatur, nā eius hæc uerba ſunt quę cōmemoraui:
miniſtrum ēt ſacr̄o͞r, non iam pręſtantium ſalutē,
Ioan. 5. ſed adhuc p̄mittentium ſaluatorē, Qd̄ & ſaluator
ipſe confirmat, dicens, Si crederetis Moyſi, credere
tis & mihi: de me. n. ille ſcripſit. Vn̄ ſuo loco, quan
tum ſatis uiſum eſt cōtra impudentes Manichæo͞r
calūnias diſſeruimus. Hūc ergo Moyſen famulum
dei uiui, dei ueri, dei ſummi, fabricatoris cœli & ter
ræ, nō de alieno, ſed de nihilo: nō premente neceſsi
tate, ſed affluente bonitate: non per ſui mēbri pœ-
nā, ſed per ſui uerbi potentiā: hunc inquā, Moyſen,
humilē in recuſando tā magnū miniſteriū, ſubdi-
tū in ſuſcipiēdo, fidelem in ſeruādo, ſtrenuū in exe
quēdo: in regendo pp̄lo uigilātem, in corrigendo
uehementē, in amādo ardentem, in ſuſtinendo pa
tientē: qui pro eis, qbus p̄fuit, deo ſe interpoſuit cō
ſulenti, oppoſuit iraſcēti. Hunc itaq; talem ac tantū
uirū, abſit à nobis, ut ex maledico Fauſti ore penſe
mus, ſed ex ore plenè ueridici dei, qui ueraciter ho
C minē, quem fecerat, nouerat: qn̄qdem ēt peccata
hoīum, q̄ ipe nō fecit & i diſſidētib⁹ ut iudex agno
ſcit, & in cōfitētibus ut pater ignoſcit. Ex ore oīno
eius Moyſen ſeruū eius & amamus & admiramur,
& quātum poſſumus imitamur, cum ſimus longe
illius meritis inferiores, ēt nullo Aegyptio uel occi
ſo uel expoliato, nullo bello geſto, quo͞r ille aliud
futuri indole defenſoris, alia impoſito ip̄erio dei fe
Cap. 70. cit. Vt interim omittā, q̄ cū p̄culſiſſet Aegyptiū,
Exod. 2. quanq̄ illi deus non p̄ciperet, in p̄ſona tn̄ propheti
ca ad hoc diuinitus fieri p̄miſſum eſt, ut futu͞r ali-
qd p̄ſignaret: vn̄ nunc nō ago, ſed oīno tanq̄ nihil
ſignificauerit facta illa, diſcutio: cōſultaq; illa ęter-
na lege reperio nō debuiſſe hoīem ab illo, qui nul-
lam ordinatam p̄tātem gerebat, q̄uis iniurioſum &
improbum occidi. Veruntn̄ aīę uirtutis capaces ac
fertiles, p̄mittunt ſæpe uitia, qbus hoc ipſum indi-
cent, cui uirtuti ſint potiſsimū accōmodatæ, ſi fue
rint p̄ceptis excultæ. Sic. n. & agricolæ, quam terrā
uiderint, q̄uis inutiles, tn̄ ingētes herbas progigne-
re frumentis aptam eſſe pronunciāt, & ubi filicem
aſpexerint, licet eradicādam ſciant, ualidis uitibus
habilem intelligunt: & quem mōtem oleaſtris ſyl- D
ueſcere aſpexerint, oleis eſſe utilem, cultura accedē
te non dubitant: ſic ille animi motus, quo Moyſes
peregrinum fratrē à ciue improbo iniuriā perpetiē
tē, nō obſeruato ordine p̄tātis, inultū eē nō p̄tulit:
non uirtutum fructibus inutilis erat, ſed adhuc in-
cultus, uitioſa qdē, ſed magnę fertilitatis ſigna fun
debat. Ipſe deniq; per angelum ſuū diuinis Moyſen
uocibus euocauit in monte Sina, per quē liberaret
ex Aegypto pp̄l's Iſrael: eumq; miraculo uiſionis in Exod. 3.
rubo flāmante & nō ardēte, uerbiſq; dn̄icis ad fru
gem obedientiæ præparauit: qui ēt Saulum Eccle Acto. 9.
ſiam p̄ſequentem de cœlo uocauit, proſtrauit, ere- & 22.
xit, impleuit, * tanq̄ p̄cuſsit, amputauit, iſeruit, fœ * alias, iplicuit.
cundauit. Illa nanq; Pauli ſæuitia, cum ſcd̄m æmu-
lationem paterna͞r traditionum p̄ſequebatur ec- Galat. 1.
cleſiam, putans officium deo ſe facere, tanq̄ ſylue-
ſtre erat uitiū, ſed magne feracitatis iudiciū. Hinc
erat ēt illud Petri cum euaginato gladio, uolēs de- Matt. 26.
fendere dn̄m, aurem p̄ſecutoris abſcidit, qd factū
dn̄s ſatis minaciter cohibuit, dicens, Recon de gla-
dium: qui. n. gladio uſus fuerit, gladio cadet. Ille au 23 q. 1. c. il
tem utitur gladio, qui nulla ſup̄iori ac legitima po le gladiū
teſtate uel iubente uel cōcedente, in ſanguinem ali E
cuius armatur. Nam utiq; dn̄s iuſſerat ut ferrum di
ſcipuli eius ferrent, ſed nō iuſſerat ut ferirēt. Quid
ergo incōgruū, ſi Petrus poſt hoc p̄ct̄m fact⁹ eſt pa
ſtor eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt p̄cuſſum Aegyptiū
factus eſt rector illius ſynagogæ? Vterq; . n. non de-
teſtabili imanitate, ſed emendabili animoſitate iu
ſtitię regulā exceſsit: uterq; odio improbitatis alie-
næ, ſed ille fraterno, iſte dn̄ico, licet adhuc carnali,
tn̄ amore peccauit. Reſecādum hoc uitium uel era
dicādum: ſed tn̄ tam magnum cor, tanq̄ terra frugi
bus, ita ferendis uirtutibus excolendum. Quid Cap. 71.
ergo iam de expoliatis Aegyptiis Fauſtus obiicit,
neſciens qd loquatur? Qd̄ faciendo Moyſes, uſque
adeo nō peccauit, ut nō faciendo peccaret, Deus. n.
iuſſerat, qui utiq; nouit nō ſolum ſcd̄m facta, uerū
etiam ſcd̄m cor hoīs, qd unuſqſq; uel per quem per
peti debeat. Carnalis itaq; adhuc ille pp̄l's erat, & re Cōcor. 3.
rum terrenarum cupiditate occupatus, Aegyptij ue ſen. di. 37
ro ſacrilegi & iniqui: nā & auro illo, hoc ē, dei crea ca. finem.
tura male utentes, ad creatoris iniuriam ſuis idolis et. 14. q. 5
ſeruiebant: & hoīes peregrinos labore gratuito in- ca. dixit.
iuſte ac uehementer afflixerāt. Digni ergo erant & F
iſti, qbus talia iuberentur, & illi, qui talia pateren-
tur: & forte ſcd̄m ſuas uoluntates & cogitationes
Hebręi magis p̄miſsi ſunt facere iſta, q̄ iuſsi: ſed eis
deus p̄miſsionem ſuā per famulum ſuum Moyſen
innoteſcere uoluit, qn̄ mādauit ut diceret. Fieri au
tem pōt, ut ſint alię cauſę occultiſsimę, cur hoc illi
pp̄lo diuinitus dictum ſit, ſed diuinis imperiis ce-
dendum obtemperādo, nō reſiſtendū eſt diſputan
do. Apl̄s dixit, Quis. n. cognouit ſenſum dn̄i, aut qs Roma. 11.
cōſiliarius eius fuit? Siue ergo iſta ſit cauſa, quā di-
xi, ſiue aliqua q̄libet in ſecreta & abdita diſpoſitio
ne dei lateat, cur hoc per Moyſen illi pp̄lo dixerit,
ut ab Aegyptiis ſibi cōmodanda peterent quæ au
ferrēt: hoc tn̄ cōfirmo, nec fruſtra nec inique dictū
eē, nec licuiſſe Moyſen aliter q̄ deus dixerat facere,
ut penes dn̄m eſſet cōſilium iubēdi, penes famulū
aūt obſequm peragendi. Sed deus, inqt, uerus & Cap. 72.
bonus, nullo modo talia iuſsiſſe credēdus eſt: imo
uero talia recte nō iubet, niſi deus uerus rectus &

G bonus, qui & ſolus nouit quid cuiq; iubẽdum ſit,
& ſolus neminem quicquam incongruum perpeti ſinit.
Cæterum iſta imperita & falſa bonitas cordis huma-
ni cõtradicit & Xp̃o, ne deo bono iubẽte, impij ma
Matt. 13. li aliqd patiãtur, cum dicturus eſt angelis, Colligi-
te primum zizania, & alligate faſciculos ad cõbu-
rendũ. Qui tñ hocipſum importune facere uolẽtes
ſeruos ꝓhibuit, dicens, Ne forte cum uultis collige
re zizania, eradicetis ſimul & triticũ: ita ſolus deus
uerus & bonus nouit, qd, qñ, qb⁹, per quos fieri ali
qd uel iubeat uel pmittat. Poterat ẽt iſta humana,
nõ bonitas, ſed planè uanitas eidem dño cõtradi-
Matth. 8. cere, cum deſiderio noxio dæmones in porcos ire
uolentes, petẽteſq; pmiſit: pſertim qa Manichęi nõ
ſolum porcos, uerũetiam minuta & abiecta aĩalia,
hominũ animas hr̃e crediderunt. Qua uanitate im
probata & abiecta, illud tñ conſtat, dñm noſtrum
Ieſum Xp̃m dei unicum filium, ac per hoc deũ ue-
rum & bonum, mortem pecorum alienorum, perniciem
qualiumcũq; animantiũ, & graue damnum homi-
num, deſiderio dæmonum conceſsiſſe. Quis autẽ
dementiſsimus dixerit, q eos ab hoibus nõ potuiſ
H ſet excludere, ẽt ſi eorum noxiæ uoluntati nec por
corũ exitium pſtare uoluiſſet? Porrò ſi ſpirituũ dã-
natorum, & igni æterno iam deſtinatorum, quis ſæua &
iniqua cupiditas à creatore atq; ordinatore oĩum
naturarum, occulto qdem, ſed ubiq; iuſto modera
mine, in id qd inclinauerat, relaxata eſt: qd abſur-
dum eſt, ſi Aegyptij ab Hebræis, hoĩes inique dñan
tes, ab hoibus liberis, quorũ ẽt mercedis pro eorũ
tam duris & iniuſtis laboribus fuerant debitores,
rebus terrenis, qbus ẽt ritu ſacrilego in iniuriã crea
toris utebanſ, priuari meruerunt? Qd' tñ ſi Moyſes
ſua ſponte iuſsiſſet, aut hoc Hebræi ſua ſponte feciſ
ſent, ꝑfecto peccaſſent: quanq̃ illi nõ qdem hoc fa-
ciendo, qd uel iuſſerat uel pmiſerat deus, ſed tñ ta-
lia fortaſſe cupiendo peccauerunt. Qd aũt hoc fa-
cere diuina diſpenſatione permiſsi ſunt, illius iudi
cio iuſto bonoq; permiſsi ſunt, qui nouit & pœnis
uel coercere ĩprobos, uel erudire ſubiectos: & præ
cepta ualidiora dare ſanioribus, & quoſdã medici
nales gradus infirmioribus ordinare. Moyſes uero
nec cupiditatis arguendus eſt in illis rebus deſide-
I ratis, nec cõtumacię in diuinis imperiis qbuſcunq;
Cap. 73. cõtemptis. Quędã.n. facta, lex illa æterna q̃ ordi
nem naturalẽ conſeruari iubet, pturbari uetat, ita
medio quodã loco poſuit hoibus, ut in eis uſurpã-
dis merito reprehẽdatur audacia, in exequẽdis aũt
obedientia iure laudetur. Tantũ intereſt in ordine
naturali, qd à quo agaſ, & ſub quo qſq; agat. Abra-
Gene 22. ham ſi filium ſponte imolaret, qd niſi horribilis &
inſanus? deo aũt iubente, qd niſi fidelis & deuotus
apparuit? Qd uſqueadeo ipſa ueritas clamat, ut ei⁹
uoce deterritus Fauſtus, cũ in ipſum Abrahã qd di
ceret, unguibus & dentibus q̃rens, uſq; ad calũnio
ſum mendaciũ pueniret, hoc tñ reprehendere non
auderet: niſi forte non ei ueniret in mentẽ factũ ita
nobile, ut & nõ lectum, nec q̃ſitum aĩo occurreret,
ut denĩq; tot linguis cantatũ, tot locis pictũ, & au-
res & oculos diſsimulãtes ferret. Quapropter ſi in
occidendo filio ſpõtaneus motus execrabilis, deo
aũt iubente obſecundans famulatus, non ſolũ in-
culpabilis, uerũetiam laudabilis iuenitur, qd Moy
Exod. 3. ſen Fauſte reprehẽdis, q expoliarit Aegyptios? Si te
& 12. irritat uelut humana facientis improbitas, diuina

terreat iubentis authoritas. An talia fieri uolẽtem, K
bidine deus ueſter hæreret, ſorderet, arderet. Dauid 2. Reg. 12
autẽ iniquitatis pœnituit, ꝙ uxorẽ adamauerit alie
nã, uirũq; eius mãdaret occidi? at uero deũ ueſtrũ,
qñ pœnitebit ꝙ à tartareo genere maſculino ac fœ
minino principũ tenebrarũ adamatus, eorũ libidi
ni ſua mẽbra cõceſsit: nec maritũ, cui⁹ cõiugẽ ada-
mauerat, ſed ſuos filios in mẽbris dæmonũ, à qb⁹
dæmonibus ipſe fuerat adamatus, occidit? Sed etſi
nõ pœnituiſſet Dauid, nec iuſtitiæ ſanitatẽ tali me
dicina recepiſſet, etiã ſic iſto deo Manichæorũ me-
lior extitiſſet. Iſte qppe uno ipſo facto putemus, &
alijs talibus quotlibet, q̃ multa unus hõ poſſet ad-
mittere: ille aut in oibus oium talib⁹ factis cõmix-
tione illa mẽbrorũ ſuorũ turpari polluiq́; conuin-
citur. Et Oſee Propheta accuſat à Fauſto, q ſe mere Oſee. 1.
tricẽ turpi cõcupiſcẽtia captiuatus, adamaſſet atq; F
duxiſſet, aias certe amborũ, & laſciui amatoris, &
obſcœnæ meretricis, partes & mẽbra naturãq; dei
ueſtri eẽ pręedicatis. Illa. n. meretrix, qđ. n. ambiam
uerbis, & nõ plane dicã, illa meretrix eſſet deus ue-
ſter. Neq; n poteſtis dicere ꝙ ſeruata atq; incorru-
pta ſuæ ſanctitate naturæ, illi meretricio corpori
nõ ligat⁹, ſed pñtatus incideret: ſed inquinatiſsima
eſſe iſta mẽbra dei uri, & ob hoc magna purgatiõe
indigere fatemini Illa ergo meretrix, de qua hoiem
dei audetis arguere, deus ueſter eſſet, etiã ſi nõ eſſet
in melius caſto cõiugio cõmutata: aut ſi nõ uultis,
particulã certe dei uri, licet minimã, nõ negatis illã
aiam meretricis. Hoc ergo iã melior deo uro, quo-
niã ipſa una meretrix eſſet: ille autẽ, cõditione ſuæ
illius cõmixtionis, uniuerſo generi tenebrarũ in oi
bus meretricibus proſtituit: in oib⁹ deniq; marib⁹
ac fœminis late uarieq́; fornicantibus, & ſeſe corrũ
pentibus, uolutatur, ſoluitur, illigat, rurſus in eorũ
fœtibus, uolutãdus, ſoluẽdus, ligandus: donec ad
ultimũ globum pars imundiſsima dei ueſtri, tanq̃

G inexpiabilis meretrix,perducaſ.Hęc.ſ.mala,has tur
pitudines,hæc dedecora à mēbris ſuis deus ueſter
amouere non potuit,& hoſtis immanis neceſsitate
cōpulſus ad iſta peruenit Neq.n.potuit interimere
iniurioſum atq uiolentū,ſuis uel ciuibus uel parti
Exod.2. bus ſaluis. Quāto ergo melior, q occiſo Aegyptio,
fratrē defendit illæſum,quē mirabili uanitate Fau
ſtus arguit,& deū ſuū mirabiliore cæcitate non re-
ſpicit. Quāto melius ipſe uaſa aurea & argentea ab
Exod 3. ſtuliſſet de gente Aegyptiorū,q̄ eius mēbra depræ-
& 12. daretur gens tenebrarū: & tñ cū bellū tam miſerū
ipſe geſsiſſet, cultores eius famulo dei noſtri obij-
Exod.17. ciunt q bella geſſerit, in qbus ſemper cum ſuis om
nibus uictor de hoſtibus triumphauit, qui captiui
uel captiuæ Moyſe belligerāte de populo Iſrael du
ci potuerūt:qđ & deus ueſter ſi potuiſſet,utiq feciſ
ſet. Hoc ergo nō eſt malos arguere, ſed fœlicioribꝰ
inuidere. Quæ autē crudelitas Moyſi,q in populū,
q grauiter in deū peccauerat,gladio uindicauit:cu
ius tñ peccati ueniā,ſe pro illis etiam diuinæ uindi
H ctæ offerens,deprecatus eſt. Veruntamen ſi & hoc
nō miſericorditer,ſed crudeliter feciſſet,etiā ſic me
lior deo ueſtro eēt. Neq.n quenquā ſuorū innocen
tium & obedientiū,ſi ad hoſtis cuneum dirumpē-
dū miſſus fuiſſet & captiuatus,ullo modo eū poſt-
ea,ſi uiciſſet,ipſe dānaret:qđ facturus eſt deus iſte
de ſua parte,quā cōſiget in globo, qa obediuit iu-
benti:qa in hoſtiles cuneos pro ſalute regni eius ꝓ
†poſtpo-ſita. poſita † ſua morte ꝓceſsit. Sed in hac,inqt, ſerie ſe-
culorum iam malis permixta atq concreta,nō ob-
temperauit præceptis. Quæramus, quare? Si ꝓpria
uoluntate,uera culpa,& iuſta pœna:ſed iā ſi uolū-
tas eſt rea,nulla eſt ad peccādū natura cōtraria: &
ideo Manichęorū ois conuicta eſt & euerſa fallacia.
Si autem ab hoſte oppreſſa,quò miſſa eſt, ſi alieno
malo ſuperata,cui reſiſtere nō ualuerat,iniqua pœ
na & magna crudelitas. Sed ad excuſandū ꝓfertur
dei neceſsitas. Talē colant deū, qui nolunt colere
deū. Sanè qđ fatēdū eſt etiā ipſi cultores eius, q̄uis
talē deum colendo ſint peſsimi,meliores tamen il-
lo ſunt,qa ſaltē ſunt:ille autem nihil eſt, niſi fictio
falſitatis,& cogitatio uanitatis. Sed iā cætera Fau-
I ſti arguta deliramenta uideamus.

Libri uiceſimiſecundi finis.

LIBER VICESIMVSTERTIVS.

Cap. 1. FAVSTVS dixit,Diſputanti mi
hi aliquando, quidam ex nume
roſa plebe reſpondens ait, Acci-
pis Ieſum de Maria natum? Cui
ego,Quē nā,inquā,dicis Ieſum?
Nā plures in Hebraiſmo fuerunt
Exo. 24. Ieſus:unus qdē Naue filius, di-
*†ali. Io ſedech. ſcipulus Moyſi:alter uero filius Ioiade *† ſacerdo
tis magni:itē alius,q dictus eſt filiꝰ Dauid, alius ue
Aggei. 1. ro filius dei:quē nā ergo iſtorū de Maria natū quæ-
ris ex me,utrū accipiam? Vtiq,inqt,filium dei. Cui
ego,Et quo authore,quóve magiſtro docēte iſtud
accipiam? At ille, Matthæo,inqt. Cui rurſum ego,
Matth.1. Quid.n.Matthæus ſcripſit? Et ille,Liber generatio-
nis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham, &c Tum
ego,Putauerā,inquā,qa eſſes dicturus, Liber gene-
rationis Ieſu Xpi filij dei,& me putauerā ad præſcri
bendū:ſed qa nūc fideliter capitulum memoraſti
admonendus tantū es,ut id qđ recitaſti,cōſideres. K
Neq.n.Matthæus hic ſe dei filij generationē ſcribe
re fateſ inſtituiſſe,ſed filij Dauid. Et ergo huic in Cap. 2.
terim dicenti credā filius Dauid erit mihi de Maria
natus,adhuc de dei filio in hoc oī generationis tex
tu nulla fit mētio,uſq ad baptiſmū.ſ. fruſtraq calū
niā uos ingeritis ſcriptori,tanq̄ dei ille filiū in ute-
ro mulieris incluſerit. At uero hic clamitat,ut uide
tur,& in ſcriptione ipſa ſua ſe prorſus ab hoc ſacri-
legio uendicat,Dauid filiū perhibens ex illa ſtirpe
oriundū ſe ſcripſiſſe,nō filiū dei. Nā Ieſum qdē eū,
q ſit filius dei,ſi ſic ſcriptoris huius mētem propo-
ſitūq cōſideres, nō tam ille de Maria uirgine uult
nos accipere procreatum,q̄ factū aliqñ ꝑ baptiſmū
apud fluenta Ioannis.† Illic.n.dicit baptizatū à Io † Iordanis.
anne eū,quē Dauid in exordio filiū deſignauit,fa
ctū aliqñ eſſe filium dei poſt annos duntaxat,ſecū
dum Lucæ fidē,fermè triginta,ubi & uox tunc au-
dita eſt,dicens ad eum,Filius meus es tu,ego hodie Luce 3.
genui te. Vides ergo id qđ ante annos triginta, ut Matth.3.
huic uideſ,de Maria natū eſt,nō eē ipſum filiū dei,
ſed id qđ de baptiſmo poſtea factū eſt ad Iordanē: L
id eſt,hoiem nouū, tanq̄ in nobis cū credimus ad
deū ex gentilitatis errore cōuerſi: qđ ipſum tamen
neſcio utrum ſatis cum ea fide faciat,quam uos ca-
tholicā nominatis:ſed interim ſic Matthæo uideſ,
ſi ſunt ipſius hæc. Neq.n. uſquā in parturitionibus
Marię dictū legiſ illud,Filius meus es tu, ego hodie Pſal. 2.
genui te:aut,Hic eſt filiꝰ meus dilectiſsimus,in quo Luca.3.
bene cōplacui: ſed in expiatione eiꝰ apud Iordanē. Matth.3.
Quod ſi & tu credas ita ut ſcriptū eſt, eris iā quidē
Matthæanus,ſic.n.mihi dicendū eſt,catholicus ue
ro nequaquā. Nā catholicā fidē nouimus:quæ tan
to longe abeſt ab hac profeſsione Matthæi, quāto
procul eſt & à uero. Siquidē ſymbolū ueſtrū ita ſe
habet,ut credatis in Ieſum Xp̄m filium dei,q ſit na-
tus ex uirgine Maria:ueſtrū ergo eſt, de Maria acci-
pere filium dei,Matthæi ab Iordane,noſtrū ex deo:
ac ꝑ hoc tam uobis Matthęus, ſi hęc eius pro certo
ſunt,contrarius eſt in profeſsione iſta ſua,q̄ nobis:
niſi q paulo prudentior uobis inuentus eſt, ut or-
tū ex fœmineo ſexu,Dauid filio aſcriberet magis,q̄
filio dei. Quapropter de duobꝰ uos unū fateri opor
tet:aut hūc nō eſſe Matthæū,q hæc uideſ aſſerere: M
aut uos nō tenere Apoſtolicā fidē. Nos uero q̄uis Cap. 3.
de hac ſnia nemo prorſus deijciat,ex deo accipien-
di filiū dei,tñ ut multū imprudentię cōcedamus,
ut adigamur & falſis credere,ex Iordane nobis erit
factus Ieſus dei filius,q̄ natus ex utero mulieris: q̄q̄
nec ipſe quidem ille:quem Maria peperit, ſi ullus
erat,rectè Dauid filius appelletur,niſi eum conſtet
ex parte Ioſeph ſeminatū. Quod quia negatis,illud
etiā fateamini neceſſe eſt, ne ipſum qdē eſſe Dauid
filium:qm̄ quidē generatio Abrahā uſq ad Dauid,
& à Dauid Ioſeph aduſq deducitur, per omnes.ſ.
Hebræorū patres: ex quo qa Ieſus cōceptus nō eſt,
ut legitur,nec filius erit Dauid:longeq demens eſt,
qui quē ſine coitu Ioſeph de Maria natū dicturus
erat,hunc in principio poſuerit eſſe filium Dauid.
Cū ergo ne ipſe qdē,q ſit ex Maria genitus, Dauid
rectè filius appellaretur,qa nō ſit natus ex Ioſeph,
quāto magis filiꝰ dei. Proinde nec uirginis ipſius Cap. 4.
origo ex hac tribu fuiſſe mōſtraſ,unde conſtat eſſe
Dauid:dico aūt Iudā,de quo Iudęi reges:ſed ex tri-
bu Leui,unde ſacerdotes:qđ ip̄m palā eſt, qa eadē

A patrē habuerit ſacerdotē quendam, noīe Ioachim, cuius tñ in hac generatione nulla uſquam habita mentio eſt. Quō ergo ad hanc Dauidicæ cognationis proſapiam Maria pertinere dicetur, in qua eam nec patrē habere uideas, nec maritū? Ac p hoc nec ille Dauid filius erit, qſquis ex eadē naſcit: niſi eius hāc genitricē ſic admoueas Ioſeph, ut eius aut filia probetur aut coniunx.

Cap. 5 Auguſtinus rñdit, Fides catholica eademq́ apoſtolica confitent, dñm nrm & ſaluatorē Ieſum Xpm, & filium dei eſſe ſcdm diuinitatem, & filium Dauid ſcdm carnē: qd ita probamus ex Euāgelicis & Aplicis literis, ut nemo poſſit contradicere probationibus noſtris, niſi q ipſis literis contradicit: nō ſicut ſibi Fauſtus iſte propoſuit, neſcio quē pauca uerba dixiſſe, & cōtra eiuſdē Fauſti uerſipelles aſtutias nulla poſtea teſtimonia protuliſſe. Qd ego cū fecero, nihil ei qd reſpōdeat, remanebit: niſi illud, quo uim manifeſtiſsimæ ueritatis in ſcripturis ſanctis expreſſe illudere atq; euitare conatur, ut falſa illa & diuinis codicib⁹ imiſſa rñdeat. Quam dementiam, furioſamq́ præſumptio-

B nem & audaciā, iam ſuperius in hoc opere, quantū ſufficere uiſum eſt, refutaui: nec eadē repetere oportet, ut modū ſermonis etiā cogitemus. Quid igitur opus eſt diſperſa per ſcripturas oēs quęrere atq; colligere teſtimonia, quibus contra iſtum probemus, in libris maximę diuinęq́ authoritatis, eundē dici filiū dei unigenitū, ſemper deū apud deū, qui dicit etiam filius Dauid, pp acceptā formam ſerui ex uirgine Maria cōiuge Ioſeph? Nunc interim qa de Matthæo uoluit diſputare, nec à me totus Matthæi liber huic ſermoni inſeri poteſt, legat qui uoluerit, & uideat quemadmodū Matthæus eum, quē patētes eius enumeraturus dicit filiū Dauid, narrando uſq; ad paſsionē reſurrectionemq́ perducat: nec alium q̄ ipſum dicat à uirgine Maria de ſpiritu ſancto con-

Eſaie. 7. ceptum & natū. Cui rei adhibet & teſtimoniū de

Matth. 1. Propheta, Ecce uirgo accipiet in utero, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel: qd eſt

Matth. 3. interpretatū, nobiſcū deus. Eundemq́ baptizatū à Ioāne, audiſſe de cœlo, Hic eſt filius meus dilectus, ī quo mihi cōplacui: de quo dictū erat iā ex partu uirginis, nobiſcū deus. Niſi forte uiſum ſit Fauſto

C minus eſſe, ꝙ dictus eſt deus, q̄ ꝙ dictus eſt filius dei. Ex hoc. n. conijcere conatus eſt, Matthæo non

† p baptiſmum. eſſe uiſum, ꝙ filius dei factus ſit, niſi ex baptiſmo:† quia ibi facta eſt uox de cœlo, Hic eſt filius meus: cum idē Euangeliſta etiā ſuperius adhibuerit diuinum ex Propheta teſtimoniū, ubi ipſe partus uirgi-

Cap. 6. nis appellatus eſt, nobiſcū deus. Hūc ſanè miſerū delire garrulū debemus intueri atq; obſeruare, nō prætermittentē, ubi potuerit, lectori uaniloquiorū ſuorū etiam de ſcripturarū teſtimonijs nebulas offundere falſitatis ſicut de Abrahā dixit, ꝙ deo non

Gene. 16. & 17. crediderat de Sara ſibi filiū promittenti, qñ cū ancilla concubuit, cū ſcriptura teſtetur, nondum illis partū Saræ fuiſſe promiſſum: uel ꝙ uxorē ſuā ſoro-

Gene. 12. & 20. rem mentitus ſit, cum genus Saræ nuſquam in illis literis legerit, qbus de hac re fides habenda eſt: &

Gene. 26. de filio eius Iſaac, ꝙ etiā ipſe Rebeccā falſò dixerit ſororē ſuā, cum genus eius ibi aperte ſcriptū ſit: &

Gene. 30. de Iacob, ꝙ quotidie certamen eſſet inter quatuor eius uxores, quænā illū de agro uenientē prior ad concubitū raperet: qd illic nuſquā legiſſe conuincitur. Ecce qualis homo mendaces diuinorū librorū

D ſcriptores ſe odiſſe gloriatur, qui etiā de Euāgelico tantę authoritatis culmine oībus noto, mentiri ſic audet, ut non Matthæum, ne Aplici noīs pondere comprimatur, ſed neſcio quem alium ſub Matthæi noīe uelit putari ſcripſiſſe de Xpo, quod non uult credere, & qd calumnioſa uerſutia refutare conat.

Sic ergo de cœlo dictū eſt ſuper aquā Iordanis, Cap. 7.

Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui: Matth. 3.

quemadmodū dictū eſt & in monte. Neq; n. qa & ibi de cœlo uox ipſa ſonuit, filius dei ante nō fuit: Philip. 2.

quandoquidē ex utero uirginis ille accepit formā ſerui, q cum ī forma dei eſſet, nō rapinā arbitratus eſt, eſſe æqualis deo. Deniq; Aplus Paulus alio loco apertiſsime dicit, Cum aūt uenit plenitudo tpis, miſit deus filiū ſuū; factū ex muliere, factū ſub lege: Galat. 4.

mulierē. ſ. more locutionis Hebraicæ fœminā appellans. Ipſe eſt ergo filius dei, q & dñs Dauid ſcdm diuinitatē: & idē ipſe filius Dauid, ex ſemine Dauid ſcdm carnē. Quod ſi nobis credere non prodeſſet, nō hoc tam attente idē Apls Timotheo cōmendaret, dicēs, Memor eſto xpm Ieſum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid ſcdm Euangeliū meū: contra 2. Tim. 2.

qd Euangeliū quiſquis aliud annūciauerit, ut anathema ſit, magna cura fideles admonuit. E Galat. 1.

Quid ergo iam moueat ſancti Euangelij ſectatorē, ꝙ ſine concubitu Ioſeph Xps natus ex uirgine, filius tamē Dauid appellatur, cum generationū ſeriem nō uſq; ad Mariā, ſed uſq; ad Ioſeph Matthæus Euangeliſta perducat? Primo, qa mariti eius fuerat, pp uirilem ſexum potius honoranda perſona: neq; n. qa concubitu non permixtus, ideo non maritus, cum ipſe Matthæus narret ab angelo Mariā coniugē ipſius appellatā, qui narrat ꝙ nō ipſius concubitu, ſed de ſpiritu ſancto conceperit. Quòd ſi non Matthæus Apls iſta uera, ſed aliquis alius ſub eius noīe, ſicut Manichæi putant, ea falſa conſcriberet, ità ne ſibi etiam ipſe ī rebus apertiſsimis, & tam de proximo contextis contraria loqueretur, ut quē diceret Dauid filiū de Maria uirgine, ſine cuiuſquā uiri cōcubitu natū, eiuſdem parentes gradatim enumerans, uſq; ad eum ſine aliqua ratione perduceret, quē nō cōmixtum Mariæ ipſe dixiſſet? Si. n. alius enumeraret progeneratores Xpi à Dauid uſq; ad Ioſeph, dicens eum filiū Dauid: & alius eum ſine ullius uiri F concubitu ex Maria uirgine natū diceret, nec eum filiū Dauid appellaret: nec ſic cōtinuo putare deberemus, eos ſibi hæc contraria locutos fuiſſe, ut uel ambo uel unus eorū falſitatis conuinceretur. Cogitare. n. deberemus fieri potuiſſe, ut ambo uera dicerent, ut & Ioſeph maritus Mariæ diceretur, habens eā coniugē continenter: nō concubitu, ſed affectu nō cōmixtione corporū, ſed copulatione, qd eſt carius, animorū: & ideo nō debuiſſe uirū uirginis matris Xpi ſeparari à ſerie parentū Xpi: & ipſam Mariā aliquam de ſtirpe Dauid uenam ſanguinis ducere, ut caro Xpi etiam ex uirgine procreata, ſine Dauid ſemine eſſe nō poſſet. Cū uero unus idemq́ narrator utrunq; dicat, utrunq; cōmendet, & uirū Mariæ Ioſeph, & Xpi uirginē matrē, & Xpm ex ſemine Dauid, & Ioſeph in ſerie progeneratorū Xpi ex Dauid: quid reſtat ut credat, qui uult diuino Euangelio, q̄ hæreticorū fabulis credere, niſi & Mariam nō fuiſſe extraneam à cognatione Dauid, & eam Ioſeph coniugem nō fruſtra appellatam, pp ordinem ſexus, & animorū conſœderationem, quamuis ei non fuerit

G carne cõmixtus: & Ioſeph potius pp dignitatẽ uiri-
lem ab ordine generationũ illarũ non fuiſſe ſepa-
randum, ne hocipſo uideretur ab illa fœmina ſepa
ratus, cui eum coniungebat mentis effectus: & ne
hoies fideles Xp̃i, id qđ ſibi coniuges carne miſcen
tur, tam magnũ in coniugio deputarẽt, ut ſine hoc
coniuges eſſe nõ crederent: ſed potius dicerẽt fide-
lia coniugia, multo familiarius ſe adhęrere mẽbris
Cap. 9. Xp̃i, quanto potuiſſent imitari parentes Xp̃i. Nos
ergo credimus etiã Mariã fuiſſe in cognatione Da-
uid, quia ſcripturis eis credimus quæ utrunq; di-
cunt, & Xp̃m ex ſemine Dauid ſcđm carnẽ, & eius
matrẽ Mariã, nõ cum uiro concumbendo, ſed uir-
ginem. Quiſquis itaq; dicit Mariã ad conſanguini-
tatem Dauid nõ pertinuiſſe, manifeſtũ eſt ꝙ iſtarũ
ſcripturarũ tam excellenti authoritati obluctetur:
ipſe uero conuincat non eam pertinuiſſe ad ſemen
Dauid, & hoc oſtendat, non ex quibuſcunq; literis,
ſed eccleſiaſticis, canonicis, catholicis. Aliæ quippe
† res. apud nos non habẽt ad has tres† ullũ pondus au-
thoritatis: ipſę ſunt. n. quas recepit & tenet Eccleſia
toto orbe diffuſa, quæ per illas eſt etiã prophetata:
H & quemadmodũ promiſſa, ſic reddita. Ac p hoc il-
lud, qđ de generatione Mariæ Fauſtus poſuit, ꝙ pa-
trem habuerit ex tribu Leui ſacerdotẽ quẽdã noie
Ioachim, qa canonicũ non eſt, nõ me conſtringit:
ſed etiã ſi hoc crederẽ, ipſum potius Ioachim dice-
rem aliquo modo ad Dauid ſanguinẽ pertinuiſſe,
& aliquo mõ ex tribu Iuda in tribũ Leui fuiſſe ado
ptatũ, uel ipſum uel eius aliquẽ progeneratorẽ: uel
certe in tribu Leui ita natũ, ut de ſtirpe Dauid con
ſanguinitatẽ aliquã duceret: ſicut fieri potuiſſe idẽ
Fauſtus fatetur, ut Maria de tribu Leui eſſet, quã tñ
conſtat traditã uiro, qui fuerit de ſtirpe Dauid. i. de
tribu Iuda: & ita dicit potuiſſe accipi, Xp̃m filiũ Da
uid fuiſſe. Proinde ſi filia Ioſeph nupſiſſet in tribu
Leui, nõ abſurde diceretur etiã filius Dauid, qſquis
de illa & in tribu Leui nat' fuiſſet: ita ſi mater illius
Ioachim, quẽ patrẽ Mariæ Fauſtus cõmemorat, de
tribu Iuda & genere Dauid nupſit ĩ tribu Leui, non
imerito & Ioachim & Maria & filius Mariæ, etiã ſic
ex Dauid ſemine ueraciter perhibentur. Hoc ergo
potius, uel tale aliquid crederẽ, ſi illius apocryphæ
ſcripturę, ubi Ioachim pater Mariæ legitur, authori
I tate detinerer, q̃ mentiri Euangeliũ, in quo ſcriptũ
eſt, & Ieſum Xp̃m filiũ dei, ſaluatorẽ noſtrũ ex ſemi
ne Dauid ſcđm carnẽ, & per uirginẽ Mariã procrea
tum. Sufficit ergo nobis, ꝙ ſcripturæ quæ hoc di-
cunt, & quibus credimus, ab inimicis ſuis de nulla
Cap. 10. poſſunt falſitate conuinci. Nõ mihi ergo uiciſſim
Matth. 1. dicat, Etſi ego non oſtẽdo Mariã non fuiſſe de co-
gnatione Dauid, tu ꝙ inde fuerit, oſtende. Hoc. n.
oſtẽdo clariſſimo planè atq; fortiſſimo documẽto
Rom. 1. ꝙ ſcriptura confirmatiſſimæ authoritatis, & Xp̃m
dicit ex ſemine Dauid, & eius matrẽ ſine ullius con
cubitu uirginẽ Mariã. Quàm uero ſibi Fauſtus cu-
iuſdã quaſi turpitudinis uiſus eſt uerecundiſſimus
deteſtator, cum diceret, Fruſtra uos calumniã inge
ritis ſcriptori, tanq̃ dei ille filiũ in utero mulieris in
cluſerit: nõ planè catholica fides, quę xp̃m dei filiũ
natũ ſcđm carnẽ credit ex uirgine, ullo modo eun-
dem dei filium ſic in utero mulieris includit, quaſi
extra nõ ſit, quaſi cœli & terræ adminiſtrationem
deſeruerit, q̃ſi à patre receſſerit: ſed uos Manichæi
1. Cor. 2. corde illo, quo nihil poteſtis niſi corporalia phan-
taſmata cogitare, iſta oĩno nõ capitis, q̃uo dei uer- K
bum, dei uirtus atq; ſapientia, in ſe manens, & apud Sapien. 8
patrẽ, & uniuerſam creaturã regens, pertẽdat à fine
uſq; ad finẽ fortiter, & diſponat oĩa ſuauiter. In cu-
ius diſpẽſationis admirabili & ineffabili facilitate,
ſibi etiã matrem ĩ terra diſpoſuit, & pp ſeruos ſuos
de corruptionis ſeruitute liberãdos, in ea formam Philip. 2.
ſerui, hoc eſt mortale corpus accepit, acceptũ mon
ſtrauit, monſtratumq́; & morte proſtratũ, reſurre
ctione ſurſum erexit, & tanq̃ templũ ſolutũ iterum
ædificauit. Vos tñ, q hęc credere quaſi ſacrilega for Ioan. 2.
midatis, nõ mẽbra dei ueſtri in utero uirginis, ſed
in uteris oĩum fœminarũ carnaliũ ab elephantis
uſq; ad muſcas includitis: an ideo uobis uidetur ui
lior uerus Xp̃s, quia ſic uerbũ dicimus carnẽ factũ Ioan. 1.
in utero uirginali, ut nulla ſui cõmutatione in na-
tura propria inuiolabiliter permanẽs, templũ ſibi
hominẽ coaptarit: & ideo uobis carus eſt deus ue-
ſter, qa tot uinculis carnium colligatus & inquina-
tus in illa parte, qua etiã in globo figẽdus eſt, ſine
cauſa ſuppetias deprecatur: aut etiam penitus op-
preſſus, deprecari non ſinitur.

Libri Viceſimitertij finis. L

LIBER VICESIMVSQVARTVS.

F Auſtus dixit, Quid ita hoiem negatis Cap. 1.
fieri à deo? Non quidẽ nos omnifariã
hoiem à deo fieri pernegamus, ſed qs
& quando & quemadmodũ fiat, hoc
quærimus. Quoniã quidẽ ſunt ſcđm
Apl̃m hoĩes duo, quorum alterũ quidẽ interdum 2. Cor. 4.
exteriorem uocat, plerunq; uero terrenũ, nonnunq̃ 1. Cor. 15.
etiam ueterẽ, alterũ uero interiorẽ & cœleſtẽ dicit Ephe. 4.
ac nouum. Horum ergo uter fiat à deo, quærimus. Coloſſ. 3.
Quoniamquidẽ & natiuitatis noſtrę tpa duo ſunt:
unũ illud, quo nos irretitos carnalibus uinculis, in
lucẽ hanc natura produxit. Alterũ uero, cum ueri-
tas nos ex errore conuerſos, ad ſe regenerauit initia
tos ad fidẽ. Qđ tẽpus ſecundæ natiuitatis in Euan
gelio Ieſus ſignificans, dicit, Niſi qs natus fuerit de- Ioan. 3.
nuo, nõ poteſt uidere regnũ dei. Quod cũ Nicode-
mus parũ intelligens hæſitaret, & qualiter id fieri
poſſet, percontaret: neq; n. poſſe hoiem ſenẽ in ute-
rum matris introire, & iterũ naſci: Ieſus ei rñdens, M
Niſi qs natus fuerit, inqt, ex aqua & ſpirituſancto,
nõ poteſt uidere regnũ dei. Et ſequit̃, Quod naſcit̃
de carne, caro eſt: & quod naſcitur de ſpiritu, ſpiri-
tus eſt. Quapp ſi & natiuitas nõ ea ſola eſt, qua in
corpore gignimur, ſed & illa alia qua renaſcimur
ſpiritu, nõ minor æque cura eſt & hocipſum quæ-
rere, in qua nam eam nos faciat deus. Modus quoq;
naſcendi duplex eſt: unus ille, furoris & intempe-
rantiæ proprius, quo ſumus à generatoribus turpi
ter & per libidinẽ ſati: alter uero, honeſtatis & ſan-
ctimonię, quo in Xp̃m Ieſum p ſpiritumſanctũ ſub
bonorum doctrinis diſciplinati ſumus ad fidẽ: unde
etiã oĩs religio, & maxime Chriſtiana, ad ſacr̃m ru-
des infantes appellat. Quod & ipſum ſignificans
Apl̃s, ait, Filioli mei, quos iterũ parturio, donec for- Galat. 4.
metur Xp̃s in uobis. Quare iam nõ quæritur, utrũ
deus hoiem faciat, ſed qñ & quemadmodũ faciat:
nam ſi cũ in utero fingimur, ut ferè gẽtibus placet
& Iudæis & ipſis uobis, tunc nos deus format ad Gene. 1.
imaginẽ ſuã, & ueteres nos facit, & p furorẽ ac libi-
dinem

A dinem creat, qđ haud ſcio utrũ diuinitati eius con
ueniat. Si uero cũ credimus, & ad meliorẽ uitæ cõ-
uertimur ſtatum, tunc formatur à deo, ut ferè Xp̃o
† nouos. placet & eius Apl̃is & nobis, ꝑfecto & bonos †nos
facit deus, & honeſte facit ac pure: quo qđ cõſenta-
neum, quidve cõueniens magis ſanctæ eius eſt ue-
nerabili maieſtati? Quod ſi & nos authoritatẽ Pau
li nõ ſpernitis, ex ipſo uobis quẽmnã & qñ & quẽ-
admodũ deus hoiem faciat, oſtendimus. Dicit ad
Ephe. 4. Epheſios, Vt deponatis ſcdm priorẽ cõuerſationẽ
ueterẽ hoiem, qui corrumpit̃ p deſideria erroris:
renouamini autẽ ſpiritu mentis ueſtræ, & induite
nouum hoium, qui ſcdm deum creatus eſt in iuſti
tia & ſanctitate ueritatis. Vides ergo qñ creatur hõ
ad imaginẽ dei, uides hic & hoiem oſtendi alterũ,
& natiuitatẽ aliam, & alium naſcendi modũ. Nam
cum, Exuite uos & induite dicit, tẽpus utiq; credu-
litatis ſignificat: cũ uero hoiem nouũ à deo creari
teſtatur, tum indicat ueterem nec ab ipſo eſſe, nec
ſcdm eam formatum Et cum proſequitur, dicens il
lum quidẽ fieri in ſanctitate & iuſtitia & ueritate,
tunc deſignat atq; demonſtrat alterũ illum natiui-
B tatis more, quẽ dixi longe diſsimilẽ huic, q corpo-
ra nr̃a furioſis genitoꝝ cõplexib' ſeminauit: quẽq;
etiã oſtendit ex deo nõ eſſe, cũ illũ ſolum monſtra
Coloſſ. 3. uit eſſe ex deo. Necnon & ad Coloſſenſes idipſum
dicit: Expoliate uos ueterem hominem cũ actibus
ſuis, & induite nouum, q renouatur in agnitionem
dei ſcdm imaginẽ eius, qui creauit eũ in uobis. Et
hinc ergo nõ ſolũ hoiem nouũ oſtendit eum eſſe,
quẽ deus faciat, ſed qñ etiã & quibus modis forme
tur, edocuit. i. in agnitione dei, qđ ſignificat cru-
delitatis tẽpus. Et adhuc ſcdm imaginẽ, inqt, eius,
qui creauit eum, ut ex hoc liqueat ueterem hoiem
nec imaginẽ eſſe dei, nec ab ipſo formatum. Nam il
lud quidẽ quod ſequit̃, dicens, Vbi non eſt maſcu-
lus & fœmina, Iudæus & Græcus, Barbarus & Scy-
tha, magis ac magis oſtẽdit natiuitatẽ hanc, q̃ nos
mares fecit ac fœminas, Græcos & Iudęos, Scythas
& Barbaros, nũ eam eſſe in qua deus operat̃, cũ ho
minẽ format: ſed illã, quæ nos oĩ exutos nationũ
uarietate ſexuſq; & cõditionis, unũ reddet adinſtar
eius q unus eſt. i. Chriſtus: ſicut idem rurſum Apl̃s
Galat. 3. dicit. Quotquot in Xp̃o baptizati ſunt, Chriſtum
C induerunt: nõ eſt Iudæus neq; Græcus, non eſt ma
ſculus neq; fœmina, non eſt ſeruus & liber, ſed oẽs
in Xp̃o unum ſunt. Ergo tũc fit homo à deo, cum
fit unus ex multis: nõ cũ ex uno diuiſus eſt in mul
ta. Diuiſit autẽ nos primus ortus. i. corporalis: ſcds
adunat itelligibilis ac diuinus: eoq; rectiſsime nos
hũc qdẽ corporis naturę adſcribẽdũ putabimus,
1. Cor. 4. illũ uero ſupnæ maieſtati. Quapropter idẽ rurſum
Galat. 1. Apl̃s ad Corinthios dicit, In Xp̃o Ieſu p Euangeliũ
ego uos genui Et ad Galatas de ſemetipſo, Cũ pla-
cuit ei, q me ſegregauit de utero matris meæ, ut re-
uelaret filiũ ſuũ in me, ut eũ annunciarem in gen-
tes, cõtinuo non acquieui carni & ſanguini Vides
ergo ubiq; eum in hac altera natiuitate nr̃a, ſpirita-
li duntaxat, aſſeuerantẽ nos à deo formari, non in
priori, illa obſcœna ac ꝓpudioſa, q̃ nos nihilo præ
ſtantius neq; mũdius aĩalibus cæteris in utero ma
terna & concepit & formauit & genuit. Qua de re
animaduertere ſi uolueritis, inuenietis hac in parte
nos nõ tã ꝓfeſsione à uobis diſtare, q̃ intellectu. Si
qdẽ uobis placuerit hoc ueteri & exteriori homini
ac terreno tribuere, ut ſit à deo formatus: nos uero D
cõtra cœleſti hoc dederimus, & interiori ac nouo
homini deferamus: neq; id temere aut præſumpti-
ue, ſed à Xp̃o diſcẽtes, & eius Apl̃is, q primi eadẽ in
mundo docuiſſe monſtrant̃. Auguſtinus r̃ndt, Cap 2.
Paulus qdẽ Apl̃s interiorem hoiem p ſpiritũ men- Ephe. 4.
tis, exteriorem uero in corpore atq; iſta mortali ui-
ta uult intelligi: nõ tñ utrunq; horũ ſimul duos ho
mines eũ dixiſſe, aliqñ in eius lr̃is legit̃, ſed unum
quẽ totum deus fecerit. i. & id qđ interius eſt, & id
quod exterius eſt: ſed eũ ad imaginẽ ſuã non fecit,
niſi ſcdm id qđ interius eſt, nõ ſolum incorporeũ,
uerumetiã rationale, quod pecoribus nõ ineſt. Nõ
itaq; unum hoiem fecit ad imaginẽ ſuam, & alterũ
fecit nõ ad imaginem ſuã, ſed quia hoc utrunq; in-
terius & exterius ſimul unus homo eſt, hunc unũ
hoiem ad imaginem ſuã fecit: nõ ſcdm id quod ha
bet corpus corporalemq; uitam, ſed ſcdm id quod
habet rõnalem mentem, qua cognoſcat deũ, & oĩ-
bus irrationabilibus eadẽ rõnis excellẽtia præpo-
nat̃. Sed illud interi' cõcedit Fauſtus à deo fieri, cũ Coloſſ. 3.
renouatur, inqt, in agnitionẽ dei ſcdm imaginem
eius qui creauit eum. Hanc Apoſtolicã plane agno E
ſco ſniam, quare ipſe alteram nõ agnoſcit? Deus po 1. Cor. 12.
ſuit mẽbra, ſingulũ quodq; eoꝝ in corpore prout
uoluit, Ecce deus etiam exterioris hoĩs effector, ab
eodẽ Apl̃o prædicatur: quare inde elegit, qđ pro ſe
putat: & tacet aut reſpuit, quod Manichæi fabulas
amputat? Item cũ de terreno & cœleſti hoĩe diſſere
ret idem Paulus, inter mortalẽ immortalemq; di-
ſcernens, inter id quod in Adam ſumus, & illud qđ
in Xp̃o erimus, ex ipſa lege, ex ipſo libro, & ex ipſo
loco adhibuit terreni. i. animalis corporis teſtimo
nium, ubi ſcriptũ eſt, ꝙ deus etiam terrenũ hoiem
fecit. Nã cũ ageret q̃uo reſurgũt mortui, & quo cor 1. Cor. 15.
pore uenient, cum dediſſet ſimilitudinẽ de ſemini
bus frumentoꝝ, ꝙ nuda grana ſeminentur, & deus
illis det corpus q̃uo uoluerit, unicuiq; ſeminũ pro-
prium corpus: ubi nihilominus Manichęi euertit
errorẽ, qui & grana & herbas & oẽs radices ac fru-
tices gentem tenebraꝝ dicit creare, nõ deum: & in
eis formis atq; generibus rerũ deũ potius credit al-
ligari, q̃ horũ aliqd operari. Cum ergo cõtra Mani
chæi ſacrilegã uanitatem etiã iſta dixiſſet, uenit ad
carnium differentias Non oĩs, inquit, caro eadẽ ca F
ro: inde ad corpoꝝ cœleſtium atq; terreſtrium: in-
de ad mutationem corporis noſtri, qua fieri poſsit
ſpiritale atq; cœleſte Seminatur, inqt, in contume-
lia, ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurget
in uirtute: ſeminatur corpus aĩale, ſurget corpus ſpi
ritale. Atq; inde uolens oſtendere originẽ corporis
aĩalis. Si eſt, inquit, corp' aĩale, eſt & ſpiritale: ſicut
ſcriptum eſt, Factus eſt primus homo Adã in aĩam Gene. 2.
uiuentẽ. Hoc autẽ in Geneſi ſcriptũ eſt, ubi narrat̃,
q̃uo deus hoiem fecerit: & corpus, qđ de terra for-
mauerat, animauerit. Veterem autem hoiem nihil
aliud Apl̃s q̃ uitam ueterem dicit, quæ in peccato Coloſ. 3.
eſt, in quo ſcdm Adam uiuitur: de quo dicit, Per
unum hoiem peccatũ intrauit in mundũ, & p pec- Roma. 5.
catum mors: & ita in oẽs hoies pertrãſiuit, in quo
oẽs peccauerunt. Ergo totus ille homo. i. & interio
re & exteriore ſui parte, inueterauit pp peccatum, &
pœnę mortalitatis addictus eſt. Renouatur autẽ 2. Cor 4.
nunc ſcdm interiorem hoiem, ubi ſecundum ſui Coloſ. 3.
creatoris imaginem reformatur, exuens ſe iniu-

G ſtitiam, hoc eſt ueterem hoiem: & induens iuſtitiā,
hoc eſt nouū hoiem. Tunc aūt cū reſurget corpus
1.Cor.15. ſpiritale: qđ ſeminatur aiale, etiā exterior percipiet
cœleſtis habitudinis dignitatē: ut totū qđ creatū
eſt, recreetur: & totum quod factū eſt reficiatur: il-
lo recreante q creauit, & reficiente qui fecit. Quod
Roma. 8. breuiter explicat, ubi ait, Corpus qdē mortuū eſt
propter pctm̄, ſpiritus autē uita eſt pp iuſtitiam. Si
autē ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Xp̄m à mortuis, ha
bitat in uobis, qui ſuſcitauit Xp̄m à mortuis, uiui-
ficabit & mortalia corpora ueſtra p inhabitantem
Galat. 3. ſpiritū eius in uobis. Nā quis catholica ueritate in-
Ephe 4. ſtructus, ignorat ſcđm corpus eſſe alios hoies ma-
ſculos, alios fœminas: non ſcđm ſpiritū mentis, in
quo renouamur ſcđm imaginē dei? Veruntamē qa
1.Cor.11. utrunq; deus fecit, rurſum idem Apl's teſtis eſt, ubi
dicit, Neq; mulier ſine uiro, neq; uir ſine muliere in
dño: ſicut.n. mulier ex uiro, ita & uir p mulierem,
oīa autem ex deo. Quid ad hęc dicit inepta fallacia
hoium, alienatoꝝ à uita dei per ignorantiam, quæ
eſt in illis pp cæcitatem cordis eoꝝ, niſi in Apoſto
H licis literis, quod uolumus, uerum eſt: quod nolu-
Ephe. 4. mus, falſum eſt? Sic delirant Manichæi, ſed reſipi-
ſcant, & nō ſint Manichæi. A qbus ſi quæritur qm̄
interiorem hoiem renouari ad imaginem dei faten
tur, & hoc teſtimoniū ultro etiā proferunt, tūc aūt
dicit Fauſtus, ꝙ deus faciat hoiem, qñ interior in
dei agnitionē renouatur: utrum eū ipſe fecerit, qui
reficit: ipſe cōdiderit, qui renouat: rñdebunt, ipſe.
Cui rñſioni eoꝝ, ſi adijciamus quærentes, qñ eum
formauerit, quē nunc reformat, lō̃ quærent ubi ſe
abſcōdant, ne fabulæ ſuæ dedecus aperire cogant.
Neq; .n. dicunt à deo formatū uel cōditum uel inſti
tutum, ſed de ſubſtātia eius partē prorſus eius ad-
uerſus hoſtes miſſam: nec pctō inueteratū, ſed ne-
ceſſitate captiuatū & deformatū ab inimicis, & cæ
tera quæ iā tædet dicere. Ibi.n. & primū hoiem cō-
1.Cor. 15. memorant, nō quē dicit Apl's, de terra terrenū, ſed
neſcio quē ſuū proprium ex arca mendacioꝝ pro-
ſilientem: de quo Fauſtus tacet oino, cum de hoie
ſibi propoſuerit quæſtionē, timens ne aliquo mo-
do eis, contra quos diſputat, innoteſcat.

Libri Viceſimiquarti finis.

I

LIBER VICESIMVSQVINTVS.

Cap: 1. FAVSTVS dixit, Deus finem habet,
aut infinitus eſt: Si oratio ueſtra non
Exod. 3. fallit, quæ dicit, Deus Abraham, &
deus Iſaac, & deus Iacob, habet finē
deus, niſi forte alter eſt hic, de quo
perrogas, & alter quem oratis: alioquin circuncīſio
Ge. 16.17. nis terminus, qui Abraham & Iſaac & Iacob à gen-
tium cæterarum ſocietate deſignat, etiā dei ipſius
circa eos terminat poteſtatem. Cuius autem finita
poteſtas eſt, & ipſe non caret fine. Denique & anti-
quorum quidē hac ratione mentionem facitis, qui
Gene. 5. ante Abraham fuerūt: Enoch dico & Noe & Sem,
6.17.9. ac reliquos eoꝝ ſimiles: quos fuiſſe quidē iuſtos in
præputio non negatis: ſed quia iidem circuncīſio-
nis inſigni carebāt, ne ipſoꝝ quidē uultis eſſe deū,
ſed ſolius Abrahæ & ſeminis eius. Igitur ſi eſt unus
& infinitus deus, qd ſibi uult hæc inuocationis ue
ſtræ tam diligens & ſolicita cautio, ut nō contenti
nominaſſe deum, adijciatis & cuius, Abraham. ſ. &
Iſaac & Iacob: tanq̃ in turba aliqua deoꝝ erratura
aut naufragium paſſura ueſtra oratione, niſi ad ſi- K
gnum nauiget Abrahæ? Et hunc quidem certa de
cauſa Iudæos orare haud abſurdum eſt, utpote cir
cunciſos. Sic.n. circuncīſionis ſe inuocare deſignāt
deum, pp deos præputij: uos uero cur hoc ipſum
faciatis, parū intelligo, cū minime geratis ſignum
quod habuerit Abrahā, cuius uos inuocatis deū.
Vere.n. quod intelligi datur, cognitionis mutuæ
cauſa, ne à ſe. ſ. inuicem aberrarent, notas ſibimet
hmōi alternis impoſuiſſe uident Iudæi, ac Iudæoꝝ
deus: atq; ipſe quidē eos circuncīſionis obſcœno
charactere ſignauit, quo ubicunq; terraꝝ fuerint,
ubicunq; gentium, per circuncīſionē tamen ipſius
eſſe noſcantur. Iidem uero ſuum uiciſsim deū parē
tum ſuoꝝ cognomine ſignauerunt, quo ubicunq;
& ipſe fuerit, in magna q̃uis deoꝝ frequentia, cum
deus Abrahā audierit, & deus Iſaac & deus Iacob,
protinus ſe inuocari cognoſcat. Quod ferè in mul-
tis fieri ſolet, unum habentibus nomen, ut eoꝝ ne
mo appellatus rñdeat, niſi audito cognomine. Sic
nanq; & paſtor atq; armentarius pecoribus notas
inurunt, ne eoꝝ quiſq; pro ſuo uſurpet alienum.
Quibus quia & uos ſimiliter facitis, deum Abrahā L
dicentes, & deum Iſaac & deum Iacob, non ſolum
finem oſtenditis habere deum, ſed ꝙ ſitis etiā uos
ab eodē alieni, ſigni eius ac ſacramēti expertes, qđ
eſt uirilium mutilatio, per quā idē ſuos agnoſcit.
Quapropter hic ſi eſt deus quem colitis, liquet ex
hoc admodum ꝙ habeat finem. Si uero infinitum
deū eſſe uultis, huic uos ante renunciare neceſſe ē,
& oīone mutata, erroris præteriti ueſtri pœnitudi-
nē gerere: & hoc qdē dictū ita eſt, ut de ueſtro uos
uiciſſe uideamur. Alioquin ſummū & uerū deum,
utrum ſit idem infinitus nécne, ſi quęrit, de hoc ue
ro uos boni & mali contrarietas breuiter poterit
edocere, quādoquidē ſi nō eſt malū, pfecto infini-
tus eſt deus. Habet aūt finē, ſi malū eſt, cōſtat autē
eſſe malum, nō igitur infinitus eſt deus, illic.n. eſſe
mala accipiunt, ubi bonoꝝ eſt finis. Auguſtinus Cap. 2.
rñdit, Abſit ut hoc uos quiſquā interroget, qui uos
nouit, aut de hac oino re cū talibus diſputet. Prius
enim eſtis à figmēto carnaliū corporaliūq; cogita
tionū pia fide, & quātulacunq; ueritatis rōne mun
dādi, ut ſpiritalia quoquo modo & ex quātacunq;
parte cogitare poſsitis. Quod quādiu nō poteſtis. M
hæreſis qppe ueſtra nihil aliud nouit, q̃ & corp° &
aiam & deum p locoꝝ ſpatia uel finita uel infinita
diſtendere, cū ſolū corpus talia occupet ſpatia, uel
ſpatijs talib° occupet: cōſultius feceritis, ſi uos huic
qōni nō cōmiſcueritis, ubi nec docere poteſtis ali-
qd ueri, ſicut nec i cęteris: nec diſcere eſtis idonei,
qđ fortaſſe poteſtis in cęteris, ſi ſupbi litigioſiq; nō
ſitis. Cū.n. quæri cœperit, qūo ſit deus finitus, quē
nullus locus capit: qūo infinitus, quē totū fili° no-
uit: qūo finitus, immēſus: qūo infinitus, perfectus:
qūo finitus, nullum habens modū: qūo infinitus,
modus oium, oīs cogitatio carnalis euaneſcit: & ſi
uult ſe fieri quod nōdū eſt, prius ex eo qđ eſt eru-
beſcit. Quapropter hoc qđ nobis ꝓponitis de deo
finito & infinito, melius tacendo finitis, donec à fi-
ne legis, qđ eſt Xps, tā longe aberrare deſinatis. De
deo autē Abraham & Iſaac & Iacob, cū ipſe ſit om
nis creaturę uerus deus, cur illo noie ſe populo ſuo
inſinuare uoluerit, iam q̃tū ſat erat, diximus. De cir
cunciſione etiā in ſuperioribus huius operis par-

A tibus contra calũnias imperitas ſæpe reſpõdimus.
Iſti autẽ ſignũ in parte corporis congrua diuinitus
datũ, quo carnis expoliatio figurata eſt, ſi quemad
Titum.1. modũ dictũ ſit, Oia munda mũdis, Chriſtiana nõ
hęretica mente cogitarent, nullo modo irriderent.
Sed quia uerũ eſt & qđ ſequitur, Immundis autẽ &
infidelibus nihil eſt mundũ, ſed polluta ſunt eorũ
& mens & conſcientia, ridentes eos, & dicaciter in-
ſultantes, leniter admonemus, ſi ſcdm ipſos circun
ciſio turpis eſt, nõ eos habere qđ ibi rideant, ſed qđ
lugeant: quia deus eos, & illi particulæ quæ præce
ditur, & illi ſanguini qui diſtillat, illigatus & inqui
natus admixtus eſt.

Libri uiceſimiquinti finis.

LIBER VICESIMVSSEXTVS.

Cap. 1. Auſtus dixit, Ieſus ſi natus non eſt,
quõo mortuus eſt? Hoc iam ſanè con-
iectura eſt. Cõiecturis aũt nemo, niſi
quẽ probationes defecerint, utitur.
B Rñdebimus tñ etiã ad hoc, nec aliun
de q̃ de his quę credere ſoletis, afferentes exempla:
quæ ſi uera ſint, confirmabunt & nos: ſi falſa, de-
Matt.27. ſtruent & uos. Dicis ergo, Quõo mortuus eſt Ieſus, ſi
4.Reg.2. homo non fuit? Et ego abs te requiro, Helias quõo
mortuus non eſt, cũ fuerit homo? An huic mortali
ꝑter conditionem ſuã, licuit ius ĩmortalitatis inua
dere Chriſto nõ licuit imortali de morte, ſi neceſſe
fuit, aliquid uſurpare? Et ſi Helias in æternum uiuit
contra naturã, Ieſum ad triduũ tantum, cur nõ ma
gis cõtra naturam mori potuiſſe concedas: ꝓſertim
Deut.34. cũ etiam hoc nõ ſolum de Helia credatis, ſed & de
Gene.5. Moyſe atq; Enoch, ꝙ ſint, immortales, & ipſi rapti
cum corporibus ſuis in cœlum? Quapropter ſi hoc
argumẽto recte colligitur Ieſum fuiſſe hominẽ, qa
mortuus eſt, poterit eodẽ nihilominus argumento
colligi & Heliam nõ fuiſſe hominẽ, qa mortuus nõ
eſt. Falſum eſt aũt nõ fuiſſe Heliam hominẽ, quãuis
immortalis credatur: falſum æque erit Ieſum fuiſſe
hominẽ, quãuis æſtimetur mortuus. Et ſi mihi ue-
ra dicenti uis credere, uterq; eos apud Hebræos fal
C ſam traxit opinionem: Ieſus de morte & de imo. ta-
litate Helias: nam nec hic mortuus eſt, nec ille non
mortuus: ſed uos quod uultis, creditis: quod non,
redigitis ad naturã. Quapropter ſi qđ naturæ pro-
priũ ſit, q̃ritur, illa quidẽ nec imortalem mori uult,
nec nõ mori mortalem. Si uero poteſtatem in deo
atq; homine ad efficienda q̃ uelint q̃rimus, magis
puto Ieſum mori potuiſſe, q̃ nõ mori Heliam. Maior
enim poteſtas in Ieſu q̃ in Helia. Et ſi tu impotẽno-
rem cõtra naturæ licentiam leuas in cœlum, conſe
crasq; perpetuitati, naturæ & conditionis eius obli
tus, ego Ieſum potuiſſe mori, ſi uoluit, cur nõ cõce-
dam, etiam ſi uere mortẽ illam fuiſſe, & nõ mortis
figurã conſentiam? Vt.n. ab initio ſumpta hominis
ſimilitudine omnes humanę cõditionis ſimulauit
affectus: ſic ab re nõ erat, ſi in fine quoq; conſignã-
Cap. 2. dę œconomię gratia fuiſſet uiſus & mori. Pręterea
illud quoq; comẽmorandum, qa ſi quid cuiq; ꝑ na
turam liceat, q̃ritur, circa omnia id quæri deberet,
q̃ Ieſus geſſit, nõ circa mortem tantũmodo ipſius.
Ioan.9. Nam & cæcum à natiuitate lumẽ uidere natura nõ
ſinit, quod tñ Ieſus potẽter operatus uidetur. Ergo
huius generis cæcos illuminaſſe adeo, ut Iudæi ipſi
exclamarent, ab initio ſeculi nunquã fuiſſe uiſum, D
ut aliquis aperuiſſet oculos cæci nati: manũ aridã Math.9.
ſanaſſe, uocem ac uerbũ priuatis his ꝑ naturã, redo & 12.
naſſe: mortuis & in tabem iam reſolutis corporibꝰ Ioan.11.
cõpage reddita, uitalem redintegraſſe ſpiritũ, quẽ
non ad ſtuporẽ adducat: & cogat quodãmodo mi
nime credere, cogitantẽ qđ liceat, quidve nõ liceat
ꝑ naturam? Quę tñ omnia nos cõmuniter facta ab
eodẽ credimus Xpiani, nõ cõſideratione iam natu
ræ, ſed poteſtatis tantum, & uirtutis dei. Legitur id Luc.4.
quoq; ꝙ de ſupercilio montis iactatus aliqñ à Iu-
dæis, illæſus abierit. Qui ergo de ſublimi monte ꝓ-
cipitatus, mortuus nõ eſt, qa utiq; noluit, cur nõ po
tuerit etiam mori cũ uoluit? Et hoc quidẽ nunc à
nobis ita reſpõſum ſit, qa uobis placet argumẽtari,
& arma tẽtatis aliena, dialectice diſputare uolẽtes:
alioquin nobis nec Ieſus mortuus eſt, nec eſt imor
talis Helias. Aug. rñdit, Quicquid de Enoch & de Cap. 3.
Helia & de Moyſe ſcriptura ſancta, certis & magnis Gene.5.
ſuæ fidei documẽtis in ſuo † culmine authoritatis 4.Reg.2.
locata, teſtaẽ, hoc credimus, nõ qđ Fauſtus nos cre- Deut.34.
dere ſuſpicaẽ. Quid ſit aũt ſecundũ naturã, qđ con- † ſummo.
tra naturã, homines, q ſicut uos errant, noſſe non E
poſſunt. Dici aũt humano more cõtra naturã eſſe,
quod eſt contra naturæ uſum mortalibꝰ notũ, nec
nos negamus: ſicut illud eſt qđ Apls ait, Si tu ex na Roma.11.
turali inciſus oleaſtro, & cõtra naturã inſertus es in
bonã oliuã: id eſſe cõtra naturã dixit, quod eſt con
tra cõſuetudinẽ naturæ, quã notitia humana com
prehendit: ut oleaſter inſertus in olea, non oleaſtri
baccas, ſed oliuæ pinguedinẽ ferat. Deus aũt crea-
tor & cõditor omnium naturarũ, nihil cõtra natu-
rã facit: id.n. erit cuiq; rei naturale, qđ ille fecerit, à Sapiẽ.11.
quo eſt omnis modus, numerus, ordo naturæ. Sed
nec ipſe homo cõtra naturã quicquã facit, niſi cum
peccat, qui tñ ſupplicio redigitur ad naturã: ad na-
turalẽ quippe iuſtitiæ ordinẽ pertinet, ut aut pecca
ta nõ fiant, aut ĩpunita eſſe non ualeant, quodlibet
horũ ſit, naturalis ordo ſeruatur: ſi nõ ab aĩa, certe
à deo. Vexant.n. peccata cõſcientiam, ipſiq; animo
nocent, cũ luce iuſtitiæ peccãdo priuatur, etiam ſi
nõ conſequanẽ dolores: qui uel corrigendis ingerũ
tur, uel nõ correctis ultimi reſeruanẽ. Sed cõtra na- F
turã non incongrue dicimus aliquid deum facere,
qđ facit cõtra id quod nouimus ĩ natura. Hanc.n.
etiam appellamus naturã, cognitum nobis curſum
ſolitumq; naturæ, cõtra quẽ deus cũ aliquid facit,
magnalia uel mirabilia nominanẽ. Cõtra illã uero
ſummã naturæ legẽ, à notitia remotã, ſiue impios,
ſiue adhuc infirmos, tam deus nullo modo facit, q̃
cõtra ſeipſum nõ facit. Spiritalis aũt eademq; ratio
nalis creatura, in quo genere & anima humana eſt,
quãto amplius illius incõmutabilis legis luciſq; fit
particeps, tanto magis uidet qđ fieri poſsit, quidve
nõ poſsit: quãto aũt remotior inde fuerit, eo magis
miraẽ inſolita, quo minus cernit futura. Ac ꝑ hoc Cap. 4.
qđ de Helia factũ ſit, neſcimus: hoc de illo tñ credi
mus, qđ uerax ſcriptura teſtatur. Illud ſanẽ ſcimus,
hoc de illo factũ, quod dei uoluntas habet: qđ aũt
dei uoluntas non habet, fieri de quoquã oĩno non
poſſe. Proinde ſi mihi dicaẽ poſſe fieri, ut caro, uer-
bi grã, huius uel illius hominis ĩ corpus cęleſte mu
tetur, cõcedo fieri poſſe, ſed utrũ futurũ ſit neſcio:
& ideo neſcio, qa qđ habeat de hac re dei uolũtas,
me latet: illud me tñ nõ latet, ſine dubio futurum,

G ſi hoc dei uoluntas habet. Porro ſi audiã, q̃ aliqd
futurũ erat, ſed deus fecit ne fieret: fidiſsime reſpõ-
debo, illud potius futurũ erat qđ deus fecit, non il-
lud, qđ ſi futurũ eſſet, hoc nõ feciſſet: nam deus qđ
facturus erat, utiq; ſciebat: & ideo ſimul ſciebat il-
lud futurũ nõ fuiſſe, qđ ne fieret facturus erat: & ꝓ-
culdubio potius uerũ eſt quod ſcit deus, q̃ qđ opi-
natur homo: unde tam nõ poſſunt futura nõ fieri,
q̃ non fuiſſe facta præterita: qm̃ non eſt in dei uo-
luntate, ut eo ſit aliqd falſum quo uerũ eſt. Quapp
oĩa quæ uere futura ſunt, ſine dubio fient: ſi autẽ
facta nõ fuerint, futura non erant: ita oĩa quæ uere
Cap. 5. pręterita ſunt, ſine dubio pręterierunt. Quiſquis
itaq; dicit, Si oĩpotens eſt deus, faciat ut quæ facta
ſunt, facta nõ fuerint, non uidet hoc ſe dicere, Si oĩ-
potens eſt, faciat ut ea quæ uera ſunt, eoipſo quo
uera ſunt falſa ſint. Poteſt. n. facere, ut aliquid nõ ſit
qđ erat: tunc n. facit ut non ſit, qñ id eſſe inuenerit
de quo fiat: uelut cũ aliquẽ, qui cępit eſſe naſcẽdo,
facit nõ eſſe moriẽdo: hoc. n. factũ inuenit, de quo
fieret. Quis aũt dicat ut id, quod iam nõ eſt, faciat
non eſſe? Quicquid. n præteritũ eſt, iam non eſt: qđ
H ſi & de ipſo fieri aliqd poteſt, adhuc eſt de quo fiat.
Et ſi eſt, qũo præteritũ eſt? Nõ ergo eſt, qđ uere dici
mus fuiſſe: ſed ideo uerũ eſt illud fuiſſe, quia in nr̃a
ſnia uerũ eſt, non in ea re quæ iam nõ eſt. Sentẽtia
quippe, qua dicimus aliqd fuiſſe, ideo uera eſt, qa
illud de quo dicimus, iam nõ eſt. Hanc ſniam deus
falſam facere nõ poteſt, quia non eſt contrariũ ueri
tati. Qđ ſi quæras, ubi ſit hæc uera ſnia, prius inue-
nitur in aĩo noſtro, cum id uerũ ſcimus & dicimus.
Sed ſi & de aĩo noſtro ablata fuerit, cum id qđ ſci-
mus obliti fuerimus, manebit in ipſa ueritate. Sem
per. n. uerũ erit fuiſſe illud qđ erat, & non eſt: & ibi
uerũ erit iam fuiſſe qđ erat, ubi uerũ erat anteq̃ fie-
ret futurũ eſſe quod nõ erat. Huic ueritati deus nõ
poteſt aduerſari, in quo eſt ipſa ſumma & incõmu
tabilis ueritas, quo illuſtratur, ut ſit, quicquid in
quorumq; animis & mentibus uerũ eſt: oĩpotentẽ
aũt deũ non ita dicimus, ac ſi eum etiã mori poſſe
credamus: & qa hoc nõ poteſt, ideo nõ ſit dicẽdus
oĩpotens. Ille planè oĩpotens uere ſolus dicitur, qa
uere eſt, & à quo ſolo eſt, qcquid aliquo modo eſt
uel ſpiritale uel corporale: qa uniuerſa creatura ſua
I utitur ut ei placet. Placet aũt illi ſcd̃m uerã incõmu-
tabilemq; iuſtitiã, quod ipſe ſibi eſt, oĩa mutabilia,
cum ipſe ſit incõmutabilis, cõmutare pro meritis
ſiue naturarũm ſiue factorũ. Nunquid ergo dicturi
ſumus, q̃ Helias, cum eſſet creatura, mutari nõ poſ-
ſet, uel in deterius uel in melius: aut eo modo non
poſſet, qui eſſet humano generi inſolitus, ſi dm̃ dei
oĩpotentis uoluntatẽ? Quis hoc uel ſtultiſsimus di
xerit? Cur ergo qđ de illo in ſcriptura ueraciſsima
poſitũ eſt, non credamus, niſi putemus hoc ſolum
Cap. 6. poſſe facere deũ, quod uidere cõſueuimus? Sed ſi
homo fuit, inquit, Helias, & potuit nõ mori, cur xp̃s
cum homo non fuerit, nõ potuerit mori? Tale eſt,
ac ſi quiſquã diceret, Si potuit natura hoĩs in aliqd
melius cõmutari, cur dei natura ĩ deterius non po
tuerit? Stulte, qa hoĩs eſt natura mutabilis, dei autẽ
incõmutabilis. Poſſit n. & aliquis pariter inſaniſsi
mus dicere, Si homini poteſt donare, ut regnet in
æternũ, cur non & ſibi facere ut damnetur in ęter-
num? Non hoc, inqt, ego dico: ſed triduanam ſaltẽ
mortẽ dei, æternæ uitæ hoĩs comparo. Planè ſi ſic
acciperes triduanã mortẽ dei, ut caro in illo more- K
retur, quã de mortaliũ genere aſſumpſit, uerũ ſape
res: nam iſtam triduanã Xp̃i mortẽ, pp æternã uitã
hoĩum factam, ueritas Euangelica prædicat. Cum
autẽ uelis triduanã mortẽ, nulla mortali aſſumpta
creatura, in ipſa diuina natura ideo nõ abſurde cre
di, qa poteſt humana natura ĩmortalitate donari,
profecto ſic deſipis, qũo qui nec deũ noſti, nec do-
na dei. Deĩde qũo illud, qđ ſupra poſui, nõ dicis ac
ſentis, deũ ſibi feciſſe unde damnetur in ęternũ, qñ
pars illa dei ueſtri in globo ĩ perpetuũ configetur?
An & hoc dicturus es, qa pars lucis lux eſt, & pars
dei deus nõ eſt? Poſtremo ut ſine ulla ratiocinatio
ne & plana fidei ueritate à nobis audiatis, cur He- 4. Reg. 2.
liam hoĩem natũ, raptum eſſe diuinitus de terra cre Matth. 1.
damus: Xp̃m aũt & ex uirgine uere natũ, & in cruce & 27.
uere mortuũ? Hæc ideo credimus, quia & illud de
Helia, & hoc de Xp̃o ſancta ſcriptura teſtat̃, cui ne-
mo pius, niſi qui credit: impius nemo, niſi qui non
credit. Illud aũt de Helia uos negatis, qa oĩa ſimula
tis: De Xp̃o autẽ qđ naſci nõ potuerit & mori non
potuerit, nec uos dicitis: ſed eius ex uirgine natiui-
tatem nullã, mortẽ aũt in cruce falſam fuiſſe con- L
tenditis: hoc eſt etiã ipſam nullã, ſed ad ludifican-
dos humanos oculos ſimulatã, ad nihil aliud, niſi
ut ab eis qui iſta crediderint, etiã nobis oĩa mẽtien
tibus ignoſcatur. Quis aũt uobis proponat, qđ Cap. 7.
ſibi quaſi ex perſona catholica Fauſtus proponit,
Ieſus ſi natus non eſt, qũo mortuus eſt, niſi q paru
conſiderat ipſum Adã & natũ non eſſe, & tñ mor-
tuum eſſe? Si uoluiſſet ergo filius dei inde ſibi hu- Gene. 1.
manam carnẽ ueramq; formare, unde formauit & & 5.
illi primo homini, qm̃ oĩa per ipſum facta ſunt, qs
eũ nõ potuiſſe audeat affirmare? Si deniq; de cœle- Ioan. 1.
ſti uel aerea uel humida creatura corpus aſſumptũ
uellet cõmutare in humanæ carnis uériſsimã qua-
litatem, ĩ qua & uiuere ut mortalis homo poſſet &
mori, hoc eũ potuiſſe facere, quis oĩpotentẽ oĩpo-
tẽtis filiũ negare auderet? Poſtremo ſi uoluiſſet de
nullis elementis corporeis, quæ per eũ creata ſunt,
corpus aſſumere, ſed ꝓrſus ex nihilo ſibi creare ue-
ram carnẽ, ſicut per eũ creata ſunt cuncta quæ nõ
erant, quis nr̃m contradicere, quis nr̃m fieri nõ po-
tuiſſe contenderet? Nõ ergo ideo credimus natũ ex
uirgine Maria, q̃ aliter in uera carne exiſtere atq; ho M
minibus apparere nõ poſſet, ſed qa ſic ſcriptũ eſt in
ea ſcriptura, cui niſi crediderimus, nec xp̃iani, nec
ſalui eſſe poterimus. Credimus ergo ex Maria uirgi
ne natũ Xp̃m: quia ſic ſcriptũ eſt in Euangelio, Cre Matth. 1.
dimus crucifixũ & mortuũ: quia ſic ſcriptũ eſt in & 27.
Euangelio, Et uere natũ & uere mortuũ, qa ueritas
eſt Euangeliũ. Cur aũt illa oĩa in carne ex utero fę-
minæ aſſumpta, pati uoluerit, ſumma cõſilij penes
illũ eſt. Siue q̃ utrunq; ſexum, quẽ creauerat, etiam
hoc modo cõmendandũ honorandũq; iudicauit,
aſſumendo formã uiri, & naſcẽdo de fœmina: ſiue
aliqua alia cauſa, quęnã illa ſit, nõ temere dixerim.
Illud tñ fidenter dicã, nec aliter factũ eſſe, q̃ Euange
lica ueritas docuit: nec aliter fieri oportuiſſe, q̃ dei
ſapientia iudicauit. Euãgelij fidẽ oĩbus hæreticorũ
diſputationibus anteponimus, conſiliũ aũt ſapien
tiæ dei, ſupra oẽ conſiliũ creaturæ cuiuſcunq; lau-
damus. Tñ Fauſtus, ut ſibi credamus, hortatur Cap. 8.
dicẽs, Etſi mihi uera dicenti nõ credere, uterq; eorũ
apud Hebręos falſã traxit opinionẽ: Ieſus de morte

A & de immortalitate Helias: cum pauloпoſt dicat, Vt.n.ab initio ſumpta hoīs ſimilitudine, oēs humanæ cōditionis ſimulauit affectus, ſic ab re non erat, ſi in fine quoq; cōſignandę œconomię gratia fuiſſet uiſus & mori. Homo peſſime ac fallaciſſime, q̄uo tibi ego credam, quaſi uera dicēti, cū Xp̄m dicas mortē potuiſſe mentiri? Ergo ille mētiebaī, q̄n
Lucæ.24. dicebat, Oportet filium hoīs occidi, & tertia die re
Matt.16. ſurgere: & tu nō mentiris, & dicis, ut tibi uera dicē
Ibidem. ti credamus? Veracior ergo Petrus, q̄n ei dixit, Ab
Marci.8. ſit dn̄e, non fiet iſtud: & unde meruit audire, Redi retro Satanas. Et ille qdē nō hoc infructuoſe audiuit, qui eā poſtea ueritatē mortis Xp̄i, uſq; ad ſuam mortē correctus pfectuſq; pdicauit. Verum ſi ille, qa tantum putauit Xp̄m non moriturū, audire meruit, Satanas: tu qd mereris audire, qui non ſolū negas mortuum, ſed ēt dicis mortem fuiſſe mentitū? Sed ideo, inqt, mortem quoq; ſimulaſſe credendus eſt, qa oēs humanæ cōditionis ſimulauit affectus. Quis.n. tibi hoc contra euāgeliū cōceſſurus eſt, q̄ oēs humanę conditionis ſimulauit affectus? Prorſus
B dixit Euāgeliſta, Dormiuit Ieſus: dixit, eſuriuit,
Matt.4. cōtriſtatus eſt, exhilaratus eſt, & ſi qua talia oia ue
8.&26. ra ſunt, quę ita narrata ſunt, ut non eum ſimulaſſe,
Lucæ.10 ſed plane feciſſe uel exhibuiſſe cōſcripta ſint: ſanè nō neceſſitate cōditionis, ſed magiſterij uolūtate, & diuina ēt ptāte. Nā homo plerunq; etſi nolit, iraſcitur: et ſi nolit, cōtriſtaī: etſi nolit, dormit: etſi nolit, eſurit ac ſitit, ille aūt oia iſta fecit, qa uoluit. Sic ēt naſcuntur hoīes atq; patiuntur, non quia nolūt, nec q̄ uolunt: ille autem etiam iſta quia uoluit. Tn̄ uera hæc & de illo fideliter ueraciterq; conſcripta ſunt, ut quiſquis euangelio eius crediderit, ueritate inſtruatur, non mendaciis illudatur.

Libri uiceſimiſexti finis.

LIBER VICESIMVSSEPTIMVS.

Cap.1.

Fauſtus dixit, Si natus non eſt Ieſus, nec paſſus eſt: ſi autē paſſus eſt, ergo & natus eſt. Non nobis expedit, mihi credite, in his rebus conſequentiā q̄rere naturę,
C alioqn infirmabitur oīs ueſtra
Matt.1. fides. Nam & uos Ieſum ex uirgine natū, ſine uirili coitu creditis: & ſi ex cōſequentibus priora pbanda ſunt, erit hoc falſum. Poterit enim & uobis rn̄deri in hunc modū: qa ſi natus eſt ex fœmina Ieſus, ergo & ſeminatus ex uiro eſt. Si uero ſeminatus ex uiro non eſt, ergo nec natus ex fœmina eſt. Potuit aūt, ut uos creditis, naſci nō ſatus:
Cap.2. quare ergo non potuerit & pati non partus? Auguſtinus rn̄dit, Nemo tibi pponit q̄d tibi pponis, niſi imperitus quē decipis, nō inſtructus á quo cōuincaris. Nam Ieſus & naſci potuit non ſatus, & pati non partus, ſed unum hor̄ uoluit, alterū noluit. Naſci.n. non ſatus uoluit, pati aūt non partus noluit: qa partus eſt paſſus. Dicis mihi, Vn̄ ſcis? Quia hoc in euāgelio ueritatis lego. Si aūt tibi dicā, unde ſcis iſta quę dicis, Manichæi mihi oppōis authoritatē, & dicis eſſe in euāgelio falſitatē. Ego aūt Manichæo iſta dicenti nō crederē, nec ſi non mihi Xp̄m mētitum eſſe laudaret. Q̄d qdem in Chriſto non inuenit, ſed quid ipſe diligat, prodit.

Libri uiceſimiſeptimi finis.

LIBER VICESIMVSOCTAVVS. D

Fauſtus dixit, Sed non poterat mori, niſi natus eſſet. Et ego reſpondeo, Nec naſci poterat, niſi deus nō eſſet: at ſi potuit & deus eſſe & naſci, quare [non] & non naſci potuerit & mori? Vides ergo utile ſatis non eſſe, in his cōſequentiā quęrere, aut argumētis initi, cū de rebus agitur quæ ptineāt ad Ieſum. Sed q̄rendum potius eſt, qd ipſe de ſe, quidue Apoſtoli ſui de eodem prędicarint. Ipſaq; adeo ptractanda genealogia eſt, & uidendum ſi ſibi cōueniat, nō ex cōiectura paſſionis, natiuitatis eius exquirere ueritatem: qa & pati non natus potuit, & natus minime pati, præſertim ipſis uobis fatētibus deo eſſe impoſſibile nihil: qd erit & ipſum falſum, ſi hoc cōſtiterit, non potuiſſe mori non natum. Auguſtinus rn̄dit, Iterū ac ſæpe tibi pponis, qd non audis ab eis à qbus confutaris. Nemo tibi dicit, Non poterat mori, niſi natus eſſet: qa mortuus eſt Adam, q̄uis natus non fuiſſet:
E ſed dicitur tibi, Natus eſt, qa hoc ſanctum Euangelium, nō neſcio qs hereticus loquitur: mortuus eſt, qa hoc in ſancto euāgelio, nō i libro alicuius hęretici legitur. Sed tu qui, phibes argumentari, cum de rebus agitur, quæ ptinent ad Ieſum: & q̄rendū cenſes qd ipſe de ſe, quidue Apoſtoli ſui de eodem prędicarint: cum cœpero Matthæi Euangelium recitare Apoſtoli eius, ubi narratio natiuitatis eius tota contexiī, continuo dices illā narrationem nō eſſe Matthęi, quā Matthęi eē dicit uniuerſa eccleſia, ab apoſtolicis ſedibus uſq; ad pſentes epos, certa ſucceſſione perducta. Tu mihi qd contra lecturus es? Aliquem forte librū Manichæi, ubi Ieſus negaī eſſe natus ex uirgine. Sicut ergo ego credo illū librū eē Manichæi, q̄m ex ipſo tpe, quo Manichęus uiuebat in carne, p diſcipulos eius certa ſucceſſione prępoſitorum ueſtrorū ad ueſtra uſq; tpa cuſtoditus atq; perductus eſt: ſic & iſtum librū crede eſſe Matthęi, quem ex illo tpe, quo Matthęus ipſe in carne uixit, non interrupta ſerie tempor̄, Eccleſia certa connexionis ſucceſſione uſq; ad tpa iſta perduxit. Et dic
F mihi, cui libro potius credere debeam, eiúſne Apoſtoli, qui Xp̄o, cum adhuc in terra eſſet, adhæſerat: an neſcio cui Perſæ, q tanto poſt natus eſt? Sed aliū forte pfers librum, qui nomē habeat alicuius Apoſtoli, quem à Xp̄o conſtat electum, & ibi Xp̄m natum ex Maria non eſſe, lecturus es. Cum ergo neceſſe ſit alterum hor̄ librorum eſſe mendacē, cui nos potius cenſes fidem accōmodare debere? Eine, quem illa eccleſia ab ipſo Xp̄o ichoata, & per Apſos prouecta certa ſucceſſionum ſerie, uſq; ad hæc tēpora toto terrar̄ orbe dilatata, ab initio traditum & cōſeruatū agnoſcit atq; approbat: an ei, quē eadē eccleſia icognitū reprobat, cū ēt pferatur ab hoibus ita ueracibus, ut Xp̄m laudent eſſe mentitū? Hic
Cap.3. dicturus es, genealogia ipſa cōſideretur duor̄ euā
2.Retr.7 gelij libror̄, utrū ſibi conueniat. Iam hinc alibi in
Supra li. hoc ope diximus, qd dicēdum fuit. Neq;.n. uos mo
3.cap.2. uet, niſi queādmodum duos patrēs potuerit hr̄e Ioſeph. Qd̄ ſi cogitātibus nō occurriſſet unus qui genuit, alius q adoptauit, nec ſic facile debuiſtis aduerſus tātā authoritatē pproperā pferre ſniam. Nūc uero ſi uel admoniti cogitatis q̄ hoc fieri potuerit,

Cap.2. (right margin, beside "Auguſtinus rn̄dit, Iterū ac ſæpe…") — Cap.1. (right margin, beside "Fauſtus dixit, Sed non poterat")

G Euangelio ſimplr credite, & uos potius tā male ac
Cap. 4. peruerſe argumentari deſiſtite. Quod aũt putat
quærendũ eſſe Fauſtus, qd de ſe Ieſus ipſe ꝑdicaue-
rit, cui nõ iuſtũ uideatur? Sed nunqd hoc ſciri põt,
niſi diſcipulis eius narrãtibus? Quibus ſi nõ credi
tur annunciãtibus, ꝙ de uirgine natus ſit, quõ eis
fides habebitur, annũciantibus ꝙ de ſe ipſe prædi
cauerit? Si.n. ꝓlatæ fuerint aliquę literæ, quę nullo
alio narrante, ipſius ꝓprie Xpi eſſe dicantur: unde
fieri potuerat, ut ſi uere ipſius eẽnt, nõ legerenṫ, nõ
acciperenṫ, non ꝑcipuo culmine authoritatis emi-
nerent in eius eccleſia, quę ab ipſo per apl̃os ſucce-
dentibus ſibimet ep̃is, uſq; ad hæc tp̃a propagata
dilatatur. multis in ea iam cõpletis, quæ ante ꝑdi-
cta ſunt, & uſq; in finem quæ reſtant, ſine dubio fu
turis atq; uenturis: qa & illæ literæ ſi ꝓferrenṫ, utiq;
cõſiderandum erat a qbus proferrenṫ. Si ab ipſo, il
lis primitus ſine dubio ꝓferri potuerũt, qui tũc ei-
dem cohęrebãt, & per illos ẽt ad alios ꝑuenire. Qd'
ſi factũ eſſet, per illas quas cõmemoraui ꝑpoſitoꝝ
& ppl'oꝝ ſucceſſiones cõfirmatiua authoritate cla-
reſcerent. Quis eſt ergo tam demens, qui hodie cre
H dat eſſe epiſtolã Xpi, quam protulerit Manichæus,
& non credat facta uel dicta eſſe Xpi q̃ ſcripſit Mat
thæus? Aut ſi ẽt de Matthæo, utrum ipſe iſta ſcripſe
rit, dubitat, de ipſo quoq; Matthæo non potius id
credat, qd inuenit in eccleſia, quę ab ipſius Matthęi
tp̃ibus uſq; ad hoc tp̃s certa ſucceſſionum ſerie de-
claratur: & credat neſcio cui, ex trãſuerſo de Perſi-
de, poſt ducentos & amplius annos uenięti, & ſua-
denti ut illi potius, qd Xp̃s dixerit feceritq;, credaṫ:
Gala. 2. cum ipſe apl̃s Paulus poſt aſcenſionem dñi de cœ-
lo uocatus, ſi non inueniret in carne Apl̃os, qbus
cõmunicando, & cum qbus cõferendo euangeliũ,
eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, eccleſia illi oĩno
non crederet? Sed cũ cognouiſſet eum hoc annun-
ciantem, qd ẽt illi annunciabãt, & in eoꝝ cõmunio
ne atq; unitate uiuentẽ, accedẽtibus ẽt per eum ta-
libus ſignis, qualia & illi operabãtur: ita eum dño
cõmendante, meruit authoritatem, ut uerba illius
hodie ſic audiantur in eccleſia, tanq̃ in illo Xp̃s, ſi-
cut ipſe ueriſſime dixit, locutus audiatur. Et putat
Manichęus credi ſibi debere ab eccleſia Xpi, loquẽ
ti contra ſcripturas, tãta & tam ordinata authorita
I te firmatas: per quas ei ꝑcipue cõmendatum eſt, ut
Galat. 1. qſqs illi annunciauerit, præterq̃ qd accepit, anathe
Cap. 5. ma ſit. Sed rõnẽ, inqt, ꝓfero, qua demõſtrem ſcri
pturis illis nõ eẽ credendũ. Certe nõ argumẽtaris,
& tñ in ipſa quoq; argumentatione ſuperaris. Ad
hoc.n. redigiṫ oĩs argumentatio tua, ut ad extremũ
credat aĩa, ideo ſe in hoc mundo eſſe miſerã, qa mi
ſeria ſua deo ſuo ſubuenit, ne ille regno priuaretur:
eiuſq; naturã atq; ſubſtantiã uſqueadeo eſſe muta-
bilem, corruptibilẽ, uiolabilẽ, coinquinabilem, ut
pars eius q̃dam nec mundari ualeat, & ab ipſo, qui
eã ſciens innocentẽ de ſuis uiſceribus, nihilq; apud
ſe peccantẽ, tantę cõtaminationi ꝓnuſcuit, æterno
globi ſupplicio puniaṫ. Iſte finis eſt oĩum argumen
tationũ, fabularumq; ueſtraꝝ, quaꝝ utinã ſit finis,
ſed in corde & in ore ueſtro, ut aliqñ tam execran-
das blaſphemias credere ac dicere deſinatis. Sed ex
ipſis, inqt, literis probo, q̃ eis non ubiq; credendũ
ſit, qm̃ contraria ſibi loquũtur. Cur nõ ergo dicis
potius nuſquã eis eſſe credendum, tanq̃ inconſtan
tibus ſeſeq; impugnãtibus teſtibus? Sed hoc, inqt,
deligo qd conſentaneum uideo ueritati. Cui uerita K
ti? Fabulæ.ſ. tuæ, hñte in capite bellum dei, in me-
dio contaminationẽ dei, in fine damnationẽ dei.
Et nuſquam, inqt, creditur literis ſibimet aduerſis
atq; contrariis. Sed ideo tibi hoc uidetur, qa nõ in-
telligis: nam & q̃cqd protuliſti, quod tale uidereṫ,
demonſtratum eſt quàm non intelligas: & quicqd
protuleris, demonſtrabitur. Nulla ergo cauſa eſt,
quare illis literis, tanta authoritate præditis, nõ cre
damus: & planè iſta maxima cauſa eſt, cur eos, qui
aliud annuncient anathematizemus.

Libri uiceſimioctaui finis.

LIBER VICESIMVSNONVS.

F Auſtus dixit, Ergo magia erat, Cap. 1.
ꝙ uiſus ac paſſus eſt, ſi natus nõ
eſt. Eadem in te uiciſſim argu-
mentatio retorquetur, ut magia
& illud fuerit, ꝙ utero portatus,
aut ꝙ ęditus ſit, ſi ſeminatus nõ
fuit. Extra legem naturæ eſſe cõ L
ſtat uirginem peperiſſe, multoq; magis inuentam
ẽt poſt partum uirginem. Quare ergo & hoc pręter
naturã non uis ut contigerit, pati eam potuiſſe uo
lentem, ſine ſorte natiuitatis? Mihi crede quantum
ad rem attinet, utriq; in hoc naturæ cõtraria ꝓfite-
mur: ſed hoc intereſt, ꝙ nos honeſte, uos turpiter.
Nos paſſionis eius rõnem aliquã reddimus & pro-
babilem, uos natiuitatis aut nullam præſtatis, aut
falſam. Deniq; nos ſpecietenus paſſum cõfitemur,
nec uere mortuũ: uos pro certo puerperiũ fuiſſe cre
ditis, & utero muliebri portatum. Aut ſi ita nõ eſt,
fateamini & uos qa hoc ẽt imaginarie ſit factũ, ut
uideretur natus, & oĩs nobis erit profligata cõten-
tio. Nam illud qdem, qd ſæpe affirmare ſoletis, ne-
ceſſario eum eẽ natum, qa aliàs hoibus uideri aut
loqui non poſſet, ridiculũ eſt, cũ multoties, ut iam
ꝓbatum a ueſtris eſt, angeli & uiſi hoibus & locu-
ti eſſe monſtrentur. Auguſtinus rñdit, Nõ uobis Cap. 2.
dicitur magia eſſe, ut qui natus non fuerit, moriaṫ,
nam hoc in Adam factum eſſe iam ſupra cõmemo
rauimus: ſed & ſi nunq̃ fuiſſet, & dñs Xp̃s ita uenire
uoluiſſet, ut non ex uirgine aſſumpta, ſed tñ in ue-
ra carne apparens, non uera morte redimeret, quis M
eum nõ potuiſſe dicere auderet? Sed illud melius
erat, qd fecit, ut ẽt de uirgine naſceretur: & utrunq;
ſexum, pro quo liberando moriturus erat, dignare
tur ẽt cõmendare naſcendo, maſculino ſuo corpo
re ex fœmina ꝓcreato: contra uoſipſos maxime fa
cto ipſo loquens, uoſq; ſubuertens, qui maſculũ &
fœminã, non dei, ſed diaboli opus eſſe prædicatis.
Sed illud eſt, qd magiæ ſimile dicimini aſſerere, ꝙ
paſſionem mortemq; eius ſpecietenus factã & falla
citer dicitis adumbratã, ut mori uideretur qui non
moriebatur. Ex quo fit, ut eius quoq; reſurrectio-
nẽ umbraticã imaginariã, fallaceq; dicatis. Neq;.n.
eius, q nõ uere mortuus eſt, uera eẽ reſurrectio põt:
ita fit, ut & cicatrices diſcipulis dubitãtibus falſas
oſtẽderit: nec Thomas ueritate cõfirmatus, ſed fal
lacia decept⁹ clamaret, Dñs me⁹ & deus meus: & tñ Ioan. 20.
pſuadere conamini, lingua uos loq uerũ, cũ Xp̃m
dicatis toto corpore fuiſſe mentitũ. Hæc ſunt q̃ uo
bis obiiciunṫ, q talẽ Xp̃m uobis finxiſtis, cui⁹ diſci
puli ueri nõ ſitis, niſi mẽdaces uos quoq; fueritis.

A Non autem ideo magia uideri põt, nata ex uirgine
hominis caro, quia caro Xp̄i ſola ita nata eſt: ſicut
nec illa magia eſt, qa ſola Xp̄i caro die tertio reſur-
rexit, nunq̃ ulterius moritura. Alioquin oia mira-
cula dei magica erũt, qa ſingulariter facta ſunt: ſed
uere facta ſunt, uerũq; oſtenderunt, non oculos ho
minum p̄ſtigijs fallacibus illuſerunt. Quæ quidẽ
contra naturam plerunq; appellanſ: non φ naturæ
aduerſentur, ſed φ naturæ modũ, qui nobis eſt uſi
tatus, excedant. Repellat ergo dñs à paruulorũ ſuo
rum mentibus, quod quaſi admonendo Fauſtus p
ſuadere conatus eſt, ut etiam nos imaginariã, non
ueram natiuitatem Xp̄i profiteamur, atq; ita inter
nos ois contentio finiatur: imò uero maneat no-
bis aduerſus illos potius pro ueritate certamen,
Cap. 3. quàm cũ illis in falſitate cõcordia. Veruntñ quę
ro ab eis, ſi noſtra contentio terminaſ, cum hoc
dixerimus, cur hoc ipſi non dicunt: cur ipſi mor-
tem non uerã, ſed imaginariam Xp̄i affirmant: nati
uitatem autem nõ ſaltem talẽ, ſed prorſus nullam
dicere delegerunt, Si authoritatis Euangelicæ pon
B dere erubuerunt, & ideo non auſi ſunt Chriſtum
non ſaltem imaginarie paſſum dicere, natiuitatem
Matth. 1. quoq; eius eadẽ Euangelica teſtaſ authoritas. Etſi
Lucæ. 2. enim duo Euangeliſtę ipſum partũ Mariæ narraue
runt, nullus tñ Euangeliſtarum tacuit, φ habuerit
matrem Ieſus. An ideo piguit ẽt hoc prędicare ſi
mulatum, quia generationes alias Matthæus, alias
Lucas exequitur, unde uidenſ non ſibi conuenire?
Sed da hominem qui non intelligat, putabit ẽt in
Matth. 3. multis. q̃ ad Chriſti paſsionem pertinent, Euange
Ioan. 2. liſtas ſibi non conuenire: da uero qui intelligat, &
ubiq; conueniunt. An qa mortem ſimulare hone-
ſtum eſt, natiuitatem autem etiam ſimulare turpe
eſt? Cur ergo nos hortatur hoc cõfiteri quo poſsit
noſtra conuentio ꝓfligari? Vñ ergo mihi uideatur
natiuitatem Xp̄i, nec ſaltẽ ſicut mortem ſimulatã,
ſed prorſus nullã p̄dicare uoluiſſe, in conſequenti
ſermone apparebit, ubi alteri rñdebimus queſtio-
Cap. 4. ni. Abſit aũt ut ſit in mẽbris ſanctorũ etiam ge-
2. Reg. 7. nitalibus aliqua turpitudo. Dicunſ quidẽ inhone
ſta, qa non habent eã ſpeciem decoris, quã mẽbra
C q̃ in ꝓmptu locata ſunt. Sed uidete qd dicat Apo-
ſtolus, cũ ex ipſa mẽbrorũ corporis noſtri unitate
atq; compage, charitatem pſuadet eccleſiæ. Multo
magis, inqt, quę uidẽtur mẽbra corporis infirmio
ra eſſe, neceſſaria ſunt, & q̃ uidenſ uiliora eſſe cor-
poris, ijs abundatiorem honorẽ circũponimus, &
q̃ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorẽ honeſtatẽ
habent: q̃ autẽ honeſta ſunt noſtra, non opus ha-
bent: ſed deus tẽperauit corpus, ei cui deerat maio
rẽ honorẽ dans, ut non eſſent ſciſſurę in corpore.
Illicitus itaq; & tẽperantiæ legibus non ſubiectus,
mẽbrorũ illorũ uſus eſt turpis: non ipſa mẽbra, q̃
non ſolũ in excellẽti itegritate cœlibes & uirgines
ſeruãt, ſed ipſi cõiugati ſancti patres ac matres, ſic
eis generationi tm̃modo conſulentes utebantur,
ut ille naturalis motus nullo mõ turpis eſſet, q nõ
libidini, ſed rõni ſeruiret. Quãto magis ergo in ſan
cta uirgine Maria, q̃ Xp̄i carnẽ fide concepit, nihil
habuerunt turpitudinis mẽbra, q̃ nec humano li-
citoq; cõceptui, ſed diuino tm̃ partui ſeruierũt. Me
rito planè ſic honeſtata, ut nobis Xp̄m, quem cor-
dibus integris credẽdo cõciperemus, & cõfitendo
quodãmodo pareremus, ẽt corporaliter ſeruata in
tegritate transfunderet. Nullo mõ. n. Xp̄s matrem D
naſcendo faceret deteriorem, ut cui munus fœcun
ditatis attulerat, decus uirginitatis auferret. Hęc ue
raciter, non fallaciter facta ſunt, ſed noua ſunt, ſed
inſolita ſunt, ſed contra naturæ concurſum notiſ-
ſimũ ſunt, qa magna, qa mira, qa diuina: & eo ma
gis uera, certa, firma. Et angeli, inqt, uiſi, & locuti
ſunt, quanuis nati non fuerint: quaſi nos dicamus
Chriſtũ, niſi naſceretur ex fœmina, nec loqui po-
tuiſſe. Potuit, ſed noluit: & hoc melius eſt qđ nolu
it. Hoc aũt eum uoluiſſe ideo certũ eſt, qa hoc fecit
qui nihil neceſsitate, ſicut deus neſter faceret: ſed
oia uolũtate. Hoc uero eũ feciſſe, iõ nõ dubitam⁹,
qa nõ cuiquã hæretico, ſed eius Euãgelio credim⁹.

Libri uiceſiminoni finis.

LIBER TRICESIMVS.

FAVSTVS dixit, De nobis iamdu- Cap. 1.
dũ Paulus ſcripſit, qa diſcedent qui- 1. Tim. 4
dam à fide, intendentes ſpiritibus ſe-
ductorijs, doctrinis dęmoniorũ, in E
hypocriſi loquentes mendaciũ, cau-
teriatã habentes conſcientiã ſuam, ꝓhibentes nu-
bere, abſtinentes à cibis, quos deus creauit ad per
cipiendum cum gratiarũ actione fidelibus. Nunq̃
planè tibi ego hæc ab Apoſtolo dicta eſſe conſen-
ſerim, niſi antea cõfitearis ipſe, Moyſen & Prophe-
tas doctrinas attuliſſe dęmoniorum, & ſeductorij
ſpiritus ac maligni fuiſſe interpretes, qui à porcina
& cæteris carnibus, quas imundas uocant, ſolicite Leui. 11.
doceant abſtinendũ. De his ergo primo deliberã- Eſaiæ. 65
dum uobis eſt, & diu multũq; cogitãdum, ecquid
debeat accipi, in deòne ipſi hęc, an in dęmonio lo
cuti uideanſ. Hac. n. tenus, aut Moyſes & Prophetę
nobiſcum dãnati erũt, aut & nos cũ illis abſoluti.
Neq;. n. iſta hæc nunc ueſtra ſñia eſt, ut nos qui-
dem, qui ſolũ in plebe ſacerdotale hoium genus,
cẽſeamus à carnibus abſtinere debere dęmoniorũ
doctrinę uideamur uobis aſſectatores: ueſtros ue-
ro Prophetas, atq; ipſum adeo Moyſen, q prim⁹ nõ
antiſtibus ſolũ, ſed oi confuſe hoium cœtui ſuilla F
interdixerit, & leporina, & hericina carne, & ſepijs
ac loliginibus, cęteriſq; generibus piſciũ carẽtib⁹
ſquama, nõ in ſpiritu ſeductorio hoc, nec in doctri
na dęmoniorũ, ſed in deo poti⁹, & in ſancto ſpiritu
locutos eẽ arbitremini. Igiſ ut hoc tibi iterim Pau
lũ dixiſſe concedã uictus tñ abs te nõ ante fuero, q̃
tu Moyſen dãnaueris & Prophetas, ut qđ rõne cõ
uictus & ueritate, nunq̃ fortaſſe feciſſes, id nũc ue-
tris cauſa facere uidearis, blaſphemare Moyſen.

Eſt uero & aliud de trib⁹ pueris apud nos in Da
niele, ꝑ qđ uehemẽter pinde cõfundemini, ſi iſtud Cap. 2.
cõſtiterit, à cibis abſtinere, dęmoniorũ eſſe religio. Danie. 1.
Illi. n. nõ tm̃ ab iterdictis lege, ſed ẽt à cõceſsis ab- 1. Tim. 4
ſtinuiſſe leguntur: quos uehemẽter mirari ſoletis, &
in martyrib⁹ numerare, cũ ſint & ipſi doctrinã aſſe
cuti dęmoniorũ, ſi hoc eẽ Apoſt teſtimoniũ cõſtat.
Ad hęc & Daniel ipſe trib⁹ hebdõmadis dierũ ieiu-
naſſe ſe phibet & carnẽ nõ ediſſe nec bibiſſe uinũ, Dan. 10
dũ exoraret ꝓ populo ſuo. Quid ergo & hic in do-
ctrina ſe dęmoniorũ magnificat, & ď ſeductorij ſpi
rit⁹ cõmẽto gloriã captat? De uobis uero qđ di- Cap. 3.
cõ. i. de Chriſtianiorib⁹ apud uos, quorũ nõnulli q-
dẽ porcina, pleriq; uero q̃drupede oi, alij ẽt cũcto Leui. 11.

G animali penitus abſtinent, fertq́ ob hoc in oculis
eos oīs Eccleſia, & ſumma cum ueneratione ſuſci-
piens, ſolū non deos exiſtimat. Nec uidetis indoci
les, qa ſi hoc uerū, & ab Apl'o dictū teſtimonium
eſt, dęmonioꝝ & ipſi ſūt Iudificati doctrinis. Quid
uero & de illo dicemus, qđ ſanè fruſtrari qs audeat
aut negare, cū conſtet hoc inter oēs, & æque p or-
bē terrarū quotannis ọi cū ſtudio celebreſ in con
1. Tim. 4 uētu catholico, Dico aūt quadragęſimā, q̃ qui in
ter uos rite obſeruandā putauerit, abſtineat neceſ
ſe eſt oībus his, q̃ capitulum hoc à deo ad pcipien
dum nobis creata dicit, & dęmonioꝝ inſup do-
ctrinā uocat abſtinentiā prædictorū. Quid ergo &
uos chariſsimi titúne tunc dęmonioꝝ uinitis, cum
hęc à uobis paſſionis Chiſti celebranſ myſteria, &
ſeductorij ſpiritus fraude decipimini, & in hypocri
ſi loquimini mendaciū, & cauteriatā habetis con-
ſciētiā ueſtrā? Qđ ſi horum nihil uos, nec nos igiſ.
Quid ergo ſibi uult capitulū hoc, aut à quo ſcri-
ptū putabimus, & contra quos, qđ nec ueteris te-
H ſtamenti traditiones, nec noui cōfirmet ſcita? Siq-
dē hoc ab oīb⁹, ut ex uobiſipſis apparet: illud ue-
ro quāuis à qbuſdam, abſtineri tñ docet: ſnia uero
hęc ueſtra cunctā penitus carnaliū ciboꝝ abſtinē
tiam, dęmoniorū uult eſſe doctrinas Cui ſi & uos
creditis, eadē ſæpius dixero, Dānate Moyſen, renū
ciate Prophetis, ferte parē & de uobipſis ſniam: qa
ut illi ſemper à quibuſdā ciborum, ſic uos interdū
Cap. 4. abſtinetis ab oībus. Aut ſi Moyſes uobis & Pro
phetæ, cū eſcas dijudicant, dei legē ſancire uidenſ
Dani. 10 & non demoniorū: ſi Daniel in ſpiritu ſancto ob
Dani. 1. ſeruauit tres hebdomadas: ſi Ananias, Azarias, &
Miſael pueri, diuinæ mentis inſtinctu, oleribus uti
maluerunt & leguminibus: ſi deniq; in uobis quot
quot abſtinent, non à dęmonibus īpulſi id faciūt
ſi quadrageſima ſine uino & carnibus non ſupſti
tioſe à uobis, ſed diuina lege ſeruaſ: uidete q̄ſo ui-
1. Tim. 4 dete, ne ſummæ dementiæ hoc ſit à Paulo dictum
putare, ꝙ dęmoniorum doctrina ſit abſtinētia oīs
ciborū, & ꝓhibentes nubere: quēadmodū nec il-
lud, qđ dicit ēt uirgines dicare Chriſto, dęmonio
I rum eſſe doctrinas, qđ uos pinde ſine cōſideratio
ne legētes, ut cætera, ad nos ſubinde reſpicitis, nec
uidetis hunc & uirgines ueſtras dæmoniorū do-
ctrina captas notari, & uos eſſe antiſtites dęmonio
rum, qui certatim ſemp ad hanc eas incitetis ꝓfeſ-
ſionem ſuaſionibus ueſtris, ut penè iā maior in ec
cleſijs oībus uirginū apud uos, quàm mulierū nu-
meroſitas habeaſ? Quid ergo? Num & uos iā deſi-
ſtitis à talibus inceptis? Quid in fraudē miſeras in
ducitis filias hoīum, ſi non in eis Xp̄i uoluntas im
pleſ, ſed dęmoniorum? Et tñ hoc nobis primo rñ-
deatis, uelim, utrum oīno uirgines facere, doctrina
ſit dęmonioꝝ, an ſolū per ꝓhibitionē facere nubē
di? Si p prohibitionē, nihil ad nos, nam & ipſi tam
ſtultū iudicamus inhibere uolentē, quàm nefas &
ipſū ſatis nolentē cogere. Si uero fauere huic quo-
que ꝓpoſito, & non reluctari uolenti, id quoq; do
ctrinam putatis eſſe dæmoniorū, taceo nunc ue-
ſtrum pículū, ipſi iam timeo Apo'lo, ne dęmonioꝝ
doctrinā intuliſſe tunc Iconio uideaſ, cum Theclā
oppigneratā iam thalamo, in amorē ſermone ſuo
ppetuæ uirginitatis incendit. Quid uero & de ma
giſtro ipſo dicemus, ac ſanctimoniæ totius autho
tradita. re Ieſu, & hui⁹ ipſi⁹ ꝓfeſſiōis puellarū cœlibe ꝓpō-
ſo, qui in Euangelio tria genera taxans ſpadonum K
Matt. 19. unū natiuum, alterū factitiū, tertium uolūtarium,
eis tñ palmā attribuit, q ſeipſos, inqt, ſpadones fece
runt pp regnum cœlorū: ſignificans uirgines, &
pueros, q nubendi ipſa à cordibus ſuis execta cu-
piditate, ſpadonū uice in eius Eccleſia ſemp, tan-
quam in domo regia conuerſenſ. Quid ergo? Et
hęc uobis doctrina uideſ eſſe dęmoniorum, & in
ſeductorio ſpiritu dictū? Et quis erit alius in deo
loquens, ſi Paulus & Xp̄s dęmoniorū probantur
fuiſſe ſacerdotes: Mitto.n. cæteros eiuſdē dñi no-
ſtri Apl'os, Petrum, & Andreā, Thomā, & illum in
expertē Veneris inter cæteros beatū Ioannē, qui p
diuerſa ꝓfeſsionē boni iſtius inter uirgines ac pue
ros diuino pconio cecinerunt, formā nobis atque
adeo uobiſipſis faciendarū uirginū relinquentes.
Sed hos quidē, ut dixi, p̄tereo, qa eos uos excluſi-
ſtis à canone, facileq́ mente ſacrilega ueſtra dęmo
niorū his poteſtis iportare doctrinas. Num igitur
& de Criſto eadē dicere poteritis, aut de Apl'o Pau
lo, quē ſimiliter ubiq; conſtat, & uerbo ſemp præ- L
tuliſſe nuptis innuptas, & id opere quoq; oſtendiſ
ſe erga ſanctiſsimam Theclā? Quod ſi hęc dęmo-
niorū doctrina non fuit, quā & Theclæ Paulus, &
cæteri cæteris annūciauerunt Apoſi, cui credi iam
poterit hoc ab ipſo eſſe memoratū, tanquā ſit dæ-
moniorum uolūtas & doctrina, ēt perſuaſio ſan-
ctimoniæ? Non ergo eſt interim qđ uos exiſtime-
tis ſolis hortamentis uirgines facere, & non ꝓhibi
tione nubēdi. Nobis.n. quoq; hocipſum inſitū eſt
& demens ꝓfecto ille non tm̄ ſtultus putādus eſt,
qui id exiſtimet lege priuata ꝓhiberi poſſe, qđ ſit
publica cōceſſum: dico aūt hocipſū nubere. Qua
propter & nos hortamur quidē uolentes ut pma-
neant, non tñ cogimus inuitas ut accedant. Noui-
mus.n. quantū uoluntas, quantū & naturæ ipſius
uis ēt contra legē publicā ualeat, nedum aduerſus
priuatam, cui rñdere ſit liberum, nolo. Si igiſ hoc
modo uirgines facere ſine crimine eſt, extra culpā
ſumus & nos: ſin quoquo genere uirgines facere
crimen eſt, rei eſtis & uos. Iam qua mente aut cōſi-
lio hoc aduerſum nos capitulū ꝓferatis, ego non M
uideo, Auguſtinus rñdit, Audi ego, qđ confite- Cap. 5.
ris te nō uidere, qua mēte & cōſilio hoc aduerſum
uos capitulū proferamus: non ꝙ à carnibus abſti-
neatis, nam hoc à quibuſdam & primi patres no-
ſtri fecerunt, ſicut cōmemoras: non tñ ea dānandi
ſed ſignificandi gratia, qđ non intelligitis: & unde
iam quantū ſufficere uidebaſ, in ſupioribus parti
bus opis huius locutus ſum: & Chriſtiani nō hæ-
retici, ſed catholici, edomandi corporis cauſa pp
animā ab irrationalibus motib⁹ amplius humili-
andū, non ꝙ illa eſſe imunda credant, non ſolū à
carnibus, uerū à quibuſdā ēt terræ fructibus abſti
nent, uel ſemp, ſicut pauci, uel certis diebus atq; tē
poribus, ſicut p quadrageſimā, ferē oēs, quāto ma
gis quiſq; uel minus ſeu uoluerit ſeu potuerit. Vos
aūt ipſam creaturā negatis bonā, & imūdā dicitis
quòd carnes diabolus opetur fœculentiore mate-
ria mali: ac p hoc eas, tanq̄ imundiora & truculen
tiora dei ueſtri uincula, exhorrētes abijcitis. Audi
torib⁹ aūt ueſtris, quos tanq̄ diſtictos à genere ſa-
cerdotū dixiſti, ſcdm ueniā hęc edenda concedi-
1. Cor. 7. tis, ſicut qbuſdā concedit Apoſtolus ſecundū ue-
niā, non omnē concubitum, coniugalem ēt, q ſit

ſola

A ſola cauſa generandi,ſed eum qui fit per incōtinen
tiam,ſed tñ cum coniuge. Neq.n.conceditur ſcdm
ueniam,niſi pctm̄:hoc uos de omni carnium cibo
ſentitis:hoc & ipſi ab hæreſi ueſtra didiciſtis,& ue
ſtros auditores docetis:ſed illis qđ ſit ignoſcendū,
pp qđ uobis neceſſaria miniſtrant,ut dixi,concedi
tis,non dicentes non eſſe pctm̄,ſed peccantibus ue
niam largiētes : uos aūt ab omni tali,tanq̄ mala &
† cōtagione. imūda cogitatione† abſtinetis:ac per hoc illud qđ
ſeqtur,ea uerba Apoſtoli, qbus cōmemorationem
huius capituli terminaſti,ipſum eſt oino,qđ nos fa
cit hoc teſtimoniū uobis obiicere : qđ & tu , puto,
ſciebas, ut ea uerba primo nō poneres,& nobis in
extremo diceres,qua mente aut cōſilio hoc aduer-
ſum nos capl'm ꝓferatis,ego non uideo,cum hocip
ſum noſtrum conſilium tacere q̄ cōmemorare ma
1.Tim.4. lueris. Cū.n.Apl's dixiſſet,Abſtinentes à cibis quos
deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actio
ne fidelibus,ſecutus ait, Et iis qui cognouerunt ue
ritatem:qm̄ ois creatura dei bona eſt,& nihil abii-
ciendum,qđ cum gratiaꝝ actione ꝑcipitur:ſanctifi
catur.n.per uerbum dei & orationē. Hæc ſunt quę
B negatis:hoc animo,hac uolūtate,hac opinione ab
eſcis hmōi temperatis,ꝙ non ſignatione,ſed natu-
ra malæ & imundæ ſint. Qua in re creatorem earū
ſine dubio blaſphematis, hoc eſt qđ ptinet ad do-
ctrinam dæmonioꝝ.Nolite ergo mirari hoc de uo
Cap. 6. bis tanto ante à ſancto ſpiritu ꝓphetatum. Iterū
ſi ad uirginitatem ſic hortaremini, quēadmodum
1. Cor.7. hortatur apoſtolica doctrina,Qui dat nuptum,be
ne facit:& qui non dat nuptum,melius facit:ut bo
1.Tim.4. num eſſe nuptias diceretis, ſed meliorem uirginita
tē:ſicut facit eccleſia,quę uere Xpi eſt eccleſia,non
uos ſpūs ſanctus ita prænunciaret,dicens, ꝓhiben
tes nubere Ille.n. ꝓhibet,qui hoc malum eſſe dicit,
non qui huic bono aliud melius anteponit.Deniq;
uos eum præcipue concubitū deteſtamini, qui ſo-
lus honeſtus & coniugalis eſt,& quē matrimonia-
les quoq; tabulæ præ ſe gerunt,liberoꝝ ꝓcreando-
rum cauſa,unde uiro non tam concūbere q̄ nube-
re ꝓhibetis . Concūbitur.n.etiam cauſa libidinū,
nubitur aūt nō niſi filioꝝ.Nec ideo uos dicatis nō
ꝓhibere, qa multos ueſtros auditores in hoc obe-
C dire nolentes uel nō ualentes,ſalua amicitia tolera
tis . Illud.n.habetis in doctrina ueſtri erroris, hoc
in neceſsitate ſocietatis . Hinc eſt qđ pauloante di-
ſtuleram dicere,cur uobis mors Xpi uiſa ſit, uel fal
lax & ſimulata,p̄dicanda,& non ēt natiuitas.Mor-
tem quippe tanq̄ ſeparationem animę.i.naturę dei
ueſtri à corpore inimicoꝝ eius, hoc eſt à figmento
diaboli,p̄dicatis atq; laudatis : ac per hoc rē dignā
fuiſſe credidiſtis,quā Xp̄s & ſi nō moriens,tñ mor-
tem ſimulans cōmendaret. In natiuitate aūt qa nō
ſolui , ſed ligari potius deum ueſtrum creditis hāc
nec ſaltem fallaciter imaginatum Xp̄m credere uo
luiſtis:ita ut non ſic uobis Maria diſpliceret,ſi cō-
cubuiſſet,& non concepiſſet:qūo diſplicet,qa non
concubuit, & tñ peperit . Videtis ergo multum in-
tereſſe inter hortātes ad uirginitatem,bono mino-
ri bonum amplius præponendo:& prohibētes nu
bere,cōcubitum propagationis , qui ſolus proprie
nuptialis eſt,uehemētius accuſando: multū inter-
eſſe inter abſtinentes à cibis, propter ſacratā ſigni-
ficationem, uel propter corporis caſtigationem:&
abſtinentes à cibis, quos deus creauit , dicendo ꝙ
eos deus non creauit.Proinde illa doctrina eſt Pro D
phetarum & Apoſtolorum, hæc dæmoniorū men
daciloquorum.

Libri triceſimi finis.

LIBER TRICESIMVS PRIMVS.

f Auſtus dixit,Omnia mūda mū Cap. 1.
dis,imundis autem & coinqui- Titum.1.
natis nihil eſt mūdū,ſed inqui-
nata ſunt eoꝝ & mens & cōſciē
tia.Hoc quoq; ipſum, utrum uo
bis expediat a Paulo dictū cre-
dere,cōſiderandū eſt: hactenus
enim non tantū dęmonis exagitatos cōſtitit Moy-
ſem & Prophetas, cū tantas de ciboꝝ differētiis tu Leuit.11.
lerint leges:ſed ēt ꝙ imundi ipſi fuerūt, & coinqui
nati mēte atq; cōſcientia ſua : ut cōgrue in ipſos il-
lud cadere poſsit,qđ ſeqtur, Deū ſe ſcire ꝓfitentur, Titum.1.
opibus aūt negant. Cui aūt hoc magis competit q̄
Prophetis atq; Moyſi,qui longe aliter uixiſſe ꝓban
tur , q̄ dei cognitoribus congruebat. Ego tñ nunc
uſq;,pręter adulteria & fraudes & homicidia, nihil E
aliud eſſe putauerā, unde conſcientias pollutas ha
buiſſe uiderent Moyſes & Prophetæ:nunc aūt hoc
demonſtrāte capl'o , ſcire iam datur ēt hinc eos in-
quinatę mētis fuiſſe, qa aliqd putauerint inqnatū.
Quorſum ergo talibus ēt nunc uos uiſionē diuinę
maieſtatis cōtingere potuiſſe arbitramini, cum ſit
ſcriptū,Niſi eos q corde puri fuerint,deū uidere nō Matth.5.
poſſe? At uero hi, ēt ſi caſti ab illicitis facinoribus
extitiſſent,ſola tñ hęc abſtinendi à qbuſdā eſcis ſu
perſtitio,ſi mentē contaminat,diuinitatis eius po-
tuit negaſſe cōſpectū. Euanuit ergo iam,atq; extin-
cta ſimul eſt Danielis quoq; & illa triū pueroꝝ glo Daniel.1.
riatio,qui & ipſi uſq; ad hanc p̄dicationē,quę cen-
ſet nihil imundū,caſtiſsimi planè, ac bonę mentis
iuuenes habiti ſunt in Iudaiſmo:qa.ſ.paternaꝝ me
mores traditionū,à gentiū dapibus,& maxime im
molatis,oi ſtudio ſe cōſeruauerit illibatos. Nūc.n.
demū apparuit & ipſos cōtaminatos fuiſſe mētib9
& cōſcientia,tum maxime,cū à ſanguine & cibis ſe
ralib9 abſtinebāt. Sed illos fortaſſe excuſet igno Cap.2.
rantia:necdū.n.apparente xp̄iana hac fide,quę do F
ceret oia eē mūda mūdis, q̄dam & ipſi putauerint Titum.1.
eſſe non mūda:uos uero,qua nūc excuſatione uti-
mini,Paulo clamāte,nihil eſſe nō mūdū, & doctri 1.Tim.4.
nas dæmonioꝝ appellante ciboꝝ abſtinentiam, &
mente pollutos uocāte,qui aliqd putauerint inqui
natū,non ſolū abſtinetis, ut diximus, ſed ēt gloriā
captatis exinde:& eo acceptiores uos creditis Xpo,
quo eritis abſtinentiores à cibis.i.ſcdm hāc ſniam,
quo mentibus inqnati magis & magis cōſciētia ue
ſtra polluti. Quid ꝙ ēt cum tres in mundo religio-
nes ſint, quę mentis purgationē pariter in caſtimo
nūs & abſtinentia,ritu q̄uis diuerſiſsimo reponūt,
dico aūt Iudæos & xp̄ianos & gentes , ex qua nam
iſtarū religionum ſermo hic ueniat,non pōt inue-
niri,q docet nihil eſſe nō ſanctū:certe ex Iudaiſmo
minime,itidem ex Paganiſmo,qa ipſe quoq; diſcri-
minat cibos:nec quicq̄ intereſt, niſi ꝙ Hebræus in
qbuſdam aialibus à Paganis diſſentit . Reſtat xp̄ia
na fides, cuius ſi ꝓprium hoc eſſe putas,nihil exiſti
mare pollutū, prius eſt ut fatearis in uobis eſſe ne-
minem xp̄ianum . Omnes etiā apud uos, ut cętera Actor.15.

G reticeam, morticina tñ & ĩmolata inquinamentũ
exiſtimante eſſe nõ paruũ: aut ſi à uobis iure xp̄ia-
nitatis hoc agitur, ne huic quidem ergo religionis
ſn̄ia eſt, quæ oẽm penitus imundoꝝ abſtinentiam
tollit. Quorſum ergo à Paulo id dici potuit, ꝙ nul-
li ſit religioni cõueniens? Etenim Apl̄s non tam re
ligionem exuit, q̃ ritum mutauit, cum ex Iudæo ſa
ctus eſt xp̄ianus. At uero qui hoc capl̄m ſcripſit, ui
detur ille mihi nulla prorſus religiõis fuiſſe ſubni-
Cap 3. xus. Quapropter ſi quid de cætero in læſionem
noſtræ fidei de ſcripturis q̃rẽtes iueneritis, tũc de-
mũ id nobis opponere mementote, cũ uobis perui
deritis nõ eſſe cõtrariũ: quemadmodũ & illud, qd
Act.10. de Petro ſoletis afferre, tanq̃ idem uiderit aliq̄n de
cœlo demiſſum uas, in quo eſſent oĩa gñ̄a aĩalium
& ſerpentes: atq; eo attonito & admirante, uox au-
dita ſit, dicẽs ad eum, Petre q̃cq̃d in uaſe uides, ma
cta & manduca Cui idem r̄ndens, Dñe, cõmune, in
quit, & ĩmundum nõ cõtingam. Et iterum uox ad
eum, Qđ ego ſanctificaui, imũdum ne uocaueris.
Qđ q̄dem ipſum licet & per allegoriā aliud q̄ddā,
& non indifferentiā uideatur ſignificare ciboꝝ, tñ
H qa uobis & hoc ita intelligere placet, ueſcamini igi
tur neceſſe eſt paſsim beluis oĩbus & echidnis &
colubris, ac reliquo omni gñ̄e ſerpẽtino iuxta ho-
rama Petri Hactenus n. uere dicto audiẽtes uos eẽ
ꝓbabitis uoci, quā fertur audiſſe: & tñ huius quoq;
memineritis ſemp, qa Moyſes hinc & Prophetæ dā
nati ſunt, qui de iis quæ ſanctificauerit deus iuxta
uocis huius ſn̄iam, multa putauerint eſſe polluta.
Cap.4. Auguſtinus r̄ndit, Cum ait Apl̄s, Omnia munda
Titum.1. mũdis, naturas ipſas itelligi uoluit, quas deus crea
Gene.1. nit, ſcd̄m illud qđ Moyſes in Geneſi ſcripſit, Et fecit
deus oĩa, & ecce bona ualde: nõ ſignationes, ſcd̄m
Leuiti.11 quas deus per eundem Moyſen ab imundis mũda
diſcreuit. Vnde qa multa, & multis locis iam dixi-
mus, nunc breuiter admonuiſſe ſuffecerit. Proinde
illos, qui iam tp̄e reuelationis noui teſtamenti, ad-
huc illas umbras futuroꝝ ita cuſtodiendas puta-
rent, ut ſine iis gentes ſalutem, quæ in Xp̄o eſt, pci-
Titum.1. pere non poſſe contenderent, imundos dicit Apl̄s,
Actor.15. ꝙ carnaliter ſeparent: & infideles, ꝙ tp̄s gratiæ a le-
gis tp̄e non diſcernerent. Quibus ideo dicit nihil
I eſſe mundũ, qa & iis quæ reſpuebant, & iis quæ ſu-
mebant, non ſancte nec iuſte utebantur: ſicut oẽs
q̄dem infideles, ſed uos præcipue Manichæi, q̄bus
oĩno nihil eſt mundum. Neq; n. cibus ipſi, quem ſu
mitis, q̃uis eum magna diligẽtia, quaſi à carnis cõ-
tagione, ſeparetis, mũdus eſt uobis, quem creatum
niſi à diabolo non dicitis. In illo ẽt deum ueſtrum
ligatum atq; pollutum uos edendo purgare perhi-
betis. Vos ſaltem uobis mundi uideremini, quorũ
uentribus meretur ille purgari. Sed & ueſtra corpo
ra naturam & opificiũ generis tenebrarũ eſſe con-
tẽditis, animas aũt ueſtras ipſis adhuc corporibus
ingnatas. Quid ergo uobis eſt mundum? Non quę
ſumitis, non quò mittitis ea quæ ſumitis, nõ uoſip
ſi qui ſumpta purgatis, Videtis ergo pp quos tunc
iſtam ſn̄iam dixit Apl̄s: talem tñ dixit, quæ oẽs infi
deles & imundos teneret, ſed uos præcipue maxi-
meq; conuinceret. Omnia ergo munda mundis,
ſcd̄m naturam in qua creata ſunt, non tñ oĩa ſcd̄m
ſignificationem mũda primo populo Iudæorum:
nec uobis oĩa, uel pp ſalutem corporis, uel pp con-
ſuetudinem humanæ ſocietatis, apta ſunt: ſed cum
ſua cuiq; redduntur, & naturalem ordinem ſeruāt, K
omnia munda ſunt mundis: immundis autem &
infidelibus, quales præcipue uos eſtis, nihil eſt mũ
dum. Cætera iam uerba Apoſtoli, quæ ſequuntur
uoſipſi uobis ſalubriter diceretis, ſi cauteriatā ue-
ſtram conſcientiam ſanari uelletis. Sequitur. n. Sed
polluta ſunt eorum & mens & conſcientia.

Libri triceſimiprimi finis.

LIBER TRICESIMVSSECVNDVS.

f Auſtus dixit, ſi accipis euange- Cap.1.
lium, credere oĩa debes, quæ in
eodem ſcripta ſunt. Quid. n. tu,
qa uetus accipis teſtm̄, idcirco
ne credis omnia paſsim, quæ in
eodem ſcripta ſunt? Nempe ſo-
las indidem excerpẽs ꝓphetias,
quæ regem Iudæis uenturum ſignificabant, qa ip-
ſum putatis eſſe Ieſum: & pauca q̄dam diſciplinæ
ciuilis præcepta cõmunia, ut eſt, Non occides, Non Exo. 20.
mœchaberis, cætera prætermittitis, & arbitramini Deute. 5.
eſſe, non minus atq; eadem Paulus putauit, ſterco- L.
ra. Quid ergo peregrinum hoc, aut qd mirum eſt, ſi Philip. 3.
& ego de teſtõ nouo puriſsima q̄q; legẽs, & meæ
ſaluti conuenientia, ea prætermitto quæ à ueſtris
maioribus inducta fallaciter, & maieſtatem ipſius
& gratiam decolorant? An ſi patris teſtm̄ habet Cap. 2.
aliqua, in q̄bus parum debeat audiri: patris. n. eſſe
uultis Iudaicam legem, cuius nouimus q̃ multa uo
bis horrorem, q̃ multa pudorem faciant, ut quan-
tum ad animũ iamdudum ipſi iudicaueritis eam
non eſſe ſinceram: q̃uis partim pater ipſe, ut credi-
tis, digito ſuo eam uobis, partim Moyſes ſcripſerit, Exod. 31.
fidelis & integer: ſolius filij putatis teſtm̄ nõ potuiſ Deute. 9.
ſe corrumpi: ſolum non hr̄e aliq̄d, qđ in ſe debeat
improbari: præſertim ꝙ nec ab ipſo ſcriptum con-
ſtat, nec ab eius Apoſtolis: ſed longo poſt tp̄e, à quĩ
buſdam incerti nominis uiris, qui ne ſibi non ha-
beretur fides, ſcribentibus quæ neſcirent, partim
Apoſtolorum nomina, partim eorum, qui Apl̄os ſe
cuti uiderentur, ſcriptorũ ſuoꝝ frontibus indide-
runt, aſſeuerantes ſcd̄m eos ſe ſcripſiſſe quæ ſcripſe
rint. Quo magis mihi uidentur iniuria graui affe- M
ciſſe diſcipulos Chriſti: qa quæ diſſona idem & re
pugnantia ſibi ſcriberent, ea referrent ad ipſos: &
ſcd̄m eos hæc ſcribere ſe profiterentur euangelia,
quæ tantis ſint referta erroribus, tantis cõtrarieta-
tibus narrationum ſimul ac ſn̄iaꝝ, ut nec ſibi pror
ſus, nec inter ſeipſa cõueniāt. Quid ergo aliud eſt,
q̃ calumniari bonos, & Chriſti diſcipuloꝝ concor
dem cœtum in crimen deuocare diſcordiæ? Quæ
qa nos legentes animaduertimus cordis obtutu ſa
niſsimo, æquiſsimum iudicauimus utilibus acce-
ptis ex iiſdem. i. iis quæ & fidem noſtram ædificẽt,
& Chriſti dñi atq; eius patris omnipotentis dei ꝓ-
pagent gloriam, cętera repudiare, quę nec ipſorum
maieſtati, nec fidei noſtræ conueniant. Proinde Cap. 3.
nec uos, ut dicere cœperam de teſtõ ueteri, circun- Gene. 17.
ciſionem creditis accipiendam carnaliter, q̃uis ita
ſit ſcriptum: neq; ſub ocio ac uacatione colẽdum
ſabbatum q̃uis ita legať: ſed nec ſacrificiis, ut Moy Exod. 31.
ſi uidetur, & imolationibus placandum deum: ſed
hæc q̄dem ut aliena prorſus & ꝓcul à ritu chriſtia
no poſita, ac nulla ex parte ꝓbabilia cõtempſiſtis.

A Quædam uero eorum etiam diuiſiſtis in duo, &
Exod. 12. partim quidē amplectimini, partim uero reſpuitis,
ut Paſcha q̄ eſt & ipm teſtamēti ueteris anniuerſa-
le ſacrū: cuius in celebratione cū ſit ſcriptū uobis:
nō ſolū agnū mactare edēdū ſub nocte, ſed ēt die
bus ſeptē abſtinere fermento, & eſſe cōtentos azy
mo cū picridijs: uos Paſcha quidē aſſumitis, præ-
termittitis uero ritū illum ac morem, quo cautum
eſt idē debere ſeruari. Itē ſeptem dierū hebdoma-
Leuit. 23 das. i. Pentecoſten, quam pinde Moyſes certo quo-
dam ſacrificiorū & genere & numero imbuendā
cenſet, uos æque colitis: ſed dānata parte eius. i. li-
tationibus ipſis & ſacrificijs, qa hæc cum chriſtia-
Deut. 12. na fide non cōgruunt. De mandato uero abſtinen
di à cibis cōibus uiſum uobis eſt, & uehemēter cre
Deu. 14. ditum, morticina qdem & imolata eſſe ſanè imun
da: de porcina uero idem credere noluiſtis, nec de
lepore aut herinacio: neq; de mullis & lolliginibus
cæteriſq;, quæ uobis aſſapuere generibus piſciū,
B quāuis eadem Moyſes omnia imunda eſſe teſtet.
Cap. 4. Illa uero iam ne audire quidem uos uelle credo
Gene. 38. ex teſtō ueteri, nedum admittere. i. ſoceros dormi-
Gen. 19. re cū nuribus tanquam Iudas: patres cū filiabus,
tanquā Loth: Prophetas cum fornicatricibus, tan-
Oſee. 1. quā Oſee: maritos uxorum ſuarū noctes amatori
Gene. 12. bus uendere tanquā Abraham: duabus germanis
& 20. ſororibus unū miſceri maritū, tanquam Iacob: re
Gen. 29. ctores populi, & quos maxie Entheos credas, mil-
2. Reg. 11 lenis & centenis uolutari cū ſcortis, tanquā Dauid
& Salomon: aut illud, quod lege uxoria cautū in
3. Reg. 11 Deuteronomio eſt, debere uxorē defuncti fratris,
Deu. 25. ſi idē ſine filijs obierit, ſupſtiti fratri nubere, & eū
dem ſobolē ex eadē in locū ſuſcitare fratris: qd fa-
cere ſi noluerit uir, debere mulierculā apud maio
ſes natu deponere de hac īpietate cognati ſui q̄re-
† aliâs, p lam, ut ijdē accerſitū eum cenſoria grauitate coer
negaue- ceāt: q ſi † pnegauerit, & apud eos nō fecerit, nō im
rit, apud pune, ſed excalciatus dextri pedis calciamento, à ꝑ
eos nō fe dicta muliere cædat in faciem: & cōſputus ac ma-
rat impu ledictus recedat, habiturus hoc opprobriū ſempi-
ne &c. ternū in progeniē ſuā. Hæc igil atq; alia hmōi ſunt
C teſtamenti ueteris & exēpla & iura: q̄ ſi bona ſunt,
cur nō imitamini? ſi mala, cur non dānatis autho-
rē. i. teſtm̄ ipſum uetus? Aut ſi falſa hæc ei, tanquā
nos de nouo credimus, ēt uos putatis inſerta, pa-
res ergo ſumus. Deſinite iam ꝓinde id à nobis exi
gere in teſtō nouo, quod uos non ſeruatis in uete-
ri. Equidē ego quantū arbitror, quatenus id iā
Cap. 5. perſuaſum eſſe uoluiſtis, ut ſit ex deo etiam teſtm̄
uetus, cōmodius ſatis atq; excuſatius uobis eſt, nō
ſeruantibus eius mandata, ſi fateamini incongruis
eſſe adiectionibus uitiatum, quàm ſi inuiolatum
idem ſpernatis & incorruptū. Proinde hanc de uo
bis ego ſniam habui ſemper, & habeo, quoties q̄ri-
tur, cur p̄uaricemini teſtamenti ueteris iuſſa: q̄ aut
ut ſapientes cōtemnitis falſa, aut ut contumaces &
indeuoti negligitis uera. Interim qa me ad credēda
oia, quę noui teſti monimentis inſerta ſunt, cogis,
ſi ipm accipiā: ſcias & te, quantū ad animum, mul
ta nō credere, q̄ in ueteri ſint teſtō, quamuis ipſum
te ꝓfitearis accipere. Neq; enim & illud in confeſſis
Deut. 21. ex eodem habes, & credibilibus, eſſe maledictum
omnem q pepēderit in ligno, qa id utiq; pertineat
& ad Ieſum: aut eum quoq; in maledictis haberi, q
Deut. 7. nō ſuſcitauerit ſemen in Iſrael: qa id uirgines quoq;
omnes comprehendat, & pueros dei: aut funditus D
interiturū eum de genere ſuo, q non fuerit carnem Gen. 17.
pręputij circunciſus, qa hoc quoq; ad omnem per
tineat Chriſtianū, aut lapidibus extinguēdū eum
q ſoluerit ſabbatum, aut non parcendum ei q unū Nume. 15
quodlibet teſti ueteris mandatum ruperit. Quæ
oia ſi tu credas, firmumq; habeas, qa ſint eadem à
deo mādata, mihi crede, manus prior iniecíſſes in
Chriſtum: nec nunc iraſcereris Iudæis, qui hunc
animis ac uiribus pſecuti, dei ſui mandata cōple-
rint. Equidē haud ignoro, quin uos hæc nō au Cap. 6.
deatis dicere falſa, ſed qa ſunt eadem, pro tpe tunc
mandata Iudęis, uſq; ad euentum. ſ. Ieſu, qui qm̄ ue
nerit ab eodē prænunciatus, ut uultis ueteri teſtō,
ipſe iam doceat quid accipiendū nobis ex eodem
ſit, & qd relinquendū. Sed an Prophetæ Ieſum prę
ſagauerint, poſtea uidebimus: interim ad hæc me
nunc rn̄dere oportet, qa ſi Ieſus per teſtm̄ uetus an
nunciatus, nūc dijudicat & carminat, docetq; pau
ca eius accipienda eſſe, repudianda uero quāpluri
ma: & nobis paracletus ex nouo teſtō promiſſus, p
inde docet, qd accipe ex eodē debeamus, & qd re- E
pudiare, de quo ultro Ieſus cum eum ꝓmitteret, di
cit in Euāgelio, Ipſe uos inducet in omnem ueritа
tem & ipſe uobis annūciabit oīa, & cōmemorabit Ioā. 16.
uos. Quapropter liceat tantundē & nobis in teſtō
nouo p paracletum, quantū uobis in ueteri licere
oſtenditis p Ieſum: niſi forte pluris uobis teſtm̄ ui
detur filij eſſe quàm patris, ſi mō patris eſt, ut cum
ex illo reprobentur tā multa, huius ſolius nihil nō
debeat approbari: præſertim qd nec à Chriſto ſcri
ptum conſtat, ut diximus, nec ab eius Apoſtolis.
Quapropter ut uos ex uetere teſtō ſolas admit- Cap. 7.
titis prophetias, & illa, q̄ ſuperius diximus, ciuilia
atq; ad diſciplinam uitæ cōis pertinentia p̄cepta:
ſuperſediſtis uero peritomen & ſacrificia & ſabba
tum & obſeruationem eius & azyma: qd ab re eſt, Gen. 17.
ſi & nos de teſtō nouo ſola accipientes ea, q̄ in ho Exod. 12.
norem & laudem filij maieſtatis, uel ab ipſo dicta & 31.
cōperimus, uel ab eius Aplis, ſed iam pfectis ac fi-
delibus, diſſimulauimus cætera, q̄ aut ſimpliciter
tunc & ignoranter à rudibus dicta, aut oblique &
maligne ab inimicis obiecta, aut īprudenter à ſcri F
ptoribus affirmata, ſunt & poſteris tradita: dico au Luce. 2.
tem hoc ipſum natū ex fœmina turpiter, circunci 3. & 4.
ſum Iudaice, ſacrificaſſe gētiliter, baptizatū humi-
liter, circumductū à diabolo p deſerta, & ab eo tē
tatum quam miſerrime. His igil exceptis, & ſi qd eſt
ab ſcriptoribus ex teſtō ueteri falſa ſub teſtifica-
tiōe iniectū eſt, credimus cætera, p̄cipue crucis ei⁹
myſticā fixionē qua noſtræ animæ paſſionis mō-
ſtrant uulnera tum p̄cepta ſalutaria eius, tū para-
bolas, cunctūq; ſermonē deificum, q maxime dua-
rum pferens naturarū diſcretionē, ipſius eſſe nō ue
nit in dubiū. Nihil ergo eſt iam, cur me oia credere
exiſtimes debere, q̄ continent Euangelica, cū tu, ut
ſupra oſtenſum eſt, teſti ueteris ſupremū liquorem
uix ſummis, ut aiūt, labris attingas. Auguſtinus
rn̄dit, Nos ueteris teſti ſcripturas oēs, ut dignū eſt, Cap. 8.
ueras diuinaſq; laudamus: uos ſcripturas noui te-
ſtamenti tanquā falſatas corruptáſq; pulſatis. Nos
ea q̄ nūc de liberis teſti ueteris non obſeruamus,
congruenter tn̄ illo tpe atq; illi populo fuiſſe p̄ce-
ta: nobiſque in eiſipſis quæ non obſeruamus, ſi-
gnificata q intelligamus & ſpūalitre teneamus,

G non ſolū dicimus, ſed in Aplícis quoq; literis oñdi-
mus & docemus. Vos aūt oia quæ in libris noui te
ſtamēti nō accipitis, oīno reprehēditis : nec à Xp̄o,
nec ab Apl̄is eius dicta uel coſcripta aſſeueratis. Vi-
detis ergo quantū inter nos & uos, quod ad hāc rē
attinet, diſtet. Cū itaq; à uobis quæritur, quare nō
oīa in libris noui teſtamenti accipitis, ſed & in eis
libris, in qbus approbatis aliqua, multa reſpuitis,
reprehenditis, accuſatis, à corruptoribus inſerta eſ-
ſe contenditis, nolite in exemplū aſſumere diſtin-
ctionē fidei uel obſeruationis nr̄æ, ſed rationē red-
Cap. 9. dite præſumptionis ueſtræ. A nobis.n.ſi quęrat,
cur nō eo ritu colamus deū, quo coluerunt Hebręi
patres tp̄e ueteris teſtamenti, R̄ndemus, aliud no-
bis deum p̄cepiſſe per patres noui teſtamenti : neq;
hoc contra uetus teſtamentum, cum & in illo id an
te ſit prædictum. Sic.n.hocipſum prænunciatum
Hier. 31. eſt p Prophetā, Ecce dies ueniunt, dicit dn̄s, & con-
Hebr. 8. ſummabo ſuper domū Iſrael, & ſuper domum Iu-
da teſtamentum nouum : non ſcd̄m teſtamentum,
quod feci patribus eoꝝ, in die qua apprehendi ma
num eoꝝ, ut eijcerē eos de terra Aegypti. Ecce quia
H & hoc prophetatū eſt, non perſeueraturum illud te
ſtamentum, ſed futurū nouum. Hic ſi obiectū fue-
rit, nō nos ptinere ad domū Iſrael & domum Iuda,
Roma. 2. ex doctrina Aplíca nos defendimus: qa ſemē Abra
hæ Xp̄m eſſe docet Apl̄s, nobiſq; ad corpus eius p-
Galat. 3. tinentibus, dicit, Ergo Abrahę ſemen eſtis Porrò ſi
quæſitum à nobis fuerit, cur illius teſtamēti autho
ritatē teneamus, cuius ritum non obſeruamus, &
Colo. 2. ad hoc ex literis Apoſtolicis r̄ndemus : ait.n. Apl̄s,
Nemo ergo uos iudicet in cibo & potu, aut in par-
te diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatoꝝ, quod eſt
umbra futurorum. Ita qppe & cur ea legi atq; acci-
pi oporteat, oñdit: id eſt ne ꝓphetiā extinguamus,
qa in umbra facta ſunt futurorū: & curare nos non
debere eos, q nos hinc iudicare noluerint, qđ cor-
poraliter iā non obſeruemus: ſicut alibi tale quid-
1. Cor. 10 dā dixit, Hęc in figura cōtingebāt illis, ſcripta ſunt
aūt pp correptionem noſtrā, in quos finis ſeculorū
obuenit. Cum ergo tale aliqđ legitur in inſtrumen
to ueteris teſtamenti, quale à nobis obſeruari uel
iuſſum non eſt in nouo teſtamento, uel ēt prohibi
tum, qđ ſignificet quęrendum eſt, non reprehendē
dum: qa eoipſo, quo iam non obſeruatur, non dā-
Cap. 10. natum, ſed impletum probatur. Vnde multa, ut
I ſæpe iā diximus, uelut hocipſum, quod modo non
intelligens Fauſtus, in mandatis ueteris teſtamenti
Deut. 25. pro crimine obiecit, ꝙ uxorem fratris ad hoc frater
iuſſus eſt ducere, ut non ſibi, ſed illi ſobolē ſuſcita-
ret, eiuſq; uocaret nomine, quod inde naſceret: qđ
aliud in figura pręmonſtrat, niſi qa unuſquiſq; Euā
gelij p̄dicator ita debet in eccleſia laborare, ut de-
functo fratri, hoc eſt Xp̄o, ſuſcitet ſemen, q pro no-
bis mortuus eſt: & quod ſuſcitatum fuerit, eius no
men accipiat? Deniq; hoc implens Apl̄s, non iā car-
naliter in pręmiſſa ſignificatione, ſed ſpiritaliter in
1. Cor. 4. cōpleta ueritate, quos in Xp̄o Ieſu per Euangelium
ſe genuiſſe cōmemorat, ſuccenſet eis, & eos incre-
1. Cor. 1. pans corrigit, uolentes eſſe Pauli, Nunqđ Paulus, in
qt, ꝓ uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli ba-
ptizati eſtis? Tanq̄ diceret, Defuncto fratri uos ge-
nui, Chriſtiani uocamini, non Pauliani. At uero q
electus ab Eccleſia miniſteriū Euāgelizandi renue
rit, ab ipſa Eccleſia merito digneq; contemnit. Hoc

eſt.n. ꝙ in eius faciē iubetur expuere, non ſanè ſine K
ſigno huius opprobrij, ut calciamento pedis unius Deut. 25.
exuatur, ne ſit in eoꝝ ſorte, qbus ipſe Apl̄s ait, Et cal Ephe. 6.
ciati pedes in pręparationē Euangelij pacis. Et de Eſai. 25.
qbus cōmemorat Propheta, Quam ſpecioſi pedes
eoꝝ, q annunciant pacē, q annunciant bona. Qui
enim ſic Euangelicā fidē tenet, ut & ipſi proſit, &
Eccleſiæ prodeſſe nō renuat, bene intelligitur utro
que pede calciatus. Qui aūt ſibi putat, qa credit, ſa-
tis eſſe conſultū curā uero lucrandorū refugit alio
rum, decalciati illius non figuratū ſignificauit, ſed
in ſe impletū portabit opprobriū. Quid ꝙ & Pa Cap. 11.
ſcha à nobis obijcit celebrari, nec ꝙ ita ut Iudæi ce Exod. 12.
lebramus inſultat, cum ouē magis nos habeamus
in re p̄ſentis Euangelij, non in umbra futuri, eiuſq;
occiſionē cum quotidie, tum maxime anniuerſa-
ria ſolennitate non uenturā pręſignemus, ſed factā
cōmemoremus. Ideo ſanè dies Paſchæ ſolennitatis
noſtræ ad diē celebrationis umbraticæ Iudæorū
non occurrit, ut & dominicū diē, quo Xp̄s reſurre-
xit, cōplecteremur. Azyma uero, q rectæ fidei Chri 1. Cor. 5.
ſtiani ſunt, nō in fermento ueteris uitæ, hoc eſt ma
litiæ, ſed in ipſius fidei ueritate & ſynceritate cuſto L
diunt: non ſeptē diebus, ſed omni die: quod ſignifi
catū eſt numero dierum ſeptenario, quo quotidie
oīs uoluitur dies. Quod & ſi aliquantulū laborio-
ſum eſt in hoc ſeculo, qm̄ anguſta & arcta uia eſt q̄ Matt. 7.
ducit ad uitā, merces tn̄ certa ſeruatur: nam ipſe la-
bor ſignificatus eſt illis picridijs, ꝙ aliquantulum
ſubamara ſint. Pentecoſten ēt, id eſt, à paſsione Cap. 12.
& reſurrectione dn̄i, quinquageſimū diē celebra- Leuit. 23.
mus, quo nobis ſanctūſpiritum, paracletū quē pro Acto. 2.
miſerat, miſit: quod futurum ēt per Iudęoꝝ Paſcha Exod. 19.
ſignificatum eſt, cū quinquageſimo die poſt cele- Luc. 11.
brationē ouis occiſæ, Moyſes digito dei ſcriptā le-
gem accepit in monte: legite Euangeliū, & aduerti-
te ibi ſpiritumſanctū appellatum digitū dei. Et qp-
pe anniuerſarie in Eccleſia celebrātur, q̄ inſigniter
excellentia certis diebus facta ſunt, ut eoꝝ neceſſa-
riam ſalubremq; memoriā feſtiuitas concelebrata
cuſtodiat. Si uultis ergo noſſe q̄re celebramus Pa-
ſumpti ſunt Apſi q̃ error Manichæi natus in mũdo
fuerat, propterea non inueniuntur ſcripturæ Apo-
ſtolorum, euidenter contra Manichæũ differentes. Ve
runtamen quod Apſs Paulus, in ſpiritu iſto ſancto
paracleto quẽ acceperat, futurũ præuiderit de tali-
bus, qualis Manichæus fuit, quales eſtis & uos, re-
cito ut agnoſcas. Et accepta epiſtola Pauli Apſi ad
1. Tim. 4. Timotheum legit, Spiritus aũt manifeſte dicit, qa
in nouiſsimis temporibus recedent quidã à fide,
I attendentes ſpiritibus ſeductoribus, doctrinis dę-
moniorum in hypocriſi mendaciloquorum, caute-
riatam habentes conſcientiã ſuã, prohibentes nu-
bere, abſtinere à cibis quos deus creauit, ad perci-
piendum cum gratiarũ actione fidelibus, & iis qui
cognouerunt ueritatẽ. Quia ois creatura dei bona
eſt, & nihil abiiciendũ qđ cum gratiarum actione
percipitur. Sanctificatur.n. per uerbũ dei & oratio
† præci- nem. Hæc prępones † fratribus, bonus eris miniſter
piens. Ieſu Xp̃i. Et cum legeret, dixit, Ego hoc de uobis &
de talibus, q dicunt aliquã creaturã dei immundam
eſſe, & qui dicunt oẽm concubitum † & qui fit cum
uxore, fornicationẽ eſſe, hoc eſt n. quod ait, Prohi
bentes nuptias, per ſpm̃ prophetię deſignatum eſſe
dico: Tu aũt ſi negas oẽm concubitũ fornicationẽ
eſſe, aut ſi dicis, omnem cibũ humanũ licitũ, & ad
† fornica- edendum conceſſum hoibus, mundũ eſſe, nõ es de
tio. illis quos prophetauit Apſs. Si autẽ inueneris in iis
Quod de quæ dixi, ecce habes Apſum Paulum deſtruentẽ &
moniorũ euacuantem doctrinã Manichæi futuri. Itaq; rñde
doctrina ad id quod interrogo, Ois concubitus fornicatio-
in Mani- nis † eſt, an concubitus cum uxore non eſt pctm̃?
chæo fue FEL. dixit, Iterum mihi recitetur quod dixit Apſs.
rit. Et recitatũ eſt: Spiritus autẽ manifeſte dicit & cæ-
Cap. 8. tera quæ ſupra ſunt. FEL. dixit, Manichæus non
à fide receſsit, ſicut dicit Paulus, ſicut cæteri receſſe K
runt à fide quaſi in ſectam ſuã: Manichæus autẽ à
nulla ſecta receſsit, ut dicatur quia à fide receſsit.
AVG. dixit. Qm̃ te uideo nolle reſpõdere ad quod
interrogaris, ne inueniaris, uel non tenere ſpiritum
ſanctũ, quem iam probauimus miſſum eſſe Apſis:
uel nõ eſſe in eorum numero quos futuros Paulus de
ſignauit, ubi & uos ipſos prophetauit: breuiter re-
ſpondeo, Vt ſcđm tuum intellectũ accipiam quod
dixiſti, Recedent à fide, qa non recedunt à fide, niſi
illi qui fuerunt in aliqua fide, Manichæus aũt non
fuit in aliqua fide à qua receſſerit, ſed in qua fuit in
ea permanſit, hoc te interrogo, utrũ Manichęus, uel
potius doctrina dæmoniorum mendaciloquorum, quę
fuit in Manichæo, nullos Chriſtianos catholicos
ſeduxerit ut recederent à fide? Si.n. multi à uobis, &
per uos, & p illam doctrinã ſeducuntur, ut recedãt
à fide, & intẽdant ſpiritibus ſeductoribus, q̃lis in Ma-
nichæo fuit: & incipiant dicere oẽm concubitũ eẽ
fornicationẽ, unde Apſs dicit, prohibẽtes nuptias:
& incipiant dicere, carnes quas comedunt hoies, L
nõ eſſe dei creaturã, ſed dæmonũ facturã, & eſſe im
munditiam: manifeſtũ eſt de his p̃dixiſſe ſpiritum
ſanctũ paracletum qui erat in Apſo Paulo, ꝙ receſ-
ſuri erant à fide, intendẽtes ſpiritibus ſeductoribus,
qualis fuit in Manichæo. Iam ergo quia ego rñdi, iu
ſtum eſt ut tu rñdeas ad quod interrogaui, utrum
nõ dicas omnẽ concubitum eſſe fornicationẽ: aut
ſi adhuc nõ uis rñdere ad id quod primò interro-
gaui, rñde ut probes Manichæũ eſſe Apſm Chriſti:
aut ſi & hoc non uis, permitte me euacuare doctri-
nã ipſius, quod promiſi cũ legeretur epſa eius, quã
dicitis fundamenti. FEL dixit, Et ego reſpondeo Quare
ad id quod dicit ſanctitas tua, qa in Paulo uenit ſpi Felix non
rituſſanctus paracletus. AVG. dixit, Non in ſolo, credide-
FEL. dixit, Ego de ipſo ago: quia ſi in ipſo, & in rit i Pau
omnes. Et ſi in ipſo, Paulus.n. in altera epſa dicit, lo fuiſſe
Ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus: cum aũt ſpiritum
uenerit quod perfectum eſt, abolebũtur ea quæ ex ſanctum.
parte dicta ſunt. Nos audiẽtes Paulum hoc dicere, Cap. 9.
uenit Manichæus cum prædicatione ſua, & ſuſcepi 1. Cor. 13.
mus. Et ſecundũ ꝙ Xp̃s dixit, Mitto uobis ſpiritum M
ſanctum: & Paulus uenit, & dixit, Quia & ipſe uen Ioan. 16.
turus eſt, & poſtea nemo uenit, ideo ſuſcepimus Ma-
nichæum. Et qa uenit Manichæus, & p ſuam p̃dica
tionem docuit nos initium, medium & finem: do-
cuit nos de fabrica mundi, quare facta eſt, & unde
facta eſt, & q fecerunt: docuit nos quare dies, & q̃re
nox: docuit nos de curſu ſolis & lunæ, qa hoc i Pau
lo nõ audiuimus, nec in cæterorum Apſorum ſcripturis:
hoc credimus, qa ipſe eſt paracletus. Itaq; illud ite-
rum dico, qđ ſuperius dixi, Si audiero in altera ſcri-
ptura, ubi paracletus loquitur. i. ſpirituſſanctus, de
quo uoluero interrogare, & docueris me: credo &
renuncio. AVG. dixit, Dicis te ideo nõ credere ſpi Quę ſpi-
ritumſanctũ paracletum in Paulo Apſo fuiſſe, quia rituſſan-
Paulus dicit, Ex parte.n. ſcimus, & ex parte prophe ctus Apo
tamus: & inde putas Apſm per hæc uerba p̃dixiſſe, ſtolos do-
uelut alium uenturum poſt ſe, qui p̃dicaret omnia cuerit.
quæ ipſe non potuit, quia ex parte dicebat, & hunc Cap. 10.
tu credis eſſe Manichæum. Primo ergo ex ipſa le- 1. Cor. 13.
ctione Apoſtoli oſtendo, unde dicebat hoc Apo-
ſtolus. Deinde quia dixiſti, ꝙ Manichæus uos do-
cuerit initium, medium & finem, & quomodo uel
quare factus ſit mundus, de curſu ſolis & lunæ, &

A aliis quæ commemoraſti, non legitur in euangelio
dñm dixiſſe, Mitto uobis paracletũ, q uos doceat
de curſu ſolis & lunę: xp̃ianos.n.facere uolebat, nõ
Mathematicos. Sufficit autẽ ut hoies de his rebus,
quantum in ſchola didicerunt, nouerint pp huma
nos uſus. Xp̃s aũt uenturum paracletum dixit, qui
inducat in oẽm ueritatem: ſed non ibi ait, initium,
medium & finẽ, non ait, ſolis & lunæ curſus. Aut ſi
putas hanc doctrinã ad illam ueritatem pertinere,
quam per ſpm̃ ſanctum Xp̃s promiſit, interrogo te
quot ſunt ſtellæ? Si accepiſti ſpm̃ illum, de quo di-
cis, ad quem ptinet docere iſta, quę ego dico ad di
ſciplinam, ad doctrinam chriſtianam nõ pertine-
re, oportet ut renuncies & reſpõdeas mihi. Debito
rem.n.te feciſti, ut ſi qd de talibus interrogauero,
ſi non rñderis, non in te appareat ſpũs ille de quo
dictum eſt, inducet in oẽm ueritatem: ſi illa eſt ue-
ritas quo iſta ptinẽt. Itaq; elige tibi, utrum uelis, &
paratus ſis mihi de his rebus rñdere tanq̃ homo,
qui accepiſti ſpm̃ qui introducit in oẽm ueritatẽ,
& dicis qa ad ipſam ueritatem ptinet ſcire iſta mũ-
dana. Itaq; ego tibi poſſum dicere ea quæ ptinent
B ad doctrinam xp̃ianã: tu aũt qui putas ad eã perti-
Ioan. 16. nere qũo factus ſit mundus, & quæ agant in mun
do, ad oia mihi neceſſe eſt rñdeas. Sed plane cum
rñderis, probaturus es. Sed anteq̃ incipias dicere, ſi
forte habes quod ille confinxerit, quẽ ſecutus es,
1. Cor. 13. doceam prius ego qd ꝓmiſi, unde dicebat Apl̃s, Ex
Quõ acci parte ſcimus, & ex parte ꝓphetamus. Dicebat.n.
piẽdũ ſit ſicut lectio ipſa mox indicatura eſt, qa in iſta uita
illud apo homo cum eſt, non põt aſſequi oia: ſed ex parte aſ-
ſtoli, Ex ſeqtur in hac uita. Ipſe aũt ſpũs ſanctus, qui ex par-
parte ſci- te docet in hac uita, poſt hãc uitam introducet in
mus. &c. oẽm ueritatem. Qđ ut apertiſsime doceatur, audi
Cap. 13. Apl̃m. Et cum diceret, Ex Apl̃o legit, Siue aũt ꝓphe
Ioan. 16. tiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſciẽ
1. Cor. 13. tia euacuabitur: ex parte.n.ſcimus, & ex parte pro-
phetamus: cum aũt uenerit qđ pfectum eſt, euacua
bitur qđ ex parte eſt. Cũ eſſem paruulus, loquebar
ut paruulus, ſciebã ut paruulus, cogitabam ut par-
uulus: cũ aũt factus ſum uir, euacuaui ea quę par-
uuli erãt. Videmus.n.nũc per ſpeculũ in ænigma-
te, tunc aũt facie ad faciem. Et cũ legeret, dixit, Iam
dic mihi tu, ſi tpa futura Manichæi pdicebat Apl̃s,
C utrum tu modo uideas deũ facie ad faciem. FE-
Cap. 12. LIX dixit, Non tantũ ego poſſum contra tuã uir-
Epilogiſ tutem, qa mira uirtus eſt gradus ep̃alis, deinde con
mum præ tra leges Imperatoꝝ: & ſuperius petiui compẽdiue
dictorũ. ut me doceas quid eſt ueritas: & ſi docueris me
quid eſt ueritas, patebit quod teneo mendacium
eſſe. Auguſtinus dixit, Apparuit te probare non
potuiſſe Apl̃m Xp̃i eſſe Manichæum: quare aũt nõ
potueris, breuiter expono. Dixiſti inde te probare
Manichæum Apl̃m Xp̃i, qa paracletum uenturum
ꝓmiſit Xp̃s ſpm̃ ſanctum: & qa nõ inuenires qñ ue-
nerit quem Xp̃s promiſit, hinc te credere ipſum eẽ
Manichęum. At ubi probaui per ſcripturas ſanctas
eccleſiaſticas, canonicas, qñ uenerit apertiſsime ſpi
ritus ſanctus, quem uenturum promiſit dñs Xp̃s,
conuertiſti te, ut diceres debere tibi oſtendi qd do
cuerit, & utrum Manichęi doctrinam euacuauerit.
Cum ergo rñdiſſem Manichæum per Apl̃os fuiſſe
in carne, illoꝝ aũt doctrinã anteq̃ Manichæus na-
tus eſſet, ab ipſis fuiſſe prædicatam: dixi tñ unum
ipſorum apoſtoloꝝ Paulum per ſpm̃ ſanctum, qui
in omnes Apl̃os uenerat, prophetaſſe etiam de iſta D
ueſtra doctrina, qa futura erat, & eã appellaſſe do-
ctrinam dæmonioꝝ mendaci loquorũ: ubi oſten-
di ea, quæ dixit Paulus, futura in ipſa doctrina, ad 1. Tim. 4.
ueſtram ꝓfeſſionem ptinere. i. prohibitionem nu-
ptiaꝝ: qa omnẽ concubitũ, & cum uxore, fornica-
tionẽ eſſe dicitis: & abſtinentiã à cibis quos deus
creauit: qa noui uos quoſdam cibos dicere imun-
dos, cum ipſe ſequatur & dicat, Omnis creatura dei
bona eſt. Cum hic à te exigerem ut rñderes, dixiſti
Manichæum uos docere initium, medium & finẽ:
& curſus ſolis & lunæ & cætera talia: quæ cum ego
oſtenderem ad xp̃ianam doctrinam nõ pertinere,
rñdiſti ipſum apl̃m Paulum dixiſſe, qa ex parte ſcit
& ex parte ꝓphetat. Dixi nos nõ poſſe ſcire diuina, 1. Cor. 13.
cum ſumus in hac uita: & hic uidere per ſpeculum
& in ænigmate, tunc aũt facie ad faciem. Et q̃ſiui à
te, Si hoc putas dixiſſe apl̃m Paulum, qđ uenturus
eſſet Manichæus, qui doceret qđ non poterat Pau-
lus, ptinere ad te, qui te dicis accepiſſe ipſum ſan-
ctum†, uidere modo deũ facie ad faciẽ. Qđ qa nõ *†ſpiritũ.*
potes, manifeſtum eſt apl̃m Paulum de illa uita di E
xiſſe, de qua dicit & Ioãnes, Dilectiſsimi filij dei ſu- 1. Ioan. 3.
mus, & nondũ apparuit qđ erimus: ſcimus aũt, qa
cum apparuerit, ſimiles ei erimus: qm̃ uidebimus
eum ſicuti eſt. Hoc tu cum audiſſes, dixiſti te non
ualere cõtra meã uirtutẽ: quæ uirtus mea non eſt,
ſed ſi aliqua eſt, ab illo mihi data eſt ad redarguen
dos errores, qui uirtus eſt oium fideliũ ſuoꝝ, & ple
no corde de ſe p̃ſumentiũ. Dixiſti ẽt ꝙ te ep̃alis ter
reat authoritas, cum uideas quãta pace inter nos
agamus, quãta tranqllitate diſputemus: quẽadmo
dum ppl̃s pręſens nullam tibi uim faciat, nec terro
rem incutiat: ſed tranqlliſsimus audiat, ſicut decet
xp̃ianos. Dixiſti ẽt timere te leges Imperatoꝝ. Hoc
pro uera fide non timeret, quem ſpũs ſanctus im-
pleret: nam & Petrus apl̃s in paſsione dñi timuit, & *Matt. 26.*
ter negauit: ubi aũt eum paracletus, quem Xp̃s pro *Acto. 2.*
miſerat, ſpũs ſanctus impleuit, pro fide dñi crucifi-
xus eſt. Et ille qui primo habuit negationem timo
ris, poſtea impleuit glorioſiſsimam paſsionem cõ-
feſsionis. Tu itaq; ex hoc ipſo, ꝙ timere te dixiſti le-
ges Imperatorum, q̃uis & de cæteris rebus ſatis ap-
paret, ꝙ nõ inueneris ſpm̃ paracletum ueritatis: qa
& ſi non timeres, aliis rebus cõuincereris. FEL. F
dixit, Et Apoſtoli timuerunt. AVG. dixit, Ti-
muerunt ut cauerent, non ut fidem illam cõprehẽ
ſi edíſcere dubitarent: tu aũt hinc timere debuiſti,
ut non hic te inuenireinus. Iam in medio es: quare
times, niſi qa qđ dicas non habes? nam & ſi Impe-
ratores timuiſſes, ante tacuiſſes. Nunc uero cum he
ſterno die libellũ curatori dederis, & publice cla-
mitaueris, cũ codicibus tuis te paratũ eſſe incendi,
ſi aliqd mali in eis fuerit iuentũ: unde heri leges fla
gitabas quaſi fortis, hodie ueritatem fugis ut timi
dus. FEL. dixit, Non ueritatẽ fugio. AVG. di *Quòd Fe*
xit, Dic ergo, ſi uides deũ facie ad faciẽ ſcđm polli- *lix nõ po*
citationem tuã, qa dixiſti apl̃m Paulum de uobis *tuerit ꝓ-*
dixiſſe, qa tam plenã ueritatem accepturi eſſetis, ut *bare Ma-*
intelligamus uel credamus Apoſtolũ habuiſſe ex *nichæum*
parte, & te totũ. FEL. dixit, Non ueritatẽ fugio, *fuiſſe A-*
ſed q̃ro. Qđ tu dicis, qa non teneo, probetur mihi *poſtolum*
per ſcripturas deificas: hoc quęro iam. AVG. di *Chriſti.*
xit, Prius ꝓfitere te non potuiſſe ꝓbare Manichæũ *Cap. 13.*
Apl̃m Ieſu Chriſti, quantum potuero cum extirpa-

G ta fuerint omnia contraria de corde tuo, per mini
ſterium meũ donante dño, inſero tibi quæ ſit ſciẽ-
tia ueritatis, q̃ pducat ad deũ initiãs à fide. FEL.
dixit, Quia hoc dicis tu, ut legẽ meã negem, & alte
ram accipiã meliorem, duntaxat, qd quero ego, nõ
hoc rñdeo, ut legem meã negem anteq̃ alteram ac-
cipiam. AVG. dixit, Sed prius de uaſe funditur
qd aduerſum habet, & ſic impletur qd bonum: aut
ſi adhuc dubitas fundere, defende quo plenus es:
Oſtendã.n. tibi quantum dñs adiuuat, quanta im
munditia & blaſphemiis plena ſit doctrina Mani-
chęi, ſi pmittas ut legaſ illa epl̃a, de cuiꝰ initio iam
tractauimus, & nõ potuiſti ꝓbare Apoſtolum Xp̃i
eſſe Manichæũ. Sed ideo moras innectis ne cætera
legantur, ubi aperte ueſtra ſacrilegia deprehẽdunſ,
aut ſi pmittis legantur. FEL. dixit, Permitto, qa
dixiſti oĩa imunda fundi, & ſic bona imitti: hoc.n.
dictum eſt ſanctitatis tuæ. Ad qd & ego dico: Nul-
lus aquã fundit niſi alter impleuerit. AVG. di-
xit, Hoc uides q̃ incõſiderate dixeris, ut mitius lo-
quar & non dicã inſane, utiq; de uaſe tibi ſimilitu-
dinem poſui. In uas plenum nemo põt aliqd mit-
H tere niſi fundatur illud quo plenũ erat. FEL. di-
xit, Vnũ dixiſti, & ego dixi duo. AVG. dixit, Si
duo uaſa dixiſti, uis illũ parẽ tuũ fundimus & iple
mus illũ, ut poſsis tu fundere qd habes? FEL. di
xit, Ambo unã aquã habemus. AVG. dixit, Cũ
ergo ambo pleni ſitis aqua ṽra, qd implebimus ut
doceamus uos, niſi aliqs ueſtrũ fuderit qd habet?
Aut ſi bonũ eſt, & ideo debet teneri ut defendaſ &
legaſ illa epl̃a, uideamus ſi uel cętera poſsint defen
di, ſi in ipſo initio defeciſti, aut ſi dicis te in illo nõ
defeciſſe, ꝓba nobis qũo ſit Manichæus apl̃s Xp̃i.
Cap. 14. FEL. dixit, Xp̃s dixit ſpm̃ ſanctum miſſurũ ſe,
qui in omnem ueritatẽ inducat. AVG. dixit, Si
Ioan. 16. habes illum attende ad id qd te iamdudum inter-
rogaui: Dixiſti .n. ad ipſius doctrinam ptinere, etiã
iſta mundana cognoſcere. Dic mihi quot ſunt ſtel
læ, ſi itroductus es in oẽm iſtam ueritatẽ. FEL.
dixit, Et ego dico, qa ſi paracletus per Apl̃os locu-
tus eſt & per Paulum, & ego peto ſanctitatẽ tuam,
ut illa mihi oſtendas quæ iam dixi. AVG. dixit,
Confitere te non potuiſſe oſtendere qd ego iterro-
I gaui, & oſtendam ſcdm ſcripturas qd ptineat ad fi
dem xp̃ianam. FEL. dixit, Et ego ſi mihi attule
ris ſcripturas Manichæi, qnq; authores quos tibi di
xi, qcqd me interrogaueris probo tibi. AVG. di
xit, De ipſis qnq; authoribus eſt iſta epiſtola, cuius
aperuimus principiũ, & inuenimus ibi ſcriptũ: Ma-
nichæus apl̃s Ieſu Chriſti, & uideo qa ipm̃ princi-
pium non mihi exponis, qa nõ probas qũo ſit Ma-
nichæus apl̃s Ieſu Chriſti. FEL. dixit, Si in iſta
non ꝓbo, in ſcdo probo. AVG. dixit, In quo ſe-
cundo? FEL. dixit, In theſauro. AVG. dixit,
Theſaurũ iſtum quem ideo tali noĩe appellatis, ut
miſeros ſeducatis, qs ſcripſit? FEL. dixit, Mani-
chæus. AVG. dixit, Nolo mihi ab illo ꝓbes, qa
Manichęus mentiſ dicẽdo ſe eſſe qd nõ eſt. FEL.
dixit, Tu mihi ꝓba per alterũ. AVG. dixit, Quid
uis tibi ꝓbem? FEL. dixit, Quia mentitur Mani
chæus. AVG. dixit, Quia tu non potes ꝓbare
uerum dicere Manichęũ, oportet ut ego ꝓbem mẽ
titum eſſe Manichæũ? FEL. dixit, Quare nõ po
tui ꝓbare? Nunqd ꝓlatæ ſunt ſcripturæ quas peti-
ui, & non ꝓbaui? AVG. dixit, Sed ſcripturas Ma
nichæi petis, qbus fidẽ nõ habemus: Aliunde pro- K
ba. Ego autẽ de ipſa ſcriptura Manichæi tibi ꝓbo
mentitũ eẽ Manichęũ, & blaſphemaſſe Manichęũ.
FEL. dixit, Afferanſ libri. AVG. dixit, Præ
ſens eſt epiſtola Manichæi, quã dicitis fundamẽti,
initũ in ædificio nullũ eſt niſi fundamentũ. Si.n.
oſtendero in ipſo fundamẽto ruinã feciſſe, cæterã
eius conſtructionẽ ut qd quęrimus? FEL. dixit,
Hoc dicis, oſtẽde in ipſa ruinã eſſe: Et ego dico, da Cap. 15.
arbitros quãtos habes, & tibi probo ꝙ non menti
tur. AVG. dixit, Abſit à nobis & à genere huma
no, ut quãtos hic uides, tantos uideas Manichæos.
FEL. dixit, Da dixi q̃ à te petiui. AVG. dixit,
Quos uis ergo ut dem tibi? FEL. dixit, Quos tu
uolueris. AVG. dixit, Ego iſtos do, ſi habes melio
res pete. FEL. dixit, Quo iſtos das? AVG. dixit,
Pręſentes qui nos audiũt. FEL. dixit, Iſti mihi nõ
fauent. AVG. dixit, Ergo tu tales q̃ris qui tibi fa-
ueãt, nõ qui ueritati? FEL. dixit, Qui me audiãt,
& non tantũ me, ſed & ipſam ſcripturã, ut ꝓbetur
an uerũ dicit an mentiſ. AVG. dixit, Vides ergo
qa audiunt. Legamus cętera, qa tu iſtam epiſtolam L
eſſe Manichæi cõfeſſus es. FEL. dixit, Non ego. Cap. 16.
AVG. dixit, Ergo legatur. FEL. dixit, Arbitros
nõ habeo. Et adiecit: Legatur caput illius Et cũ le-
geretur, & uentũ eſſet ad locũ ubi ſcriptũ habet ea
dẽ epiſtola: Pax dei inuiſibilis & ueritatis notitia,
ſit cũ fratribus ſuis & chariſsimis, qui mãdatis cœ-
leſtibꝰ credũt pariter & deſeruiũt: Sed & dextera lu
minis tueatur & eripiat uos ab omni icurſione ma
ligna, & à laqueo mũdi: pietas uero ſancti ſpũs inti
ma ṽri pectoris adaperiat, ut ipſis oculis uideatis
aĩas ṽras. FEL. dixit, Da ſcripturã quę iſta redar-
guat. AVG. dixit, Adhuc nihil mali audiuimus,
niſi qd auſus eſt Manichæus ſe apl̃m Chriſti noĩa-
rẽ: Nam q̃ adhuc dixit, ad tectoriũ fallaciæ ptinẽt, Matth. 7.
& ouinã pellem, qbus eis prius dicit uerba bona,
ut poſsit itroducere mala. Sed qd uelit per hęc uer
ba itroducere uideamus. Si n. aliqd mali introdu-
xerit, & iſta uerba mala erũt & ſeductoria: Si aũt ali
qd boni & ueri in poſterioribus dixerit, neceſsita-
te cõprehendimus: Permitte ergo legãtur ſequẽtia.
FEL. dixit, Si ergo aſſeris qa in primo bona po-
nuntur, & poſtea mala imittũtur, qũo ego poſſum M
tibi credere, cũ mihi primo bona dixeris? AVG.
dixit, Ego adhuc iſta nec bõa dixi nec mala: nihil
mali adhuc audiuimus, dixi, nõ dixi, iam aliqd bo
ni audiuimus: malum.n. illud ſolum dixi, ꝙ auſus
eſt ſe dicere Apoſtolũ Chriſti. Verba uero quæ di-
xit in cõſequẽtibus tũc erũt mala, ſi mali aliqd in-
troduxerint, tũc erũt bona, ſi boni aliqd introdu-
xerint. Permitte ergo ut ſequẽtia legãtur q̃re times.
FEL. dixit, Non timeo. AVG. dixit, Permittite
ergo ut legantur. FEL. dixit, Legantur. Et cũ uen Expoſitio catholica de formatione terræ.
tum eſſet ad locũ ubi ſcriptũ habet: Ita aũt funda-
ta ſunt eiuſdẽ ſplendidiſsima regna ſupra lucidã &
beatã terrã, ut à nullo unquã aũt moueri aut cõcu
ti poſsint. AVG. dixit, Terrã iſtam quã dicit, un-
de habebat? Fecit eã, an genuit eã, an æqualis & co Cap. 17.
æterna illi erat? Iſtã dico terrã lucidã & beatã, quã
dicit. FEL. dixit, Qũo ſcriptum eſt: In principio Gen. 1.
fecit deus cœlum & terram, & terra erat inuiſibilis
& coinquinabilis & incompoſita? Ego ita itelligo:
In principio fecit deus cœlum & terram, & terra
erat: quaſi duę terrę mihi uidentur eſſe, ſcdm quod

A Manichęus dicit duo regna. A V G. dixit, Quia ſcripturā comemoraſti noſtrā quā ſoletis blaſphemate, ad me ptinet exponere illā, & oſtēdere tibi, ſine blaſphemia eſſe illud ſcriptum, & cum ueritate, & non ſcđm Manichęum, ut deinde tu uel in ſecundis mihi rñdeas qđ interrogaui. F E L. dixit, Rñdeo. A V G. dixit, Quod ſcriptū eſt, In principio fecit deus cœlū & terram: breuiter complexa eſt ſcriptura qđ fecerit deus. Deinde qa nondum apparebat hęc terra q̃ fecerat deus, anteq̃ eam diſtigueret & ornaret, qualē terram fecerat deus: ſecuta ſcriptura expoſuit, qualis terra erat de qua dixerat, In principio fecit deus cœlum & terrā: tanq̃ cum audiſſemus, in principio fecit deus cœlū & terrā quęreremus, qualem terrā ſubiecit & ait: Terra aūt. i. illa q̃ fecerat deus, inuiſibilis erat & incompoſita. Non ergo duas terras dixit, ſed qualis illa fuerit expoſuit. Tu itaq; rñde nunc mihi quod breuiter interrogaui: Terra iſta lucida & beata q̃ dicit Manichęus, ſupra quā fundata erant regna dei, ab ipſo

B deo facta erat, an genita de illo erat, an coæterna illi erat? Vnū de tribus niſi moleſtū eſt, ſine tergiuerſatione rñde. F E L. dixit, Ipſa ſe ſcriptura interp̄tatur. A V G. dixit, Si ergo noſtri hic aliquē eſſe locum, ubi hoc dicat iſta ſcriptura, qa illā terrā, uel genuit de⁹, uel fecit, uel coæterna illi erat, api ad locum quē noſti, & lege mihi. F E L. dixit, Non eſt in iſta ſcriptura, ſed in altera. A V G. dixit, Credo inqt, qa ſi qua eſt illa ſcriptura, meminiſti quid ibi dixerit. Itaq; tu mihi rñde, q noſti illam ſcripturam & ſi dixero qa ſic nō habet, cōuinces me. Si aūt ſic cognouero, ſcđm hoc diſputo qđ tu ipſe rñderis. Dic ergo an fecerit terrā iſtā deus, an genuerit, an coæterna illi erat: i qui legiſti, in ueſtro quo libro, ibi eſſe hoc ſcriptū dicis. F E L. dixit, Quia mō ſanctitas tua interp̄tata eſt ſcripturā tuam q̄uō uoluiſti & acceptaui, & tu mihi ſic accepta qcqd dixero. A V G. dixit, Interim qđ iterrogaui, ſi nihil me contra mouerit accepto, ſi aūt aliqd mouerit, motū meū indico tibi, ut ad ipſū rñdeas. F E L. dixit,

C Ego non rñdi ad tua dicta. A V G. dixit, Quia prius eſt ut mihi ad interrogata rñdeas, mea tñ feci ēt ut prior tibi rñdeam. Forte nō te mouit, iō non rñdiſti, forte & me non mouebit cum rñderis: Rñde ergo ad quod interrogaui. F E L. dixit, Rñdeo. Et adiecit: Dixiſti ergo de terra illa in qua deus habitat, an facta eſt ab illo, an generauit illā, an coæterna eſt illi, Et ego dico, qa q̄uo deus æternus eſt, & factura apud illum nulla eſt, totū æternum eſt.

Confutatio illius ubi Felix aſſerit terrā illā non factam, nec genitam, ſed deo coæternā. Cap. 18. t quem.

A V G. dixit, Non illā ergo genuit neq; fecit? F E L. dixit, Non, ſed eſt illi coæterna. A V G. dixit, Si autem genuiſſet illā, non illi eſſet coæterna? F E L. dixit. Quod naſcitur, finē habet, qđ innatum eſt, finem non habet. A V G. dixit, Quibus ergo erat ille pater, aut cuius erat pater, qm̄ t mō patrem nominauit? Si. n. nihil genuerat, pater eſſe non poterat. F E L. dixit, Sed ſunt alia q generauit. A V G. dixit, Illa ergo q̄ generauit, non ſunt illi coæterna, an & ipſa ſunt coæterna? F E L. dixit, Coæterna ſunt illi qcqd deus generauit. A V G. dixit, Ergo erraſti qđ ſuperius dixiſti, omne qđ naſcitur, finē habet. F E L. dixit, Interim qa ſcđm generationem carnis locutus ſum, erraui. A V G. dixit, Modeſtiſſime cōfeſſus errorē, merearis intelligere ueritatē.

F E L. dixit, Faciat deus. A V G. dixit, Attēde ergo iam, ut incipias cognoſcere errorē ſcripturæ hui⁹. D

Si quæ genuit deus, coęterna non ſunt illi, melior eſt terra illa q̃ non generauit deus, ubi habitāt omnia q̄ generauit deus, q̃ terrā dicis ab eo nō generatam. F E L. dixit, Coęquanf ſibi oia, & quę generauit, & quę non generauit. i. terra illa ubi cōmorabaf. A V G. dixit, Quid ipſe q generauit, ęqualis eſt illis oībus, aut maior eſt illis? F E L. dixit, Et q generauit, & quos generauit, & ubi poſita ſunt oia ęqualia ſunt. A V G. dixit, Vnius ergo ſubſtantiæ ſunt? F E L. dixit, Vnius. A V G. dixit, Hoc qđ eſt deus pr̄, hoc ſunt filij ipſius, hoc & illa terra? F E L. dixit, Hoc unum ſunt oēs. A V G. dixit, Huius ergo terrę non eſt pater, ſed inhabitator? F E L. dixit, Etiam. A V G. dixit, Si nec genuit nec fecit illam, q̄uo ad eum pertineat niſi ſola uicinitate non uideo, q̄uo ſi habeat aliquis uicinum bonū. & duæ erunt res ambæ ingenitæ, terra & pater. F E L. dixit, Immo tres ſunt, pater ingenitus, terra ingenita, & aer ingenitus. A V G. dixit, Hoc totum una ſubſtantia eſt? F E L. dixit, Vna. A V G. dixit, Et ita fundata ut à nullo unquā moueri aut concuti poſſit? E

F E L. dixit, Motio & concuſſio habet diſtantiā.

A V G. dixit, Habeat. Se tñ talia fuerūt, ut à nullo unquā moueri aut concuti poſſent. F E L. dixit, Eſt diſtantia inter moueri & cōcuti. A V G. dixit, Nō inde te interrogo. F E L. dixit, Sed inde me uis tenere. A V G. dixit, Q̄uo uis accipe moueri, nō poterat moueri? F E L. dixit, Non dico, qa non poterat moueri, ſed motio diſtantia eſt. A V G. dixit, Sed ita dixi, nec moueri nec concuti. Non dixi, moueri qdem pōt, ſed cōcuti non, aut concuti quidem poteſt, moueri non pōt, ſed ambas res dixi, non poſſē nec moueri nec concuti. F E L. dixit, De ambabus rebus diſtantia eſt inter moueri & concuti. A V G. dixit, Legamus ergo ſequentia, uideamus ſi deus iſte q fundata habebat regna ſup lucidā et beatam terram, q̄ à nullo unquā moueri & cōcuti poſſunt neminem timuit, ſicut oportebat ut neminē timeret, cuius regna ſic fundata erāt, ut à nullo aut moueri aut cōcuti poſſent. Et legit ſequētia, Iuxta unā uero partem ac latus illuſtris illius ac ſanctę terrę. Et cū legeret interrogauit, qđ latus, dextrū an ſiniſtrū? F E L. dixit, Hanc tibi ego non poſſum interp̄tari ſcripturā, & exponere qđ ibi nō eſt, ipſa ſibi interpres eſt, ego nō poſſum dicere, ne forte incurrā in pc̄tm̄. A V G. dixit, Legaf ergo hoc qđ ſequif. Et cum legeret, & uētū eſſet ad locū ubi habet, Lucis uero beatiſſimę pater, ſciens labem magnā ac uaſtitatē, q̄ ex tenebris ſurgeret, aduerſus ſua ſancta īpendere ſecula, niſi qđ eximiū ac p̄clarum, & uirtute potens numē opponat, quo ſupet ſimul ac deſtruat ſtirpē tenebraru, qua extincta ꝑpetua quies lucis incolis pararef. A V G. dixit, Nunc iam quia cœperunt apte blaſphemię, ſi defendendas putas, dic qđ iſta gens tenebrarum q̃ uidetur deus timuiſſe, ne magna labes & uaſtitas ex tenebris in regna eius irruerent, nocere poterat deo, maxime cuius regna ſupius dixit ita fundata, ut à nullo unq̃ moueri aut cōcuti poſſent? Quid ergo illi factura erat gens iſta? Poterat ei nocere, an non poterat? Rñde unū ē duob⁹. F E L. dixit, Ego rñdeo: Si nihil cōtra deū eſt, ſcđm qđ dicit ſcriptura Manichęi, qa eſt alterū regnum, ꝑ qua cauſa Xp̄s miſſus eſt, ut nos liberaret de laqueo mortis hui⁹, cuius eſt iſte laqus

Cōtra id quòd Manichæus inducit gentē tenebrarū contra deū dimicaſſe. Cap. 19.

F

Contra epiſtolā Manichæi quæ dicitur fundamēti. ca. 15.

G & mors? Si aduerſarius nullus cõtra deũ eſt, ut qd
baptizati ſumus? ut quid Eucharistia? ut qd Xp̄a-
nitas, ſi contra deũ nihil eſt? A V G. dixit, Quia ui
deo te nolle rñdere ad id quod te interrogo, & te
interrogare ut ibi rñdeam, & hoc non recuſo: dũ
tñ memineris qa tibi interrogãti ego rñdeo, tu au
tem mihi interroganti rñdere noluiſti. Sed qa me
interrogaſti, audi qd interrogaſti. Nos quidẽ dici-
mus liberatorem Xp̄m ueniſſe & à peccatis noſtris
dicimus nos liberari, qa nos non ſumus de ſubſtã
tia dei geniti, ſed p eius uerbum facti à deo: Multũ
aũt intereſt inter natũ de ſubſtantia dei, & factum
a deo quod non eſt de ſubſtantia dei. Quicqd er-
go fecit deus poteſt eſſe mutabile, ipſe aũt deus nõ
eſt mutabilis, qa non poſſunt æquari opera artifi-
ci & conditori. Tu aũt q pauloante ad interroga-
tionẽ meam dixiſti, qa & pater q generauit ibi lu-
cis filios, & aer & ipſa terra: & filij una ſubſtantia
ſunt, & æq̃lia ſunt oia, oportet ut dicas mihi, huic
H ſubſtantiæ utiq; incorruptibili, quõ poterat noce-
re gens tenebrarum? Si.n. poterat nocere ei, non
erat natura icorruptibilis: ſi aũt non poterat, nul-
Cap. 10. la cauſa erat quare p̄lium agitaret, & illud numen
qd dicit, huc mitteret. F E L. dixit, Dilationẽ peto
ut poſsim rñdere. A V G. dixit, Qñ? Cras intermiſ-
ſus ſufficit? F E L. dixit, Intermitte mihi tres dies
id eſt hodie & cras & perendie, aut uſq; ad diẽ qui
eſt poſt dñicum. i. pridie idus decembris. A V G.
dixit, Video te dilationem ad rñdendũ petiſſe, hu
manum eſt ut concedat tibi, ſed ſi reſpondere non
potueris ad p̄ſtitutum diẽ, quid fiet? F E L. dixit,
Ero uictus. A V G. dixit, Quid ſi fugeris? F E L. di
xit, Reus ero ciuitatis huius & ubiq; & legis meæ.
A V G. dixit, Immo hoc dic, ſi fugero ſic habear
tanq̃ ſi anathematizauero Manichęũ. F E L. dixit,
Hoc dicere nõ poſſum. A V G. dixit. Ergo apte no-
bis dic, qa fugere cogites, & nemo te tenet. F E L.
dixit, Non fugeo. A V G. dixit, Vt uideo non uis
quaſi uictus abſcedere, ſed ſaltẽ hoc dic, ſi fugero
uictus ſum. F E L. dixit, Dixi. A V G. dixit, Et unde
apparebit te fugiſſe, pp geſta? F E L. dixit, Iube ut
quẽ elegero cũ ipſo ſim. A V G. dixit, Elige tibi ali
I quẽ de iſtis p̄ſentibus fratribus q ad cancellũ ſtãt.
F E L. dixit, etiam & ego conſentio, ſed cũ illo qui
eſt in medio. A V G. dixit, Sicut tibi elegiſti, uſq;
ad diẽ cum illo eris. B O N I F A C I V S dixit,
Præſtabit Xp̄s ut ſi cum illo ueniam Xp̄anus eſt.
Auguſtinus Epiſcopus catholicæ Eccleſiæ Hippo-
niregienſis, his in Eccleſia corã populo geſtis ſub-
ſcripſi Felix Xp̄anus, cultor legis Manichęi, his in
Eccleſia coram populo geſtis ſubſcripſi.

Libri primi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, de actis cum Felice Manichęo, Liber Secundus.

Cap. 1. CVM uentũ eſſet ad diem p̄ſtitutum
id eſt, ad pridie iduũ decembrium,
res ſic agi cœpit in Eccleſia pacis.
A V G. epiſcopus Eccleſie catholicæ
Hipponiregienſiũ regionum dixit,
Pridẽ cum ſermonem haberemus, dilationẽ te pe-
tiſſe meminiſti; cũ ad ea q̃ interrogaueram in prę-
ſenti rñdere nõ poſſes. Si ergo tam lato tp̄is ſpatio,
poſt diem. ſ. quintum aliquid excogitaſti, reſpõde. K
Hoc enim tunc interrogaueram: Si deo nocere ni-
hil poterat, quare bellum geſsit cum gente, quã di
citis tenebrarum, in quo bello naturæ dęmonum
miſceret ſubſtantiã ſuã, quæ hoc eſt quod ipſe, ſi-
cut iam interrogatus dixiſti? Si aũt ei nocere pote-
rat, non incorruptibilẽ deum colitis, qualẽ ueritas
& doctrina Apoſtolica teſtatur. F E L. dixit, Ex
quo à ſanctitate tua receſsit, ut ad diem conſtitu-
tum reuerſus eſſem, ut rñderem tuæ interrogatio-
ni, quæcunq; uelles interrogare, uentũ eſt ad diẽ.
Et qa nullam ſcripturam inter manus habui, quia
non mihi ſunt redditæ unde me inſtruere poſſem
nullus.n. ad certamen exit, niſi prius munitus fue
rit, & nullus litigator poteſt ſine ſuis chartis litiga
re, ſimiliter & ego ſine mea ſcriptura rñdere non
poſſum. A V G. dixit, Iſtam tergiuerſationẽ tanto
dierũ ſpacio cogitaſti, q̃ te in cauſa perdita & erro-
re ſacrilego, qd rñdeas non habentẽ, adiuuare ni-
hil poterit. Notũ eſt.n. oibus q aderãt, quos ẽt nũc
adeſſe uideo, te dierũ tantã dilationem petiſſe, de
buiſſe aũt petere ẽt codices qñ dilationem petiſti L
ſi his te putabas inſtrui poſſe ad rñdendũ, quod
non feciſti. Noui te petiſſe codices, non qdem ad
inſtructionem inſpiciendos, uerũ hoc longe ante
quàm peteres dilationẽ. Cũ uero dilationẽ petiſti,
codicũ tibi reddẽdorũ & inſpiciendorum, ut eſſe
poſſes inſtructior, nullã feciſti mentionẽ. F E L. di
xit, Modo peto codices, reddantur mihi, & uenio
ad certamen poſt biduũ, & ſi uictus fuero, qd deli
beraueris ſubeo. A V G. dixit: Rudẽ te in iſta ſce-
lerata ſecta non eſſe puto, qd & fateris. Non te aũt
habere quod rñdeas, & ſi non fatearis ois homo
iam uidet Sed quia codices tuos repetis, q ſub ſi-
gillo publico cuſtodiuntur, qbus inſpectis dicis te
inſtruſtum uenire poſſe poſt biduũ, illud quod iã
conſtat obiectis q̃ſtionibus te rñdere non potuiſ-
ſe recole. Tolle aũt codices tuos & dic qd inde tibi
uelis proferri, qd mõ inſpicias & rñdeas. F E L. di
xit, Oẽs ſcripturas quę mihi ſublatæ ſunt. Iſta.n.
epiſtola fundamenti eſt, quod & ſanctitas tua be- M
ne ſcit, quod & dixi, qa ipſa continet initiũ, mediũ
& finem. Ipſa legatur, & quicquid malum obiji-
tur legi meæ, probetur: & nego illam, ſi ꝓbata fue
rint illa crimina quæ obijciuntur legi meæ.
A V G. dixit, Qm̄ fateris hanc eſſe epiſtolã, ubi do-
ctrinę ueſtrę initiũ, mediũ & finis continetur, hoc
initiũ quàm ſit ſacrilegũ, ubi deũ dicitis pugnaſſe
contra gentẽ tenebrarũ, & miſcuiſſe naturæ dęmo
num polluendã & ligandã partem ſuam, quę hoc
eſt qd ipſe: tam ſacrilegũ eſt, ut ferri uix ab audien
tibus poſsit: hoc obijcitur primo ſectę ueſtræ, ſiue
initiũ hoc uoces, ſiue mediũ, ſiue finẽ, nõ ualde id
curo, hoc tñ de hac epiſtola quã fateris eſſe Mani-
chęi, lectum eſſe nõ negas: hoc uobis obijcit, hoc Cap. 2.
defende ſi potes ut ad alia ueniamus. Vnde iterum Matt. 7.
interrogo: Si deũ incorruptibilẽ colitis, qd ei no- & 12.
cere potuit, neſcio q̃ gens aduerſa q̃ fingitis? Si ni- Contra
hil ei nocere poterat, nulla cauſa fuit q̃re partẽ ſuã Adimantũ
naturę dęmonũ cõmiſceret. Si aũt nocere ei pote- cap. 26.
rat, non deũ incorruptibilem colitis. F E L. dixit, circa fi-
Manichęus dicit duas eſſe naturas, & modo inde nem.
culpat, qa dixit duas eſſe, bonã & malã. Xp̄s in Euã
gelio dicit duas eſſe arbores. Arbor bona nunquã
facit fructum malum, & arbor mala nunquã facit

fructum

A fructum bonũ. Ecce duas naturas. Deinde in euan
Matt. 13. gelio ſcriptum eſt, Nunqd bonũ ſemẽ ſeminaſti in
agro, unde apparuerũt zizania? Hoc inimicus fecit.
Iſte inimicus ſi nõ eſt extraneus à deo, ꝓbet mihi ſi
ad deũ ptinet inimicus iſte, quale ſemẽ ſeminauit?
Itẽ in euãgelio ſcriptum eſt Xp̃o dicente, qa in no-
uiſsimis tpibus thronũ in medio ſeculo ponet, &
Matt. 25. mittet angelos ſuos in orientẽ & occidentẽ, Septẽ-
trionem & meridiem, & cõgregabit oẽs gẽtes ante
ſe, & ſeparabit illos, ſicut paſtor ſeparat agnos ab
Matt. 25. hædis. Et ut cõpendiue dicam, agnis dicet: Ite in re
gnum qd uobis paratum eſt ab origine mũdi. Hę-
dis dicet qui in ſiniſtra parte ſunt: Recedite à me q
operati eſtis iniqtatem: Nomen.n. meũ habuiſtis,
ſed opera non feciſtis: Ite in ignẽ æternũ, qui para
tus eſt diabolo & angelis eius. Qui ſunt q nomen
Xp̃i hñt, & mittentur in ignẽ æternũ cum diabolo
& angelis eius: & ad quã partem ptinent iſti qbus
Xp̃s non pmiſcetur, & nomen eius portant? Hoc.n.
Manichæus dicit, qa quos Xp̃s dãnauit, ipſius non
Roma. 8. ſunt Nam Paulus apl̃s dicit: Prudẽtia carnis inimi-
ca eſt deo, legi.n. dei non eſt ſubiecta, nec.n. põt.
B Hoc Manichæus dicit, qa quæ inimica eſt deo, ad
deum nõ ptinet: ſi aũt ad deum ptinet, ipſe ſibi ini
micum fecit: hoc Manichæus non dicit. Iterũ Pau-
2. Cor. 4. lus dicit: Deus ſeculi huius excæcauit mẽtes infide
lium, ad non contemplandũ claritatem euangelij
2. Cor. 12. Xp̃i, qui eſt imago dei, Ipſe Paulus iterum dicit: Da
tus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ
qui me colaphizet die ac nocte, pp qd ter dñm ro-
gaui ut diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi
gratia mea, nam uirtus in infirmitate ꝓbatur. Ecce
qd Apl̃s dixit: ecce qd Euãgeliſta, cum Manichęus
hæc aſſerat: qa eſt extraneus à deo, q cõtra deũ pu
gnauit: ſiue qa Xp̃s crucifixus eſt, ſiue qa Apoſtoli
oẽs pp dei mãdatum, iſte qui eos crucifixit cui mã
datum dei nõ placet, hoc mihi dicat ſanctitas tua,
Cap. 3. ſi ad deum ptinet. Auguſtinus dixit, Scripturas
ſanctas quas nõ intelligendo à ueritate longe aber
ratis, cõmemorare uoluiſti, uelut ex eis patrociniũ
adhibens uaniloquiis ueſtris. Inter oia tñ, quæ par
tim ſicut uere ſcripta ſunt, partim alr̃ q̃ ſcripta ſunt
C cõmemoraſti, nuſquam oſtẽdere potuiſti, qa deus
regnis ſuis hoſtilem naturam imminentem repellere
uolens, ut habeat quietem, partem ſuã, quę hoc eſt
qd ipſe, naturæ cõtrariæ dæmonum miſcẽs, colli-
gari ab eis & cõtaminari fecerit. Hoc aũt eſt qd uo
bis obiicitur, unde qd rñdeas non inueniendo, cõ
memoraſti diuinarũ ſcripturarũ capl̃a: ubi da pctõ-
ribus dictum eſt, qa non ptinẽt ad beatam uitam,
quam bonis & fidelibus donat deus: & has uelut
duas naturas accipi noluiſti, ſcdm deliramẽta Ma-
nichæi. Veritas aũt dicit, oia iſta quæ uidemus &
quæ non uidemus: quæ naturalr̃ ſubſiſtunt, à deo
facta eſſe: in qbus ẽt ipſam rõnalem creaturam fa-
ctam, ſiue in angelis ſiue in hoibus accepiſſe libe-
Liberum rũ arbitriũ: quo libero arbitrio, ſi deo ſeruire uel-
arbitriũ. let, ſcdm uoluntatem ac legem dei, hr̃et apud eum
æternam fœlicitatem. Si aũt legi eius ſubdi noluiſ
ſet, ſed ptãte ſua uſa contra eius feciſſet imperium,
ſcdm eius iuſtitiam pœnę debitæ ſubiaceret. Hæc
oipotentia dei in creandis hoibus, hæc iuſtitia in
remunerandis pctõribus. Eſſe aũt liberũ arbitriũ,
atq; inde peccare quenq; ſi uelit, non peccare ſi no-
lit, non ſolũ in diuinis ſcripturis quas nõ intelligi-
tis, ſed ẽt in uerbis ipſius Manichęi tibi probo. Cir D
cũcluſus.n. uidet potentiã ueritatis, contra quã co-
natus fuerat aliam naturã quã non fecit deus, in-
ducere contra deum, non ſolida ueritate, ſed inani
phantaſmate: tñ ad confitendum uerum de libero
arbitrio, plus ualuit in eo natura humana, in qua
enim deus effecit, q̃ fabula ſacrilega quã ipſe ſibi cõ
finxit. Audi ergo de libero arbitrio, primo ipm
dñm, ubi duas arbores cõmemorat, quarũ mentio Quod bene & male agere ĩ libero arbitrio hominis ſit.
nem ipſe feciſti, audi dicentẽ: Aut facite arborẽ bo
nam & fructũ eius bonũ, aut facite arborẽ malam
& fructũ eius malum. Cum ergo dicit, aut hoc faci
te, aut illud facite: ptãtem indicat non naturã. Ne-
mo.n. niſi deus facere arborẽ põt, ſed habet unuſ- Cap. 4.
quiſq; in uolũtate, aut eligere quæ bona ſunt, & eẽ Matt. 12.
arbor bona, aut eligere quę mala, & eẽ arbor mala:
non qa mala ipſa quę eliguntur aliquã habeant in
ſeipſis ſubſtantiã, ſed qa deus oia quæ cõdidit gra-
dibus ſuis condidit, generibuſq; diſtinxit, cœleſtia
& terrena, imortalia atq; mortalia, & oia bona in
ſuo genere cõdidit: aiam hñtem liberum arbitriũ,
ſub ſeipſo & ſupra cætera collocauit: ut ſi ſeruiret
ſuperiori, dñaret inferiori, ſi aũt offenderet ſuperio E
rem, pœnam ex inferiore ſentiret. Hoc ergo dñs di
cens, aut facite illud, aut facite illud: oſtẽdit eſſe in
ptãte qd facerẽt, ipſe ſecurus & certus in ſe tanquã
deus: & qa ſi bonum eligerent, præmiũ eius accipe
rent: ſi malum eligerent, pœnam eius ſentirẽt: Sem
per aũt ille iuſtus eſt aut remunerator, aut damna-
tor. Audi ergo iam quẽadmodũ Manichæus ip- Quod in creatura rõnali ſit liberũ arbitrium.
ſe tam puerſus, tam ſupbus, ut aliã introducens na
turam, ſe æqualem deo faceret, deũ ad ſeipſum de-
poneret, confeſſus ſit tñ eſſe liberũ arbitriũ: in the
ſauro ueſtro cui tale nomen ad decipiendos hoies
indidiſtis, certe ſic loqtur, qd & tuipſe cognoſcis. Cap. 5.
Hi uero qui negligẽtia ſua à labe pdictorũ ſpirituũ
purgari ſe minime pmiſerint, & mandatis diuinis
ex integro parũ obtẽperauerint, legemq; ſibi à deo
liberatore datã plenius ſeruare noluerint, neq; ut
decebat ſeſe gubernauerint &c. Vides in his uerbis
confirmatũ eſſe, ẽt à neſciente qd loqueretur, libe
rum arbitriũ. Qui.n. ſeruare legem non uult, in po
teſtate eius eſt ſi uelit. Non.n. dixit, non potuerint:
ſed, noluerint: hoc certe qd nolunt ſeruare legem, F
non à gente tenebrarũ coguntur: Si.n. cogũtur, nõ
nolunt, ſed non pñt: Si aũt nolunt, non utiq; cogũ
tur ut non faciant, ſed uoluntate ſua nolunt. Hoc
ergo qd in eorũ uolũtate eſt ut nolint, pctm̃ eſt cer
te ſine aliqua neceſsitate gentis tenebrarum. Hoc
agnoſce eſſe pctm̃ ſine neceſsitate gentis tenebra-
rum. Et inde uides unde ueniant oẽs culpæ, unde
merita culparũ, unde diſtributiones pœnarũ. Ha Hoĩem libertate, nõ neceſſitate peccare oſtenditur.
betis ẽt hoc in ſcripturis apocryphis, quas canon
qdem catholicus nõ admittit, uobis aũt tanto gra
uiores ſunt, quanto à catholico canone ſecludun-
tur. Aliqd ẽt inde cõmemorem, cuius ego authori
tate nõ teneor, ſed tu conuinceris. In actibus con-
ſcriptis à Lenticio, quos tanq̃ actus Aploꝝ ſcribit, Cap. 6.
habes ita poſitũ: Etenim ſpecioſa figmenta, & oſtẽ
tatio ſimulata, & coactio uiſibiliũ, nec qdẽ ex pro
pria natura ꝓcedũt, ſed ex eo hoie, qui per ſeipſum
deterior factus eſt per ſeductionẽ. Vide quẽadmo-
dum hic, & per ſeipm dicit, & per ſeductionẽ. Fuit
enim ſeductor hois diabolus, nõ natura pctõr, ſed
prior uolũtate peccator. Sed quia erat in hominis

G poteſtate ſeductori non conſentire, ideo poſitum
eſt, & per ſeipſum, & per ſeductioné: ut in eo qđ po
ſitum eſt, per ſeipm̄, liberꝝ arbitrium: in eo uero qđ
poſitum eſt, per ſeductioné: intelligas diabolū, nó
Quòd ac oppreſſoré inuiti, ſed tentatoré uolentis. Proin-
cedere ad de qa ego rñdi, & quãtum potui ꝓbaui, ea quę ſcri
deum ex pta ſunt in libris ſanctis de pctõribus & de iuſtis,
dono dei nó ad diuerſitatem naturaꝝ, ſed ad diſtinctionem
ſit. meritoꝝ ptinere, in qbus meritis non neceſsitatem
Cap.7. natura facit, ſed uoluntas culpam: rñde tu ad illud
quod iam iterrogaui: Si deo nocere nihil poterat,
quare partem ſuam, ſubſtantiã ſuã, hoc qđ ipſe eſt,
polluendam & ligandã dæmonibus miſcuerit, qđ
in nulla diuina ſcriptura canonica potueris inueni
re? Si aũt nocere ei poterat, non deú incorruptibilé
1. Tim.1. colitis, de quo Apls dicit: Regi aũt ſeculoꝝ imorta-
li, inuiſibili, incorruptibili, ſoli deo honor & glo-
1. Tim.6. ria in ſecula ſeculoꝝ. Deniq; item dicitur: Deus ha-
bitat lucem inacceſsibilem: Nunqd ad illam lucé
Pſal.33. non accedũt ſancti, de qbus ſcriptum eſt: Accedite
Matt.5. ad eum & illuminamini: Et illud, Beati múdo cor
de, qm̄ ipſi deum uidebunt? Sed qa non ad eã pōt
H accedere, niſi cui deus ipſe donauerit, ut accedat,
ideo per ſeipſam inacceſsibilis eſt. Nemo.n. ad eam
pót accedere, qué deus noluerit ut accedat: cui aũt
donauerit, ipſe accedet. Qũo ergo poterat illa gens
tenebraꝝ accedere ad habitationẽ dei, ubi ē iacceſ
ſibilis lux, quo non accedit niſi cui deus donaue-
rit? Aut ſi donũ acceperat à deo ut accederet, ad ex
pugnandũ regnũ dei nõ daret, & nõ timeret. Si aũt
donũ tale non dederat ut poſſet accedere, ſecurus
in regno ſuo erat, habitans inacceſsibilem lucẽ: qd
poterat de tenebrarũ gente metuere, ut ei miſceret
partẽ ſuam, ſubſtantiã ſuam, hoc qđ ipſe eſt, ligan-
dam, premendã, contaminandã, ubi non ſolũ miſe
rabiliter teneretur, ſed ẽt turpiter purgaretur. Vt.n.
purgetur inde, dicitis qđ nephas eſt audire, ſed ad
uos confundendos & forte ſaluandos, tacere non
poſſumus: ut purgeť ĩde pars dei, dicitis in naue lu
cis, quã Solẽ appellatis, faciẽtes iniuriã creatori So
lis, & ipſi Soli qué ſic dicitis factũ, ubi tanta turpi-
tudo celebretur: Dicitis.n. illic poſitũ deũ, uirtutes
ſuas cõuertere in maſculos, ad irritandũ cõcupiſcẽ
tias dæmonũ fœminaꝝ, & eoſdem rurſus conuerte
I re in fœminas, ad irritandũ cócupiſcentias dæmo
nũ maſculoꝝ, ut cum dæmoniis iniiciũt libidinẽ,
accenſis in formas confictas à deo, relaxenť mẽbra
eoꝝ, & ſic euadat pars dei quę ibi fuerat colligata.
Hoc tantũ opprobriũ, hoc tantũ ſacrilegiũ credere
auſi eſtis, & pdicare nõ dubitatis. Hæc ſunt media
doctrinę ueſtrę? Finis uero qs eſt? Quis, niſi qa non
potuit deus totũ purgare? Et qa nõ potuit, facturũ
†cum. inde† dicitis uelut tectoriũ gẽti tenebraꝝ, ut ibi in
æternũ dãnetur qđ purgari non potuit, & nihil ſua
ſponte cómiſit. Ita fit ut deus ueſter, non uerus, ſed
fict⁹, nõ alicubi cõſtitutus, ſed ĩ corde vr̃o imagina
tus, partẽ ſuã miſceat iſœliciter, purget turpiter dã
net crudeliter. At hæc ergo rñde, & incipe ab illo
Quòd hõ qđ dixi, quare deus miſcuit iſtã partẽ ſuã, cui nihil
ſaluatur noceri poterat, aut ſi potuit, qũo ſit incorruptibi-
ſiue dam lis. FELIX dixit, Crudelem aſſeritis Manichęũ
natur ex hæc dicẽtem: de Chriſto qđ dicimus, qui dixit: Ite
libero ar- in ignem æternum? AVG. dixit, Pctõribus hoc
bitrio. dixit. FEL. dixit, Iſti pctõres, quare non purga
Cap.8. ti ſunt? AVG. dixit, Quia noluerunt. FEL.
dixit, Quia noluerunt, hoc dixiſti? AVG. dixit, R
Hoc dixi, qa noluerunt. FEL. dixit, Quare no-
luerũt? Eſt qui nõ uult curari? Eſt qui nõ uult pur-
gari? Eſt q nõ uult illuminari? Quis ĩfirmus eſt qui
non uult ad ſalutem uenire? Si crudele eſt qđ Mani
chæus dixit, qa aliqua pars dei quæ ſe purgare non
potuit ĩ globo ligata eſt, hoc crudele nõ eſt, ut Xp̄s
qui dixit, Ego pp pctõres ueni: modo ad ignẽ ęter
nũ illos mittat, cuius nomen portauerũt? Sed man
data credo nõ potuerũt cõplere. Si hoc crudele eſt,
crudelius eſt & illud. Si illud crudelius eſt, qa deus
illos non potuit purgare, & globo ligauit, & id cru
delꝰ uideť eẽ quos Xp̄s nõ potuit purgare, ad ignẽ
æternũ mittere: hoc mihi ſanctitas tua exponat de
ipſa crudelitate. AVG. dixit, Si ea q̃ iã dixi, uel
intellexiſſes, uel te ĩtelligere fatereris, fortaſsis.n. nõ
hñdo qd dicas finxiſti te nõ ĩtelligere qđ apertum
eſt, iſta non diceres. Iam.n. diximus & ꝓbauimus p
diuinas ſcripturas, eſſe liberum arbitriũ: deum aũt
eſſe liberi arbitrij iuſtũ iudicem, remuneratorẽ fi-
delium, eiq; ſe ſubiicientiũ & uolentiũ ſe ſanari, dã
natorem aũt ſuperborũ & impiorũ. Quia ergo ad
pctõres ſanandos uenit, ſanat utiq; peccata confeſ-
L ſos, ſanat pœnitentes: neminem auté pœnitet cũ
alius peccauit: ſed ſi eſt pnia iuſta & uerax, unde &
ipſe dñs dicit: Non ueni uocare iuſtos, ſed pctõres *Matt.9.*
in pniam: ipſa pnia indicat non alienæ eſſe naturæ
ſed uolũtatis noſtræ, ſi qd forte peccauimus. Nam
ſi alio peccãte, alium pœnitet, non eſt iſta prudens
ſed inſana pnia. Scdm uos autẽ nulla peccata ſunt.
Gens.n tenebraꝝ nõ peccat, qa ſuam naturã facit.
Natura lucis nõ peccat, qa qđ facit, facere cogitur.
Nullum ergo inuenis pctm̄ qđ damnet deus, nul-
lum inuenis pctm̄ quod pnia poſsit ſanari. Si autẽ
pnia eſt, & culpa eſt: Si culpa eſt, & uoluntas eſt: Si
uoluntas eſt in peccando, natura non eſt quæ co-
gat: Sed ſi qd infirmitatis patiũtur, qui non pñt im
plere qđ uolunt. Vnde apls Paulus dicit: Video aliã *Roma.7.*
legem in membris meis, repugnantem legi mentis
meę, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in
membris meis: manifeſtum eſt hoc ueniſſe de tra-
duce primi peccati Adam, & de cõſuetudine mala:
Nam hodie libera uoluntate faciunt hoies conſue
tudinem, quã cum fecerint, facile ſuperare non poſ
ſunt. Ipſi ergo ſibi de ſeipſis fecerunt, q̃ contraria M
lex habitet in membris eorũ. Sed qui concipiũt ti-
morem dei, & per liberũ arbitriũ ſubdunt ſe ſanan
dos optimo medico, & ſicut bono curatori, ita &
miſericordi creatori, per humilitatem cõfeſsionis
& pniæ ſanantur. Superbi uero dicentes ſe iuſtos,
aut dicendo qa nõ peccãt ipſi, ſed aliud in illis pec
cat, & alia natura de† illis peccat, per ipſam ſupbiã *†in.*
ſuam & inſanabiles fiunt, & experiuntur iuſtũ iudi
cium dei, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat
gr̃am. Nõ eſt ergo indignũ ut deus dicat: Ite in ignẽ *Iacobi.4.*
æternum: eis qui eius miſericordiã per liberũ arbi
trium reſpuerunt: & dicat, Venite benedicti patris
mei, percipite regnum: eis qui per liberũ arbitrium *1.Petri.5.*
fidem eius ſuſceperunt, peccata ſua confeſsi ſunt, *Matt.25.*
pniam egerũt, diſplicuerunt ſibi quales fuerunt, &
quales per eum facti ſunt, illi placuerunt. Tu ergo *Quare fi*
iam ad hoc quod interrogaui reſponde. Sed impe- *lius dei i*
trem à te, ne moras ſuperfluas faciamus: Si deo no- *carnatus*
cere nihil poterat, quare huc nos miſit? Si nocere *ſit.*
poterat, nõ eſt icorruptibilis deus. FELIX dixit, *Cap.9.*

A Si deo nocere nihil poterat, quare huc filiũ ſuũ mi
ſit? A V G. dixit, Vide quẽadmodũ ſemp interro
gas, & ad interrogata rñdere non uis. Audi qđ in-
terrogaſti, memento tñ te ad ea quę dico non rñ-
dere, me aũt rñdere. Deo nocere nihil poteſt, ſed fi
lium ſuũ miſit ut carne indueret, & hominibus ap
pareret, peccatores ſanaret, in ipſa carne pateretur
ꝓ nobis, quã ſumpſit ex nobis. In ſua quippe natu
ra pati nihil poterat, qa in principio erat uerbum,
Ioan. 1. & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ. In hac
natura qa deus erat uerbũ, pati nihil ille poterat.
Vt aũt pati ꝓ nobis poſſet, uerbũ caro factũ eſt, &
Ioan. 1. habitauit in nobis. Verbũ caro fctm̃ eſt, aſſumen-
do carnẽ, non mutatũ in carnẽ: Aſſumpſit. n. hu-
manitatẽ, non amiſit diuinitatem. Itaq; idẽ deus &
idem homo, in natura dei æqualis patri, in natura
hois factus mortalis, in nobis, ꝓ nobis, de nobis,
manens qđ erat, ſuſcipiens qđ non erat, ut liberaret
quod fecerat, non qđ erat. Non eſt ergo paſsio Xp̃i
ex indigentia, ſed ex miſericordia. Præbuit. n. exẽ-
B plum patientię nobis de nobis. i. homini de homi
ne, carni de carne, non tñ in illa carne ipſe deterior
factus, ſed caro i illo melior facta eſt. Pars uero dei
ueſtri nulla carne aſſumpta, non n. erat in gente te
nebrarũ ꝓ qua pateretur, deſcendit ut teneret, liga
retur, pollueretur, & turpius quã ligabatur purga-
ret. Iam n. de purgatione eius dixi. Hæc oia quãto
indigniora ſunt, tanto utiq; faciliora ad intelligen
dũ, qm̃ in naturã dei illa non cadũt: Et abſit à pio
aio atq; fideli talia de deo credere, deo bono, deo
uero, qualia nos creditis, non quẽ inueniſtis, ſed
quẽ finxiſtis: Rñde iam nũc ſi deo nocere nihil po
terat, pura illa ſubſtantia ipſius, nulla carne aſſum
Xp̃s cũ fueris crucifix⁹ pta, in ſe paſſura: ſi qd paſſura erat, nõ in carne quã
ſuſceperat, quare huc miſſa eſt ſcdm̃ ueſtra uanilo
quia? F E L dixit, Si nihil poterat noceri deo à par
Cap. 10. te aduerſa, & Xp̃o nihil noceri poterat ab aduerſa
natura, ad quam uenit Xp̃s ut eã liberaret, qa ut di
cis pp libertatem noſtrã uenit, ergo in captiuitate
fuimus. Si in captiuitate tenebamur, & ppea Xp̃s
C uenit, ut nos liberaret de captiuitate, q nos tene-
bat extraneus à deo erat, aut uirtus dei. Si uirt⁹ dei
erat qui nos tenebat, ut qd Xp̃m mittebat, ille qui
nos tenebat? Si in ipſius arbitrio erat qñ uellet di-
mittere, ut qd Xp̃s crucifigitur? Neminẽ autẽ latet
Xp̃m crucifixum: Quid illum crucifixerunt? Si dei
uirtus eſt, nihil nobis nocebat? Si dei uirtus erat,
non fuimus capti apud illum, ſed quaſi nos cũ no
ſtro principe, quaſi filius cũ parentibus, non autẽ
Romani cũ Barbaris. Non oportebat ergo, qa cum
uirtute dei cõſtituti eramus, deũ filium ſuũ mitte
re, ut dicatur qa liberator noſter uenit. Si paret er-
Gal. 3. go cũ uirtute dei nos conſtitutos eſſe Apoſtus dixit
Deut. 21. Xp̃s nos liberauit de maledicto legis, qa ſcriptum
eſt: Maledictus ois q pendet in ligno: Hoc. n. Apo-
Duas uitas Xp̃s nobis oſtendit p paſsionem, & reſurrectionem. ſtolus dicit, Si iſte q maledicit oẽs qui pendẽt in
ligno, dei uirtus eſt: Xp̃s. n. pendet in ligno, & Apo
ſtoli ipſius oẽs qui addicti ſunt ꝓ ipſius p̃cepto,
quis ergo iſte eſt qui maledicit omnẽ qui pendet
in ligno? A V G dixit, Quos Xp̃s redemit à dia-
bolo p conſenſionem ſuã tenebant à diabolo & in
eius conditione conſtituti erant per iuſtum dei iu
diciũ, cui ſeducenti conſenſerant per liberum arbi
Cap. 11. trium. Sicut autem in poteſtate hominis fuit dia-
bolo conſentire, ut captiuaret, ſic in ipſius diaboli
poteſtate fuit, cum angelus eſſet peccare, ut in dete D
rius mutaretur. Peccator ergo angelus p liberũ ar-
bitrũ, ſuaſit peccatũ homini habenti liberũ arbi-
triũ, ut diabolus ſi noluiſſet non peccaſſet, & hõ ſi
noluiſſet nõ cõſenſiſſet. Cũ aũt iam ab illo cui cõ
ſenſerat teneret, non qa diabolus aliqđ potuit, ſed
qa iuſtũ dei iudicium fuit, & eius legi obtẽperare
noluit. Quia ergo ſic inuenit Xp̃s peccatores ſub
peccato, redemit cõfitentes à ſupbiente. Qđ aũt in
lege poſitũ eſt: Maledictus ois qui pendet in ligno
Vñ Apoſtus dicit: Xp̃s nos redemit de maledicto Deut. 21.
legis, factus ꝓ nobis maledictum: Scriptum eſt. n. Galat. 3.
Maledictus ois qui pendet in ligno, non legẽ rep-
hendit, ſed miſericordiam cõmendauit. Quia. n.
Adam peccauerat, & ois illa maſſa & propago pec
cati maledicta erat, dñs autem carnẽ de illa maſſa
ſuſcipere uoluit ut ſuſcipiẽdo mortalitatẽ q̃ de pœ
na uenerat, ſolueret mortẽ, qđ de gratia ueniebat,
ideo dicit lex, Maledictus ois qui pendet in ligno.
Mors n ipſa pendebat in ligno, q̃ mors de maledi
cto ueniebat. Quo ergo ſuſcipiendo mortẽ inter- E
fecit mortẽ, ſic ſuſcipiendo maledictum ſoluit ma
ledictum. Vñ & Apoſtolus dicit: Scientes, qa uetus Roma. 6.
homo noſter ſimul cõfixus eſt cruci cũ illo, qa de
ueteri homine noſtro. i. de ſorte mortis, q̃ ueniebat
ex merito peccati: ſuſcipere dignat⁹ eſt carnẽ mor-
talem de uirgine Maria, in qua nobis & paſsionis,
& reſurrectionis p̃beret exemplũ: paſsionis, ad fir-
mandã pœnitentiã: reſurrectionis, ad excitandam
ſpem: ut duas uitas nobis oſtenderet in carne, q̃ ſu
ſcepit de uita noſtra mortali, unam laborioſam, al
terã beatã: Laborioſam, quã tolerare debem⁹ i bea
tã, quã ſperare debemus, Toleramus aũt laborio-
ſam merito peccati noſtri: Ille aũt oſtendit eam in
carne ſua, non merito iniqtatis ſuæ, ſed officio mi
ſericordiæ ſuæ. Nã ut noueris bonã eſſe legẽ quam
tu reprehendere uoluiſti, ipſe Apoſtus Paulus quo-
dam loco dixit: Lex ſubintrauit ut abundaret deli Roma. 5.
ctũ: Adhuc uĩ illã reprehẽdere. Sed audi qđ ſeqtur;
Vbi aũt, inquit, abũdauit delictũ, ſupabundauit &
gr̃a. Data eſt. n. lex ſuperbis hominibus, & uiribus F
ſuis totũ tribuentibus, ut cũ iplere non poſſent le-
gem datã, p̃uaricatores inuenirent, & facti rei ſub
lege, peterent miſericordiã à legis cõditore. Proin-
de paulopoſt dicit idẽ Apoſtus: Itaq; lex qdem ſan-
cta, & mãdatũ iuſtũ, & ſanctũ, & bonũ. Sed ne di- Roma. 7.
cas, qa de alio mãdato dicat, ut oſtendat qa de il-
lo dicit, de quo pauloante dixerat, Lex ſubintrauit Roma. 5.
ut abundaret delictũ: ſtatim ſibi oppoſuit q̃ſtio-
nẽ, Qđ ergo bonũ, mihi fctm̃ eſt mors? Abſit, Sed
pctm̃ ut appareat pctm̃, p bonũ mihi operatũ eſt
mortẽ. Erat. n. pctm̃, ſed non apparebat pctm̃, data Roma. 7.
eſt lex ſuperbo, fecit contra legem, & apparuit pec
catum, quod erat ſed non apparebat. Apparens au
tem pctm̃ humiliauit ſuperbum, humiliatus ſup-
bus factus eſt pœnitens, de pœnitentia ipetrata eſt
miſericordia. Audiſti ergo qđ interrogaſti, rñde qđ *Quòd ex*
interrogo: Nihil nocere poterat gens tenebrarum *uolunta-*
deo, quare huc miſit partẽ ſuam miſcendã, & pol- *te homi-*
luendam à natura dęmonũ? F E L. dixit, Si in ar- *nis cun-*
bitrio noſtro ſumus, nemo neminẽ cogat. Qñ uo- *cta depẽ*
luero, ero Xp̃anus: Voluntas nobis ſubiacet, aut eſ *dent agẽ*
ſe Xp̃anum, aut non eſſe. A V G dixit, Quia uolun *da, nec co*
tas nobis adiacet, manifeſtum eſt, & hoc de diui- *gi põt.*
nis ſcripturis docui, qđ coactus eſt ẽt inuit⁹ dicere, Cap. 11.

G etiam ille qui uos in iſtum induxit errorẽ. Qđ au-
tem dicis, nemo cogatur, qñ uoluero ero Chriſtia
nus, nemo planè te cogit: Qñ uolueris eſto, qa ex
uoluntate tua huc ueniſti, & ex uoluntate tua iſta
diſputaſti: Et væ uolũtati male ſi mala eſt, pax bo
nę uoluntati ſi bona eſt. Siue aũt mala ſit, ſiue bo
na ſit, uoluntas eſt. Bonã uoluntatem ſequiť coro-
na, malã ſequiť pœna. Deus iudex uoluntatum eſt
creator aũt naturarum. Si ergo putas cogi te ut ſis
Xp̃anus, audi à nobis oĩno te non cogi: Cogita po
tius q̃ audis, perpende, in tua uoluntate es: exami-
na ut prudens, ſi rñ eſt in te ulla prudentia uel hu-
mana, utrũ ea q̃ dicta ſunt ueritate fulta ſint: utrũ
tuipſe in Manichęi ueſtri defenſione defeceris, ſi-
cut apparet, & qñ uolueris eſto qđ nondũ es, & de
ſine eſſe quod es. FELIX dixit, Ecce iam cõpen
diue, ut dixit ſanctitas tua, ne chartas cumulemus
ſi tibi placet qđ petiui, pridem huc ueni: oſtẽdi mi
hi ueritatẽ, ut illud quod teneo pareat, qa ueritas
Cap. 13. non eſt, & habes paratũ ad credendum. AVG.
dixit, Iã quidẽ quod tenes ſatis apparet, qa ueritas
H non eſt. Abſit.n. à cordibus ueritatẽ quærentium
uel tenentium, ut credant deũ ſubſtantiã ſuã ne-
ceſsitate coactũ merſiſſe dęmonũ naturæ ligandã
atq; polluendã. Abſit à fidelibus credere deũ ad li
berandũ ſubſtantiã ſuã conuertere ſe in maſculos
cõtra fœminas, & in fœminas contra maſculos ad
†irritan dam. eorũ concupiſcentiã tutãdã. †Abſit à fidelib⁹ cre-
dere deũ ſubſtantiã ſuã ipſis dęmonibus merſam
poſtea in ęternũ dãnare. Hoc ergo qa ueritas non
eſt, manifeſtũ eſt. Sed qa uis tibi ꝓ iſta falſitate ex
pulſa atq; cõiuncta, patefieri ueritatẽ, ſi qd de co-
An Manichai articuli ſint anathematiZandi. gnoſcenda fide catholica adhuc mouet, ab initio
fidei poteris erudiri. Etenim aptũ ꝑceptioni uerita
tis incõmutabilis facit pia fides: à qua fide quiſqs
incipere noluerit, ſupbus foris remanebit, & ad id
quò tendit uel quo uult, ꝑuenire nõ poterit. Sed qa
illa falſitas manifeſta eſt, anathema falſitatem, ut
Cap. 14. poſsis incipere apt⁹ eſſe ad cognoſcendũ ueritatẽ.

FEL. dixit, Cũ apparuerit mihi, qa mihi nõ pa
ret, qa altera mihi oſteſa nõ eſt, nõ poſſum anathe
I matizare. AVG. dixit, Anathematizãd⁹ eſt error
q dicit corruptibilẽ deũ, an nõ eſt anathematizan
dus? FEL. dixit, Iterũ dic. AVG. dixit, Ana-
thematizandus eſt error q dicit corruptibilẽ deũ,
an nõ eſt anathematizãdus? FELIX. dixit, Quę
raſ ſi dicit. AVG dixit, Ego hoc interrogaui, q
dicit corruptibilẽ deũ, anathematizãd⁹ eſt, an nõ?
FEL. dixit, Qui dicit corruptibilẽ deũ anathe-
matizandus eſt, hoc mihi obijcis? AVG. dixit,
Hoc interrogo, FEL dixit, Corruptibilẽ deum
dicis, nõ aũt quod primo dixiſti, qa partẽ ſuã de-
dit aduerſarijs. AVG. dixit, Interim qđ interro-
go rñde? Qui dicit corruptibilẽ deũ eſſe, anathe-
matizãd⁹ eſt, an nõ? FEL. dixit, Valde. AVG.
dixit, Qui dicit corruptibilẽ eſſe naturã & ſubſtã-
tiã dei, anathematizandus eſt, an nõ? FEL. dixit,
Non intellexi qđ dixiſti. AVG. dixit, Hoc dico
quod oĩs homo intelligit, niſi q ſe fingit non intel
ligere: naturã & ſubſtantiã dei. i. illud ipſum qcqd
eſt deus, qui dicit eſſe corruptibilẽ, anathematizã-
dus eſt, an nõ eſt? FEL. dixit, Etiã anathematizã
dus eſt, ſi ꝓbatũ fuerit eſſe uerũ. AVG. dixit, Nõ
dũ tibi dixi, qa Manichæus dicit corruptibilẽ na-
turã dei, ſed hoc tibi dixi, qa qcunq; hoc dicit, ana

K thematizandus eſt. FEL. dixit, Et ego rñdi, qui-
Manichæũ eſſe anathematiZandum. cũq; hoc dicit ẽt. AVG. dixit, Pars illa q̃ mixta
eſt genti tenebrarũ, de dei natura eſt, an de aliqua
alia natura? FEL. dixit, De dei. AVG. dixit,
Qđ de dei natura eſt, hoc eſt quod deus, an aliud
qd quod non eſt deus? FEL. dixit, Ita eſt, qđ de
Cap. 15. deo eſt deus eſt, ſcđm quod et ſcriptũ eſt: Lux lu-
cet in tenebris, & tenebræ eã non cõprehenderũt.
Deus. n. lumẽ eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt. AVG.
Ioan. 1. dixit, Bñ rñdiſti, qa & qcqd de dei natura eſt, deus
1. Ioã. 1. eſt, & deus lux eſt, & tenebre in eo non ſunt, & ta-
lis lux luxit in tenebris, & tenebræ eã non cõpre-
henderunt. Videamus ergo utrũ Manichęus partẽ
dei non dicat eſſe cõprehenſam à tenebris, non ẽt
teneri ligatã, non ẽt & maculatã & pullutã, ſic ut
indigeat miſericordia liberatoris & purgatoris. Si
aũt hęc dicit, ſcđm te ẽt, & ſcđm ueras confeſsio-
nes tuas, anathematizandus eſt, qa partẽ dei & na
turã dei quod eſt ipſe deus, dicit comprehenſam à
tenebris & ligatã & pollutã, quod tuipſe ſcđm Euã
L gelium loques non potuiſti dicere. Sed uerũ dixi-
ſti, qa lux lucet in tenebris, & tenebræ eã non com
prehenderunt. Manichæus ergo anathematizand⁹
qui dixit, q lux tenebrata eſt in tenebris, & tenebrę
eã comprehenderũt. FEL. dixit, Sed & q polluiť,
& qui teneť, liberať, & nos ſi polluti ſumus, mun-
damur. AVG. dixit, Sed hoc de dei natura non
recte dr̃ ſed de illa q̃ pollui põt recte dicitur qa pol
luitur & mũdatur. De illa uero q̃ pollui non põt,
uides cũ quãto ſacrilegio dicatur, polluitur & mũ
datur maxime qa ſic dicitis quandã dei partẽ eſſe
pollutã, ut ꝓpea ligetur in æternum globo tene-
brarũ, qa non potuit mundari. Hoc q non anathe
Quò illud quod pollui poterat, mũdatur. mate, falſum pauloante rñdit, qa oĩs qui dicit cor-
ruptibilem deũ, anathemandus eſt. FEL. dixit,
Hoc qđ dixit ſanctitas tua, qa pars q̃ ſe non mũda-
uit ab coinquinatione gentis tenebrar. : & ſic di-
Cap. 16. cit Manichæus, quia non ſunt miſsi in regnũ dei:
hoc enim aſſeris tn qa dãnati ſunt. Sed Manichęus
non hoc dicit, qa dãnati ſunt, ſed ad cuſtodiã po-
ſiti ſunt illius gentis tenebrarũ. AVG. dixit, De
M iſta parte tecũ ago, q̃ dicis pollutã, purgari poſtea
ſi opus fuerit, de illa q̃ figitur in globo eius. Inte-
rim q̃ purgatur, polluta erat. FEL. dixit, Quę pol
luitur & mũdať. AVG. dixit, Qui ergo dicit na-
turã dei & ſubſtantiam dei & id qđ deus eſt, poſſe
pollui, ligari, inqnari à gente tenebrarũ, nõ eſt ana
themand⁹? FEL. dixit, Xp̃s unde nos mũdauit,
unde nos liberauit? AVG. dixit, Xp̃s non partem
dei, non naturã dei liberauit, ſed facturã quã fecit,
Quòd anima à Chriſto redẽpta, ex Deo ſit p creationem, non per generationem. in peccatũ cadentẽ p liberũ arbitrium, ſua miſeri-
cordia liberauit. Eã rem mundauit q̃ pollui pote-
rat, eã rem liberauit quę captiuari poterat, eã rem
ſanauit q̃ infirmari poterat. Mõ aũt de deo, de na-
tura dei, & de ſubſtãtia dei, de eo qđ deus eſt loq-
mur, poterat pollui, an non poterat? FEL. dixit,
Aĩa noſtra ex deo eſt q̃ polluta eſt: ſi nõ eſt ex deo
ut qd pro illa Xp̃s crucifixus eſt? Si ergo paret quia
Xp̃s ꝓp animam noſtrã crucifixus eſt, paret qa ex
deo eſt, & polluta erat, & ipſe eam mundauit.

Cap. 17. AVG. dixit, Ego non ſolũ animam, ſed corpus
noſtrum & omnẽ creaturam & ſpiritalẽ & corpo-
ralẽ ex deo eſſe dico, qa hoc habet catholica fides.
Sed aliud eſt qđ de ſe deus genuit, qđ hoc eſt quod
ipſe, aliud aũt quod fecit deus. Quod deus genuit,

A æquale eſt patri: quod deus fecit, nō eſt æquale cōditū cōditori. *Ex deo, de deo.* Aliud autē dicim⁹ ex deo eſſe, quod melius dicimus de deo eſſe, qa hoc eſt quod ipſe, ſicut unigenitus filius, ſicut uerbū eius p quod facta ſūt omnia. Alia uero ſic dicimus ex deo, qa di- *Pſal. 32.* xit & facta ſūt, mādauit & cōſtituta ſunt. Hinc eſt anima ex his quę fecit deus nō illud qđ de ſe gēuit deus: Ideo uerbū qđ de ſe genuit, pollui nō potuit, nec poteſt, nec poterit. Anima uero q̄ fecit rectricē corporis, ut ſeruiret ſuperiori, dominaretur iferiori, id eſt ſeruiret deo, dominaretꝰ corpori, contēpta dei lege p peccatū polluta eſt. Deus autē miſericordiā pręſtās his quę fecit, miſit filiū p quē fecit, & p illū refecit. Quādo cōdēdū erat quod nō erat per uerbū cōditū eſt: q̄do reficiēdū erat qđ deprauatū fuerat, ſuſcepta eſt inde creatura de uirgine Maria, ut per id quod erat homo demōſtraretur homini, & qđ ſuſtinēdū & quid ſperādū eſſet: Itaq; natura uerbi ſubſtantia unigeniti filij dei nihil paſſa eſt à pſecutoribus Iudęis, uel à diabolo, āgelo malo pſequēte:

B Sed qa iduit ſe carne, induit ſe re mortali, re paſſibili, re mutabili: ideo quod ſe iduit, paſſus eſt qcqđ uoluit ad exēplū patiētiæ, & reformauit hoc ad exēplū iuſtitię. Tu modo dic mihi de dei parte quod deus eſt, utrū pollui poſſit, an non? Si poteſt, nō eſt icōmutabilis deus, & q hoc dicit, anathemādus eſt. Si autē nō poteſt, uides anathemādū Manichæū, q dicit parte dei naturā dei, ꝙ eſt deus, uenisse huc purā ad gētē tenebrarū ligatā atq; pollutā, ut indigeat [illegible] quādā? FEL. [illegible] dixiſti [illegible] anima, qa ex deo [illegible]. AVG. [illegible] Nō dixi, ſed [illegible] qa ex deo eſt tāquā à deo facta, nō tāquā à deo nata. FELIX dixit, Dixiſti de anima q nō eſt ex deo, ſed factura dei, qa ſine deo [illegible] hoc enī dicis tu, & nos [illegible] aſſeuerare, qa ex deo eſt anima. AVG. dixit, A deo eſt, ſed facta eſt à deo.

Quòd deus oia fecerit ex nihilo: et quæ differentia eſt inter facere et creare. Cap. 18.

FEL. dixit, Aut facta eſt, aut miſſa eſt, aut data ex deo eſt. Ergo ſi ex deo eſt, polluta eſt, & uenit xp̄s eā liberare de pollutione, qđ culpas Manichęum?

AVG dixit, Quia ego dico animā nō naturā dei, ſed factā à deo, p liberū arbitrium peccaſſe, & pec-

C cato eſſe pollutā, & p dei miſericordiā in pœnitentia liberatam: tu autē ipſa naturā dei quod de⁹ eſt, deū de deo dicis in gēte tenebrarū captum atque pollutū, & multū intereſt inter id qđ de ſe deus genuit, & qđ fecit nō de ſe, ſed ex nihilo, id eſt, cū omnino nō eſſet, à deo accepit ut eſſet. i. ut inſtitueretur. FEL. dixit, Ergo pars dei eſt. AVG. dixit, Iam tibi dictū eſt, nō eſt pars dei, & accipe quomodō itelligas deum omnipotētē factorē. Omnia quæ fiūt, & qđ quiſq; facit, aut de ſe eſt, aut ex aliquo, aut ex nihilo Homo qa nō eſt omnipotēs, de ſe filiū facit: ex aliquo, ſicut artiſex ex ligno arcā, & ex argēto uaſculū. Potuit enim facere uaſculū, ſed nō potuit facere argētū: Potuit facere arcā, ſed nō potuit facere lignum. Ex nihilo autē ex eo qđ prorſus nō eſt, facere ut ſit, nullus hominū poteſt. Deus autē qa omnipotens eſt, & de ſe filiū genuit, & ex nihilo mūdū fecit, & ex limo hominē formauit: ut pſtas tres potētias oſtēderet effectionē ſuā i omnibus ualentē, qa de ſe qđ fecit, nec feciſſe dicēdus eſt, ſed genuiſſe Quod autē ex aliquo, ſicut de terra hominē, nō ſic fecit hominē de terra, ut alius ei fecerit ipſā terrā unde faceret hominē, quomodo fecit deus argētū argētario ūde faceret uaſculū: ſed ipſe fecit,

& qđ nō erat ut eſſet, & qđ inde rurſus eſſet, qđ iam ipſe ex nihilo creauerat ut eſſet. Sic ergo corpus, ſic anima, ſic itelligitur uniuerſa creatura facta à deo, nō genita de deo, ut hoc ſit qđ deus. Proinde modo forte eliges qđ teneas, & qđ reſpuas. Elige qđ ſit melius: quoniā uidemus multa mutabilia, & ipſa tamē bona quāuis mutabilia: multa mortalia, & ipſa tamē bona quāuis mortalia, Bonū autē omnino icōmutabile ipſe deus eſt. Quid melius ſit tibi tenere, elige, deū mutabilē eſſe, an qđ deus fecit mutabile eſſe: qa neceſſe eſt ut unū è duobus dicas Si nolueris admittere id qđ deus fecit eſſe mutabile, reſtat ut dicas ipſū deū eſſe mutabilē. Vt autē ab hoc ſacrilegio te purges, & ab hac blaſphemia, ne dicas ſubſtātiā dei eſſe mutabilē: quare nō cōcedis deū q uere eſt, & incōmutabilis eſt, qa ipſe etiā dixit, Ego ſū q ſū, feciſſe omnia bona, ſed nō ſibi paria? *Exo. 3.* Proinde qa ipſe incōmutabilis eſt, nō eſt mirū ſi qđ fecit, qa ei æquale nō eſt, nō eſt icōmutabile, ſed mutabile. Ideo & p liberū arbitriū peccare &

E pollui potuit, & p eius miſericordiā liberari FELIX dixit, Dixiſti hominē feciſſe ſibi filiū. Nihil intereſt iter patrē & filiū. Quia ergo hoc protulit ſanctitas tua, & ego reſpōdeo, qa deus & quæ fecit æqualia ſunt ſibi AVG. dixit, Quod intelligere noluiſti, qa homo cū filiū facit, nō facere proprie dicitur, ſed proprie generare dicitur: ſic & deus filiū unicū genuit, dixi tibi, nō fecit. Fecit autē illud qđ æquale nō eſt ei: quod autē genuit, æquale eſt illi. Itaque elige tibi utrū uelis dicere mutabilē dei facturā, an mutabilē dei naturā? FEL. dixit, Quomodo deus imutabilis eſt, ſimiliter quem genuit imutabilis eſt: & qđ fecit, ſi de ipſius natura eſt, nō mutatur: ſed de nihilo fecit, qa opus nō mutatur. AVG dixit, Sed iam tibi dictū eſt, qa qđ fecit, non de ipſius natura eſt, [ſed ex nihilo fecit, qa omnipotēs eſt.] Nō erat, & fecit, nō de ſe, nō de aliqua re quā ipſe non fecerat, ſed ex nihilo. FELIX. dixit, Ego non hoc dixi, ſed dixi qa deus imutabilis eſt, & qđ genuit immutabile eſt, & quod fecit immutabile eſt. Non dixi, unde illud fecit. Non hoc quæſiui, unde fecerit.

Quòd dei filius ex deo ſit genitus: creatura aūt ſit ex nihilo facta. Cap. 19.

AVGVSTINVS dixit, Sed à me audiſti quod nō

F quæſiſti, ut iam deſineres [ſtulta] loq. Omnipotens deus & de ſe potuit generare, & de nihilo facere, & ex eo qđ iam fecerat aliquid formare. De ſe, filium æqualē ſibi: de nihilo, mūdum & uniuerſam creaturam: ex aliquo, de terra hominem, quia omnipotens eſt. Quod ergo de ſeipſo eſt, pollui nunquam poteſt, quomodo nec ipſe. Quod autem ab illo factū eſt, nō de illo, & pollui poteſt per liberū arbitrium, & mundari per ipſius miſericordiam, cōdemnando qđ peccauit, & agnoſcendo qui eū creauit. Tu uero q paulò antè dixiſti, quia q dei partē corruptibilē & cōtaminabilē dicit, anathemādus eſt: negare autem nō potes Manichæum dixiſſe, quòd pars dei in gēte tenebrarū comprehenſa atque polluta eſt, & his eum uerbis blaſphemaſſe apparet, ita ut peius blaſphemare forte non poſſet: aut anathema illū talia dicentē, aut tu cū illo anathemandus es & abiiciendus. FELIX dixit, Manichæus dicit, qa polluta eſt pars dei, & Chriſtus dicit, quia polluta eſt anima, & uenit liberare illam de pollutione.

AVG dixit, Sed anima nō eſt pars dei, Nam iam tu cōfeſſus es, quia Manichæus dixit pollutā partē dei, nos autē pollutā dicimus animam ex uolūtate

Quòd anima nō ſit pars dei, ſed facta à deo, & p Chriſtū redēpta. Cap. 20.

G peccati,nō autē eſſe animā partem dei,non de deo genitā,ſed à deo factā.Sic ergo dicit anima ex deo, quomodo dicit aliqđ opus fabri ex artificio eius, uel ex ipſo factū, nō tamen de ipſo genitū ſicut filius eius. Tu ergo qa iam cōfeſſus es Manichęū dixiſſe, pollui parte dei,& i iãdudū dixiſti anathemandū,q dicit corruptibilē uel cōtaminabilē deū uel naturā eius,iam anathematixaſti, qđ nō uis fateri. Hoc.n.qđ dixiſti, quia polluitur & quia mūdatur, hoc ipſum qđ dicis,mūdatur,expreſſiſti, qa pollui tur:& non habes unde euadat Manichęus:& tu dixiſti quia pollnitur pars dei.Anathema ergo Manichæum aut anathematixandus es cum Manichęo.

FEL.dixit,Ego non à Manichęo didici,qa polluta eſt pars dei, ſed à Xpo didici, quia, ꝓpter animā uenit quæ polluta erat. AVG.dixit,A Xpo nō didiciſti,qa anima pars dei eſt. FEL dixit,A Xpo didici:quia anima ex deo eſt. AVG.dixit,Et nos didicimus: quia anima ex deo eſt,ſed nō eſt pars dei.Sic eſt.n.aia ex deo quomodo factura ex artifice, non

H de deo ſicut filius de patre. FELIX dixit,De pollutione agim⁹,Si polluta eſt aia quæ ex deo eſt, & poteſt purgari à Xpo qui ꝓ illa uenit, & illa pars dei q̄ Manichæus dicit,pollui poteſt & mūdari p mãdatū ipſius dei. AVG.dixit, Ecce iterum dicis partem dei pollutā purgari, & pauloãte dixeras anathematizandum eſſe,qui illam dicit corruptibilē: modo dicis quia pollui potuit,& dicis quia mundari poteſt, ut confirmes qa pollui potuit.Hoc nos de parte dei non dicimus,ſed de aia dicimus, quia tãquā opus eius ex ipſo eſt,non tanquā ꝓles de ipſo.Redi ergo ad id qđ dicis,& diſcerne qđ dicimus,Anima nec deus eſt,nec pars dei,Tu autē Manichæū dicis dixiſſe pollui partē dei,q̄ dicit purgari,ut cōfirmet, qa polluitur. Reſtat ergo ut eum anathematizes, aut iſta ſentiēs anathematizeris. FEL.dixit, Pertinet ad deū aia quæ p peccatum coiquinata eſt, an nō? AVG dixit,Pertinet,ſed nō eſt pars eius. FEL. dixit,Non hoc interrogaui. AVG.dixit,Et quid interrogaſti? FEL.dixit,Pertinet ad deum:an nō pertinet? AVG. dixit, Iam dixi, & quia pertinet & quomodo pertinet. FEL dixit, Ego quæro utrū uere ex deo eſt. AVG.dixit Ex deo,non de deo.

Quō aia facta ſit ex deo, qa nō ut pars eius nec ut filius eius. Cap. 21.

I FEL.dixit,Si nihil peccatū eſt, & anima ex deo eſt,& polluta eſt,& uenit Xps liberare eam, & eam liberauit à peccato,qđ culpamus Manichęū,q dixit partē dei pollutā eſſe,& iterū mūdari? AVG.dixit,Quia tā cōfeſſus es Manichæū dixiſſe partē dei eſſe pollutam,& dicis nō eſſe peccatū tale blaſphemiam in deum effundere. Nos autē dicimus peccaſſe qdē animam p liberū arbitriū, & pœnitendo purgari p miſericordiā creatoris ſui, quia nō eſt ex deo tanquā pars eius,uel tanquā proles eius:ſed ex deo uel à deo facta eſt tanquā opus eius, Quid intereſt inter noſtrā fidē & ueſtrā pfidiam, omnibus manifeſtū eſt.Itaque ſecundū uerba tua ſuperiora, quia cōceſſiſti anathematizãdū eum q dicit corruptilē naturā dei,qđ & Manichæū dicere manifeſtū eſt,qa noluiſti ut eſſet à te anathematizatus,eris cū illo anathematizatus. Poſt hæc cū multis uerbis inter ſe agerent, FELIX dixit,Dic iam,quid uis faciam. AVG.dixit,Vt anathematizes Manichæū,cu ius ſunt tãtę iſtę blaſphemię.Sed ſi ex animo facis, tūc fac,nemo.n te cogit inuitū FEL. dixit,Deus uidet ſi ex animo facio:non.n homo poteſt uidere:

Qualiter Felix redit ad fidem catholicā: & qualiter anathematizet Manichæum & ſpiritū eius. Cap. 22.

ſed hoc peto ut confirmes. AVG.dixit, In quo uis K ut te cōfirmē? FEL dixit,Prior tu anathematiza,ut ego poſtea anathematizē.AVG.dixit, Ecce.n.manu mea ſcribo,uolo.n. ut & tu manu tua ſcribas.

FEL.dixit,Sed ſic anathematiza, ut ſpiritū ipſū qui i Manichæo fuit,& p eum iſta locutus eſt,anathematizes. Auguſtinus accepta charta ſcripſit hęc uerba, Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ iam anathematizo Manichæū & doctrinā ei⁹,& ſpiritū q p eū tā execrabiles blaſphemias locut⁹ eſt,qa ſpiritus ſeductor erat,nō ueritatis,ſed nefãdi erroris,Et nūc anathematizo ſupradictū Manichæū & ſpiritū erroris ipſius. Et cū eãdē chartā Felici dediſſet,etiā ille manu ſua hæc uerba ſcripſit, Ego Felix q Manichæo crediderã, nunc anathematizo eum, & doctrinā ipſius, & ſpiritū ſeductorē q i illo fuit,q dixit deū partē ſuā gēti tenebrarū miſcuiſſe,& eam tā turpiter liberare, ut uirtutes ſuas trãſfiguraret i fœminas cōtra maſculina,& ipſas iterū i maſculos contra fœminina dęmonia, ita ut poſtea reliqas ipſius ſuæ partis configat i æternū globo tenebrarū. Has omnes & cæteras blaſphemias Manichæi anathematizo. Auguſtin⁹ Epiſcop⁹, his i Eccleſia corā populo geſtis ſubſcripſi. Felix his geſtis ſubſcripſi. L

Libri Secundi Finis.

AD LECTOREM DE LIBRIS Precendentibus.

[redacted]

EPISTOLA SECVNDINI Manichæi ad ſanctum Auguſtinum.

D Omino merito honorabili atq; laudabili & unice pcolēdo, Auguſtino, Secūdin⁹ M

Habeo & ago gratias ineffabili ac ſacratiſſimę maieſtati,eiusq; primogenito omniū lumīnū regi,Ieſu xpo,Habeo gratias & ſupplex ſācto refero ſpiritui,ꝙ dederūt præbuerūtq; occaſionē qua ego ſecurus ſalutarē tuā egregiā ſanctitatē,dñe merito laudabilis & unice pcolēde. Nec mirū. Sunt eni ad omnia bona præſtāda,& ad omnia mala arcēda ſatis aptiſſimi, quiq; tuā beneuolētiā ſuis defēdant ꝓpugnaculis,eripiantq; ab illo malo, nō qđ nihil eſt,ac qđ factione paſſioneq; mortaliū gignitur ſed qđ paratū eſt ut ueniat. Vę autē illi q ſe eidē prębuerit occaſionē. Nā dignus es q ab iiſdē talia munera cōſequaris,iisdēq; ueritatis tuæ nutritores, eſſiciāt uere lucerna,quā i cordis tui cādelabro dextera poſuit ueritatis,ne fueris aduētu theſauri tui dilapidetur patrimoniū:iubeantq; ſine lapſu illā manere domū,q tu nō ſup erroris arenā,ſed ſup ſciētię lapidē collocaſti:illūq; à nobis repellant atrocē ſpiritū,q hominib⁹ timorē immittit & pfidiā,ut animas aueitat ab anguſto tramite ſaluatoris: cuius oēs impetus pillos pncipes funduntur, contra quos ſe Apoſtolus in Epheſiorum Epiſtola certamen ſubire fatetur. Dicit.n.ſe non contra carnem & ſanguinē habere certamen, ſed aduerſus principes &

Matt. 5.
Matt. 7.
Ephe. 6.

A poteſtates,aduerſus ſpiritalia neqtię quæ ſunt i cœ
leſtibus.Et reuera,qs.n.cōtra arma habeat, niſi cō
tra armatū,aduerſus illū q mouetur?Vt n.hominū
corpora arma peccati ſunt , ita ſalutaria præcepta
Rom.6. arma iuſtitiæ.Hoc Paulus, hoc ipſe teſtatur Mani-
chæus.Nō ergo armorū pugna eſt,ſed ſpirituū,qui
bus utūtur.Pugnant autē animarū gratia. Horū in
medio poſita eſt anima,cui à pricipio natura ſua d
dit uictoriam.Hæc ſi una cū ſpiritu uirtutē fecerit,
habebit cū eo uitam ppetuam , illudq; poſſidebit
regnū,ad qđ domin' noſter iuitat : Si uero ab ſpiri
tu uitiorū incipiat trahi & cōſetiat , ac p cōſenſum
pœnitudinē gerat , habebit harū ſodiū idulgētiæ
fōtē.Carnis.n.commixtione ducitur non propria
uoluntate.At ſi cum ſeipſam cognouerit,conſeuat
malo,& non ſe armet contra inimicū,uolūtate ſua
peccauit.Quā ſi iterū pudeat erraſſe,paratū īueniet
miſericordiaę autorē . Nō.n. punitur qa peccauit,
ſed qa de peccato nō doluit.At ſi cū eo peccato ſi-
ne uenia recedat,tūc excludetur,tunc uirgini ſtul-
Matt.25. tę cōparabitur,tunc hæres erit ſiniſtræ manus,tūc
Matt.22. à domino pelletur ex cōuiuio nuptiarū, nigrarum
B causā ueſtiū,ubi fletus erit & ſtridor dentiū , ibiq;
cū diabolo ad ignem originis ipſius, quem tua mi
ra prudentia,aut ex archāgelo factū,memorat, aut
nihil eſſe fatetur. Cur ergo regnabūt iuſti, cur Apo
ſtoli & martyres coronabūtur?Tutū ,ppterea qa ui
cerūt nihil?O quātū fruſtratur uincentis potentia,
cū aduerſarius nullius uirtutis eſſe prædicatur.Mu
ta quæſo ſententiā,depone Punicæ gentis pfidiā,&
receſſionem tuā ad ueritatem , quæ p timorem fa-
cta eſt,cōuerte.Noli his mendaciis te excuſare. Le-
git.n.aliquāta exile meū & qualecūque eſt Roma-
ni hominis igeniū,reuerendæ tuæ dignationis ſcri
pta i qbus ſic iraſceris ueritati,ut philoſophiæ Hor
tenſius.Hæc itaq; cū ſuſpenſo animo aguiq; oculo
iterū iterumq; repetiſſem,ſummum inueni ubique
oratorē & deū penè totius eloquentiæ,nuſquā ue-
ro cōperi Chriſtianum : & armatum qdem contra
omnia,affirmātem uero nihil, cū te magis ſcientia
peritum debueris oſtendere,nō ſermone. Illud ue-
ro tacere nō poſſum tuæ patientiſſimæ ſanctitati,
C Viſus.n.mihi es,,p certo ſic eſt,& nuncą̄ fuiſſe Mani
chæum,nec eius te potuiſſe arcana icognita ſecreti
cognoſcere , atq; ſub Manichæi nomine perſeq; te
humilem atque Mithridatem.Ego nāq; fateor non
tali diligentia nec tāta induſtria Anicianæ domus
micare marmora quāta tua ſcripta plucent eloquē
tia.Hanc ſi uoluiſſes ueritati cōcordare , magnum
Ioan.19. utq; nobis extitiſſet ornamentum. Noli rogo,cōtra
tuā uenire naturam,noli eſſe erroris lancea,qua la-
tus pcutitur ſaluatoris.Vides.n.illū & i omni mun
do,& i omni aīa eſſe crucifixū , quæ anima nunq̄
habuit cauſam ſuccēſendi.Et tu igitur q ex ipſa es,
dimittæ queſo iā uanas incuſationes,ſupfluas relin
que cōtrouerſias.Tāto tēpore cum parente tuo in
medio tenebrarum conſtitutus, nunquam ſubſan
naſti.In mediū Solis ac Lunæ inuētus es accuſator.
Quis igitur tibi patronus erit ante iuſtum tribunal
iudicis,cum & de ſermone , & de opere rœperis te
teſte cōuinci? Perſa quē incuſaſti nō aderit Hoc ex
cepto,qs te flētē conſolabitur?Quis Punicū ſalua-
bit?An emēdatum in Euāgelio eſt, quòd ſpatioſa
Matt.7. uia non deducit in interitum ? An falſum in Paulo
Rom.14. eſt,quòd operū ſingulis ſuorū non erunt redditūri
rationē?O utinā à Manichæo recedens , Academiā D
petiſſes,aut Romanorū bella, q omnia ſuperarūt,i-
terpretatus fuiſſes: qām magna ibi , quàm egregia
cōperiſſes,& non caſtus homo utiq; totius pudici-
tiæ & paupertatis , iſſes ad Iudæorū gentes Barba-
ras moribus:cū pręceptis inſeris fabulas , & addu- Oſee.1.
cis uxorē fornicariā,& facies filios fornicarię,& for
nicādo fornicabit terra a dño,& nō lauabis manus
poſt coitū cōiugis,& mitte manus ſup femur meū,
& macta & māduca , & creſcite & multiplicamini. Gene.24.
An tibi leones i lacu placuerūt,qa caueæ non erāt? Acto.10.
An tibi ſterilitas Saræ doluit , cuius pudoris diſtra Gene.1.
ctor maritus ſororē fingēs extiterat? Sed forte poſt Gene.11.
Daretis & entelli certamē,Iacob & ipſius pāmachiā 12.&20.
expectare uoluerit ?An numerū Amorrœorū:an pā- Aenei.5.
carpū in arca Noe cōſpicere diſpoſueras? Noui ego Gene.32.
te hæc ſēp odio habuiſſe,noui ego te ſemp magna Gene.7.
amauiſſe,quę terras deſerāt,quę cœlos peterēt,quę
corpora mortificarēt,quę animas uiuificarēt.Quis
igitur ille eſt q te repēte mutauit , quāquā hæc tuæ
ſactitati dicere nimis abſurdum ſit?Ipſe.n. nō igno
ras quàm peſſimus ſit,quàq; malignus,qq; etiā iāta
calliditate aduerſus fideles & ſūmos uiros militat,
ut & Petrū coegerit ſub una nocte tertio dominū E
negare,& idē reſurgēti Thomā nō pmiſerit crede- Matt.26
re:quæ tamē uulnera curata ſunt indulgētiæ medi Ioan.20.
cina.Illud uero quam audacter molitus ſit , ut do-
mino optimū ſemē ſemināti,ille zizania miſcuerit, Matt.13.
& tāto paſtori Scariotē rapuerit ; & ut ad ultimum Ioan.13.
crucis ſuppliciū ueniretur, in pniciē ipſius Scribas
Phariſeosq; accēderit,ut Barrabā dimittere clama- Matt.27.
rēt, & Ieſū crucifigerēt.Euaſimus igitur, qa ſpirita-
lē ſecuti ſumus,Saluatorē.Nam illius tātū erupe[illegible]t
audacia,ut ſi noſter domin' carnalis foret , omnis
noſtra fuiſſet ſpes amputata: & tamē ne ipſo qdem
crucis opprobrio potuit ſatiari : qnimmo i ſaniēs,
hinc egit ſpinis coronari , illinc aceto potari : hinc
milītū lācea percuti,illinc ſiniſtri latronis ore blaſ
phemari.Ac poſtea tātū eius creuit iniqtas, ut & ip
ſo & Apoſtolis eius illuc aſcēdētib' diuerſas cōpo-
neret quæſtiones,ſub eorū,qđ peius eſt,nomine ſu
pſtitioſis omnibus.i catholici uocabuli diuidens
dignitatē.Omitto nāq; quaten' unūquēq; diſcipu-
lorū aduerſus magiſtros armauerit,quaten' Hyme 1.Tim 1.
næū,quatenus Alexādrū deceperit , quę apud An- F
tiochiā,quæ apud Smyrnā , quæ apud Iconiū cō-
miſerit:illa nūc addo quæ pręſens actitat multitu-
do,à qua tātū uirtus ,pcul eſt,quātū populo clauſa
eſt . Nec.n uirtus eſt ad q̄ turba peruenit , & turba
quàm maxime fœminarū. Sed uereor clādeſtina eo
rū publicare , ne ab aliis ordita crimina geminent:
quāquā ſapiētū eſt utrūq; ferre,utrūq; ridere , & ad
illud tātū,niti qđ beatitudinē cōciliat,qđ parturit
uitā.Et tamē iterū atque iterum ſupplex deprecor,
oro etiā atque etiā obſecro,primū qdē ueniā largi-
ri digneris,ſi quo ſermone fuerit tuū titillatū aureū
pectus:ardore.n hoc nimio feci,quia nolo te à nřo
grege diuelli,à quo etiā egoipſe aberrās penè peri-
rē,niſi cito me de iniqua cōmunionis tuliſſem na-
tura.Deinde ut cōcilies te illi , quæ in te nihil deli-
qt:redeas ad illā quæ tibi & in dierū culpam , non
erit ſuccenſura.Nec.n ſpeties tantū nouit ignoſce-
re,quinimmo habet & ligandi & ſoluēdi poteſta- Matt 18.
tē.Noli te fingere palpare q dudū uidiſti:noli uelle
diſcere q potes docere . Dimitte hominū gloriā,ſi

G nis Xp̃o placere. Tẽporibus noſtris renoua Paulũ,
Philip. 3. qui cũ legis Iudaicę doctor eſſet, cõſecutus à domi
no apoſtolatus gratiã, quæ putabat cõmoda, cõtẽ
pſit ut ſtercora, ut Xp̃m lucrifaceret. Subueni ani-
mę tuę tã lucidę, quia ignoras qualis ſit fur hora uẽ
turus. Noli ornare mortuos, qa uiuorũ es ornamẽ-
Matt. 24 tũ. Noli comes eſſe lati itineris, quia Amorreum ex
pectat, ſed ad arctã feſtina uiam, ut cõſequaris uitã
Matt. 7. æternã Deſine quæſo utero efaudere Xp̃m, ne ipſe
rurſum utero cõcludaris. Deſine duas naturas face
Luce. 1. re unã, qa appropinquat domini iudiciũ. Væ q ac-
cipiũt, q qđ dulce eſt, in amaritudinẽ trãsferũt. Sed
Eſa. 5. ſi dubitas de principio, ſi ambigis de pugnæ exor-
dio, poterit diurno tractatu pacificoque colloqo
reddi ratio illud tamen notum facio tuæ ſagaciſſi
mæ bonitati, qa ſunt quędã res quę exponi ſic nõ
poſsũt ut intelligãtur. Excedit. n. diuina ratio mor-
taliũ pectora. Vtputa hocipsũ cũ ſint duę naturæ:
aut quare pugnauerit q nihil poterat pati: necnon
etiã de ſeculo nouo, qđ idẽ memorat, quia pręteri-
H tis maximẽ illius terrę motib⁹ hoc ædificetur. Quis
autẽ admittat inter diuina pręcidi, ſcilicet niſi figu
rã facias interpretãtis ad auditorẽ, quia ab hoc uer
ba pręcidũtur, & in illo cõponũtur. Et quãuis tra-
ctator multa dixerit quæ teneat apud ſe auditor, ta
mẽ à tractatore nõ receſſerũt: niſi taliter & de illo
ſẽtias ſeculo, & id qđ dicit ſtultũ ſatis & ineptũ. Ita
quoq; & de pugna, quòd niſi primo conicias, quia
de⁹ totus iuſtitia eſt, ultimũ autẽ facin⁹ eſt inuade-
re aliena: ad hoc uero cũ uenerit cõtraria natura, il
le qdẽ nihil poterat pati, qa pręſcius erat: uiſus fuiſ
ſet facinori cõſenſiſſe niſi pugnaſſet: & ideo magnã
oppoſuit uenienti uirtutẽ, uti iuſtitia ipſius nulla
pollueret ſacrilegij conſenſione. Ita. n. homo iuſtus
finit⁹ eſt, ut nec ipſe peccet aliquãdo, nec aliquãdo
cõſentiat peccatori. Illud etiã qa dicit, in ſuo regno
potens erat ĩ natura, ut omnipotẽs eſſet iudex. Hæc
ſi qdẽ ita dicta ſunt, nõ ut ille factus eſt, ſed ut aſſe-
q ego nõ ualui: adhuc nõ ſatisfaciũt pfidiæ, nec cæ
cis ſol exortus eſt, nec ſurdis uox audita eſt, nec da
pes mortuis pręparatæ. Quòd autẽ loca naturis aſ-
ſignari nõ poſsũt, hoc eſt quòd conditio humana
I. inenarrabile uocat atque ineffabile. Saluator autẽ
cui totũ facile eſt, duo hæc dextrũ uocat ac læuũ,
intus ac foris. Venite, ac recedite. Tu autẽ cõuerſũ
facis & pedẽ ponis, ut eſt orbis, uita, ſal⁹, lumẽ, lex,
ordo, poteſtas: ſi uocalẽ dicis & mutã, lõgã uocas,
breuẽ, quę naturæ hęc nõ ſonãt, duo ꝑ certo ſigni
ficãt, & abinuicẽ ſeparata. Sed tuæ admirãdæ ſubli
miq; prudẽtiæ cũ talia à me exponũt, tale eſt quale
ſi Iordanis Oceano aquã cõmodet, aut ſoli lucerna
lucẽ, aut populus Epiſcopo ſanctitatẽ. Quã ob rem
ferre oportet qcqd hæc Epiſtola cõtinet. Nã & ego
niſi tuã diuinã noſſem patiẽtiã, quæ facile cuiq; cõ
donat, nũq̃ taliter ſcripſiſſẽ: quãuis cernas eximios
me ſenſus ſummatim tetigiſſe plurimũq; cauiſſe, ne
tibi multus uiderer. Quocirca hæc fidẽ penes tuã
repererint ſanctitatem, qualiterq; ſaluemur: alioqn
ſimilia uoluminũ exinde poteris generare. Domi-
ne merito laudabilis & unice percolende uale.

Epiſtolæ Secundini Manichæi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, contra Secundinum Manichæum, liber unus. K

TVa in me beneuolentia, quæ ap Refellit
paret in literis tuis, grata mihi Auguſti-
eſt: ſed quàm te redamari à me nus ſini-
oportet amantem me, tam tri- ſtrum ſen
ſtis ſum quòd tenaciter inhæſi tire Secũ
ſti ſuſpitionibus falſis, partim dini: licet
aduerſus me, partim aduerſus bonum et
ipſam quæ mutari nõ poteſt ueritatem. Sed quod uerũ ad-
de animo meo uerum non ſentis, facile contemno. mittat, et
Hoc enim ſentis, quod & ſi in me non agnoſco, fie malã in-
ri tamen poteſt ut ſit in homine. Ergo etiam ſi er- tentionẽ
ras in me, non tamen ita erras, ut me de hominum excuſet.
numero eximat tua openio: quia id de me credis Caput. 1.
quod fieri poteſt in animo humano, etiam ſi non
ſit factum in animo meo. Nec igitur opus eſt, ut ti- L
bi hanc ſuſpitionẽ magnopere coner auferre. Non
enim ſpes tua pendet ex me, aut bonus eſſe non po 11 q. 3 ca.
teris niſi ego fuero. Senti de Auguſtino quicquid li Sents.
bet, ſola me in oculis dei conſcientia non accuſet.
Quod enim ait Apoſtolus, Mihi minimum eſt ut à 1. Cor. 4.
uobis iudicer, aut ab humano die. Ego autem uicẽ
tibi non rependam, ut de tua mente aliquid exiſti
mare in malam partem audeam, quod intueri non
ualeo. Nec dico quòd me ſubdole lacerare uolue-
ris: ſed tantum de te opinor, quantum de te indi-
cas uerbis. Quamobrem etſi non bona de me ſu-
ſpicatus ſis, quod carnali timore alicuius incõmo-
ditatis, quę de ueſtra ſocietate mihi accidere pote-
rat, hęreſim Manichæorum relinquerem, uel cupi-
ditate honoris quem in catholica adeptus ſum: ta-
men nõ de te uiciſsim male ſentiens, credo eſſe be-
neuolam ſuſpitionem tuam, & hoc nõ criminandi
cauſa, ſed corrigẽdi ſtudio ſcripſiſſe te exiſtimo. Si
autem mihi accommodares credendi beneuolen-
tiam, quoniã latebras animi mei arguis, quas utiq;
promere ad oculos tuos & demonſtrare nõ poſsũ,
facile de ipſo mutares ſententiã, & nolles amplius M
temere affirmare quod neſcis. Ego enim fateor, Quare
timore Manichæos deſerui, ſed timore illorum reliquo-
uerborum quæ per Apoſtolum Paulum prolata rit Augũ
ſunt, Spiritus, inquit, manifeſte dicit, quòd in ſtinus
nouiſſimis temporibus recedent quidam à fide, at Manichæ
tendentes ſpiritibus ſeductorijs & doctrinis dæ- os: et quo
moniorum in hypocriſi mendaciloquorum, caute doctrina
riatam habentes conſcientiam ſuam, prohibentes ipſorum
nubere, abſtinentes à cibis, quos deus creauit ad ſit falla-
percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, ciſſima.
& iis qui cognouerunt ueritatẽ. Omnis enim crea- Cap. 2.
tura dei bona eſt, & nihil abiiciendum quod cum
gratiarum actione percipitur. Quibus uerbis etſi
alios fortaſſe hæreticos, tamẽ maxime Manichæos
breuiter aperteq; deſcripſit. Hoc ergo timore cum
in puerili ingenio ſaperẽ, me ab illa ſocietate diuul
ſi. Amore quoq; honoris arſiſſe me fateor, ut inde
diſcederem: ſed illius honoris de quo idem dicit
Apoſtolus Gloria autẽ & honor & pax omni ope- Roma. 2.
ranti bonũ. Quis autem operari bonũ conabitur,
qui nõ in uolũtate mutabili, ſed in natura incõmu
tabili malũ eſſe putauerit? Vnde & ipſe domin⁹, eis
q bona ſe loq arbitrabãtur cũ eſsẽt mali, Aut facite
inqt, arborem bonã & fructũ eius bonũ: aut facite Matt. 12.
arborem

A arborem malam & fructum eius malũ. Malus uero
Ephe. 5. iã mutatis in bonum, Apl̃s ait, Fuiſtis.n. aliqñ tene
bræ, nunc aũt lux in dño. Sed ſi non uis mihi de
animo credere, exiſtima ut libet tantum de ipſa ue
ritate caue quid ſentias. Tentatio te nõ apprehen-
1. Cor. 10. dat niſi humana. Humanus.n error eſt, ut id factũ
in aia mea credas, quod fieri potuit, etiã ſi non eſt
factũ. Cũ uero ſacrilegã, & nõ ſolũ falſiſsimam, ſed
fallaciſsimã fabulã Perſicam, nõ de quolibet hoie,
ſed de ſummo deo mendacijs contaminatiſsimis
contextam atq; confictam putas eſſe ueritatem, nõ
eſt hoc modo prætereundum, neq; tanta mors aiæ
contemnenda. Eſt.n. quod tecum agi poſsit: quia
ſicut de aio meo nihil amplius poſſum dicere, niſi
ut credas mihi: quod ſi nolueris, nõ inuenio quid
faciam. Ita etiã cũ de ipſa luce aiorũ, quã rationales
mentes quãto puriores, tanto tranquillius intuenť,
falſum aliquid exiſtimas, tibi poteſt ſi patienter au
dias demonſtrari, q̃ ſit remotiſsimũ à ueritate qđ
ſentis. Sicut.n. ſenſum oculi tui ſentire nõ poſſum,
nec tu mei, ſed tantũmodo nobis de hac re credere
uel nõ credere poſſumus: illã uero ſpeciem quę no
B ſtris oculis uiſibilis ſubiacet, inuicem nobis uale-
mus oſtẽdere. Sic de affectionibus animorũ noſtro
rum, quas ꝓprias habemus, credamus nobis ſi pla
cet: ſi autẽ nõ placet, non credamus. Rationem au
tem ueritatis, quę nec mea nec tua eſt, ſed utriq; no
ſtrum ad cõtemplandũ ꝓpoſita, ſine peruicaciæ
caligine, ſerenatis mentibus pariter attendamus.
Quòd Se- Nec alia documẽta tibi proferam, qb' Manichęi
cundinus error apparet, q̃ ex ep̃la tua. Scribis.n. hr̃e te & age-
ſuis pro- re gr̃as ineffabili ac ſacratiſsimæ maieſtati, eiusq;
prijs uer- primogenito oium luminũ regi, Ieſu Chriſto. Dic
bis uincať mihi quorũ luminũ ſit rex Ieſus Chriſtus? Eorúm-
ab Augu ne quæ fecit: an eorũ quæ genuit? Nos.n. dicimus
ſtino. deũ patrẽ genuiſſe filium æqualẽ ſibi, creaſſe autẽ
Cap. 3. per eũ, hoc eſt cõdidiſſe ac feciſſe creaturã inferio-
rem, quæ utiq; non eſt quod eſt ille qui fecit & per
quem fecit. Itaq; qm̃ per eum fecit ſecula, recte ab
1. Tim. 1. Apoſtolo dictus eſt, rex ſeculorũ, tanq̃ ſuperior in-
feriorũ, & regendi potens, regens ea quæ regimine
indigenť. Tu aũt cum Ieſum Chriſtum regem lu-
minum appellas, ſi genuit ea, cur non ſunt æqualia
generanti? Si autem dicis æqualia, q̃uo rex eorũ eſt,
C cum regẽ neceſſe ſit regere, nec ullo pacto fieri poſ
ſit, ut ſint ea quæ reguntur ei à quo reguntur ſilia?
Quod ſi nõ genuit, ſed fecit hęc lumina, quæro un
de fecerit? Si de ſeipſo ꝓpagauit, cur ergo inferiora
ſunt? Si aũt nõ de ſeipſo, dic unde? An forte nec fe-
cit nec genuit lumina qbus regnat? Habẽt ergo ori
ginẽ propriã atq; naturã, ſed profecto inualidiorẽ,
ut à potentiore uicino uel patiantur ſe regi uel cu-
piant. Nonne cognoſcis, ſi ita eſt, excepta gẽte tene
brarũ iã duas eſſe naturas, alterã alterius egere au-
xiliũ, ſed neutrã ex alterius pẽdere principio? Hanc
ꝓfecto opinionẽ tu repudias, qm̃ Manichæo maxi
me aduerſa eſt, q nõ duas naturas, regẽ luminũ &
lumina q̃ reguntť, ſed duas naturas regnũ luminũ
& regnũ tenebrarũ pſuadere conať. Refugies igiť
ad id, ut genita dicas hæc lumina: ubi cũ quęſiero,
cur infirmiora ſint, cõtẽdere fortaſſe tẽtabis æqua
lia. Sed cũ retulero, q̃ cauſa eſt, ut regantť? negabis
regi. Hinc rñdebo, cur habẽt regem? Vbi nõ uideo
qd reſtat ingenuitati tuæ, niſi ut te pœniteat tale
oſtiũ poſuiſſe in ep̃la tua, per quod tuipſe exire nõ
poſsis. Sed etiã cũ te pœnituerit & dixeris, nõ ideo D
Manichæũ uictũ putari oportere, ꝙ tu aliqd in lite
ris tuis incautius poſuiſti innumerabilib' locis de
libris Manichæi recitabo, Regnũ lucis ab eo uoca
ri, qđ regno tenebrarũ naturaliter cõſtituit eſſe cõ-
trariũ: nec regnũ, ſed regna. Quãdoqdẽ in ipſa ep̃la
ruinoſi fundamẽti cum de deo patre loqueretť, Nul
lo, inqt, in regnis eius, aut indigẽte, aut infirmo cõ
ſtituto. Vbi aũt regna ſunt, qs tã cęcus eſt, q nõ in-
telligat æquales reges ijs qbus regnant oino eẽ nõ
poſſe? Quid igiť tã uicinũ ſi uelis aduertere, & tam
cõueniens honeſtati pectoris tui, q̃ ut te pœniteat
illud in ep̃la poſuiſſe? Eſt.n. ueriſsime Ieſus Chri-
ſtus rex luminũ, nullo modo ſibi æqualiũ, ſed ſub
iectorũ, & eorũ rector beatorũ. Pœniteat aũt te po-
tius fuiſſe Manichæum, cuius oẽs deceptorias ma-
chinationes ueridica frons ep̃læ tuæ uno ictu arie
tante ſubuerterit. Quia.n. Xp̃s luminũ rex eſt, nec
de ſeipſo genuit inferiora qb' rex eſſet: nec ea uici-
na ſibi qbus regnaret aſſumpſit, quæ nec genuerit
ipſe nec fecerit: ne ſint duo genera boni, quorũ neu
trũ ſit ex altero, ſed nec unũ indigens altero, qđ à
tramite ueritatis alienũ eſt: reſtat ut ea lumina qb' E
regnat, q̃ utiq; bona ſunt, qa inferiora ſunt non ge-
nuerit: qa ꝓpria ſunt, nõ uſurpauerit, ſed fecerit &
cõdiderit deus. Si uolueris quęrere unde fecerit, Quòd de-
& imaginari cœperis adiutoria materiæ quã ipſe us oia de
nõ fecit, ut ibi nõ uideať omnipotens facere quod nihilo, et
uellet, niſi cũ aliqua res quã nõ fecerat adiuuaret, nõ aliquo
rurſus inexplicabiles caligines erroris patieris. Sed præiacẽti
dicta ꝓphetica ſobrio captu intelligentiæ ſublimi fecerit.
atq; ineffabili Maieſtati apertiſsime adiũguntť. Ipſe Cap. 4.
dixit, inquiunt, & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata
ſunt. Ita uidebis q̃uo dicať in catholica fide, ꝙ de' Pſal. 32.
de nihilo fecerit oia bona ualde. Si.n. de aliquo fe-
cit, utiq; aut de ſeipſo, aut nõ de ſeipſo. Sed ſi de ſe- Gene. 1.
ipſo, nõ ergo fecit, ſed genuit: cur igiť inferiora ge-
nuit? Nã eorũ niſi inferiora eſſent, rex eſſe nõ poſſet.
Si nõ de ſeipſo, nõ utiq; de aliquo qđ ipſe nõ fecit:
alioquin de alieno fecit: & erat iã bonũ qđ ipſe nõ
fecerat, unde ubi regnũ ſtatuerat. Quo ſi ita eſt, in-
cipit nõ eſſe bonorũ operum creator, qa erat bonũ
quod ipſe non creauerat. Non n. de malo alieno lu
mina qbus regnaret efficeret. Relinquitur itaq;, ut
ſi de re aliqua fecit, de illa fecerit quã ipſe iam fece- F
rat. Ita fit ut primas origines cõdẽdarum rerum
de nihilo deũ feciſſe fateamur, niſi qa forte ineffa- Quãre
bilis ac ſacratiſsimę maieſtatis primogenitũ Ieſum Chriſtus
Chriſtũ eſſe dixiſti: nõ ſcđm ſuſceptionem hois, in dicať uni
qua p adoptionẽ uocaros, ſicut Ap̃ls dicit, & ſicut genit' et
catholica credit fides, hr̃e dignatus eſt, qbus eſſet primoge-
primogenitus: ſed potius ſcđm ipſam diuinitatis nitus, &
excellentiã uis eum primogenitũ intelligi, ut illa lu nos ſcđm
mina in quibus regnat ſemper eius ſint: non facti adoptio-
à patre per ipſum, ſed geniti à patre poſt ipſum: ut nẽ primo
ſint ipſi poſtgeniti, ille primogenitus, oẽs tñ de ꝓ- geniti.
pria patris eademq́; ſubſtantia. Quòd ſi ita credis, Cap. 5.
primũ cõtradicis Euangelio, ubi etiam unigenitus
dictus eſt, Et uidimus, inquit, gloriam eius tanquã
unigeniti à patre. Quoniã nullo modo uerũ dicere- Ioan. 1.
tur, ſi ſempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas,
qua cõſubſtantialis eſt patri, & eſt ante oẽm crea-
turã: niſi ex eadẽ ſubſtãtia ſemper haberet. Itaq; cũ
& unigenitũ & primogenitũ eum diuina teſtentur
eloquia. Vnigenitũ, qa ſine fratratrib': Primogeni-

G

Christus unigenitus et primogenitus quomodo

tum, qa cum fratribus, nõ inuenies quõ utrunq; de illo ſcdm eandem naturam diuinitatis intelligas. Fides uero catholica, quæ inter creatorē creaturaſq; diſtinguit, nullam patitur in his duobus nominibus intelligendi difficultatē, unigenitum eum accipiens ſcdm id quod ſcriptū eſt, In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Primogenitum aūt uniuerſæ creaturæ, ſcdm id qđ Apoſtolus ait. Vt ſit ipſe primogenitus i multis fratribus, quos ei pater ad fraternā ſocietatē, nõ æqualitate ſubſtantiæ, ſed adoptione gratiæ generauit. Lege itaq; ſcripturas, nuſquam inuenies de Xpo dictū, φ adoptione ſit filius dei. De nobis aūt ſæpiſsime legitur, Accepiſtis ſpiritum adoptionis filioꝝ: adoptionem expectantes redemptionem corporis noſtri: ut adoptionem filioꝝ recipiamus: prædeſtinauit nos in adoptionē filioꝝ: Gens ſancta, populus in adoptionē, uocauit uos p Euangelium nrm in adoptionē gloriæ dñi noſtri Ieſu Xpi. Et ſi qua talia recordāti uel legenti occurrerint. Aliud eſt. n. p patris excellentiā eſſe unicū filium dei, aliud per miſericordem grām accipere ptātem filios dei fieri credentes in eum Dedit eis, inquit, ptātē filios dei fieri. Non ergo erant natura, cum ptātem ut fierent acceperunt credendo in ipſum, Cui unico non pepercit, ſed pro nobis oibus tradidit eum, ut apud ſe unigenitū, ad nos primogenitum faceret. Ex illo igiť φ unigenitus eſt, nõ ex carne, non ex ſanguine, nõ ex uoluntate uiri, neq; ex uoluntate carnis, ſed ex deo natus eſt. Ex illo aūt φ primogenitus in Eccleſia fratrib⁹ factus eſt, uerbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. Nos quoq; inquātū naturaliter filij iræ fuimus, hoc eſt uindictæ filij, uinculo mortalitatis obſtricti, quanuis illo creante atq; inſtituente, q ꝓculdubio a ſummis uſq; ad ima, oia in menſura & numero & pondere diſponit & format, tñ ex carne & ſanguine, & ex uolūtate carnis nati ſum⁹. Inquātū aūt accepimus ptātē filij dei fieri, nec nos ex carne & ſanguine, aut ex uolūtate uiri, aut ex uoluntate carnis, ſed ex deo, nõ quidē coæquante natura, ſed adoptante grā naſcimur. Deinde ſi iam concederem non eſſe unicū patri Ieſum Chriſtum, ſcdm eiuſdem ſubſtantiæ diuinitatem, ſed hr̃e ſem per poſt ſe natos qbus eſſet primogenitus quõ rex eoꝝ eſſe poſſet? Quæſo te: an auderes dicere eo ſortiorem natum eſſe, quo priorem? Puderet certe ita ſentire. Non autē ita ſentis, quid igitur ſentis? Leniaium tuū, & placabilē te redde conſiderandę ſine pertinacia ueritati. Hoc. n. etiam abs te requiram, quõ intelligas primogenitum Ieſum Chriſtū in illa diuina atq; optima æternaq; ſubſtantia: utrum tēpore primus eſt genitus, ut poſteriores natos in illo regno intelligamus, qbus eſt primogenitus? Neq; poſſumus dicere quot horis uel diebus, mēſib⁹ aut annis maior ſit, q ortus eſt prior, ſed tñ aliquo interuallo atq; ſpatio tēporaliter has generationes diſcretas eſſe cogitemus. An uero nõ tpe, ſed ipſa excellentia ſublimioris utiq; maieſtatis, qua etiā rex eſſe fratribus luminibus meruit, primogenitū accipimus, tanq̄ in aliquo genitū principatu? Si rñderis eū tpe fratribus priorē eſſe atq; maiorē, ut iam ex hoc & regnū inſuper delatū eſſe cōtēdas, quod eos naſcendo præceſſerit, & aliqñ ipſe fuerit cum illi nondū eſſent, qd dicis frater? Itane præcipitabis cor tuū in hoc impietatis abruptū, ut exiſtimes in

Ioan. 1.
Col. 1.
Roma. 8.
Roma. 8.
Galat. 4.
Ephe. 1.
1. Petri. 2.
2. The. 2.
Ioan. 1.
H
Roma. 8.
Ioan. 1.
Ephe. 2.
Sapiē. 11.
I
Primogenitus an ſit prior duratiōe uel aliquo alio modo.
Cap. 6.

illam diuinam ſummāq; naturam mutabilitatem K
tēporis cadere, & credas ibi aliqd exiſtere, qđ ante nõ fuerit? An forte oportebat inde aduerſus tenebrarum gentē lumina progredi: progreſsiones ipſas generationes uocas, quas tēporaliter factas putas, ut tēporaliter pugnaret? Non ergo poterat unũ lumen ſufficere, qđ totum illud bellicum negociū diuina uirtute peragerct. Aut ſi multis opus erat, hoc nũc ſpūtalius ſentiendum eſt, ut anguſtū arbitremur aditū fuiſſe, quā ſimul exire nõ poſſent, ut ex eo φ unus ē fratribus prior exierat, & primogenitus dici, & rex fieri cęteris mereret. Nolo minutatim ſingula perſequi, ne ingenio tuo, ualenti ex paucis cuncta cōſpicere, nimis oneroſus ſim. Erige igiť aciem mētis, nebulas cōtentionis abſterge. Video ꝓfecto neq; ſcdm loca, neq; ſcdm tēpora, motus, ꝓgreſſus, exortus, occaſus, ullāſve couerſiones fieri poſſe, niſi in creatura mutabili: quæ tñ niſi eſſet ex artifice & cōditore deo, nõ dixiſſet Apſs, Et ſeruierunt creaturę potius q̄ creatori, qui eſt benedictus in ſecula. In hac. n ſententia maxime duo ſunt neceſſaria, quæ mecū intuearis, peto. Vnum, qa ſi creatura aliena eſſet á deo, nõ eius creator deus ab Apſo diceretur. Alteꝝ, qa ſi unius eiuſdemq; ſubſtātiæ creator & creatura eſſent, nõ reprehenderent, qa ſeruierunt creaturę potius q̄ creatori, qm̄ cuicunq; ſeruiſſent, ab eadem natura atq; ſubſtantia non receſsiſſent. Quomodo. n. nemo poteſt ſeruire filio qui nõ ſeruiat & patri, qa utriuſq; eſt una ſubſtantia, ſic nemo pōt ſeruire creaturæ, niſi ſeruiens creatori, ſi eſſet utri uſq; una ſubſtātia, Vnde ſi iam diſcernis, & ſapis, plurimum attenderes eſſe inter creatorem & creaturam: atq; oportet intelligas prolem creatoris non eſſe creaturam, nec ſibi eſſe inferiorem, ſed æqualem eiuſdemq; ſubſtantiæ. Ac per hoc ſi quis coleret eiq; ſeruiret, ſimul etiā creatori eius & patri cultū ſeruitutēq; præberet. Cū uero reprehenduntur ab Apſo, & deteſtabiles habenť qui coluerunt & ſeruierunt creaturę potius q̄ creatori, ſatis oſtēditur illius & huius diuerſas eſſe ſubſtantias. Sicut. n. nõ poteſt uideri, hoc eſt intelligi fili⁹, niſi in ipſo itelligatur & pater, ipſe. n. dicit, Qui me uidet, uidet & patrem: ſic nõ poteſt coli filius, niſi in eo colatur & pater. Et ideo ſi creatura filius eēt, non coleretur ſine creatore, neq; dānarent qui creaturam potius q̄ creatorem coluerūt. Perſpicis itaq; iam ut arbitror, nõ tibi congruere ut dicas primogenitum ſecretiſsimę a·q; ineffabilis maieſtatis, & oium luminū regē Ieſum Xpm, niſi Manichęus eſſe deſtiteris, ut creaturā á creatore diſcernas: ut Ieſus Chriſtus & unigenitus ſit ſcdm id φ uerbū dei eſt, deus apud deum pariter incōmutabilis & pariter æternus, nõ rapinā arbitrans eē æqualis deo: & primogenitus ois creaturæ, ſcdm id φ in ipſo condita ſunt oia, in cœlis & in terra, uiſibilia & inuiſibilia. Agnoſcis. n. ut opinor, uerba Apoſtoli ad Coloſſenſes. Quapropter cū abs te quæro, unde ſit facta uniuerſa creatura, quis in ſuo genere bona, creatore tñ inferior, atq; illo incōmutabili permanēte, ipſa mutabilis, nõ inuenies qd rñdeas, niſi de nihilo factā eē fatearis. Et ideo pōt uergere ad nihilū, qñ peccat illa creatura, & portio q̄ pōt peccare: nõ ut nihil ſit, ſed ut min⁹ uigeat, nunquā firma ſit. Nā min⁹ uigere & min⁹ ualere, ſi oino pducas ad ultimū, remanet nihil. Diligit ergo ſpōte uanitatē, cū

L
Roma. 1.
Qđ Xpi dei filius nõ ſit creatura ſed patri cōſubſtantialis.
Cap. 7.
M
Ioan. 14.
Ioan. 1.
A Et ſicuti etiam nunc fieri uidemus, corpo℞ ſormatricem naturã, mali inde uires ſumẽtẽ figurare: ita etiã antedictus princeps ſodaliũ prolẽ accipiens, habentẽ parentũ ſenſus, prudentiã, lucem ſimul ſecum in generatione procreatã, comedit, ac pleriſq; uiribus ſumptis ex iſtiuſmodi eſca, in qua nõ modo inerat fortitudo, ſed multo magis aſtutiæ & patrij † ſenſus ex fera genito℞ gente, † propriã ad ſe coniugem euocauit, ex ea qua ipſe erat ſtirpe manantem: & facto cum ea coitu ſeminauit ut cęteri, abundãtiã malo℞ quę douorauerat: nõ nihil etiã ipſe adijciens ex ſua cogitatione ac uirtute, ut eſſet ſenſus eius oium eo℞ quæ ꝓfuderat formator atq; deſcriptor: cuius cõpar excipiebat hoc, ut ſemẽ cõſueuit culta optime terra percipere. In eadẽ .n. conſtruebantur & contexebant oium imagines, cœleſtium ac terrena℞ uirtutũ, ut pleni uidelicet orbis id qđ formabat ſimilitudinẽ obtineret. O monſtrum ſceleſtũ, execranda perditio & labes decepta℞ ai℞. Omitto qd ſit de natura dei quod ſic legitur, hoc dicere: Hoc ſaltẽ attendant miſeri decepti, & errore mortifero uenenati, ꝙ ſi p coitum maſculo℞ & fœminarũ ligatur pars dei, quã ſe manducando ſoluere & purgare ꝓfitentur, cogit eos huius tam nefandi erroris neceſsitas, ut nõ ſolum de pane & oleribus & pomis, quę ſola uident in manifeſto accipere, ſed inde etiã ſoluant & purgent partẽ dei, unde per cõcubitũ poteſt, ſi fœminæ utero cõcepta fuerit colligari. Hoc ſe facere quidã cõfeſsi eẽ in publico iudicio perhibent: nõ tantũ in Paphlagonia, ſed etiã i Gallia, ſicut à quodã Romæ Chriſtiano catholico audiui. Et cũ interrogarent, cuius authoritate ſcripturæ iſta facerẽt, hoc de theſauro ſuo ꝓdidiſſe, qđ pauloãte cõmemoraui. Iſti aũt cũ hoc eis obijcitur, ſolent rñdere, neſcio quẽ inimicũ ſuũ de numero ſuo, hoc eſt electo℞ ſuo℞ deſciuiſſe, & ſchiſma feciſſe, atq; huiuſmodi ſpurciſsimã hæreſim condidiſſe: Vnde manifeſtum eſt, qa hoc etiã ſi iſti nõ faciunt, de ipſorum libris hoc faciant quotcunq; faciũt. Abijciant ergo libros ſi crimen exhorrent, qđ cõmittere coguntur ſi libros tenẽt: aut ſi nõ cõmittunt, mũdius uiuere cõtra ſuos libros conantur. Sed qd agunt cũ eis dicit, aut purgate lumen, de qbus potueritis ſeminib⁹, ut nec illud recuſetis qđ uos nõ facere aſſeritis: aut Manichæum anathematizate, q cũ dicit in oibus ſeminibus eẽ partẽ dei, & cõcumbẽdo ligari: quicqd aũt luminis, hoc eſt eiuſdẽ partis dei ad eſcas electo℞ peruenerit, mãducando purgari: qd uobis ſuadeat uidetis, & eum adhuc anathematizare dubitatis? Quid agunt, inquã, cũ hoc eis dicitur, ad quas tergiuerſationes ſe conuertunt, cũ aut tam nefaria doctrina ſit anathematizanda, aut tã nefaria turpitudo facienda: in cuius cõparatione iã illa oia mala quæ intolerabilia pauloante cõmemorabam eos de natura dei dicere, ꝙ neceſsitate oppreſſa ſit ut bellũ gereret, ꝙ aut ſempiterna ignorantia ſecura erat, aut ſempiterno dolore & timore ſolicita, ſqñ ſibi ueniret corruptio cõmixtionis, & uinculũ æternæ dãnationis, ꝙ deniq; geſto bello ſic fuerit captiuata, oppreſſa, polluta, ꝙ poſt falſam uictoriam ſic futura ſit in horribili globo in æternum cõfixa, & ab originis ſuæ fœlicitate ſeparata, tolerabilia uideantur, cũ per ſeipſa ſi conſiderent, ſuſtineri non poſſunt. O magna patientia tua dñe, miſericors

† praui. *† mente.*

Qualia Mãichæi confeſsi ſint ſe credere: & q̃ ex ipſo℞ libris habeant, quos anathematizare nolunt.

Cap. 47. B

Crimen ẽ libros interdictos tenere.

C

De patiẽtia dei in pctõres. *Cap. 48.*

& miſerator, longanimis & multum miſericors & uerax, qui facis oriri ſolem tuũ ſuper bonos & malos, & pluis ſuper iuſtos & iniuſtos, q non uis mortem peccatoris, ſed uis ut reuertatur & uiuat, q partis corripiens, dans locum pœnitentiæ, ut relicta malitia credat in te dñe, qui patientia tua ad pœnitentiã adducis, quamuis multi ſcđm duritiam cordis ſui, & cor impœnitẽs, theſaurizant ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij tui, q reddis uni cuiq; ſcđm opa ſua. Qui in quacunq; die conuerſus fuerit homo à nequitia ſua ad miſericordiã tuam, oẽs iniquitates eius obliuiſceris: Præſta nobis, da nobis, ut p noſtrũ miniſteriũ quo execrabilẽ & nimis horribilẽ hunc errorẽ redargui noluiſti, ſicut iam multi liberati ſunt, & alij liberẽtur, & ſiue per ſacramentum ſancti baptiſmi tui, ſiue p ſacrificiũ contribulati ſpiritus, & cordis contriti & humiliati, in dolore pœnitentiæ, remiſsionem peccatorũ & blaſphemia℞ ſua℞, qbus p ignorantiam ſuam te offenderunt, accipere mereantur. Tantum .n. ualet impellens † miſericordia & poteſtas tua & ueritas baptiſmi tui, clauesq; regni cœlo℞ in ſancta eccleſia tua, ut nec de illis deſperãdũ ſit, quandiu in hac terra p tuã patientiã uiuunt, qui etiã ſciẽtes q̃tum malum ſit talia de te ſentire uel dicere pp aliquam tẽporalis & terrenę cõmoditatis cõſuetudinẽ uel adeptionẽ in illa maligna ꝓfeſsione detinentur, ſi ad tuã ineffabilẽ bonitatẽ ſaltẽ increpati tuis correptionibus fugiant, & oibus carnalibus uitæ illecebris, cœleſtem uitam æternamq; præponant.

D *Matt. 5.* *Ezec. 33.* *Sapiẽ. 12.* *Roma. 2.* *Ezec. 18.* *Per quid datur remiſsio peccatorum.* *Pſal. 50.* *† prapellens.* *E*

Libri de natura boni finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPOnenſis Epiſcopi, De fide contra Manichæos, Liber.

VNVS DEVS pater & filius & ſpiritusſanctus, inuiſibilis, incõprehenſibilis, inenarrabilis, inuiolabilis, incoinquinabilis, q ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem: ipſe lumen uerum, uita & ueritas, bonus ſummus, & quæcunq; de illo humanus ſermo poterit enunciare, q̃ tñ ab illo dantur ut aliquo modo dici poſsint: Ex quo oia, per quem oia, ſiue ſedes, ſiue dominatiões ſiue principatus, ſiue poteſtates, & oia per ipſum & in ipſo creata ſunt, ſicut in utroq; teſtõ humilibus & pie quærentibus manifeſtatur: Ipſi gloria honor & poteſtas in ſecula ſeculo℞, Amen. Huic Manichæus aduerſariũ eſſe dicit, neſcio quẽ gentis principem tenebrarũ, quẽ etiã aſſerit ingenitum, nec hře authorem à quo creatus ſit. Et utiq; ſi ingenitus & nõ creatus eſt, p ſeipſum eſt immortalis: Et ſi per ſe immortalis eſt, nõ erit deus q hẽt ſolus immortalitatẽ: Et erit iam mendax Apl̃s q dicit de deo, qđ ſolus habeat immortalitatẽ: Sed qa Apl̃s mendax non eſt, deus ſolus habet imortalitatẽ: Et ideo ſolus poteſt & aĩs & qbus uult corporibus præſtare immortalitatẽ.

Cap. 1. *1. Tim 6.* *Ioan. 14.* *F* *Coloſ. 1.* *Roma. 11.* *Cap. 2.* *1. Tim. 6.*

Falſum eſt ergo quod Manichæus aſſerit, neſcio quã mali naturã cũ principe ſuo non hře authorẽ, ſed eſſe ingenitam. Deinde ſi ingenitus deus, ingenita etiam nunc gens tenebrarum, non erit cõtrarium ingenitũ & ingenitũ, uidẽs & uidẽs, regnans

Cap. 3.

G & regnans,uiuens & uiuens, æternũ & æternũ. Et
ſi cõtrariũ eſt bonũ malo,ex aliqua ergo parte di-
ſcordabit bonũ à malo:ex multa uero cõiunctum
& cõcordans,nõ iam erit merũ malũ, habẽdo tãta
cõia bona cũ deo.Si uero dicunt ingenitum eſt in
ſuo,nihil dicunt:Nã ingenitũ & ingenitũ, æternũ
& æternũ,quantum ingenita & æterna ſunt, nunq̃
erunt contraria.Nõ.n.quia Imperator in ſua pote-
ſtate magnus eſt,& mediaſtinus in operatione ſua
Cap. 4. contẽptibilis eſt,ideo mediaſtinus nõ erit homo,
1.Tim 6. qa homo eſt Imperator. Sed ſi quiſquã quęrit qd
ſit malũ,audiat Apl'm dicentẽ:Radix oium malo-
rum eſt cupiditas. Quam quidã appetentes à fide
Cap. 5. aberrauerunt, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

Cupiditas aũt in unoquoq; hoie eſt, non natura
lis,ſed uolũtaria,ideoq; dixit:Quam quidam appe
tentes Quod.n.appetendo habel,ſi non appetere-
Matt. 12. tur,non haberetur.Nam & dñs oſtendens q in ho
minis poteſtate ſit, ait: Aut facite arborem bonã,
& fructũ eius bonũ:aut facite arborẽ malã, & fru-
ctum eius malũ.In Actibus etiã cõſcriptis à Leon-
tio,quos ipſi accipiunt,ſic ſcriptũ eſt: Etenim ſpe-
H cioſa figmẽta & oſtẽtatio ſimulata & coactio uiſi-
bilium,ne quidẽ ex ꝓpria natura procedit, ſed ex
eo hoie,qui p ſeipſum deterior effectus eſt per ſedu
ctionẽ. Ipſe etiã Manichæus non potuit niſi fateri
aias,etiã quas dicit ad dei ſubſtãtiã pertinere, pro-
pria uoluntate peccare.Nam ſic in ſecundo theſau
ri libro dicit:Ii uero q negligentia ſua à labe prædi
ctorũ ſpirituũ purgari ſe minime permiſerint,man
datisq; diuinis ex integro parũ obtẽperauerint,le-
gemq; ſibi à ſuo liberatore datam, ſeruare plenius
noluerint, neq; ut decebat ſeſe gubernauerint &c.
Itẽ in ep'la fundamẽti ſic dicit de illis aiabus, quæ
mundi errore errare ſe à priore lucida ſua natura
paſſæ ſunt, atq; inimicæ lumini ſancto extiterunt,
aperteq; in perniciẽ ſanctorũ elemẽtorũ ſe armarũt,
& igneo ſpiritui obſecutæ ſunt:Infeſta etiã perſecu
tione ſua ſanctã Eccleſiã atq; electos in eadẽ cõſti-
tutos cœleſtiũ pręceptorũ obſeruatores afflixerũt,
& à beatitudine & gloria terræ ſanctæ arcentur. Et
qa à malo ſe ſuperari paſſæ ſunt, in eadẽ mali ſtir-
pe pſeuerabunt,pacifica illa terra & regionib' im-
I mortalib' ſibimet interdictis: Quod ideo illis eue
niet,qa ita iniquis operibus ſe obſtrinxerũt,ut à ui
ta & libertate ſanctæ lucis alienarent. Nõ igił pote
runt recipi in regna illa pacifica,ſed cõfigent i præ
dicto horribili globo,cui etiã neceſſe eſt cuſtodiã
adhiberi:Vnde adhærebũt his reb' aię eædẽ quas
dilexerũt,relictę in eodẽ tenebrarũ globo,ſuis me-
ritis id ſibi cõquirentes.Neq; n futura hæc cogno-
Cap. 6. ſcere ſtuduerũt,atq; ab hiſdẽ cũ tẽp' dabał ſe ſegre
garunt. Rogo uos ubi audiunl hæc uerba, dubi
tatis adhuc Manichæũ coactũ eſſe cõfiteri,eſſe pec
catũ ꝓprię uolũtatis? Nõ.n.unũ uerbũ inde dixit,
ſed tã multa,ut quẽuis graui ſomno merſum exci-
taret.Dixit,negligentia ſua:dixit, minime permiſe-
rint:dixit,parum obtẽperauerint:dixit, ſeruare no
luerint.Item dixit,obſecutæ ſunt:dixit, ſe ſuperari
paſſæ ſunt:dixit,ſe obſtrinxerũt:dixit, ſuis meritis
id ſibi cõquirentes:dixit,neq;.n.futura hæc cogno
ſcere ſtuduerunt,atq; ab hiſdẽ cũ tẽpus dabał ſe ſe
gregauerunt:& uos dubitatis dicere ꝓpria uolũta
Cap. 7. te peccari? Iterũ ipſe dicit in eadẽ ep'la: Lucis aũt
ſucceſſiuã partẽ,hoc eſt aias peccatrices:Et uos nõ
dicitis peccare,niſi gentẽ tenebrarũ. Sed qd de iſto K
loquar,q quis erraret,tñ euidẽtiſſima ueritate hoc
coactus eſt dicere, cũ ipſum dñm nr'm Ieſum Xp'm Matt. 26.
nolitis intelligere dicẽtem,ignẽ præparatũ eſſe pec
catoribus,diabolo & angelis eius:quos oẽs uoluit
intelligi peccatores? Nõ.n.iniuſtitia eſt apud deũ, Cap. 8.
ut damnet eos qui oino nihil peccauerunt. Pec-
care.n.quid aliud eſt,niſi in ueritatis pręceptis,uel
in ipſa errare ueritate? Quod ſi nõ uolũtate faciũt
peccatores,iniuſte iudicanł. Pertinere aũt & ange-
los ad iudiciũ,Apoſtolus oſtendit dicens:Neſcitis,
qm̃ angelos iudicabimus? Nõ aũt pertinerent ad 1. Cor. 6.
iudicium quo iudicantur,ſi nõ pertinerent ad pec
catum quo rei fiunt, nec poſſent merito iudicari.
Nõ.n.hoies iuſti de iuſtis angelis iudicaturi ſunt, Matt. 22.
qbus ſiles erunt,ſed utiq; de peccatoribus.Malefa-
cti ſui ergo per cupiditatẽ quiſq; author eſt. Eſt Cap. 9.
ergo in poteſtate ut ſit cupiditas: & ideo etiã malũ
in poteſtate eſt.In poteſtate ergo eſt, quod in uolũ
tate eſſe non debet:Malum.n. non poteſt eſſe natu-
ra,nec ſubſtãtia,nec uita,qa hæc bona ſunt, inquã
tũ ſunt:Sed & ſi aliquos naturaliter dicim' malos,
ꝓpter originẽ ueteris peccati dicimus, in quo iam L
noſtra mortalitas naſcitur. Totum itaq; qd' uocał
malũ in hoibus,peccatũ eſt & pœna. Peccatum fit
ab aia rationali,cui liberũ uoluntatis arbitriũ eſt.
Et pœna infligitur iuſtitia dei,quæ nihil facit iniu
ſte. Aduerſus hæc ſolita cæcitate Manichæi latrant,
& cũ cõuincunł naturã non eſſe malũ, ſed in ptãte
eſſe hois facere bene aut male, dicunt nõ eſſe aiæ li
berã uoluntatẽ,& nõ uident cæcitatẽ ſuã. Quis Cap. 10.
enim nõ clamet ſtultum eſſe,præcepta dare ei, cui
liberũ non eſt quod præcipitur facere: & iniquum
eſſe eum damnare,cui nõ fuit poteſtas iuſſa cõple-
re? Et has iniuſtitias & iniquitates miſeri nõ intel-
ligunt deo ſe adſcribere.Sed qd uerũ eſt, niſi & do
minũ dare præcepta,& aias liberæ eſſe uoluntatis,
& malũ naturã nõ eſſe,ſed eſſe auerſionẽ à dei præ
ceptis,& eẽ iuſtũ iudiciũ dei quo dãnet peccantes?

Interea cũ dicat idẽ Manichæus, deũ oibus bo- Cap. 11.
nis abundantẽ,nullo in regnis eius inſignib' indi
gente,aut infirmo cõſtituto, ita etiã fundata eiuſ-
dẽ ſplẽdidiſſima ſecula,ut à nullo unquã concuti
uel moueri poſſint,in alio loco paulopoſt ſubiun-
git & dicit:Lucis uero beatiſſimæ pater ſciens labẽ M
magnã ac uaſtitatẽ, q̃ ex tenebris ſurgeret, aduer-
ſus ſua ſancta impẽdere ſecula, niſi aliqd' eximiũ
ac præclarũ & uirtute potens numẽ opponat, quo
ſuperet ſimul ac deſtruat ſtirpẽ tenebrarũ, qua ex-
tincta quies lucis incolis pararetur. Certe ergo à Cap. 12.
nullo unq̃ cõcuti uel moueri potuerũt regna dei ô
Manichæi.Si.n.potuerunt,mentitus eſt dicẽdo,nõ
poſſe regna illa ab aliquo cõcuti. Et ſi cõcuſſa ſunt
neceſſitate,aut timore,nõ erit deus, q ſic cõcuti po
tuit:Nã uidemus deũ Manichęi ſcd'm eundẽ Mani
chæũ malo neceſſitatis preſſum,cũ labes ac uaſti-
tas aduerſus ſecula ipẽderet, aliudq; qd faceret nõ
haberet,partẽ ſuã ad pugnã dediſſe,ut uel hoc mo
do quietẽ lucis icolis cõpararet. Ipſa uero pars ei',
hoc eſt de lumine lumẽ, de bono bonũ, de ſancto
ſanctũ,de ęterno ęternũ,de deo de',de oipotẽte oi-
potẽs,corrupta ſit,mortificata ſit,cõmixta ſit poia
mũdi corpa à ſũmo uſq; ad imũ,a cœlo uſq; ad ſter
cora,ut & meretrices i theatris & i locis turpiorib'
turpiores hęrent i ſe oppſſũ deũ,q liberari fortẽ nõ.

A poſsit. Dicit.n.in fine ipſius epiſtolæ, unde unũ capitulũ iam poſuimus, ipſam dei partem q̃ cõmixta eſt, non totã poſſe reuocari ad priſtinã libertatem.

Cap. 13. Ecce uictoria, ecce triũphus, qualẽ fecit Manichei deus: Nam poſt amiſſam partẽ ſuam in luctu eſt, ſicut Manichæus idẽ dicit. Velum cõtra ſe habet, qd dolorẽ eius temperet, ne corruptionẽ partis ſuę uideat. Hodie.n.diuina quã cõmemorai ſubſtantia, ſubiacet genti tenebrarũ, ut lutum figulo. Hoc ĩ pri-

Cap. 14. mo libro theſauri eoꝝ ſcriptũ eſt. Qualis interea turpitudo, quã in eodẽ theſauro inter cætera ſeptimo libro ſcripſit, ſic dicens: Tunc beatus ille pater, q lucidas naues habet diuerſoria & habitacula ſecundũ magnitudines, pro inſita ſibi clementia fert opem, q̃ exuitur & liberaſ ab impijs retinaculis & anguſtijs atq; angoribus ſuæ uitalis ſubſtãtiæ. Itaq; inuiſibili ſuo nutu illas uirtutes ſuas, quæ in clariſſima hac naui habenſ, tranſfigurat, eaſq; parere facit aduerſis poteſtatib⁹, quæ in ſingulis cœloꝝ tractib⁹ ordinatę ſunt: Quę q̃m ex utroq; ſexu maſculorum ac fœminarũ conſiſtat, ideo prędictas uirtutes partim ſpecie pueroꝝ inueſtiũ pareri iubet gñi

B aduerſo fęminarũ, partim uirginũ lucidarũ forma generi contrario maſculoꝝ: Sciens eas oẽs hoſtiles poteſtates, ꝑꝑ ingenitã ſibi letalem & ſpurciſsimã concupiſcentiã facillime capi, atq; hiſdem ſpecieb⁹ pulcherrimis quę parẽt mancipari, hoc quoq; modo diſſolui. Sciatis aũt hunc eundẽ nr̃m beatũ patrem hoc idẽ eſſe, qd etiã ſuæ uirtutes, quas ob neceſſariam cauſam transformat ĩ pueroꝝ & uirginũ intemeratam ſimilitudinẽ: Vtitur aũt his tanq̃ proprijs armis, atq; per eas ſuam complet uoluntatẽ.

Cap. 15. Harum uero uirtutũ diuinarũ quę ad inſtar coniugij cõtra inferna genera ſtatuuntur, quęq; alacritate ac facilitate id quod cogitauerint, momento eodẽ efficiunt, plenæ ſunt lucidæ naues. Itaq; cum ratio popoſcerit ut maſculis appareant eædem ſanctæ uirtutes, ilico etiã ſuã effigiem uirginũ pulcherrimarũ habitu demonſtrant. Rurſum cũ ad fœminas uentũ fuerit, poſtponentes ſpeciẽ uirginũ, puerorum inueſtium ſpeciem oſtendunt. Hoc aũt uiſu decoro illarũ ardor ad concupiſcentia creſcit, atq;

C hoc modo uinculũ peſsimarũ cogitationũ earum ſoluitur, uiuaq; aia quę eorundẽ mebris tenebatur hac occaſione laxata euadit, & ſuo puriſsimo aeri miſcetur: ubi penitus ablutæ aiæ aſcendunt ad lucidas naues, quæ ſibi ad euectionẽ, atq; ad ſuæ pa-

Cap. 16. triæ transfretationẽ ſunt præparatæ. Id uero qd adhuc aduerſi generis maculas portat, per æſtum atq; calores particulatim deſcendit, atq; arboribus cæteriſq; plantationibus, ac ſatis oibus miſcetur, & colorib⁹ diuerſis inficitur. Et quo pacto ex iſta magna & clariſsima naui figuræ pueroꝝ & uirginũ parent contrarijs poteſtatibus quæ in cœlis degunt, quęq; igneã habẽt naturã, atq; ex iſto aſpectu decoro uitæ pars quæ in eorundẽ mẽbris habeſ, laxata deduciſ ꝑ calores in terrã: eodẽ modo etiã illa altiſſima uirtus quę in naui uitaliũ aquarũ habitat, ſimilitudines pueroꝝ ac uirginũ ſanctaꝝ ꝑ ſuos angelos apparet his poteſtatib⁹, quarũ natura frigida eſt atq; humida, quæq; in cœlis ordinatæ ſunt: Et quidẽ ijs quæ fœminæ ſunt, in ipſis forma pueroꝝ apparẽt, maſculis uero uirginũ. Hac uero mutatiõe & diuerſitate perſonaꝝ diuinaꝝ ac pulcherrimaꝝ, humidæ frigidæq; ſtirpis principes maſculi ſeu fœminæ ſoluuntur, atq; id qd in ipſis eſt uitale, fugit:

D Qd uero reſederit, laxatũ deduciſ ad terrã ꝑ frigora, & cunctis terræ generib⁹ admiſceſ. Quis nõ ri-

Cap. 17. deat, uel potius doleat & deteſtetur iſtũ hoiem, tã horrẽda & execrabilia de diuina ſubſtantia dicentem? Ergo ſubſtantiæ lucis æternæ parti dei, in captiuitate in calamitatibus, in erumnis, in preſſuris, in ſordibus atq; immunditia, ſcd̃m ueſtrũ errorẽ, ueſtram conſtitutionẽ nõ poterat aliter quotidie ſubueniri, niſi beatus pater, q naues lucidas habet diuerſoria, quẽ tertiũ legatũ appellatis, & uirtus altiſſima uirtutes ſuas in diuerſi ſexus naturã cõmutet: quas quidẽ intemeratas dicitis, ſed tñ ut meretricũ more, pulchritudine ſua principũ tenebrarũ letalẽ & ſpurciſsimã concupiſcentiam confuſæ & inuitæ accendãt Non.n.inuenitis uerũ, quo tandẽ pulchritudinẽ aliqñ honeſtius doceretis. Et qua cauſa hoc faciũt? Vt eis in libidinẽ concitatis, occaſionẽ liberationis reperiat ſubſtantia diuina? Quid aliud ſonat, niſi ut etiã ꝑ genitalia dæmonũ uias euadendi

Cap. 18. inueniat diuina maieſtas? Deus magne, ſubueni ais iſta turpia credentib⁹, iſta nephãda ſectantib⁹.

E Quis hęc nõ exhorreat, rogo nos? qs tam cæcus eſt ut iſta credat, rogo uos? Sed certe rñdeatur mihi ab ijs q ipſum Manichæũ ſequunſ: Si deus incorruptibilis eſt, uel ois natura ſummi boni inuiolabilis, ĩmaculabilis, inadibilis, incoinquinabilis, incõprehenſibilis, qd poterat facere mali natura huic tãtæ naturæ, ſi nollet cũ illa pugnare, ne ad tm̃ dedecus deduceret? Hoc dixi: Quid factura erat deo gẽs tenebrarũ, ſi nollet cũ illa pugnare? Si mihi diciſ, Nihil: quæro cur hodie eius pars hoc eſt dei deus, in calamitatib⁹, in preſſuris, ĩ captiuitate, in ſubiectione ſit cõſtituta, ut tã turpiter etiã liberel, & nec ſic liberari tota poſsit, uel ipſe pater luctũ habeat memoratæ partis ſuæ cauſa, quẽ luctũ Manichæus in

Cap. 19. ſuis libris apertiſsime ꝑ̃dicat? Ait quidẽ, Nihil ei fieri poterat, ſed ut oſtẽderet ꝑ̃ſcientiã ſe habere cogitationũ principũ tenebraꝝ, & ut mõſtraret nihil ſe timere ꝑpea pugnauit. Cui ego dixi: Qui potuit cogitationes principũ tenebrarũ uidere, ac neminẽ timere, quare nõ uidit luctũ ſibi iminentẽ de partis ſuæ infœlicitate, quã hodie patitur? Quã partẽ

F ſuã nunq̃ recipiet integrã, quia remanet inde aliqd, ſicut ipſe dicit, qd purgari nõ poterit, & globo tenebrarum in æternũ damnabiſ. Magna præſcientia uel potius inſcientia, & miſera infirmitas, hoc eſt totum q̄ neminẽ timebat. Certe ſi ſe tueri aliquo modo nõ poterat, rogaret ut ſibi parceretur, ne ad tm̃ dedecus integritas illa & decus oĩum ornamentoꝝ

Cap. 20. perduceretur. Itẽ dictũ eſt à quodã, Nihil ei poterat facere gens tenebrarũ, ſed ipſe uoluit patire malam circa fines ſuos, & miſit q eam debellaret. Cui ego dixi: Si ita eſt ut dicis, ipſe potius inuenitur malus, q rem uicinã nihil ei nocentẽ delere uoluit: Et ſicut malus in illam, ſic crudelis in ſuã, aut ignarus futuræ calamitati eius. Cum n putat rem bonã ſe poſſe perficere, ut in regno mali qd ei nõ nocebat, regionẽ ſuam extenderet, prius nõ præuidit infœlicitatẽ, quę memoratã partẽ eius quotidie premit. Deinde q̄ eam totã nunq̃ in priſtinã libertatẽ reci-

Cap. 21. pere poterit. Et cum huic obiectioni reſponderi minime poſsit, ſolitã imperitiam opponunt, qd facturi erant Iudæi Chriſto, ſi nollet ab eis pati? O utinã uidere poſſent, quod facile uiderent, niſi per

G nebulas contentionis excæcarent,quid ſit iminen
tis mali p̄mi neceſsitate, quā deum ſuū paſſum aſſe
uerant:& qd ſit miſericordię benigniſsimū officiū,
1. Cor. 1. quā ſapientia & uirtus dei dñs Ieſus Xp̄s uoluntate
& ineffabili poteſtate. p hominē quem ſuſcepit ex
uirgine, generi humano exhibere dignatus eſt, ut
hoībus p hominē patientię demōſtraret exēplum.
Oportebat.n.& hoc iuſtum erat,ut homines p pa-
tientiam humilitatis uincerent difficultatem infir
mitatis carnis ſuæ:qa in eam p elationem ſuperbię
ceciderant,ſicut in Adā primo homine nr̄a ſcriptu
ra indicat. Nunquid & uos poteſtis dicere,qa erant
aliqui hoīes, quos deus uolebat docere patientiā,
propterea uoluit à gēte tenebrarū tanta mala pati,
quemadmodū dñs à Iudęis? Aut nunquid poteſtis
dicere, qa ſuſcepit aliquā naturā paſsibilem deus, i
qua pateretͬ à gēte tenebrarū quicquid ei facere po
tuit,cū ipſe in ſua ſubſtantia nulla ex parte mutare
tur: ſicut uerbū dei,q eſt filius dei,etiam ipſe ſicut
pater incōmutabilis, ſuſcepit hominē mortalē, ut
integra & inuiolata deitate,in carne mortali doce-
ret mortales p patientiā mortē uincere, & ipſius in
H firmæ carnis futurā i melius cōmutationē reſurre-
Cap. 22. ctione monſtraret. Cū ergo eſſet p ſeipſum inuiſi
bilis, uiſibilis in homine apparuit,quē de fœmina
Lucæ.1. ſuſcipere dignatus eſt, ut i Euāgelio legimus, Dicit
Galat.4. & Ap̄ſ,factum de muliere. Et iſti dicunt,quare nō
ait ex uirgine? nō intelligentes q̄ conſuete dictū ſit
ſecundū proprietatē linguæ ſcripturarum,ſicut de
Gene.2. Eua dictū eſt,formauit eam in mulierem, antequā
uel oſtenderetur uiro: Quāuis Maria nō incongrue
propter partū dicitur mulier, uirgo uero, qd uirilē
neſcierit conuentionē, neq; pariēdo uirginitas eius
corrupta ſit. Quòd aūt angelus & Eliſabet dixerūt
Lucæ.1. Mariæ, Benedicta tu inter mulieres: nulla q̄ſtio eſt,
qa reuera bn̄dicta eſt uirgo inter mulieres. Sed ne
dicatis,ſicut angeli appatuerūt,ſic haberet corpus,
ne de fœmina naſceretͬ: qd ſi uobis dicatͬ, Vbi legi-
ſtis Xp̄m ueniſſe? Nonne dicturi eſtis, In Euāgelio?
Rn̄detur ergo uobis, ubi ſcriptū eſt, Chriſtū natū
de uirgine? Sed ſolita fœditate dicetis ſcripturā ip-
ſam falſam eſſe: Nec uidetis aliquē ſimilē uobis cæ
cum hoc poſſe facere, ut ea q̄ uos dixeritis uera, illa
falſa eſſe dicat: & q̄ dicitis falſa, illa uera eſſe dicat:
I Ac ſic aperiatis ianuas omni homini,errori uel ſce-
leri,ut unuſquiſq; prout uoluerit uel delectatus fue
rit,ipſas diuinas ſcripturas accipiat,reſpuat uero q̄
nō intelligens & offenſus putauerit mala,& non iā
inueniatͬ hac regula erroris ueſtri,un̄ tales corrigan
Cap.23. tur. Accipite integre canonicas ſcripturas,ſi inte-
gri eſſe deſideratis. Si.n.intelligeretis uel crederetis
certe Ap̄ſ dixit, p fœminā genus noſtrū fuiſſe dece
2. Cor. 11. ptum, Ait enim, Timeo ne ſicut ſerpēs Euā ſeduxit
aſtutia ſua,ſic & ueſtræ mentes corrūpantur: poſſe
tis intelligere p fœminā noſtrum genus oportuiſſe
liberari: ut qm̄ p fœminā mors facta eſt, p fœminā
uita recuperaretur,atq; ita demonſtraretͬ nō ipſam
creaturā fęmineam eſſe culpandam, cuius eſt deus
cōditor, ſed uoluntatem qua Eua peccauit. Sed ti-
ment maieſtatis illā incoinquinabilē & ineffabilē
potentiā i uirginis utero credere fuiſſe,ne ſanguine
eius pollueretͬ, cū & i Apoſtolis & multis dignis fœ
minis & habitauerit & nūc habitet, q utiq; corpora
habent,& ſanguinē habent. Si.n.in Maria coinqui
nari potuit,& in oībus potuit: Si aūt non potuit in

illis,utiq; nec in Maria potuit, in cuius uiſcerib⁹ ſu- K
ſceptionē corporis operata eſt dei ſapientia. Certe Cap. 24.
ipſum Manichæum de patre atq; matre natū fuiſſe
nō negabunt, cuius animā ſecundum ſuū errorem
deum eſſe oīpotentem ſimiliter nō negabunt: q ſe
mira ſuperbia aſſumptū à genio ſuo,hoc eſt à ſpiri-
tuſancto eſſe gloriatur, Et utiq; ſi genius eſt ſpiritusͬ
ſancti,& ipſe ſpirituſſanctus,& ipſe deus oīpotens,
ut ſpirituſſanctus: qui tn̄ Manichęus carnē habuit,
in qua ſi coinquinatus eſt ſpirituſſanctus, aut eius
aīa genia ſpirituſſancti, coinquinabilē deū colunt.
Si uero nuſquā deus coinquinatur, cū etiā lux cor-
porum cœleſtiū uſq; ad terras peruehiat & nō coin
quinetur: cum manifeſtū ſit ſolem iſtum, cui genu
flectunt, in oībus ſtercoribus & putoribus radios
ſuos expādere,& eis nuſquā coinquinari: deſinant
blaſphemare & rogent deū ut ab errore liberētur.
Incoinquinabilis.n.ſubſtātia nō ideo nō coinqui-
natur qa nihil attingit,ſed qa permanet i ſua mun-
dicia, qualecūq; ſit quicquid attigerit: Sicut corpus
inuulnerabile aut īpenetrabile, nūqd illud dicim⁹
quod nō pcutitur ferro, ſed potius quod etiam cū
pcutitur nō penetratur? Et ideo magis probatur fi- L
lius dei nō poſſe de ſanguine fęminæ coinquinari,
qa p fœminā natus eſt, q̄ ſi non p fœminā naſceretͬ,
& mēbra illa deuitaſſet: uideretur.n.iudicaſſe poſ-
ſe ſe inde pollui, & minus à nobis fidenter incoin-
quinabilis diceretur. Cōſecrauit aūt uirginitatem,
qa de uirgine naſci uoluit: & ſola illa mater i terris
eligenda erat ad ſuſcipiendum hominē, quia iam
patrē habebat in cœlis. Sed dicunt, quare ergo ne Cap. 25.
gauit matrē ſuam qn̄ ei dixit, Quid mihi & tibi eſt Ioan. 2.
mulier? Et quando cum ei nunciaſſet, q̄ eum uellet
uidere, rn̄dit: Quæ eſt mater mea, aut q ſunt fratres Matt. 12.
mei? ac hos potius in hunc affectū cooptauit, q fa-
cerent uoluntatē patris eius? Quia exēplo ſuo iam
docebat negandos eſſe terrenos parentes propter
deum. Opera.n.diuina facienti, terrenos affectus
obſtrepere nō debebat: Nam ſi propterea nō habe
bat matrē, quia negauit matrē, nec Petrus & cæteri
Apoſtoli habebant patres, qa monuit eos dicens:
Et patrē ne uocaueritis uobis ſuper terrā, unus.n. Matt. 23.
eſt pater ueſter q in cœlis eſt. Qd ergo eos monuit
de patre terreno, hoc de matre prior fecit. Hoc ergo
dicimus, ſapientiam dei ſuſcipiendo hominem nō M
eſſe coinquinatā, ſed miſericorditer ob hominū ſa
lutē hominē ſuſcepiſſe, ut fieret ſicut Ap̄ſ dicit, me
diator dei & hominū homo Chriſtus Ieſus: Non.n. 1. Tim. 2.
dubitanti diſcipulo ſuo mētiri potuit q dixit, Ego
ſum ueritas: qn̄ cicatrices uulnerum ſuorū, ut etiam Ioan. 14.
manu tangeret, præbuit. Quo.n.huic in aliquo ſe- Ioan. 20.
curi fidē haberemus, ſi diſcipulo ſuo ſic mentitus
eſſet? Abſit talis blaſphemia. Nec eoſipſos in ſempi
ternū reos teneat, q hoc audent aſſerere aut crederē,
ſed euigilent aliqn̄ & intelligant q̄ nepharia peruer
ſitate iſta credantͬ. Nos autē dn̄m uerum hominē Cap. 26.
ſuſcepiſſe credimus, & in ipſo uiſibiliter inuiſibilē
hoībus apparuiſſe, in ipſo inter homines conuerſa-
tum fuiſſe, in ipſo ab hoībus humana pertuliſſe, in
ipſo homines docuiſſe à quibus eſſet recedendum,
qd eſſet perferendum, quò eſſet tendendum. Totū
autem hoc nulla fecit neceſsitate. Vnde ipſe dicit:
Propter hoc me pater diligit, qa ego pono animam
meam, & iterū ſumā illam. Nemo tollit eam à me, Ioan. 10.
ſed ego pono eā à meipſo: Poteſtatē habeo ponēdi

A eam,& ptãtem habeo ite℞ ſumendi eam. Non ergo
mali neceſsitate amiſit eã: Voluit.n.ut illa quæ in
paſsione eius facta ſunt, oĩa fierent ad humanã na
turã docendam,non ad ſuã tuendam. Sicut.n nos
qui ex aĩa & corpore cõſtamus, cũ ſimus inuiſibi-
les ſcd͂m aĩam, uiſibiles aũt ſcd͂m corpus, oĩa quæ
uiſibiliter ſiue honoris & bñficio℞ accipimus,ſiue
contumelię uel iniurię patimur,ad animã quæ in-
uiſibilis eſt, tanq̃ ad principem neceſſe eſt, ut refe-
ramus,qa ipſa corpori principatur:Nam & cum ſi-
mus ſcd͂m aĩam imortales, cũ mortui corpore fue-
rimus, nos mortui dicimur: Ita & dñs ſcd͂m carnẽ,
qd eſt formam ſerui, quam ſuſcipere dignatus eſt,
& contumelias paſſus,& uincula & flagella,& mor
tuus eſſe manifeſtat:ut oĩa ueridice ueritas,& nihil
falſo feciſſe credatur: qa ptãte ac uoluntate uerbũ
caro factũ eſt,& natus,& paſſus,& mortuus, & re-
ſurrexit,nulla ſua neceſsitate,ſed uolũtate & ptãte:
cuius nulla pars aliqñ deprædata, nulla nunc uſq;
captiua eſt,nõ ſolũ diuinæ,ſed nec ipſius mortalis
quã ſuſcepit:Sed nec unquã capi poterit, niſi ab iis
q ei fide uoluerũt mũdo corde coniungi: Nõ ſicut
B deus Manichęi,q neceſsitatis malo pſſus,hodie hic
ex parte,qd negare non pñt, in miſeriis & calamita
Cap. 27. tibus uolutatur. Intelligite ſanè ſi poteſtis,ẽt in-
ter ipſos hoĩes,quantũ diſtet īter neceſsitatẽ & uo-
luntatẽ. Si qs, uerbi gr͂a,merito peccati ſui in carce
rẽ iubẽte iuſtitia mittatur,alius aſsit uir ſanct⁹,qui
eundẽ carcerẽ ingrediatur, pp illius cõſolationem
aut liberationẽ,nunqd ambo ĩ carcere ex una cau-
ſa cõſtituti ſunt? Ille miſſus eſt,ille igreſſus: Ille pœ
nã patitur, ille miſericordiã facit. Ille ingreſſus eſt
cum uoluit,egreſſus eſt qñ uoluit:Ille niſi interue-
niente ĩdulgẽtia,nullo iure poterit liberari.Et hoc
hoĩes facere pñt,& pręſtant libere bñficium, cũ ali
Cap. 28. qñ ſibi nihil cupiãt pręſtari. Cogitate ergo iam
ſi de⁹ põt pati aliquã neceſsitatẽ, cũ poſsint hoĩes
bene facere uoluntate,nulla mercede cõducti, nul
la neceſsitate cõpuiſi. Nullam ergo neceſsitatẽ pati
tur deus:neq; neceſsitate facit quę facit,ſed ſumma
& ineffabili uoluntate ac ptãte: Et tñ uos maxime
ſcd͂m errorem ueſtrũ,non debuiſtis opponere iſtã
contradictionẽ quã dicitis: Quid facturi erant Iu-
C dæi Xp̃o, ſi nollet ab eis pati? qa ſcd͂m eiuſdem Ma
nichæi blaſphemias, Xp̃s carnem non habuit, nec
aliqd à Iudęis paſſus eſt. Sic.n. in epiſtola fundamẽ
ti dicit:Inimicus quippe, qui eũdem Saluatorẽ iu-
ſto℞ patrem crucifixiſſe ſe ſperauit, ipſe eſt crucifi-
xus,quo tp̃e aliud actum eſt, atq; aliud oſtenſum.
Princeps itaq; tenebra℞ affixus eſt cruci,idemq́; ſpi
neam corona portauit cũ ſuis ſociis, & ueſtem coc
cineam habuit:acetum ẽt & fel bibit,qd qdã dñm
potaſſe arbitrati ſunt: atq; oĩa quæ hic ſuſtinere ui
ſus eſt,tenebra℞ ducibus irrogata ſunt, qui clauis
Cap. 29. ẽt & lancea uulnerati ſunt. Et qd ergo opponitis
dicẽtes: Quid facturi erant Iudęi Xp̃o ſi nollet ab
eis pati,cum de paſsione ipſius ita ſentiatis,ut non
ipſum deũ paſſum aliqd in corpore ſuo, ſed princi
pem tenebrarũ illa omnia paſſum putetis? Contra
Cap. 30. fidem autẽ ueſtram quõ iſta opponitis? Nos.n.
credimus,ut in Euangelio ſcriptum eſt,qa Xp̃s uo-
luit pati,& qñ uoluit paſſus eſt. Non.n. qñ uolue-
runt Iudæi,paſsionem ipſam fecerũt. Volebãt qui-
dam tenere eum & occidere, & ſcd͂m uoluntatem
ſuã iam pfecerant ſcelus,quod conabantur, & iam
rei erant immaniſsimi peccati qui uolebant,etiã ſi D
nihil feciſſent: Tñ ille qui ptãtem habuit ponendi
animam ſuam,qñ uoluit eos facere permiſit,qui le Ioan. 10.
gionibus angelo℞ potuit iubere ut Iudæi perirẽt, Matt. 26.
uel uno uerbo ſuo omnes interimere. Dñs ergo Cap. 31.
Xp̃s ſcd͂m hoĩem quem ſuſcepit,paſſus eſt: Et nul-
lum membrũ eius hodie tenetur à Iudæis,uel mor
talis corporis q̧ ſuſceperat,ſicut ſupra diximus.Nã
deus ueſter ò Manichæi,labe ac uaſtitate impẽden
te preſſus eſt, non libera uoluntate ꝓceſsit ad pu-
gnam,ſed neceſsitate cõpulſus eſt. Nec pręſtare ali
qd uoluit,ſed reſiſtere conabat̃: Qui ẽt in ſua ſub-
ſtantia, nõ in ſuſcepto mortali corpore deuoratus
atq; cõmixtus eſt:Qui ex parte hodie tenet̃,ex par-
te in globo ſemp tenebitur:Et tñ qs ferat tam incre
dibiles blaſphemias, quas iſti de ipſa paſsione dñi
proferre nõ dubitant? Omnes Apoſtoli,oẽs lin Cap. 32.
guæ rõnales dñm Xp̃m paſſum eſſe clamant. Om-
nis ſana fides Xp̃m pro nobis paſſum cõfitetur: Et
Manichæus iniquus dæmones omnes illas paſsio-
nes aſſerit pertuliſſe. Non.n. ꝓpterea dicit eos paſ-
ſos,qa de ipſis dñs triumphauit,& de ipſis nos per
patientiam triumphare docuit, ſed qa dñm Xp̃m E.
negant habuiſſe carnem mortalem. Quibus dici-
mus:Si non habebat carnem mortalem, qd erat q̧
tenuerunt Iudei? qd erat quod in cruce pendebat?
qd cõfixum erat clauis in ligno? qd eſt percuſſum
lancea,unde ſanguis & aqua ꝓfluxit? Si.n. uiſa ſunt
tantum fieri,& facta non ſunt, phantaſmata erant,
quod nephas eſt credere. Si autẽ uere facta ſunt, Cap. 33.
non tñ in carne mortali,ſed in ipſa diuina ſubſtan
tia facta eſſe dicitis, mutabilem eſſe dicitis diuinã
ſubſtantiam,& uiſibilem carneis oculis, & palpa-
bilem carneis manibus,& uulnerabilẽ ferro, quæ
rurſus nephas eſt credere. Et ideo dum timet dice
re Manichæus,qa iſta facta non ſunt: & ite℞ timet
dicere,qa in diuina ſubſtãtia facta ſunt: & nõ uult
cõfiteri,qa nec intelligere potuit,quõ filius dei per
quem facta ſunt oĩa,ſine aliqua mutatione uel co-
inquinatione diuinæ ſubſtantiæ ſuæ, hoĩem cum
carne ſuſceperit:coactus eſt dicere, qa non Xp̃s,ſed
princeps tenebra℞ cũ ſuis ſociis illa oĩa paſſus eſt.
Miſeri nõ timetis ut dicatur uobis in iudicio: Ego
eos liberaui pro qbus paſſus ſum:Ite, ille uos libe- F
ret, cui meas adſcribitis paſsiões? Dicitis magno Cap. 34.
errore,ſed tñ dicitis Xp̃m quotidie naſci, quotidie
pati,quotidie mori: Nunqd forte in iis qui credũt,
& pro noĩe ipſius tribulationes morteinq́; patiun-
tur? Non,inquiunt,ſed in cucurbitis,& in porris,&
portulaca,& in cæteris hmõi rebus. Magna ridicu-
la,magna cæcitas: Superius paſsionibus dęmonũ
hic paſsionibus olerum hoĩes liberantur à pecca-
tis. Item cũ eis dicimus: Quid factura erat deo Cap. 35.
gens tenebrarũ,ſi nollet cum illa pugnare? Dicũt,
Nihil fieri potuit deo incorruptibili. Non.n. ſi qs,
uerbi gratia, ſphæram uitream ſolidam unguibus
lacerare uoluerit, aliqd ei unquã faciet ſæuitia un-
guium ſuo℞. Sed ſi uel talem ſubſtantiã diuinã iſti
eſſe fingerent, ut oĩs ſæuitia gentis tenebra℞ talis
ad illã eſſet, quales ſunt ungues lacerantis ad ſphæ
ram uitreã, non deus Manichæi hodie luctũ pate-
retur de partis ſuę abſciſione uel amiſsiõe: quã par
tem dicũt, cũ in fructibus uel in herbis fuerit.i. in
melone uel beta uel talibus rebus,& principiũ ſuũ
& medietatẽ & finẽ noſſe. Cum aũt ad carnem Cap. 36.

G ueneꝛit, omnem intelligentiam amittere: ut ppea
magiſter hoibus miſſus ſit, qa ſtulta in illis facta
eſt pars dei:& ꝑpterea non ſit miſſus melonibus,
qa ſapientem hñt animam. Quis iſta credat uel ab
hoibus aliqñ, uel inter homines poſſe dici? Sed tñ
qũo nihil mali patitur ſubſtãtia dei ueſtri, cum &
in pomis ligatur,& in carne excęcatur, uel cum uo
lens redire, deiicitur ad terras à gente tenebrarum?
Sed ſi nihil ei mali contigit uel contingit, falſa oĩa
ſunt, quæ Manichæus dixit in epiſtola fundamen-
ti, quæ caput eſt oĩum uanaꝝ fabulaꝝ: uel in the-
ſauro, qui theſaurus eſt oĩum turpitudinũ & blaſ-
phemiaꝝ, uel in cæteris oĩbus libris: in qbus tanta
loquacitate nihil aliud q̃ infœlicitatem ſubſtãtiæ
dei, quam cõmixtam dicit principibus tenebrarũ,
& in diuinis uirtutibus triſtitiam, & pp illam ma-
gnam ſolicitudinem ut liberaretur, affirmat. Nam
reuera nihil mali, aut potuit, aut poterit pati ſubſtã
tia dei, nec aliquẽ habet inimicũ, q eius partẽ inge
nitã corrumpat: ſed hoĩes ſunt deo uel potius ſibi
inimici, non obtẽperando ꝑceptis dei, & cupidita-
Cap. 37. tibus ſe potius corrũpendo, nõ deum. Duũ ue-
H ro teſtamentoꝝ cõcordiã ſimplici oculo intẽdere
ſi uelletis ò Manichæi, facillime uideretis, Rabide
Gene. 1. enim ferimini in id qđ ſcriptũ eſt, Spũs dei ferebat
Gene. 3. ſup aquã. Et uidit deus qa bonũ eſt: Et, Adam ubi
Exod. 20 es? Et, Deus zelans, & ignis edax, & gladius meus, &
Deut. 4. cętera talia, non cõſiderãtes, qa ſi alius ita cęcus ſit,
ut reprehendere uelut illud dñi qđ in euangelio di
Matt. 5. ctum eſt, Nõ iurabis per cœlum, qm̃ ſedes eſt dei:
Iacobi. 5. neq; per terrã, qm̃ ſcabellum eſt pedum eius: & hoc
dicat qđ uos mira dementia dicere ſoletis, ubi erat
deus anteq̃ eſſet cœlum & terra? aut qđ ſcriptũ eſt,
Luca. 7. Et miratus eſt Ieſus: cũ mirari nemo ſoleat, niſi de
re quæ illi erat incognita, uidere autẽ qa bonũ eſt,
Luca. 8. non ſit ignorantis, ſed qa placuit ei qđ fecit. Aut il
Ioan. 11. lud qđ ſcriptum eſt dicente dño? Quis me tetigit?
Matt. 10. Et de Lazaro, Ubi poſuiſtis eum? Et, Ego ueni non
Luca. 12. pacem mittere ſup terrã, ſed gladium. Et, Ignẽ ueni
Ioan. 9. mittere in mundum. Et, Veni ut qui non uident ui
Luca. 15. deãt, & qui uident cęci fiant. Et, Vendite res ur̃as, &
Roma. 1. emite uobis gladios. Et Apl's, Zelo dei uos zelo: Et,
Reuelabitur ira dei de cœlo ſup oẽm impietatem:
& cætera innumerabilia ab ipſo dño, uel ab Apo-
ſtolis dicta uel facta, quæ iſaniſſime poterũt hoĩes
Matt. 19. accuſare non intelligentes. Nam & auari uel flagi-
tioſi pñt aliter accipere, qđ dñs ait, ut ſi qs dimiſe-
rit quę habet, ſeptuplum, aut ẽt centuplum in hoc
ſeculo accipiat: ut ſi aliqs uxorem, ancillam uel ẽt
meretrices dimittere pp dñm uelit, ſpe illius multi-
plicationis faciat, non amore iuſtitiæ. Pñt ẽt horre
Ioan. 6. re male intelligentes quod ait, Si quis non mandu-
cauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meũ,
Matth. 5. non habebit in ſe uitã. Nam qđ ait, Qui dixerit fra-
tri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis: ſi dicãt ſtul-
ti, Ecce pro conuitio gehennã minatur, quem dici-
tis miſericordem ignoſcere peccata: nõne ignorant
ubi caput habeãt, & tñ aliqd ſibi uidentur dicere?
Luca. 8. Aut qũo tam multas animas necãdas dæmonibus
in porcos tradidit, cũ tales animas dicatis eſſe por-
Marci. 11 coꝝ, quales ſunt hominum? Aut qũo arborem, in
qua fructus, qa non erat tp̃s, non inuenit, uerbo ari
dam fecit, quam animam intelligentem dicitis ha-
Cap. 38. bere? Ecce quanta iniquiſſimi & cæci hoĩes de
diuinis eloquiis pñt dicere, ſicut in ea quę myſtice

facta ſunt uel dicta in ueteribus libris ignorantes K
ferimini, ut temere accuſetis quod non intelligitis.
Hæc aũt cum de nouo teſtõ uobis obiecta fuerint,
dicitis diuina & ſpiritalia ſignificare: Veteris aũt te
ſtamenti ſanctas literas figurate poſſe accipi nega-
tis, Cum & ipſe dñs figurate inde quædam dixerit,
& Apl's Paulus, oĩa illi populo in figura contigiſſe 1. Cor. 10.
ſcribat, Nam & ipſe regulam monſtrans, multa in-
de expoſuit. Sed forte dicitis, ſolita uanitate & ob-
tuſo corde contra deũ uel Apoſtoli authoritatem
loquentes, ueteris teſtamenti dicta exponi prorſus
non poſſe, ſolum aũt nouũ in talibus exponi poſ-
ſe Et non conſideratis non uos hr̃e qd dicere, ſi ab
alijs impijs uobis dicatur, uetus potius exponi poſ
ſe, nouũ non poſſe Mens aũt ſana utrunq; teſtm̃ cõ
ſiderans, quęcunq; in uno inuenerit expoſitionem
admittere, ſine dubio in altero declarabit. Multũ
apparet imperitia ueſtra uel potius audacia Atten-
dite in actibus Leucij, quos ſub noĩe Apl'oꝝ ſcribit,
qualia ſint quæ accipitis de Maximilla uxore Ege-
tis: quæ cum nollet marito debitum reddere, cum
Apl's dixerit, Vxori uir debitum reddat, ſimiliter & 1. Cor. 7.
uxor uiro: illa ſuppoſuerit marito ſuo ancillam ſuã L
Eucliam noĩe, exornãs eam, ſicut ibi ſcriptum eſt,
aduerſarius lenocinijs & fucationibus, & eam no-
cte pro ſe uicariam ſupponens, ut ille neſciens, cum
ea tanq̃ cum uxore concũberet. Ibi ẽt ſcriptum eſt,
ꝙ cum eadem Maximilla & Iphidamia ſimul iſſent
ad audiẽdum apl'm Andream, puerulus qdam ſpe-
cioſus, quem uult Leucius uel deum uel certe ange
lum intelligi, commendauerit eas Andreæ apl'o: &
perrexerit ad ꝑtorium Egetis, & ingreſſus cubicu-
lum eoꝝ, finxerit uocem muliebrẽ quaſi Maximil-
læ murmurantis, de doloribus ſexus fœminei, &
Iphidamiæ rñdentis. Quæ colloquia cum audiſſet
Egetes, credẽs eas ibi ee, diſceſſerit. Quid ad hoc di
citis rogo uos? Quare nõ timuit Maximilla per tur-
piſſimum lenocinũ ancillæ ſuæ, ligare aĩas in car-
ne? Cum autẽ illum puerulũ tam turpiter credatis
eſſe mentitũ, qs uobis credat loquẽtibus, cũ ſi mẽ
tiamini, dñm uos dicitis imitari? Sed uos temerita-
te pleni adhuc irruite in ueteres libros, ut quæ ne-
ſcitis, potius accuſare q̃ diſcere laboretis. Conſide-
rate q̃ ibi miracula ſint. Si miraculis noui teſtamẽ M
ti delectamini: ibi mortui primo ſuſcitati: ibi lepro
ſi primo mũdati: & alia multa q̃ diligẽter & pie qrẽ
tibus ad ædificandã fidem innoteſcunt Si aũt bo-
nis ꝑceptis delectamini: ibi primitus ſcripta ſunt il
la duo ꝑcepta, quæ ſublimiter dñs laudat de dili-
gendo deo & ꝓximo: ibi dimittẽda domus, paren- Matt. 12.
tes, filij, & cætera pp dñm: ibi non reddendũ malũ Matt. 19.
pro malo: ibi orandum pro inimicis: ibi inimico Roma. 12.
ignoſcẽdum: ibi tradenda maxilla ad accipiẽdam Matth. 5.
alapam. Et quæcunq; in nouo teſtõ pręcepta ſunt,
non ſolũ ibi mãdata, ſed ẽt à ſanctis uiris omni ui
gilantia completa. Nunqd & hoc poterit dicere Cap. 39.
malitia ur̃a, qcunq; bona & magnifica ibi ſcripta
ſunt, falſa eſſe & appoſita, illa uero quę nõ intelligẽ
tes putatis mala, ea tãtũmodo uera eſſe? Debetis. n.
aduertere aliquos ſimiliter ipſos, ita de nouo teſtõ
facere poſſe, ut quæcunq; ibi ſunt quę non intelli-
gentes putauerunt mala, ea reprehendant, & dicãt
ipſa ibi eſſe ſola uera: illa autem oĩa quę ibi magni
fica ſunt, dicant eſſe falſa, atq; ab amatoribus dñi
appoſita, ne omnia iudicarent fugienda: ut & uos

A & illi tali cæcitate percuſſi, iam iudicati & dānati
fugiamini. Tādē uigilate, & à blaſphemiis conqe-
ſcite, atq; oīum ſanctarū canonicarum ſcripturarū,
ſi Xpāni eſſe cogitatis, authoritatē recipite, & q̄ nō
intelligitis accuſare nolite, ſed potius eorū intelle-
Cap. 40. ctum deſiderate. Nā quale eſt ét illud, qd̄ reſur-
rectionē carnis negatis? Paul⁹ Apoſ clamat, Semi-
1. Cor. 15. natur in corruptione, reſurget in incorruptione:
ſeminatur in contumelia, ſurget in gloria: ſemina-
tur in infirmitate, ſurget in uirtute: ſeminaī corpus
animale, ſurget corpus ſpiritale, Et uos contra re-
clamatis, carnem hominis non poſſe reſurgere, &
eā tenebrarū principē habere authorē, cum eandē
Apoſ membra Xpī & templū ſpirituſſancti eſſe di-
1. Cor. 6. cat. Neſcitis, inquit, qa corpora ueſtra mēbra ſunt
Xpī? Quod non utiq; ſcdm infirmitatē pſentis cor
ruptionis, q̄ de peccati originalis pœne deſcendit,
ſed ſcdm adoptionē futuræ reſurrectionis dicit: ſi-
Roma. 8. cut alibi ait, Et ipſi in nobis igemiſcim⁹, adoptio-
nem expectantes, reſurrectionem corporis noſtri.
Alibi ét eandem carnē eccleſiæ cōparauit, cum de
B coniugio loqueref dicens, Nemo. n. unquā carnem
ſuam odio habet, ſed nutrit & fouet eā, ſicut Xps
Ephe. 5. Eccleſiam. Quod ergo alio loco dicit, Caro con-
Galat. 5. cupiſcit aduerſus ſpiritū, ſpiritus aūt aduerſus car
nem, non carnē damnat, ut eam tanquam inimi-
cam exiſtimemus, ſed admonet potius, ut ſubiuge
mus nobis eam ad bona opera cōcipienda, ut ue-
luti coniunx ſpiritui ſeruiat: quod dicit non poſſe
fieri, niſi gratia dei per Ieſum Xpm dominum no-
ſtrum. Non. n. natura carnis, ſed pœna eius nobis
reluctatur, quia peccato meruimus eſſe mortales.
Nam iterū dicit, Corpus ueſtrū templū eſt in uo-
bis ſpirituſſancti: & tñ cum ipſa caro pp pſentē in-
Eſa. 40. firmitatē fœnū appelletur, creditis Ioānem de fœ
no aurū feciſſe, & non creditis deum oīpotentem
de corpore animali ſpiritale corpus facere poſſe?
Nam pp ipſam cōmutationem carnis, q̄ futura eſt,
qm̄ de iſta carne cœleſte corpus deus facturus eſt,
Mat. 22. qm̄ erim⁹ æquales angelis dei, ppea uerſiſime dicit
1. Cor 15 idem Apoſtolus, Caro & ſanguinis regnū dei non
poſſidebunt. Sed non mirū quod ita cæci eſtis, ut
C non poſſe ab oīpotente deo iſta fieri dicatis, cum
ét dicatis mundum, uel oīa quę facta ſunt, nō po-
tuiſſe aliter facere deū, niſi magna & miſerabili ne
ceſſitate, & niſi eſſet materia quę illum ad opera-
tionem mundi adiuuaret, ut inde poſſet partem
ſuā liberare. Eligite ergo nūc qd ſequi uelitis, deū
Cap. 41. minus potentē & infirmū, q neceſſitate partis ſuę
in miſeria cōſtitute, à materia q̄ ipſe non fecerat, ut
mundū faceret adiutus eſt an deū oīpotentem qui
nulla neceſſitate, ſed ppia uoluntate & ſumma po
Pſal. 32. teſtate, dixit & facta ſunt, mādauit & creata ſunt,
Roma. 4 qui uocat ea q non ſunt, tanquā quę ſunt. Vos er
Cap 42. go homines, qui iſta ipietate Manichei eſtis dece-
pti, fugite, feſtinate dū licet, ne dānationē æternā
ab illo iuſto iudice mereamini. Pœniteat uos pec-
catorū ueſtrorū, ſi cupitis liberari, & nolite audire
Manicheos dicentes, Non peccamus nos, hoc eſt,
animæ lucis, ſed peccat gens tenebrarū. Si n. ita eſt,
quare nos terrent ut eis credamus? Non. n. poſſunt
Ioan. 3. dicere, qa infidelitas non eſt pctm̄, cum ſcriptū ſit,
Cap. 43. Qui nō credit iam iudicatus eſt. Si ergo infideli-
tas peccatum eſt, & nō peccat niſi gens tenebrarū,
reſtat ut ab oī peccato pars lucis immunis inueniat.

Omnes ergo ad regnū redeunt, quia ipſi non pec- D
cant: & nihil timēdū eſt alicui animę, qa nihil pec
cat: & falſa ſunt q̄ Manicheus dicit, ſucciſiuā lucis
partē, hoc eſt animas peccatrices dānari in cuſto-
diā globi, ut aliq̄ ſecuritas diuinis regnis in piculo
cōſtitutis, tandē aliqn̄ comparetur. Neceſſe eſt er-
go ut aut pars lucis peccet, aut pars tenebrarū. Sed
ſi pars lucis peccat, deus peccat, qd nefas eſt dice-
re: Si aūt pars tenebrarū peccat, ipſa uocaī ad re-
gnū p eū q dixit, Nō ueni uocare iuſtos, ſed pecca Matt. 9.
tores, qa nō eſt opus ſanis medic⁹, ſed male habēti
bus. Illa aūt diuinitas de diuinitate, & lux de lumi
ne, tenebrarū generi degeneras in æternū ſociaī.

O deteſtandum mentis errorē talia credentium, Cap. 44.
uellē tñ ut attenderetis, & uidere uelletis, eū quem
naturaliter ſummū malū eſſe dicitis, non poſſe fie
ri ut malus ſit: Quoniam ſi qcqd facit, ſic facit ut
à natura ſua recedere & aliter facere nō poſſit, pror-
ſus nihil peccat. Si aūt nihil peccat, nihil mali fa-
cit. Et ſi ſi nihil mali facit, non eſt utiq; malus. Re-
ſtat itaq; ut pars dei q̄ deus intelligitur, q̄ aīam di-
citis, ſola ſit rea oīum peccatorū, & oīa illa quę ac-
cuſanda inſaniſſime putatis, in deū ueſtrū refunda E
tis. Sed qd ueritas clamat? Corpus cū examine eſt
peccare nō poſſe, ſed p ipſum poſſe peccari: Animā
uero, irrationalē quidē peccare non poſſe, qa nec
pcepta rōnis poteſt accipere, neq; ad beatitudinē
peruenire, ſed in ſuo gradu ſeruare ordinem naturæ
quē acceperit. Rationalē aūt, qa poteſt rectè facto-
rum rationabilia pcepta pcipere, & rectè factis ad
ęternā beatitudinē peruenire, ſi hoc peccando no-
luerit, iuſte ad inferiora dānari, qa inter ipſa & deū
nō ſeparat niſi uoluntas praua. Legite Manichei,
& oī uigilantia iſta diſcutite, & magis magiſq; legi Cap. 45.
te atq; diſcutite, ſed aio ęquo non aio inimico. Le-
gite illud attendentes, qa erit uobis in futuro iudi
cio iſta ſcriptura teſtis, ſi agnoſcentes uera eſſe quę
dicta ſunt, ad ſinū matris Eccleſiæ catholicæ, q ſo-
la ueritatē docet, oī curſu non feſtinaueritis. Iu-
dicate tandem aut eligite Manichæi, quem ſequi Cap. 46.
uultis, patrē ingenitū, filiū unigenitum, ſpiritūſan-
ctum in patris & filij unitate coeīi, unū deū oīpo-
tentem, incorruptibilē, inadibilē, incōmutabilē, F
uerū, bonum, ſanctum, clementē, iuſtum, qui non
habet partes, qa unus eſt: Neq; eius particula ſepa-
rari ab eo pōt, qa inſeparabilis eſt: Neq; aliqd eius
immutari pōt, qa totus incōmutabilis eſt: Neq; uel
leuiter quodlibet eius ſubſtantię corrūpi pōt, qa
totus incorruptibilis eſt. Qui uoluit, & facta ſunt
oīa quęcunq; ſunt, quęcunq; uiuunt, quęcunq; in-
telligunt. Ipſe n. ſumma ſubſtantia, ſumma uita,
ſumma ueritas eſt: Qui pcepit & ordinata ſunt oīa
ſuis locis & tēporibus bona: Qui rationalē creatu-
ram oī cæterę creaturę præferre dignatus eſt: Qui
eī p ſuperbiā a ſuis legibus uolūtate lapſę, & uili-
bilia ſequenti, miſericorditer p ſuos miniſtros ac p
ſeipſum ſignis qbuſdam uiſibiliter & exemplis &
pceptis demonſtratis, qbus conſurgere ualeret, atq;
ad ęternā uitā renouareī, loqui dignatus eſt, quē p
dicat catholica fides. An illū deū qui falſo dicit Cap. 47. Pendet
incorruptus, qa poſtea inuenit malo neceſſitatis ſermo ex
oppſſus: Timidum, qa imminente labe & uaſtitate primo ca
cōpulſus ad bellū eſt: Ignorātię plenū, ſi ſuæ parti pite.
qd cōtingere poſſet, uidere non potuit: Crudelē, ſi
puidēs miſeria futurā partis ſuæ, etſi cū ea ſecurus

G poſſet qeſcere, tñ eam miſit ad miſerabilē pugnā:
Malũ, ſi cũ ſibi fieri à mali natura nihil poſſet, tñ
conatus eſt eam ipſe delere: Temerariũ, qui auſus
eſt congredi cũ ea, qua eius pars & captiua tenere-
tur, & in ſempiternũ macularet: Commutabilem,
qa iam ex parte mutatus eſt: Corruptibilē, qa iam
ex parte meretricantem, ex parte mentientē, ex par
te blaſphemantē, ſcelera oia ex parte facientem, qa
his oibus ex parte cõmixtus eſt: Lugentē, uelo lu-
ctuoſo tectũ: Subiacentē demonijs ut lutũ figulo,
& uſq; ad turpē perſonā neceſsitate perductum, ut
in pueros & uirgines transfiguratus dęmonũ libi
dinē accenderet, quē prędicat Manichęus. Aũt cer
te ſi põt, neget conſcientia ueſtra, teſte uobis uero
deo ęterno, q oēs iudicaturus eſt, unum iſtoꝝ uo-
Cap. 48. biſipſis negate. Si aũt uera ſunt q̃ dicimus, tandē
reſpicite, tandē uidete, in qua eſtis morte conſtitu
ti. Humiles eſtote, ſi optatis liberari, & nolite ſup-
be & ipſe dicere, uoſipſos eſſe deũ oipotentē, Hoc
enim dicitis, cũ animas ueſtras partes eius eſſe aſſe
H ueratis: Non enim deus in parte maior, in parte mi
nor eſt Sed potius dicite uobis, deus incõmutabi
lis eſt, nos cõmutabiles ſumus. Deus incorruptibi
lis eſt nos cupiditatibus noſtris corrũpimur: Deus
incoinquinabilis eſt, nos peccatis noſtris coinq-
namur. Deus ipſa ſapientia eſt, nos ſtulti ad ſapien
tiā ꝑuenire conamur: Deus ipſa æterna & beata ui
ta eſt, nos peccatis noſtris miſeri ſumus, & optamꝰ
fieri beati: Nõ ergo ſumus pars ſubſtãtię eius. Si. n.
partes eius eſtis, & hęc tanta patimini, reſtat ut &
ipſe iā ex parte hęc oia patiat, & ampliꝰ pati potue
rit, qd eius contingit parti, niſi p ueſtrā miſeriam ſi
bi ꝓuideret: Videte uos ergo qd eſtis: ſi partes eius
deus eſtis: ſi geniti ab illo eſtis, ſimiliter deꝰ eſtis.
Quid tanta peccatoꝝ corruptiõe turpamini? Si au
tē facti ab illo eſtis, hoc cõfitemini, & non iā eritis
Manichęi. Manichęus. n. duas dicit eſſe naturas,
Cap. 49. unā bonā, & alteram malā. Bonam, q̃ fecit mundum
malā, de qua factus eſt mundus. Si aũt uos deus fe
cit, non inuenit Manichęus unde uos deus fecerit.
Si. n. de ſeipſo uos fecit, hoc eſtis qd ipſe: Non ergo
debuiſtis tanta peccatoꝝ corruptiõe turpari, ſicut
iam dictũ eſt. Si aũt de alieno uos fecit, non ad il-
lum ptinetis, qa ſic uos fecit qũo mundũ. Si autē
nec de ſeipſo, nec de alieno uos fecit, ſed tm̃ oipotē
tia ſua uoluit, & facti eſtis, hoc dicite Manichœo,
& renũciate eius errori. Sic decet. n. oipotentē face
re q̃ uoluerit, ſicut catholica dicit: Ipſe dixit & fa-
cta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt Dicite nobis,
Pſal. 32. nõ ſumus partes eius, ſed ſumus opera eius. Dicite
uobis, ſi deꝰ neceſsitate paſſus eſt, & euadere aliter
non potuit, niſi partis ſuæ pateretur detrimentũ:
quis aliqñ poterit de talibus neceſsitatibus libera
ri, aut qs erit q protega deũ non ualentē ſeipſum ꝓ
tegere? Aut qñ me de hac neceſsitate captiuitatis
poterit liberare, q me in integris regnis cuſtodire
non potuit. Nõ. n. peccantē me inde dimiſit, ſed ad
peccata ipſa me miſit. Aut qñ mihi in alienis miſe
rabiliter conſtituto ꝓdeſſe poterit, q ut ſibi ꝓdeſ-
ſet, me ad tantā ꝑniciē dedit ne pugnaret? Si incor
ruptibilis eſt ipſe deus, qd ei factura erat illa mali
natura, ſi nollet cũ illa pugnare, ne nũc ſic ego cru
ciarer? Aut quę iſta iniuſtitia, ut ad globũ damner,
cũ ille ut mõ aliquantulũ ſecurus ſit, ego hęc tan-
ta ſuſtineā? Certe qm̃ & ego ſum qd ipſe, qm pars
eius ſum, nullo in regnis eius inſignibus indigenti K
aut infirmo cõſtituto, iucibus iſtā miſeriam patia
mur, ut & ego aliquãtulũ requieſcam, & regna illa
ſine ꝑiculo poſsint eſſe pacata Quanquā timendũ
ſit, ne iſta natura mali nec in globo ipſo, iclufa cu-
ſtodiri poſsit. Si. n. incorrupta regna corrupit & in
uiolatā dei ſubſtãtiā uiolauit: qũo pars illa lucis,
hoc eſt animę peccatrices, quę uitiatę globo cuſto
diendo infigũtur infirmę ac debiles: qũo nõ ab-
ſorbentur ab ea, ut iterũ regna illa diuina nullo iā
ualente obſiſtere tota cõturbet? Quis enim iā au-
deat procedere ad bellum, qñ cum illa parte quæ
proceſſerat tam iniquo actum eſt, ut ꝓ eius requie
ſui ciues ad ſempiternam globi cuſtodiā damna-
rentur? Aut ſi non poteſt perrumpere globũ, ut ad
lucidum illud tectorium damnataꝝ animarũ ꝑ-
ueniat, quid opus eam contegi diuinorũ damna-
tione membrorum? Si aũt poteſt perrumpere glo-
bũ, quis ei reſiſtet ſaucius q integros ſauciauit? Ab
ſit tam grauis & tam abominanda blaſphemia.
Nolite iſtam iniquitatem ad aures ueſtras admit-
tere, Nolite tali negocio mortifero uos implicare. L
Fugite Manichęum, & ad ueritatis catholicę ube-
ra toto deſiderio conuolate.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPOnenſis Epiſcopi, contra aduerſarium legis, & Prophetarum, Liber primus.

LIBRVM quem miſiſtis fratres Cap. 1.
dilectiſsimi, neſcio cuius hære-
tici, inuentum ſicut ſcripſiſtis
in platea maritima, cum uena-
lis codex ipſe ferretur, & concur
rentibus turbis periculoſa cu-
rioſitate & delectatione legere-
tur, ut quanto poſſem compendio reſponderem,
prius quęſiui cuiúſnā eſſet erroris. Non. n ſoli Ma
nichęi legē Prophetasq; condēnant, ſed & Marcio
niſtę, & alij nonnulli, quorũ ſectæ non ita inno- M
tuerunt populis Chriſtianis. Iſte aũt cuius nomen
in eodē libro non cõperi, deteſtatur deũ mundi fa
bricatorem, cum Manichęi quāuis librũ Geneſeos
non accipiāt atq; blaſphement, deũ tñ bonum fa-
bricaſſe mundũ, etſi ex aliena natura atq; materia,
cõfiteantur. Sed quanquā nõ mihi apparuerit cu-
ius ſectę ſit iſte blaſphemꝰ, defendēda eſt aduerſus
eius linguā ſcriptura diuina, quā maledicis diſpu-
tationibus inſectatur. Et qm̃ quoquo modo Xpa-
nũ ſe uideri cupit, unde & ex Euangelio & ex Apo-
ſtolo ponit aliqua teſtimonia, ēt ſcripturis ad no-
uum teſtm̃ pertinentibus, refellendus eſt: ut oſten
datur in reprehenſione uerei ũ inconſideratius q̃
uerſutius inſanire. Ac primũ, quod prius poterat
religioſe, quęrit iſte impius ore ſacrileg o, qũo acci Cap. 2
piendũ ſit quod ſcriptũ eſt, In principio fecit deus
cœlum & terrā: quanquā non addiderit terram, de Gene. 1.
qua põſt loquit. Quęrit ergo, quo pricipio. Eiúſne
principio, quo idē deus eſſe cœpit, an ex eo quo il-
lum uacuum eſſe tęduit? Cui rñdetur, qa nec deus
eſſe cœpit, nec eũ uacatiõis ſuę tęduit, q neq; aliqñ
nõ fuit, nec ceſſãdo torpuit, nec opãdo laborauit:
Nec ſine cœlo ſedis īdiguit, nec facto cęlo ſedē tãq̃
finitus

A finitis erroribus peregrinus inuenit: Potens eſt.n.
beatiſsime manere in ſemetipſo, tẽplo autẽ ſuo, qd
ſunt oẽs angeli ſancti, & hoĩes, ſic impertire habi-
tationem ſuã, ut illi ex ipſo habeãt tale bonũ, quo
beati eſſe poſsint, non ex eis ille talem domũ ſine
qua beatus eſſe nõ poſsit. Aut ergo ſic intelligendũ
eſt qd ſcriptum eſt: In principio fecit deus cœlũ &
terram, ut principium ſit ex quo eſſe cœperunt: nõ
enim deo coæterna ſemp fuerunt, ſed facta, initiũ
ex quo eſſe incipẽnt, acceperũt: Aut certe qa in prin
cipio ſibi coæterno fecit deus cœlum & terrã, hoc
eſt in unigenito filio. Ipſe eſt.n. ſapientia, de qua di
1. Cor. 1. cit Apľs: Chriſtum dei uirtutẽ & dei ſapientiam. Et
Pſal. 103. deo qui fecit cœlũ & terrã, dicitur in pſalmo: Oĩa
in ſapientia feciſti. Aut ſi de pſalmo iſte nõ uult ac
cipere teſtimonium, Apľm audiat de Xp̃o loquen-
Coloſſ. 1. tem: Quia in ipſo cõdita ſunt oĩa, in cœlo & in ter-
ra, uiſibilia & inuiſibilia. Deus igitur nec cœpit eſſe,
nec deſinet: ſed opera eius q̃dam incipientia certo
fine eſſe deſiſtunt, ſicut tp̃a & tp̃alia: Quædam inci
pientia pmanebunt, ſicut & ipſa ſanctoꝝ hominũ,
quam percepturi ſunt, uita æterna. Quod iſte non
B uidit, qui putauit eſſe dicendũ ac definiẽdum, nul-
lum eſſe ſine fine principium: Nec ipſum potuit at
tẽdere numerum, cuius initium eſt ab uno, & finis
in nullo: Nullus qppe numerus quãlibet magnus,
uel dicitur, uel ſi dici iam non pot, cogitatur, cui
non addi poſsit ut maior ſit. Et puto qd iſte, quãli-
bet hæreſim ſub noĩe Xp̃i teneat contra Xp̃m, uitã
ſibi pmittit in Xp̃o, utiq; beatam, cuius tunc pote-
rit eſſe principium, cum uitę huius miſerę finis fue
rit. Rñdeat itaq; beatam illam quam non negat ui
tam habituram uel hr̃e principium, utrum habitu
ra, an non habitura ſit finem? Si dixerit habiturã,
q̃uo ſe audebit dicere xp̃ianum? Si dixerit nõ habi
turam, ubi eſt qd auſus eſt dicere nullum eſſe ſine
fine principium? Quærit etiam: Si mundus iſte
Cap. 3. bonum aliqd eſt, cur non olim ex initio ab eo fa-
ctum eſt qd melius fuit? Quaſi ſeipſo aliqd melius
deus fecerit mundum: Aut ideo non debuerit hoc
bonum fieri, qa non eſt æquale facienti. Qđ autem
quærit, cur non iſtud olim ex initio factum ſit, re-
ſponſum habeat: Imô uero olim ex initio factũ eſt.
C Ex initio utiq; ſuo, non dei, cui nullum eſt initium.
Gene. 1. Si autẽ hoc initium ſignãri potuit, eo qd dictũ eſt,
In principio fecit deus: quid eſt qd calumniatur ue
lut interrogans, in quo principio fecerit, cum ipſe
rurſus q̃rat, cur non olim ex initio factum ſit? Pro-
inde ſua uerba illi replicanda ſunt: Nam ſicut ipſe
pp id qd ſcriptum eſt: In principio fecit deus cœlũ
& terram: argumẽtatur & dicit: In principio igitur
quo? Eiúſne quo idem deus eẽ cœpit, an ex eo quo
illum eſſe uacuũ tęduit: ita & nos ad id qd ait, cur
nõ iſtud olim ex initio ab eo factũ eſt: rñdeamus,
& dicamus ei: Ex initio igitur quo, Eiúſne quo idẽ
deus eſſe cœpit, an ex eo quo illũ uacuũ eẽ tęduit?
Hoc qppe illi diſplicet, qđ non olim ex initio deus
fecerit cœlũ, cũ dicit: Cur nõ olim ex initio? Tanq̃
ex illo initio facere debuerit ex quo eſt ipſe qui fe-
cit. Cur nõ hic timuit, ne dicẽdo ex initio, ex quo
eſt ipſe deus, eũ debuiſſe facere celũ, diceret ei: ha-
bet ergo deus initiũ, ac per hoc ſcđm ſniam tuam
habebit & finem. Tu.n. dixiſti, nullum eſſe initiũ
ſine fine. Porrò ſi deus caret initio, q̃uo faceret ali-
quid ex initio ex quo ipſe non eſt? Ac per hoc ex ini
tio fecit illo ex quo fecit. i. ex quo cœpit eſſe qđ fe- D
cit. Aut ergo deus ipſoꝝ nihil boni unquam fecit,
aut ſcđm iſtum quodcunq; boni fecit, ex illo initio
fecit ex quo ipſe eſt: & hñdi initium, metuendus eſt
finis: Aut ſanctæ ſcripturæ uerbis debet acquieſce-
ſe & intelligere deum, qui ex nullo cœpit eſſe prin-
cipio, feciſſe cœlũ in pricipio, uel ex quo cœlũ eſſe
cœpit, uel in filio: Qui Iudæis interrogantibus, qs Ioan. 8.
eſſet, principiũ ſe eſſe rñdit. Niſi forte dicturus eſt,
aliud initiũ, aliud uero eſſe principiũ. Si ergo ita eſ
ſet ſcriptũ, In initio fecit deus cœlum & terrã: nihil
contra hoc iſte moueretur qui dixit, Cur nõ olim
ex initio factũ eſt: qñquidem legeret, in initio fecit
deus: non exiſtimans impium, ſi credatur deus hr̃e
initium, ſed non hr̃e principium. Qđ ſi ita eſt, emẽ
detur hoc authore euangeliũ, ubi ſcriptum eſt, In
principio erat uerbum: Cur.n. nõ etiam hic iſte di Ioan. 1.
cat: In principio igitur quo? Eiúſne quo idẽ eſſe uer
bum eſſe cœpit? Et qa deus erat uerbum, põt ẽt ſic
dicere quẽadmodũ in hoc libro dicit: Eiúſne quo
idem deus eſſe cœpit? Dicat hic ſi placet ẽt illã defi
nitiuam ſuam, ubi audit, In principio erat uerbũ:
dicat ẽt hic ſi audet, Nullum eſt principium ſine fi E
ne: ut ab ipſis ẽt Manichęis, qui eum fortaſſe qa ini
micum legi prophetiſq; reperiunt, libentiſsime le-
gunt, iudicetur iſanus. Quia uero diſplicet ei deus
qui fecit mundũ, cur non diſplicet deus per quẽ fa
ctus eſt mũdus? De Xp̃o.n. ſcriptũ ẽ: In hoc mũdo
erat, & mũdus per eum factus eſt. Intelligat itaq; Ibidem.
deum facere bona poſſe, bonis aũt à ſe factis egere Cap. 4.
non poſſe: Vnde nec faciendis eguit, qui factis non
eget: Sed ſumme bonus fecit oĩa, ſibi qdem impa-
ria, ſed tñ bona. Bonum quippe ẽt non ſummum,
imo uero ẽt infimum, niſi à ſummo bono eſſe non
poſſet. Nimis aũt de deo male ſentit, qui propterea
bonum eſſe aliqd negat, qa æquale deo nõ eſſe co-
gnoſcit. Ita.n. non erit ille ſummum, ſed infimum,
bonum, ſi qđ eo minus eſt, iam non eſt bonũ. Por-
rò ſi in rebus quas cõdidit, ea quæ ſunt prima bo-
na ualde ſunt imparia conditori, qa ille fecit, hæc
facta ſunt, pfecto qa talibus nõ eguit ad augendã
beatitudinem ſuam, multo minus iſerioribus atq;
oĩbus infimis eguiſſe credendus eſt: Quæ tñ fecit
tanq̃ bonoꝝ oĩum conſtitutor: Nam dñs Ieſus per F
quem factus eſt mundus, non ſola cœleſtia, ſed ẽt
terreſtria, eorumq; terreſtrium quæ uidẽtur exigua
deum creaſſe & creare ſic indicat cum dicit: Si ergo
fœnum agri qđ hodie eſt, & cras in clibanum mit- Matt. 6.
titur, deus ſic ueſtit, quanto magis uos modicæ fi-
dei? Vnus ergo atq; idem deus eſt inſtitutor cœli &
terræ, ſtellaꝝ & herbarũ, quicqd menſura, forma,
ordine ſuo cõſtat in cœlo & in terra, qcqd uiuit in
cœlo & in terra, qcqd ſentit in cœlo & in terra, qc-
quid intelligit in cœlo & in terra. Quæ non ſolum
illi à quo ſunt cõdita, ſed nec iter ſe eſſe oportebat
æqualia. Et ideo ſunt oĩa: Nã ſi eſſent æqualia, unũ
genus bonoꝝ eſſet nõ oĩa. Nũc uero ideo ſunt oĩa
bona, qa ſunt aliis alia meliora, & bonitas inferio-
rum addit laudibus melioꝝ: Et in rerum bonarũ
inæqualitate ipſa eſt iucunda gradatio, ubi mino-
rum cõparatio amplioꝝ eſt cõmendatio. Ea ue
ro quæ dicuntur mala, aut uitia ſunt rerum bona- Cap. 5.
rum, quæ oĩno extra res bonas per ſeipſa alicubi eſ
ſe non poſsint, aut ſupplicia pc̃toꝝ quæ de iuſtitię
pulchritudine ueniũt. Sed ipſa quoq; uitia teſtimo

G nium perhibent bonitati naturæ. Quod.n.malũ eſt per uitium, ꝓfecto bonum eſt per naturam. Vitium quippe contra naturam eſt, qa naturę nocet: Nec noceret, niſi bonũ eius minueret. Non eſt ergo malũ niſi priuatio boni. Ac per hoc nuſquã eſt niſi in re aliqua bona: etſi nõ ſumme bona, qm̃ ſumme bona incorruptibilis & immutabilis perſeuerat, ut deus eſt: non tñ niſi in bona, qm̃ nõ nocet niſi minuendo qd bonum eſt: Ac per hoc bona ſine malis eſſe pñt, ſicut ipſe deus & quæq; ſuperiora cœleſtia: Mala uero ſine bonis eſſe non pñt. Si.n nihil nocent, mala non ſunt: ſi aũt nocent, bonum minuũt: & ſi amplius nocẽt, hñt adhuc bonũ qd minuãt: & ſi totum cõſumunt, nihil naturæ remanebit cui noceaẽ. At per hoc nec malũ erit a quo noceatur, qñ natura defuerit, cuius bonũ nocẽdo mi

Cap.6. nuatur. Vtrũ aũt aliqua natura, hoc eſt ſubſtantia, prorſus ad nihilum redigatur, diſputatio ſubti

Pſal.10². liſſima eſt. Sed fides ueraciſſime deo decantat: Mutabis ea & mutabũtur, tu aũt idem ipſe es. Nec fecit igitur, nec regit mutabilia bona, niſi imutabile bonũ, qd eſt deus. Porrò bona mutabilia ꝑpea bona

H ſunt, qm̃ a ſũmo bono facta ſunt: ꝑpea mutabilia, qa non de ipſo, ſed de nihilo facta ſunt. Quãobrẽ & ipſa mortalia, q̃uis ex aliqua parte pœnalia ſint eis, qbus ſola imortalitas põt pfectæ beatitudinis implere menſurã: hñt tñ ꝓprium decoris locum in pulchritudine tempoꝝ, ſed maiorem q̃ humanus eſt ſenſus, quo talis pulchritudo ſentitur: Fides tñ

Sapien.11 illa quæ deo ſuo dicit, Oia in mẽſura & numero & pondere cõſtituiſti, q̃uis amore uiuendi conditionem mortis exhorreat, creatorem tñ oĩum bonoꝝ, ẽt de bonis mortalibus laudat. Nam iſte ipſe qui reprehendit, nec deũ eſſe credit, cuius terrena opera uidit eſſe mortalia, eundẽ ſermonem ſuum, qui uſqueadeo illi placuit, ut eũ lĩis memoriæq; mãdaret, niſi uocibus ad ſua quæq; uerba ꝑtinẽtibus, & incipientibus tñ & deficientibus iplere nõ poſſet: ita pulchritudinẽ diſputatiõis, qua uult ꝑſuadere, qcqd oritur & morit bonũ eſſe nõ poſſe, niſi orientibus & morientibus ſyllabis nõ potuit explicare. Quid ergo mirũ ſi in tã magna uniuerſitate naturę, eſt aliqd infimũ bonum in ordinibus tempoꝝ,

I qd non ꝑmanſione reꝝ, ſicut nõnulla ſublimia ſpiritalia, ſed pro decore ſui gñis, imo atq; terreno exortu occaſuq; ſit pulchrũ? Quę cũ ita ſint, non calũ

Gene.1. nietur dicenti ſcripturæ: Vidit deus lucẽ qa bona eſt: Non ſolum.n.lucem, quam uocauit diem, & firmamentũ qd uocauit cœlum, & ſolem & lunam & cætera ſydera, uerũetiam ligna & herbas, & in aqs ac terris q̃cũq; mortalia, & creauit deus ſumme bonus, & uidit qa bona ſunt, in gñe atq; ordine ſuo. Nec timuit q ſpiritu dei reuelãte ſcripſit hũc librũ, futuros impios rephẽſores, uaniloquos & mẽtis ſeductores, primitus ſuę, deinde alioꝝ, quos delectat blaſphema loquacitas: qa & ipſos inquantũ hoies ſunt, inquantũ corpore atq; aĩa rõnali cõſtant, inquantũ membra corporis eoꝝ ſuis diſtinguunẽ officiis, & cõcordiſſima differẽtia in unitate ſuæ pacis mirabili ordinatione cõſentiunt: inquantũ aĩa eis naturali excellẽtia pſtat atq; imperat: inquantũ ſenſus carnis qnq; partitos iplet ac uegetat, diſſimili potẽtia, ſociali cõuenĩetia: inquantum ẽt mente atq; rõne, qd beſtialis aĩa non põt, ſapere atq; intelligere pñt, uidit deus qa boni ſunt: & ideo creauit.

Non.n.tantũ creatos poſtea uidit, ſed & creandos K ante pręuidit: & qd pueſa uoluntate & cæco errore maligni ſunt, nõ ideo uidit ꝙ nõ eſſent creandi, præuidit.n.ubi ſint ordinandi: & ſic eos ex eadem maſſa primæ ꝑuaricationis merito dãnata, fecit ua Roma.9. ſa iræ, ſi uſq; in finem in hac malignitate perdurẽt, ut ꝓſint uaſis miſericordiæ, quo per eoꝝ acumina uanitatis, diligentius arcana ueritatis inqrant. Magna quippe opera dñi, exquiſita in oẽs uoluntates Pſal 110. eius. Quid aũt mirum eſt, qa diſplicet humanę ſtultitiæ, ꝙ opera ſua placent diuinæ ſapientiæ? Quid eſt.n.aliud: Vidit lucem qa bona eſt, niſi quia placuit ei? Sed iſte uaniloquus blaſphemator, q ſcri Cap.7. pſit librũ ſacrilegis conuitiis plenũ, in quo utinam opus eius diſpliceret ei, & nõ putaret qa bonũ eſt, ſed uideret qa malũ ẽ: uidete qd dixerit, Adeo antea neſciuit, inqt, lux qd eſſet, ut modo eam primũ uidens optimã iudicaret Ergo & dñs Ieſus qñ audiuit uerbis Centurionis, miratus eſt & dixit diſcipulis: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Iſrael, neſciuit antea fides illa qd eſſet, ut tunc eam Matth.8. primũ uidẽs, optimã iudicaret. An uero alius eam in corde Centurionis opabatur q̃ ipſe qui mirabatur? Et ꝓfecto amplius eſt unde poſſint blaſphema L re iſipiẽtes & infideles, ꝙ miratus eſt Ieſus quantãcunq; hoĩs fidem, q̃ ꝙ uidit deus lucẽ qa bona eſt. Põt.n. qſq; ẽt ſolita uidere qa bona ſunt: hoc eſt ſibi placita comprobare. Quiſqs autẽ miratur ſcdm conſuetudinem qua hoies loquũtur, inopinatum atq; improuiſum ſibi eẽ ſignificat qd miratur. Sed Ieſus qui oĩa præſciebat, qd mirãdum aliis cõmendabat, mirãdo laudabat. Quid aũt deus uidit a ſe factum, qd non in luce quæ ipſe eſt, prius uidit eſſe faciendũ? Et qd tam neceſſario ſancta ſcriptura toties repeteret, q̃ qd uidit deus bona eẽ quæ fecit: ut hinc informaretur pietas fideliũ, nõ pro humano ſenſu qui ſępe ẽt bonis rebus offenditur, quaꝝ cauſas atq; ordinem neſcit, de creatura uiſibili atq; inuiſibili iudicare, ſed laudanti deo credere & cedere? Tanto n. qſq; facilius aliqd ꝓficiẽdo cognoſcit, quãto religioſius antequã cognoſceret deo credidit. Vidit ergo deus lucem quam fecit qa bona eſt, qm̃ qd faciẽdum placebat ut fieret, factum placuit ut maneret, quãtum cuiq; rei exiſtendi ſiue manen M di, a tanto fabricatore fuerat cõſtituenda mẽſura. Sed aliud eſt lux qd eſt deus, aliud lux quam fecit deus: Incõparabiliter aũt melior lux ipſe qui fecit, nullo indigẽs modo, ea luce quã fecit. Et unde iſte calũniatur, cur non iſta bona tam olim, q̃ olim eſt ipſe, fecerit deus: hinc potius itelligendũ eſt, qd nõ ea fecerit eoꝝ indigus, ſina qbus eſſe in ſua pfecta beatitudine potuit ſine initio ſempiternº. Ideo qpe iſtoꝝ faciendoꝝ cauſa ſola dei bonitas fuit, qa neceſſitas eius ulla non fuit. Quicqd itaq; iſte conuiciatur deo, ꝙ uelut tunc primum lucem uiderit qui fuiſſet lucis ignarus, q̃ ſit inſulſum & uanũ uideret, ſi lucis ipſe intus aliqd haberet. Quinetiã Cap.8. ſtultitię ſcribentis ira aſſignat, ꝙ tenebras dixerit ſine initio ſemp fuiſſe: lucem uero initium ſumpſiſſe de tenebris: quaſi legerit in eo libro cui calumniatur, tenebras ſempiternas: cum ſcriptũ ſit, In principio fecit deus cœlum & terrã, Terra autem erat inuiſi- Gene.1. bilis & incõpoſita, & tenebræ erant ſup abyſſum. Ex illo ergo tenebræ eſſe cœperunt, ex quo cõfuſa moles cœli eſſe cœpit ac terræ, antequã facta eſſet

A lux qua illuminaretur qđ ſine luce fuerat tenebroſum. Quid aũt incõueniens, ſi mundanę materiæ fuerant tenebroſa primordia ut accedẽte luce, melius qđ factũ eſt redderet, & tanq̃ pficientis hominis, qđ poſtea futurũ erat, hoc mõ ſignificaret affectio. Quanq̃ qui munere dei potuerit pſpicaci' iſta rimari, inueniet fortaſſe in creatura, q̃ ita facta narratur ſine interuallis temporaliũ morarum, diſtinctum mirabiliter ordinẽ rerũ. Neq;.n. materies
Sapie. 11. oino nihil eſt, de qua in libro Sapientię legiť, Qui feciſti mundũ de materia informi. Non ergo qua informis dicta eſt, oino nihil eſt: nec deo fuit uel ipſa coæterna tanq̃ à nullo facta, nec alius eam fecit, ut haberet deus de qua faceret mũdũ. Abſit.n. ut dicatur oipotens non potuiſſe facere, niſi unde faceret inuenitet. Ergo & ipſam deus fecit. Nec mala eſt putanda, qa informis: ſed bona eſt intelligẽda formabilis .i. formatiõis capax. Q̃m ſi boni aliquid eſt forma, nonnihil eſt boni eſſe capacẽ boni. Sicut uox cõfuſa eſt clamor ſine uerbis, uox ue
B ro articulata fit cũ formatur in uerba. Eſt ergo illa formabilis, iſta formata: illa q̃ formam capit, iſta q̃ habet. Nã qnid horũ unde fiat, in pmptu eſt. Neq; enim qſquã dixerit ꝺ uerbis fieri ſonũ uocis, ſed potius de uoce fieri ſonũ uerbi: uel potiꝰ de uoce fie
Cap. 9. ri uerba ſonantia qs non intelligat? Nec putandꝰ eſt deus informẽ prius feciſſe materiã, & interuallo aliquo interpoſito tẽporis, formaſſe qđ informe prius fecerat: ſed ſicut à loquente fiunt uerba ſonãtia, ubi non prius uox iformis poſt accepit formã, ſed formata pferť: ita intelligendꝰ eſt deus de materie qdẽ informi feciſſe mũdũ, ſed ſimul eã cõcreaſ ſe mundo. Non tñ inutiliter prius narrať unde aliquid fit, & poſtea qđ inde fit: qa etſi põt utrunq; ſi
Cap. 10. mul fieri, non ſimul poteſt utrunq; narrari. Siue ergo prius noie cœli & terræ, uel terræ inuiſibilis, & incõpoſite, atq; abyſſi tenebroſæ, materies ipſa informis ſignificata eſt, rerũ notarũ appellationibus: qa ipſa prorſus ignota eſt humanis ſenſibus, & uix utcunq; intelligiť, cum res in deterius commutantur: tanq̃ ei pꝑinquet quidq; deformiꝰ, nec
C perueniat tñ ad illã informitatem quantulacunq; uel uiſibilis remanẽs uel intelligibilis ſpecies, Siue per cœlũ & terram generaliter prius inſinuata ſit ſpiritalis corporaliſq; natura: ſiue aliqđ aliud qđ hic ſalua fidei regula intelligi põt: deum tñ uerum & ſummũ & bonũ feciſſe cuncta q̃ cernimus, & q̃ melioꝛa non cernimus, quãuis modus quo ea fecerit cõprehendi humana mẽte non poſſit, dubitare phas nõ eſt. Sed cũ iſtis indoctis blaſphematoribꝰ literarũ ſacrarũ, nõ ea rõnis ſubtilitate agendum eſt, qua iſta q̃rẽda ſunt, & inter pacificos dei filios
Cap. 11. diſputãda. Sed ſi putat iſte aduerſus libros legis & Prophetarũ ꝗ dicit ſe noſſe, ꝗ dicit ſe ſcire ſummum deũ incõparabilẽ ſplendorẽ incõprehenſibilis eſſe lucis: primo audire ab eo uelle, cuius lucis exiſtimet eſſe ſplẽdorem ſummũ deũ: utrũ & ipſa lux deus ſit, & utrũ patrẽ intelligat lucẽ, eiuſq; ſplẽdorẽ unigenitum filiũ, quem tñ confeſſus eſt ſummum deũ. Qđ ſi ita ſentit, approbo & laudo. Sed quòd eũ quem credit eſſe lumẽ de lumine, uel incomparabilem ſplendorẽ incõprehẽſibilis lucis, non credit eſſe opificẽ mundi, iprobo & culpo: cũ
Ioan. 1. ibi legat. Mundꝰ p eum factus eſt: ubi legit, Erat lumen uerũ quod illuminat omnẽ hominem uenię-

tem in hunc mundũ. Improbo ẽt ſi neſcit, magiſq; D
iprobo atq; deteſtor, ſi ſcit, & inſidiať ut decipiat neſciẽtes, in ueteribus prius diuinis literis ſcriptũ, Accedite ad eũ & illuminamini. Et, Præceptũ dñi Pſal. 33.
lucidum illuminans oculos. Et, Illumina oculos Pſal. 18.
meos ne unq̃ obdormiã in mortẽ. Neq;.n. hoc ora Pſal. 12.
bat hõ utiq; mortalis, ne unq̃ corpore moreretur, aut corporalibus oculis ſomnus ne ueniret, optabat: ſed eos utiq; oculos ſibi illuminari petebat, de qbꝰ Apoſt dicit, Illuminatos oculos cordis ueſtri. Epheſ. 1.
Porrò ſi huic diſplicet, lucẽ initiũ ſumpſiſſe de tenebris, ẽt hoc .n. uerbis garrulę uanitatis exagitat, eidẽ Apoſto hoc dicat, q ſcribens ad fideles, ait, Fuiſtis aliqñ tenebrę, nũc autem lux in dño. Quis.n. Epheſ. 5.
hoc fecit, niſi ille q cum tenebræ eſſent ſup abyſſum, dixit, Fiat lux, & facta eſt lux? Qđ apertiꝰ alio Gene. 1.
loco idẽ Apoſt expreſſit dicens, Deus q dicit de tenebris lumẽ clareſcere, claruit in cordibus neſtris. 2 Cor. 4.
Si aũt hoc putat ſcripturis deeſſe pphetcis, q filꝰ ſit lumẽ de lumine, uel ſplendor lucis, legat quod in eiſdẽ literis legitur de ſapientia, Candor eſt.n. E
lucis ęternę. Aut illud in pphetico Pſalmo, Canta Sapie. 7.
te dño canticum nouũ, cantate dño ois terra. Can Pſal. 95.
tate dño & benedicite nomini eius: bene nunciate diem ex die ſalutare eius. Quis eſt.n. dies ex die, niſi filius lumen de lumine? Salutare aũt dei eſſe Xp̃m legat in Euangelio, dicente Simeone ſene, qñ illum cognouit i manibus matris, carne minimũ, ſpiritu maximũ, acceptoq; in manus ſuas ait, Nũc Luce 2.
dimittis ſeruũ tuum dñe, ſcđm uerbũ tuum in pace, Q̃m uiderũt oculi mei ſalutere tuũ. Hic ſi tñ Cap. 12.
derit aliam eſſe lucẽ de qua dictum eſt, Fuiſtis aliqñ tenebræ: nũc aũt lux in dño, quia ſpiritalis lux Epheſ. 5.
mentis eſt iſta, non carnis. Aliã uero illam de qua ſcriptũ eſt, Dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux: quę Gene. 1.
ad oculos ptinet corporales. Primo cõfitebitur à luce ſumma, quod eſt ipſe deus, fieri potuiſſe qua lemcũq; infimã lucẽ, bonam tñ Deinde, unde ſcit etiam qualis & quanta ſit Poſtremo utrũ ſpiritalis an corporalis: niſi forte fideles homines, q quã diu ſunt in corpore, pegrinanť à domino, poſſunt 1. Cor. 5.
iã merito ipſius fidei lux uocari, & angeli nõ poſſunt, qui ſemp uident faciẽ patris? Vnde ergo ſcit, utrũ talis lux primitus facta ſit? Vnde ſcit q̃uo illa F
luce ueſpera & mane poſſit intelligi? Q̃uo deniq; ſenario numero preſentata fuerit operibus dei, & in ea ſeptima requeuerit deꝰ: vñ ad iſtos dies nobis notiſſimos q ſolis circumitu reuoluunť, ſeptenarij ipſius numeri qdã forma tranſlata eſt? Sed & ſi lux facta eſt corporalis, unde nouit q̃uo eſſe potuerit ante ſolem & ante firmamentũ, quod cœlũ poſtea nuncupatum eſt, remota ab aſpectibus terrenorum in ſuperioribus partibus mundi, ut ſolus deꝰ inter illã tenebraſq; diuideret? Nã inter iſtas tenebras, q̃ nobis faciunt notiſſimam noctẽ, & lucem quę nobis facit notiſſimũ diẽ, Luminaria nobis uiſibilia ut diuiderent iperauit. Quis aũt ferat, quãuis nõ ſit indignandũ potius q̃ ridendũ, indicare iſtũ nobis ꝗ diẽ horæ deſignent horaſq; ãs ſol diſcernat atq; diſterminet, & uelle ut credamꝰ ꝗ Moyſes iſta neſcierit, & iõ diem anteq̃ ſol fieret nominerit? Sed cõueniant hoies ad librũ iſtius audiendũ, & pponať eis qđ ſit credibilius: utrũ iſtũ neſcire quãdã lucẽ & quendã diẽ, quem ſciebat Moyſes ad Moyſen neſciſſe iſtã lucẽ ac diem, quẽ nõ ſolũ

G iſte, uerumetiã qa uerba eius nõ intelligunt, ſciũt.
Cap. 13. Quid ꝙ ẽt de aquarum congregatione ingerit,
neſcio quis imperitiſsimus queſtionem, imo uero
non queſtionẽ, ſed reprehenſionẽ, tanq̃ non recte
Gene. 1. dictum ſit, Congregentur aquę in congregationẽ
unã, & appareat arida, eo ꝙ aquis oia tenebantur.
ignorans quẽadmodũ aqua in aereos uapores te-
nuata rareſcat, et nebuloſa caligine multum occu-
pet ſpatij, exiguũ uero ſi congregata denſetur, nec
iam leuis uolite, ſed grauis fluitet. Quid ergo mi-
rũ, ſi rara terrã texerat, ſpiſſata nudauit? Quid ſi ẽt
diuino nutu ĩ magnos ſinus terra ſubſedit, atq; ita
qcqd naturę humidę p totũ eius iacebat, in partes
concauas confluens, receſsit à cæteris: & ꝙ operie-
bat apperuit, cõgregata in humiliora ſuccũbentia,
quà mare ĩterflueret & circũflueret, atq; altiora de
ſerẽs quà orbis emineret? Omitto ꝙ põt hĩc intel-
ligi ſignificatũ eſſe, ꝙ informis illa materies aquæ
uel abyſsi uocabulo inſinuata ſit, & ſpecies acce-
perit duorũ iſtorum grauiũ elementorũ, humoris
& humidi: & iõ dictum eſſe, congregeſ aqua, qm̃ la
H bilis & mobilis ei ſpecies data eſt: appareat aũt ari
da, qa ĩmobilis & fixa eſt. Nã illud qđ magis Pro-
pheta libri huius author intendit, ut eius narratio
rerũ factarũ eſſet ẽt præfiguratio futurarũ, nõ eſt
contentioſis & infidelibus ſenſibus ingerendum.
Cũ ergo tot exitus pie q̃rentibus pateãt, ne temere
tanta repbendaſ authoritas, unde iſti niſi diaboli
Cap. 14. co inſtinctu in eis reb⁹ eligit calumniari, quas nõ
eſt idoneus pſcrutari? Quód uero in hominis cõ
ditorẽ deum cæcus & ĩgratus inuehiſ, & audet di
cere ei q ſe finxit, quare ſic me feciſti? cũ oĩo qũo
ſit fact⁹ ignoret, multũ p̃cipitis mẽtis audacia eſt.
Sed uaſa iræ pmittuntur iſta garrire, ut tanq̃ de ne
gligentiæ ſomno excitenſ uaſa miſericordiæ, & ſtu
dio rñdendi peſtilentibus maledictis, adhibeant
curã ſalubribus dictis. Ecce.n. in eo ꝙ reprehendit
iſte hoĩs conditorẽ, qa prohibuerit eũ ſumere ci-
bũ dignoſcentię boni & mali: tanq̃ eum pecorib⁹
parem, eſſe uoluiſſet neſcientibus iſta diſcernere,
& hoc ei negaſſet cui poteſtatẽ dediſſet in beſtias,
I quo ſolo homo ſupat beſtias: quàm neceſſariũ eſt
uitæ bene agendę, ꝙ dicimus qdam infœliciter di
ſci, & fœlicius nõnulla neſciri. Morbos enim & do
lores quanto fœlicius neſciremus? Si ergo medic⁹
nos ab aliquo cibo ꝓhiberet, quo accepto ægro-
taturos eſſe p̃ſciret: & ob hoc appellaret eundũ ci
bum digooſcentiæ ſanitatis & ĩbecillitatis, eo ꝙ p
ipſum hõ cũ ægrotare cœpiſſet, expiẽdo dignoſce
ret qd intereſſet inter contractã malã ualetudinẽ
& bonã perditam ſanitatem: qđ utiq; melius igno
raſſet, & in illa q̃ perdidit ſanitate manſiſſet, credẽs
medico p obedientiam, nõ morbo p experientiã:
nunqd talem medicum inuidiſſe nobis eiuſmodi
ſcientiã diceremus? Quis dubitet malũ eſſe pecca-
2. Cor. 5. tum? Et tñ cum laude dictũ eſt de dño Ieſu Xpo,
quia non nouerat peccatũ. Non ergo nouerat hoc
malum, atq; ideo illã unde Adã prohibitus eſt, bo
ni & mali dignoſcentiam nõ habebat. Hic ſi quæ-
ratur, qũo quod nõ nouerat, arguebat? neq;.n. pec
cata non arguebat. Oia autem q arguuntur, ſicut
Ephes. 5. dicit Apoſtolus, à lumine manifeſtantur. Qũo igiſ
à quo ignorabantur, arguebantur? Nõnne rectiſsi-
me rñdebitur, & nouerat, & non nouerat? Rectiſsi
me oĩno, Nouerat.n. per ſapientiam non nouerat
per experientiam. Huic itaq; diuinę ſapientię cre- K
dere debuit Adam, ut ab illa mali ſcientia, quæ fit
per experientiam, p̃cepto dei obediens tẽperaret.
Sic.n. malum neſciſſet niſi feciſſet: fecit aũt ſibi, nõ
deo. Nihil.n. facere potuit uoluntate inobedien-
tiæ, niſi ꝙ ipſe pateretur lege iuſtitię. Hæc eſt enim
pœna inobediẽti homini reddita in ſemetipſo, ut
ei uiciſsim nõ obediatur, nec à ſemetipſo. De qua
re uberius in alijs, & maxime in quartodecimo li-
bro de Ciuitate dei diſputauimus. Nunc aũt bre-
uiter reſpondemus ad id qđ ait iſte, hominis inſti-
tutorẽ à magno bono ꝓhibuiſſe quẽ fecerat, dum
eũ pecori ſimilẽ ſine dignoſcentia boni & mali eſ-
ſe uoluiſſet. Hæc .n. dignoſcentia nõ eſt beati hoĩs
ſapientia, ſed miſeri experientia: unde lignũ nomẽ
accepit, à cuius cibo eſt hõ prohibitus: ut obediẽ
tia cõmendaretur, q̃ maxima eſt uirtus, & ut ſic di
xerim, oĩum origo materq; uirtutum, in ea natura
cui ſic datum eſt arbitriũ liberę uoluntatis, ut eã
tñ neceſſe ſit uiuere ſub poteſtate melioris. Quan-
quã non defuerint qb us uiſum eſt, illã dignoſcen
tiam boni & mali, magnũ aliquod bonũ fuiſſe: cu L
ius capaces nondũ fuerũt, qui hanc uſurpantes cõ
tra uetitũ, p inobedientiã peccauerũt. Quibus au
tem ṽr ſic hominẽ fieri debuiſſe ut peccare nol-
let, nõ eis diſpliceat ſic eſſe factũ, ut nõ poſſet pec
care ſi nollet. Nunqd.n. ſi melior eſſet, q non poſ-
ſet peccare, iõ non bñ factus eſt q poſſet & nõ pec
care? Aut uero uſqueadeo deſipiẽdũ eſt, ut hõ ui-
deat melius aliqd fieri debuiſſe, & hoc deũ uidiſſe
non putet: aut putet uidiſſe, & credat facere noluiſ
ſe, aut uoluiſſe qdẽ, ſed minime potuiſſe? Aduertat
hoc deus à cordibus piorũ. Si ergo rõ recta demõ
ſtrat, rõnalẽ creaturã illam eſſe meliorẽ, q̃ nulla in
obediẽtia deſerit deũ, quàm iſtã q̃ ita deſeruit: ſci-
at qſqs hoc ſapit, nec illã deeſſe cœleſtibus reb⁹, q̃
nunq̃ deſerit deũ, nec iſtã ita eſſe factã, ut aliq̃ ne-
ceſsitate deſerere cogereſ deũ. Et qa uoluntate de-
ſeruit, nihil ex hoc diminutũ ſapientiſsimis diſpo
ſitionibus dei, q & malis bñ, & pueris recte utiſ, &
de humano genere iuſte meritoq; dãnato, familiã M
ſanctã atq; numeroſam, nõ eius merito, ſed gr̃a ſua
factã, in ęternũ regnũ ſe tranſlaturũ eſſe teſtatur.
Quæ cũ ita ſint, nec deus occultare debuit lignũ,
quod pp conſecuturã hominis miſeriam, ſi ex illo
cõtra ꝓhibitionẽ uſurpato dignoſceret à quo bo
no cecidiſſet, & in qđ malũ incidiſſet, appellauit li
gnũ dignoſcentię boni & mali. Cur.n. occultaret
de quo mãdatũ dabat, & p qđ obedientiã cõmen
dabat? Nec ignarus fuit Hominẽ peccaturũ: ſed ſi-
mul ẽt, qđ iuſti & boni fuerat & de peccante factu
rus, ſumma utiq; diuinitate p̃ſciuit. Nec iſtituit qđ
obeſſet, ſi hõ ſibi obeſſe noluiſſet: ſed potius iſtitu
it qđ ꝓdeſſet. Quia hõ nõ ſine bona mercede obe
dientiã cuſtodiſſet: & nõ ſine utili exẽplo, ut eam
ſancti ei⁹ poſteri cuſtodirẽt, pœnas inobedientię p
ſoluiſſet. Nec uoluit qđ non potuit, Hoc.n. uoluit
ut aut obediẽs hõ eſſet, aut inobediẽs ĩpune non
eſſet. Nec ĩfructuoſe uoluit qđ hõ nõ fuerat ſerua-
tur⁹, iubere, qa pœna cõtẽptoris docuit alios obe
dire. Nec in hoĩe pars dei reſtitit deo, qa ſi hoĩs aĩa
pars dei eſſet, nec à ſeipſa, nec ab aliquo decipi, nec
ad aliqd male faciendũ, ſiue patiendũ ulla neceſsi
tate cõpelli, nec ĩ meli⁹ uel deteri⁹ mutari oĩno po-
tuiſſet. Flatus aũt ille dei qui hominem animauit,

A factus eſt ab ipſo,nó de ipſo, Quia nec hois flatus,
hois pars eſt: nec homo eum facit de ſeipſo , ſed ex
aereo halitu ſumpto & effuſo , Deus uero potuit &
de nihilo,& uiuũ rationalē ꝙ potuit, qd non poteſt
In.q.uet. homo. Quãuis nõnulli exiſtiment nõ tunc aiatum
& nous primũ hoiem, qñ deus in eius faciẽ ſufflauit, & fa-
te.nume- ctus eſt homo in aiam uiuã, ſed tunc accepiſſe ſpi-
ro. 123. ritumſanctũ. Quodlibet aũt hoꝶ credibilius oſtẽ-
in poſte- datur, unde nunc longũ eſt diſputare, aiam tñ non
rioribus eſſe partẽ dei, nec de ſubſtãtia & natura eius creatã
nume. 3. ſiue prolatã, ſed ex nihilo factã, dubitare phas non
Cap. 15. eſt. Nõ itaq; ſicut ait iſte blaſphemus, inuenit ſer-
pens loco meliore q̃ deus, qa pręualuit decipere ho
minẽ quẽ fecerat deus. Nullo.n.modo hõ decipe-
Prouc.16 ret, ſi nõ in ſe exaltato corde receſſiſſet à deo. Vera
quippe, qm̃ diuina , eſt illa ſnĩa , Ante ruinã exaltat
cor, Et ubi cõtra deũ exaltat , ibi ab illo deſeritur,
& in ſe tenebrat. Quid aũt mirũ ſi dum tenebrat,
neſcit quid ſequatur: qm̃ nõ à ſeipſo lumen eſt, ſed
ab illo illuminatur. Quód ergo deus ſemper inui-
ctus ſit, etiã homo uictus oſtẽdit: qa uictus nõ fuiſ
ſet, ſi ab inuicto nõ receſsiſſet . Quomodo eſt aũt
B uictor hois deceptor, cũ à ſemetipſo ſit etiã ipſe de
ceptus? Vnde & ille q decepit, & ille quem decepit,
ambo decepti ſunt, recedendo ab eo q nõ põt deci
pi: & ambo ſunt uicti , recedẽdo ab eo q nõ poteſt
uinci. A quo utiq; q plus recedit, plus uincit, qa tan
to eſt inferior, quãto deterior : Et ideo neceſſe eſt,
ut q malũ alteri prius inferendo uincere uidet, am-
plius ipſe bonũ amittendo uincat. Neq; fieri poteſt
ut ei ſit locus melior, cũ cauſa ſit peior. Et ꝙ ad tẽ-
pus præualuiſſe uiſus eſt diabolus hoie ſuperato,
etiã ſic in æternũ uictus eſt hoie reparato . Nec dei
cõfitentis uerba ſunt, ſed potius exprobrantis, Ec-
Gene.3. ce Adã factus ẽ tanq̃ unus ex nobis: Sicut Apl's ubi
2.Cor.12. dicit, Donate mihi hãc iniuriã: utiq; à cõtrario uult
intelligi, ſi aſsit pnunciator doctus, nõ calũniator
indoctus. Porrò aũt cui diſplicet peccator phibit'
à ligno uitæ, qd niſi impune uult male uiuere: Nec
magnũ erat deo, & alio quolibet modo uitã ſub-
trahere homini quẽ uiuere noluiſſet: ſed qm̃ rõna-
les aiæ de ſapiẽtia uiuunt, quarũ mors eſt inſipien
tia, huius rei ſignificandæ gratia, lignũ uitæ in pa-
radiſo fructu ſuo mori hoiem nec corpore ſineret.
C Quòd ergo inde ſeparatus traditus eſt morti, cõſu
mendus ætate, qd' nequaquã illi accidiſſet, ſi ſemp
eodẽ cibo frueret, ſignificatũ eſt, ꝙ prius ab ſpirita
li uitæ ligno pp peccatũ aia eius excluſa eſt , & ita
quadã ſua interiore morte iã mortua. Nã de ſapien
tia ſcriptũ eſt, Lignũ uitæ eſt amplectentibus eam.
Prouer. 3 Quod iſte nõ intelligẽs ait, Quaten' ergo ante ma-
ledictũ imortalis hõ ppetuo uiuere poterat, q nõ-
dũ ex iſta arbore cibũ ſumpſerat? Quaſi aliquis ei
dixerit, aut ĩ illo libro alicubi legerit : ꝙ nõdũ Adã
ſumpſerat ex cibo arboris uitæ. Quin potius intel-
ligendus eſt, qm̃ inde illi uita ĩ corpore ppetua ſup
petebat, ne uetuſtate cõſumeret ætatis, ad hoc inde
phibitus, ut ex peccati pœna iã illi eſſet neceſſitas
mortis. Quõ inquit, ex dei maledicto mori cœpe-
rat, cũ uita ipſa nũq̃ ex ipſo initiũ ſumpſerit? Quaſi
optauerit ei deus mortem ſicut hõ homini, ac non
dei uerba ad ſnĩam pertineant puniẽtis , nõ ad irã
maledicentis. Punire aũt morte corporali, fuit à ui
tę arbore ſeparare, cũ iã fuiſſet ſpiritaliter mortuus
aio, utiq; ſeparatus ab alimẽto ſapientię. Deus itaq;

qd ei cõtigiſſet in aio, ſignificare uoluit, ſeparando D
cũ à ligno uitæ, quo ſignificabat ſapiẽtia. Sed iſta,
inqt, arbor, q̃ in paradiſo uitæ fructus ferebat , cui
pderat? Cui niſi prius illis primis hoib' , maſculo
& fœminę, q in paradiſo fuerãt conſtituti ? Deinde
iſtis de paradiſo pro merito ſuæ iniquitatis eiectis,
mãſit ad memoriã ſignificãdæ ſpiritalis arboris ui
tę. Quod eſt, ut diximus, ipſa patiẽtia, beataꝶ cib'
imutabilis aiaꝶ. Vtrũ aũt illo cibo ueſcat nũc ali-
quis, niſi forte Enoc & Helias, nõ temere aſſeuerã-
dũ puto: ligno tñ illo uitę, qd' eſt in ſpiritali para-
diſo, niſi alerent aiæ beatoꝶ, nõ pro munere pieta-
tis & fideliſsimę cõfeſsionis, latronis aię credentis
in Xp̃m, legerem' paradiſum eodẽ die fuiſſe cõceſ-
ſum, Amẽ, inqt, dico tibi, hodie mecũ eris in para-
diſo. Eſſe aũt ibi cũ Xp̃o, hoc eſt, eſſe cũ uitę ligno, Luca.23.
Ipſe eſt qppe ſapiẽtia, de qua ut ſuperius cõmemo-
raui, ſcriptũ eſt, Lignũ uitæ eſt amplectẽtibus eam. Prouc. 3.
Nunqd nã & hoc refellẽdũ eſt, qd' uelut acute ut Cap. 16.
ſibi uidet, irridet: Primo deũ nõ pręſciſſe qd' cõti-
git, Deinde implere nõ ualuiſſe qd' magnopere co-
gitauit, Tertio ad maledictũ ſe cõuertiſſe ſuperatũ.
Vnde ſcit deũ nõ præſciſſe qd' cõtigit? An qa cõti- E
git? Quinimo ſi nõ cõtigiſſet, nullo mõ id præſciſ-
ſet futuꝶ, qa nõ erat futuꝶ. Aut ſi propterea putat
nõ præſciſſe, qa ſi præſciſſet, ne cõtingeret præuidiſ
ſet, põt hoc & de Xp̃o dicere, q talentũ dedit homi
ni nihil acquiſituro: qd' propterea utiq; dederat, ut
eius augeret pecunia, qcqd eſt qd' illa ſignificat. Er
go qa cõtigit, ut ille ſua pigritia nihil acqreret , hoc
nõ præſciuit ille q dedit? Dicere etiã põt: nõ implet
ſe de hoc lucro Xp̃m qd' magnopere cogitauit. Põt
& illud tertiũ, ad maledictũ ſe cõuertiſſe ſuperatũ,
qm̃ dixit, Ligate illi manus & pedes, & proijcite eũ Matt. 25.
in tenebras exteriores. Sicut de Adã dictũ eſt, ut à li
gno uitæ ſeparatus , morte etiã corporis plecteret,
Huic.n homini diſerto, definiẽtis maledictũ, uidet
impotẽtis imperiũ. Dicat ergo impotẽtẽ Xp̃m , qm̃
de acquirẽda ſpiritali pecunia nõ potuit qd' cupie
bat efficere : dicat æmulũ ac malitioſum. ꝙ ſeruo
ſuo inuiderit lucẽ ac ſalutẽ, quẽ proijci iuſsit in te-
nebras, ubi eſſet fletus & ſtridor dẽtium . Si aũt de
Chriſto iſta nõ dicit, ne hoc modo ſe inducet non
eſſe Chriſtianũ, cur audet dicere de hois cõditore
& peccati merito dãnatore , qd' nõ audet dicere de F
hois redẽptore, & ſi eius præcepta contẽpſerit, pœ
na æternę mortis ultore, eodẽ ipſo.ſ.? Nã & in quẽ
aliũ niſi in Xp̃m hæc maledicta neſciens iſte iacu-
latur, quãdoquidẽ ille ait, Si crederetis Moyſi, cre- Ioan. 5.
deretis & mihi, de me.n.ille ſcripſit ? Quid.n.pater
ſine filio uel tũc fecit, uel unq̃ facit? Si ergo ſalubri
ter nõ ſolũ bonitatẽ, uerũetiam ſeueritatẽ dei ſan-
cta ſcriptura cõmendat , qm̃ & amatur deus utili-
ter & timetur. Vnde Apl's eodẽ loco utrunq; cõme-
morat dicẽs, Vides ergo bonitatẽ & ſeueritatẽ dei: Roma. 11
qd eſt qd' iſte inſanus & præceps cũ Chriſtianũ eẽ
ſe iactet, hoc reprehendit in deo Prophetarũ, qd' in
deo inuenit Apłoꝶ, qm̃ idẽ deus eſt & illoꝶ & iſto-
rum? Quòd aũt de iſto cõmemoraui : quẽ pigrum
ſeruũ miſit in tenebras exteriores, ſeueritas eſt dei,
ubi nec futuroꝶ improuidus dicit, qa tali pecuniã
ſuã credidit: nec impotẽs, quia [quem] lut bene age-
ret, nõ [ipſe rexit] ipſe correxit: nec æmulus ac ma-
litioſus, ꝙ à luce ſeparatum in tenebras miſit . Hoc
de oibus pœnis hoſum , quæ leguntur in prophe-

G ricis libris inflictæ fuiſſe peccãtibus, debet fidelis lector aduertere. Hoc ergo etiã de diluuio, Neq. n. dñs Ieſus nõ tale aliqđ futurũ in ſuo prænunciauit aduentu qñ ait, Sicut in diebus Noe mãducabant & bibebant, nouellabant, ædificabant, nubebãt, uxores ducebant, uenit diluuiũ & perdidit oẽs, ſic erit & aduentus filij hoīs. Hoc & de obduratione cordis Pharaonis. Neq. n. noui teſtamẽti literæ nõ dicũt de quibuſdã, Tradidit illos deus in reprobũ mẽtẽ, ut faciant quæ nõ conueniunt. Hoc de ſpiritu mendaci, quẽ deus, q bene utitur etiã malis, iuſtiſsimo iudicio ad impiũ regẽ decipiẽdum miſit, ſicut Micheas Propheta ſibi in uiſione prophetica demõſtratũ eſſe teſtatur. Neq. n. dubitauit tale aliquid dicere Apſs Paulus, cũ ſe ſciret ueriſsime dicere, ubi ait, Mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio, & iudicenſ oẽs qui nõ crediderunt ueritati, ſed cõſenſerunt iniquitati. Hoc de facto p Moyſen cui deus dixit, Accipe oẽs duces ppli, & uictima illos dño cõtra ſolẽ: hoc eſt, in manifeſto p diẽ. Vel q factũ idolũ Moyſes ita uindicauit, ut nec pximo ſuo qſq; parceret, ferro perimens impios. Neq; n. & dñs Ieſus non dixit. Eos aũt qui noluerunt me regnare ſibi, adducite & interficite coram me: Vbi profecto qa mortẽ ſignificat animarũ, magis eſt utiq; illa fidelibus horrẽda & metuenda q̃ corpor. Vnde idem dñs dicit, Nolite timere eos qui occidunt corpus, aiam aũt nõ poſſunt occidere, ſed potius eum timete, qui põt aiam & corpus perdere in gehennam. Huius generis mortes p quas aiæ mittuntur in gehennã, ſi quis fideli mente ut dignum eſt cogitauerit, ualde uili æſtimabit quãlibet ingentiſsimã ſtragẽ & ſanguinis fluuios mortaliũ corpor, & quomodocunq; quãdocunq; morituror. Quas cædes iſte exaggerans, & ſcholaſtica uanitate deſcribens, ad blaſphemandũ deũ, q talibus mortibus eos qbus hmôi terror utilis fuerat, flagellabat, horrorẽ incutit mortalib' ſenſibus, & aliqđ ſe agere putat, calces aduerſus ſtimulũ iaciẽdo: ut cũ de morte carnis accuſat dei puidentiam, morte cordis mittatur in gehẽnã. Quis aũt utriuſlibet ſexus homo nõ mallet gladio trucidari, etiã il lo modo, quo trucidauit ſacerdos Phinees fornicarios, in ipſo cõplexu nepharię uoluptatis, terribile cõſtitues aduerſus execrãdas libidines ultionis exemplũ, pp qđ deo maxime placuit: qs, inquã, non mallet tali genere mortis interfici, qs nõ poſtremo igne cõſumi, uel ferinis morſibus p ipſa pudẽda lamari, q̃ mitti in gehẽnã ignis æterni? Cur igiſ deus Chriſtianor, peccantes talibus mortibus puniat, ut poſt corporis interitum tranſitoriũ ſequatur in gehẽna ſine fine ſuppliciũ, niſi qa teſtamẽti utriuſque unus eſt deus? Nonne poſſent Iudæi dicere aduerſus hui' impietatẽ, quãtũlibet exaggeret bella, cædes, uulnera, funera, ſanguinẽ, lõge incõparabiliter deo nřo deũ ſe hic mitiorẽ: longe. ſ. mitius punientẽ tranſitorijs mortibus corpor, q̃ flãmis perpetuis gehẽnarũ? At. n. propterea uidet huic deus legis & Prophetarũ, qui unus & uerus eſt deus, crimine crudelitatis arguendus: qa pp leuiſsimas cauſas uel etiã erubeſcendas, pœna mortis uel corporalis inflixit: q Dauid populũ numeraſſet: q infantes, ſicut iſte dicit, filij Heli ſacerdotis, de ollis uel cacabis deo præparatis aliqđ deguſtaſſent. Qua in re nõ diſputo quãtũ & q̃ pernicioſum ſuis elationis uitium tam ſancto uiro, ut uellet dei populũ numerare, ſubrepſerit, eorũq; mortibus non æternis, ſed iamiamq; humana conditione uenturis, & celeriter tranſituris, fuerit flagellatus quo fuerat multitudine inflatus. Nec dico filios Heli fuiſſe infantes, ut iſte loquiſ, neſciens qđ loquaſ, ſed er' ætatis, qua poſſent & deberent, pro ſacrilego auſu quo ſe dño deo in ſacrificijs præferebãt, digna coertione cohiberi. Quod neglectũ deus nõ ſibi cõſulens, ſed populo cui religio pietasq; profuiſſet, bello etiã uindicauit. Vbi dei timorẽ potuerũt augere uictim, p eorũ mortes, q fuerant, etſi ſeneſcerẽt, poſt nõ longa tẽpor ſpatia morituri. Mortibus qppe corpor legimus alios etiã mortuos, pp nõ ſua, ſed aliena peccata. Vbi magis eſt in dolore cordis plaga uiuẽtium, qua in reſolutione carnis pœna morietiũ. Vbi aiæ de corporibus exeũtes, habẽt cauſas ſuas, uel bonas, uel malas, nõ pptereа grauatæ qa exutæ. Aiaũ uero morte alius pro alio plectiſ nemo. Sed hoc dico, q̃tũ exiſtimet iſte fuiſſe pctm, q in cõuiuio nuptiali inuentus eſt hõ ueſtẽ nõ habẽs nuptialẽ? Puto ſi humana conſideratione iſta metiamur, huic aliquãtulũ ſufficere debuit erubeſcere: & ut plurimũ inuitantis indignatio pendere etur, ueſtẽ mutare cõpelli: & tñ dictũ eſt, Ligate illi man' & pedes, & proijcite eũ in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dẽtiũ. Sed dicit, nõ leuẽ culpã ſignificat, ueſtẽ nõ habuiſſe nuptialẽ, qũo iſta parua magna rũ ſigna ſunt rer. Sic ergo & ſacrificia uiſibilia, cũ ſint in terrenis rebus exigua, magnar, qũo diuina rũ ſigna ſunt rerum, in qbus filij ſacerdotis ſe ipſos deo, cuius honor i ſacrificijs oſtẽdit, † præferebãt. Nõ aũt ille cõuiua ſe prætulit ſponſo, ſed tñ nõ cõgruit q nuptialẽ tunicã nõ hẽbat, uerũ tamen inter ipſas pœnas qbus utrũq; uindicatũ eſt, ille qđ diſtet, aduertit, quãq; incõparabiliter iſta illã uincat, intelligit, q corporalibus & tẽporalib' ſpiritalia & ſempiterna præponit. Verũ qđ opus eſt de myſticis ſignificationibus ſacrificior, ueſtiſq; nuptialis, inconuenientẽ carnalibus ſenſib' uelle inculcare ſermonẽ? Ecce qđ' eſt manifeſtius pferamus, Euangelium legi ueteri cõparans dñs, & nõ illud malũ qđ' hoies ante didicerant, ſed qđ' ipſe docebat, perfectius eſſe conteſtans, Audiſtis, inqt, qa dictũ eſt antiquis. Nõ occides, Qui aũt occiderit, reus erit iudicio. Ego aũt dico uobis. Quicunq; iratus fuerit fratri ſuo, reus erit iudicio: Qui aũt dixerit fratri racha, reus erit cõcilio: Qui aũt dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Quid tã paruũ in peccatis, q̃ fratri dicere, fatue? Quid tã magnũ in ſupplicijs, q̃ gehẽna ignis? Si in lege uel Prophetis iſte inueniſſet aliquem, qui dixiſſet fratri ſuo, fatue, lapidari iuſſum fuiſſe diuinitus, quãtæ deum crudelitatis argueret? Quis aũt, nõ dico lapidari, ſed per ſingulos artus, immo per ſingula corporis fruſta, paulatim atq; minutatim, uiuens & ſentiens dilaniari cõſumiq; nõ maluiſſet, q̃ gehẽnæ ignib' mãcipari? Abſit tñ ut crudeliorẽ quiſquã dicat Euãgelij q̃ legis deũ, intelligens utriuſq; eſſe unũ & eundẽ deũ, in lege terrentem carnalibus, in Euãgelio ſpiritalibus pœnis, & ibi & hic fidelem, nuſquã crudelẽ. Quid illud? nõne ſi à Xpo linguã reperiret alienã, in eũ blaſphemã, & qualis eſt huius, impia garrulitate dãnabilem: acerbius & amarius exagitaretur, quàm quòd iſte de obſonio ſacrificij prægustato, corporalem temporaleq;

Margin notes (left): Luc. 17. — Rom. 1. — 3. Reg. 22 — Miche. 3. — 2. Theſ. 2 — Num. 25. — Exod. 32. — H — Luca. 19. — I — Matt. 10. — Num. 25. — 2. Reg. 24. — 1. Reg. 2.

Margin notes (right): K — 1. Reg. 4. — Matt. 22. — L — Ibidem — † attẽdit — Matt. 5. — M

A pœnã pro ſacrilegio ſic indignatur ingeſtã: ubi uen
turum ſe dñs, & ad ſiniſtrã poſitis gentibus minat
Matt. 25. eſſe dicturũ, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus eſt dia-
bolo & angelis eius? Huius tãti ſupplicij quęris cau
ſam? Eſuriui, inquit, & nõ dediſtis mihi mãducare.
Ecce pro eſca tpali, non ablata, ſed nõ data, æternũ
& horrendũ ſuppliciũ cõminatur. Et recte, ſi con-
ſulas ueritatẽ, Perparuum eſt.n. qđ in eleemoſynis
datur: ſed cum pie datur, æternũ inde meritũ com-
paratur. Et ideo potius qa paruum eſt qđ datur, ma
gna impietate nõ datur. Vnde non mirũ eſt, ꝙ tãtæ
ſterilitati uelut infructuoſarũ arborꝶ, ignis æterni
Pſal. 115. ſuppliciũ præparatur. Si aũt conſulas hoiem, ut de
ſuo reſpondeat tibi ois homo mendax, contemnit
culpã, & exaggerat pœnã. Illam quippe non uidet
mẽte carnali, hãc exhorret carne mortali. Talis eſt
iſte in oium hoium, qui puniuntur uel corripiunt
in ueteri teſtamento, longe mitioribus q̃ legunt in
Euangelio corporalibus pœnis. Quod.n. diluuiũ
cõparari æternis ignibus poteſt? Quæ cædes, quæ
uulnera, quæ corporꝶ mortes cruciatibus ſempiter
nis? Viginti quatuor milia cadentiũ, tanto buccarũ
B ſtrepitu inflat inſanus, quaſi nõ innumerabilia mi-
lia quotidie moriant toto orbe terrarꝶ. Sed tranſito
ria iſta corporꝶ mors eſt. Quis uero ęſtimare poſſit,
quot milia ſtabũt ad ſiniſtrã ex oibus gentib°, quę
ſempiternis dãnanda ſunt ignib°? Eat iſte & dãnet
†clamet. † ore aperto & oculis clauſis, quaſi cõfeſſus ſit de°
Deut. 32. ſuã crudelitatẽ, quia dicit per Prophetã, Exacuam
ſicut fulgur gladiũ meũ, inebriabo ſagittas meas
ſanguine, & gladius meus manducabit carnes de
ſanguine uulneratorꝶ. De qbus uerbis ſic iſte accu-
ſat deũ uelut ſemper humanũ ſanguinẽ eſurientẽ,
q̃ſi dixerit, Inebriabo me ſanguine, & manducabo
carnes de ſanguine uulneratorꝶ. Sed quãtũlibet hãc
utilẽ dei cõminationẽ tanq̃ facinoris auidã, & ut di
cit, in ſola crudelitate malis tantũmodo gloriantẽ,
uanus & ueſanus exhorreat, quid aut quantũ ualet
uerbis cõparata dicẽtis, Diſcedite à me maledicti i
Matt. 25. ignẽ æternũ, q paratus eſt diabolo & angelis eius.
Ibi nõ ſanguine inebriabuntur ſagittæ, ſed nõ ſatia
buntur membris oibus flãmæ, Nec carnes gladius
C mãducabit, ſenſum doloris citius auferẽs mortuis
q̃ inferens uulneratis: ſed nemo cruciatib° ſaltẽ mo-
riẽdo ſubtrahit, ne in moriẽte ſimul etiã ipſa pœna
moriatur. Cur nõ hic dicit, colendũmne iſtũ an po
tius execrandũ fugiendũq; eſſe dicemus? An timet
de Xpo iſta dicere, ne ipſius ignis æterni ſuppliciũ
nõ euadat, quò ille impios pparat mittere: & igno-
rat miſer hęc dicẽdo de deo Prophetarũ, de ipſo ſe
dicere, cuius tã tremendã ſeueritatẽ in Euangelio
Cap. 17. formidat offendere. Reprehendit etiã, ꝙ pœnas
impiorꝶ, ſignificatas p uuã fellis & botrũ amaritu-
Deut. 32. dinis, & furorẽ draconũ atq; aſpidũ, collectas dicit
eſſe deus apud ſe, & ſignatas i theſauris ſuis, redden
das in tpe, cũ lapſus fuerit pes eorꝶ: ignorans theſau
ros hic appellatas occultas diſpoſitiones dei, q di-
Roma 2. ſponit reddere unicuiq; ſcdm opera ei°. Vnde Apls
dicit, Tu aũt ſcdm duritiã cordis tui & cor impęni
tens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis
iuſti iudicij dei, q reddet unicuiq; ſcdm opera eius,
Apud quem.n. ſibi theſaurizat irã cor impœnitẽs,
niſi apud eũ, q uiuos eſt iudicaturus & mortuos?
Neq;.n. neſciũt etiã illi ueteres libri, theſaurꝶ deſide
rabilẽ, de quo ibi ſcriptũ eſt, ꝙ requieſcat in ore ſa-
piẽtis. Et in Prouerbijs legitur, qa deus theſaurizat D
diligẽtib° ſe ſalutẽ. Et Eſaias Propheta dicit, In the Prouẽ. 8.
ſauris eſt ſalus nr̃a, ibi ſapiẽtia & diſciplina & pietas Eſaia. 33.
ad dñm. Hi ſunt theſauri iuſtitiæ. Sed uaniloqui &
mẽtis ſeductores aduerſantes literis ſacris quas in-
telligere nolũt, eligunt ex eis aſpera quę ibi legunt,
ad comendendã ſeueritatẽ dei: & de literis Euãgeli
cis atq; Aplicis lenia q̃ ibi legunt, ad cõmendandã
bonitatẽ dei: & apud hoies imperitos hinc ingerũt
horrorẽ, inde quęrunt fauorẽ: quaſi difficile ſit, ut
quiſquã ſimiliter blaſphem° atq; impius eo modo
aduerſetur nouo teſtamẽto, quo iſte ueteri: carpẽs
de uetere qbus ibi cõmendat dei bonitas, & econ-
trario de nouo, qbus ibi cõmendatur dei ſeueritas:
& clamet inuidioſus atq; uenenoſus, Ecce qui deus
colẽdus eſt, miſericors & miſerator, longanimis & Pſal. 102
multę miſericordię: q non in finẽ iraſcetur, neq; in
ęternũ indignabitur: q non ſcdm pctã nr̃a fecit no-
bis, neq; ſcdm iniquitates nr̃as retribuit nobis: ſed
quãtũ diſtat ortus ab Occidẽte, lõge fecit à nobis
pctã nr̃a, Qui ſicut miſeratur pater filios, ſic miſera Ezec. 33.
tur timẽtes ſe. Qui dicit, Nolo mortẽ pctõris, tm̃ † † quãtũ.
ut reuertatur & uiuat, Non ille qui pp lucrorꝶ auari E
tiam, etiã eum ſeruũ qui non perdidit talentũ qđ
acceperat, ſed tm̃ quia non amplius acquiſiuit liga
tis manib° & pedib° proijci iuſſit in tenebras exte- Matt. 25.
riores, ubi eſſet ei fletus & ſtridor dẽtiũ: & q hoiem
non habentẽ ueſtẽ nuptialẽ de cõuiuio ſuo tollit, Matt. 22.
& ſimiliter alligatũ ſimili ſupplicio punit: & q ue-
nientibus ad ſe, & pulſantibus, & dicentibus, Dñe
aperi nobis: rñdet, Non uos noui: tm̃ qa oleũ ſecũ Matt. 25.
qđ infunderent ſuis lampadibus non tulerũt: & q
pp unum contumelioſum uerbũ mittit i gehennã:
& qui pro tpali cibo non accepto, igne dãnat æter-
no. Hæc atq; huiõi ſi quis ueſana mente ſacrilegus,
ide lenia, hinc aſpera colligat: ac ſic hoies utrarũq;
literarũ imperitos à Xpo, tanq̃ ſęuo & crudeli cone
tur auertere, & ad deũ miſericordẽ Prophetarũ mi-
temq; conuertere: nõnne & huic ipſi qui hoc facit
ueteri teſtamento, quod ab hoie ſimiliter ſacrilego
putat Apoſtolũ locutũ eſſe fallaciter. Quæ omnia
nõ hoc ordine ꝓſecutus ſum, q eſt in libro eius, ſed
ſicut noſtrę diſputationis ſibimet cõnexa ſeries po
ſtulauit. Poſt hæc ergo omnia titulũ poſuit, ita ſe Cap 11.
habentẽ. Diſcretio ſpiritũ malignitatis & bonita-
tis: Et cœpit cõtrariis iter ſe breuibus crebriſq́; ſen
tẽtiis laudare Xp̃m, & accuſare legis deũ hoc mo-
do, uelut eũ ad quẽ ſcribebat exhortans: Quare igi
tur frater, inqt, recedentes ab iniqtate præteriti er-
roris, intẽdam⁹ Xp̃m uerũ ac ſummũ deũ, nõ hui⁹
ſeculi principẽ & mũdi factorẽ, in quo nos peregri
nari ſæpiſſime declaratũ eſt. Intẽdamus, inquã il-
lum pium ac mitẽ, q nos ſuæ cognationis oſtẽdẽs,
mundi lumen uocauit: nõ illũ q ſecũdũ ſcripturas † initium
Iudaicas terrenũ nobis iudiciũ † aſſignans, in terra
nobis finẽ indixit. Qui nos fratres appellans, uigi-
lare ac diuina ſapere pſuaſit, nõ illũ q nec digno-
ſcentiæ qdẽ ſenſum habere permiſit. Atq; hoc mo-
do cætera multa contexuit. Cui loco libri eius ita
reſpõdendũ putaui, ut etiã ego uos exhortarer, Intẽ
damus Xp̃m uerũ & ſummũ deum, ueri & ſummi L
dei unicũ filiũ, nõ huius ſeculi malignũ principẽ,
ſed mundi, hoc eſt cœli terræq́; factorẽ, q nos tanq̃
peregrinos uitã tẽporalem in hac agere mortalita-
te præcepit. Intendamus inq̃ illũ miſericordem ac
mitem q nos fratres ſuos fecit gratia, nõ natura. Ip-
ſe eſt n. nõ alius ſicut hic putat, q ſecũdũ ſcriptu-
ras terrenũ nobis corpus, animã uero flatu dedit,
utrunq̃ faciens, nõ eoꝝ aliqd gignens. Qui nos ui-
gilare ac diuina ſapere iuſſit & fecit. Ipſe eſt. n. non
alius ſicut hic putat, q dignoſcentiã boni ac mali
ne peccando experiremur, admonuit. Qui nos ad
immortalitatem uocans, cœleſtia nobis regna pro
miſit. Ipſe eſt. n. nõ alius, ſicut hic putat, q nos poſt
peccatũ reos, ab ęternæ uitæ fœlicitate ſecreuit, &
terreno labore puniuit. Qui nos, nõ ſicut iſte dicit,
nihil ignorare, ſed utilia ſcire præcepit: Nec ſicut
iſte ſenſit atque à ueritate diſſentit, ſcientiã damna
uit in nobis, quæ fit ſapiendo iuſtitiã, ſed quę fit ex
periendo peccatũ. Qui nos ꝙ errore moriebamur M
miſeratus eſt. Ipſe. n. nõ alius, ſicut hic putat, q nos
morti non ex quo ſapere cœpimus, qd' iſte ait, ſed
ex quo deliqmus, deſtinauit. Qui nos ꝓprias facul
tates hortatur ſpernere, immo uero loco tutiore re
cõdere: cũ ipſe ſit nõ alius, ut hic putat, q ſe nõ tan
tũ cœleſtiũ, uerumetiam terrenoꝝ dominum oſtẽ
dens, ea quæ impij poſſidebãt expoliatione plectẽ
di ſuos, qbus hoc ꝓ tẽpore cõgruebat, auferre atq́
habere, ſiue iuſſit, ſiue permiſit. Qui donat delicta
cõuerſis, cum ipſe ſit, nõ alius, ut hic putat, q in ter
tiã & quartã ꝓgeniẽ retribuit digna peruerſis. Qui Exo. 20
nõ omnium, ſicut iſte ait, ſed eorum quos ante prę
ſciuit & prędeſtinauit, delicta dimittit. Ipſe eſt au-
tem, nõ alius ſicut hic putat, q delicta quorundã,
ad pœnalem animi dolorem terroréq́; maiorẽ, etiã
illoꝝ q ea nõ admiſerant, nõ ſpiritalibus, ſed cor-
poralibus mortibus uindicauit, ut cõditio morta-
lium qua fuerãt poſt paululum morituri, etiã iſto
modo ſeruiret dei ꝓuidentiæ, & in uſũ cederet di-
ſciplinę. Qui nos nõ in totũ iraſci ꝓhibuit, quãdo- Pſal. 4.
qdẽ & ipſe iratus eſt ubi oportuit, ſed iraſci & non
peccare præcepit. Ipſe eſt autẽ nõ alius, nõ q uindi-
cãdi cauſas ſicut iſte affirmat inqrit, ſed uindican-
das cauſas quando ipſe nouit, aduertit. Qui nos

nequādo iuraremus,monuit:ut quoniā falli poſſu
mus,lōge fieremus à periurio nō iurādo.Ipſe eſt au
tē,nō alius,ut hic putat,q ſuę ſentētię ueritatē ad i
credulos increpandos,ubi opus eſſe iudicauit,etiā
iurādo firmauit . Sicut autē homo iurans adhibet
teſtē deū,ita ſeipſum de⁹. Qui nos i fide uerbi ueri
ſtare iuſſit . Ipſe eſt.n.nō alius ſicut hic putat,nō q
uolūtatē ſuā ſicut iſte blaſphemat , ſed q res quas
uoluit,non mutata uolūtate mutauit.Qui nos uiā
ueritatis docuit.Ipſe eſt.n.& deus Prpphetarū,q nū
quā ſicut iſte caluniaſ,falſis ꝓmiſſionibus ſuos de
cipit,Qui nos irreprehenſibiles eſſe mandauit:ipſe
eſt.n.& deus Prophetaꝝ,q nūq̄ ſicut iſte criminaſ,
ſe ipſe reprehendit, nec eu ſicut hominē quicq̄ pœ
nituit:ſed reꝝ futuraꝝ mutationē,quas, ſe mutatu
rū ſine ulla ſui mutatione ab æterno pręſciuit, ue-
lut humana hominib⁹ locutione prędixit.Qui no
bis irā dei metuēdā,& i Euāgelio cōmēdauit . Ipſe
eſt.n.& Prophetaꝝ deus , q nō ſui animi perturba-
tionē,ſed iuſtā ſeuerāq; uindictā , iræ uel indigna-
B tionis nomine nūcupauit . Qui alteꝝ ab altero nō
utcūq; lędi,ſed iniuria lędi noluit.Ipſe eſt.n.& pro
phetaꝝ deus,q ſiue ꝑ homines, ſiue ꝑ angelos ſan-
ctos,etiā tēporalibus corpoꝝ mortibus,quos uol-
uit utiliter aut mulctauit,aut terruit . Qui dicit ad
Exo.20. cōcupiſcēdū nō uidēdā eſſe mulierē. Ipſe eſt.n qui
& in lege dixit.Nō concupiſces:Nec ſicut iſte crimi
naſ, indixit ſeptenas ſingulis nuptias,ſed ꝓpagādi
cauſa cōnubia caſta ꝑmiſit.Patres autē filiarū ma-
ritos nō ſolū ipſe nō fecit,uerumetiā ne fieret,ſicut
alia inceſta ꝓhibuit. Qui nos ſecundū interiorem
renouatione in ſpiritu mētis,nec maſculos,nec fœ
minas eſſe docuit,ſed ſicut angelos in æternū ſecū
futuros eſſe ꝓmiſit:ipſe eſt.n.& ꝓphetaꝝ deus, qui
maſculū & fœminā ꝓpagandi generis cauſa nuptia
li caſtitate coniunxit.& ſecūdas nuptias quę in no
uo quoq; teſtamento ꝑmittūſ,licitas eſſe monſtra-
uit.Vxores autē fratrū,ſed ſine filiis defunctoꝝ,ad
excitandā defuncti poſteritatē , non libidinis , ſed
pietatis affectu,in matrimoniū ſibi copulare præ-
cepit:Patres uero filiaꝝ coniugiis miſceri omnino
ꝓhibuit . Qui nos ſup omne genus ſerpētū calcare
C ſpiritaliter iuſſit . Ipſe eſt.n.& ꝓphetaꝝ deus,q po-
pulo īfideli ad ſignificāda peccata,quoꝝ ueneno i
uiſibiliter moriebāſ,uiſibiles ſerpētes qb⁹ admone
renſ,imiſit:& plaga emendatoria,mortes animarū
Luce.11. mortib⁹ corporū figurauit.Qui dixit,Date eleemo
ſynā,& ecce omnia munda ſunt uobis Ipſe eſt.n &
Prophetaꝝ deus,q talia etiā Prophetaꝝ uoce man-
dauit:Nec ſibi uoluit primogenitos hominū filios
imolari,ſed cōſecrari: ſignificans primogenitum à
mortuis,i quo oportebat omnes a morte ꝑpetua li
berari.Qui corruptibilibus cibis icorruptibiles an
tepoſuit:ipſe eſt.n.& ꝓphetaꝝ deus,q ſacrificia qb⁹
nō idiguit,ad ſignificādū uerū ſacrificiū, i umbris
futuroꝝ præcedere uoluit : & diſciplinę ſeueritate,
mortibus corpoꝝ,lōge mitioribus quàm ſunt ęter
na ſupplicia gehēnaꝝ,ꝑpetrata ſacrilegia uindica-
uit.Qui terrenas diuitias nō,ſicut iſte dicit,dānari
iuſſit,ſed ſpiritales cœleſteſq; præpoſuit:ipſe eſt.n.
& Prophetaꝝ deus , q facit & diuites benignisſime
largiēdo: & pauperes iuſtisſime uel nōdādo,uel au
ferēdo.Qui nos ꝓ inimicis orare iuſſit : ipſe eſt.n.
Prophetaꝝ deus,q filios parētū manibus imolari
ſibi,ut iſte criminaſ,nō ſolū nūq̄ uoluit,uerumetiā
ne id fieret in lege cōſtituit,Qui ſine acceptione ꝑ-
ſonaꝝ benefaciendū omnib⁹ intimauit: ipſe eſt.n.
& Prophetaꝝ deus,q quādo ſine diſcretione ętatis
aut ſexus occidi homines iuſſit,ūde ſcit iſte uel qſ-
quā,qd eis poſt mortē bonæ compenſationis attri-
buit,quoꝝ mortibus uiuentes,aut emendauit,aut
terruit? Qui nos æquo animo iniurias ſuſtinere &
donare præcepit,Ipſe eſt n.& Prophetaꝝ deus , qui Exod.21.
oculū ꝓ oculo,dentē ꝓ dente,modū poſuit pœnę,
ne qſq̄ ſibi amplius putaret deberi uindictę,quam
ꝑtuliſſet iniuriæ.Et hoc ideo,qa de ſapiētia dei di-
ctū eſt,ꝙ legē & miſericordiā i lingua portet.Nec ꝑ
miſericordiā debita debitoribus noſtris ſciēter di
mitteremus,niſi ꝑ legē ipſa debita diſcerneremus.
Qui i tanta poteſtate ſe humiliās , ad cōuertendos
nos factus homo,cum hominibus eſt locutus:ipſe
eſt & deus Prophetaꝝ,q cū primis patrib⁹ eſt locu-
tus:ideo præter ſe dicens nō eſſe aliū deū,qa etiam
ſumma Trinitas,manēte ꝑſonaꝝ diſcretione,unus
eſt deus.Qui Apoſtolis ſuis ut gratis darēt quæ gra Matt.10.
tis acceperat,iuſſit.Ad ſuſtētationē tamen ſuā nec
aliā tunicā ſecū ferre ideo cōſtituit qa ſecutus adiū E
xit,Dignus eſt n operarius mercede ſua:ut q Euan
geliū annunciāt,ex Euangelio uiuerēt: Deo tamen
munera offerenda eſſe monſtrauit,q nullius idiget,
& munera ſumēdo plus cōfert.Ipſe eſt n & Prophe
tarū deus,q & munera ſuos accipere uetat,qb⁹ excę Deute 16
cātur oculi iudicātiū:& munera ipſe quamuis non
egeat,accipit,ut pietate faciat opulētas animas of-
ferētiū.Qui ſabbatis hominē curauit,oſtēdēs iam
eſſe tēpus, ut ſecūdū ꝓphetiā cāticicāticorū aſpira Cant.2.
ret dies & remouereſ umbræ Ipſe eſt n.& Prophe- Nume.15
tarū deus,q hominē ligna ſabbatis colligētē , quia
nōdū duoꝝ teſtamētoꝝ tēpora diſtinguebat , ſed
legem dei contumaci & ipſa mente cōtēpſerat,lapi
dādū eſſe mandauit:eiuſq; corporali morte, q̄ poſt
paululū omni homini qs dubitet, affuturā , ſanxit
timore obediētiā cæteris ꝓfuturā:q ꝓpter ſaluan-
dos homines ſe ueniſſe dixit.Ipſe eſt.n.& Propheta
rū deus,q iuſto iudicio quos uult obdurat, q ſicut
in Euangelio ait,uenit in mundū , nō ſolū ut q nō
uident uideant,ſed etiā ut q uident,cæci fiant.Qui Ioan.9.
mandata uitæ perpetuæ nobis dedit . Ipſe eſt n &
Prophetaꝝ deus,q mādata ſancta & iuſta & bona,
ſupbis tamen,non de ipſius gratia,ſed de ſua uirtu F
te fidentibus,nō qbus uiuerent,ſed qbus moreren
tur ut cōuicerentur dedit . Sicut Apoſtoli , dicente
uno ipſoꝝ,bonus odor xp̄i erant,& in his qui ſalui
fiebāt,& in his q peribāt : aliis quidem odor uitæ i 2.Cor.2.
uitam,aliis odor mortis in mortem. Qui uitiatorū
ſalus apparuit,dans inceſſum claudis , linguā mu-
tis,auditū ſurdis,lumē cęcis Ipſe eſt.n.& Propheta Mat.11.
rū deus,q eadem uitia,nō ſolum miſericordisſime
ſanat,uerumetiā iuſtisſime importat , neque n.de-
bet eum quiſquā non minus impia uanitate Chri-
ſto putare cōtrariū,& iſtum bonum dicere . Chri-
ſtum autem malū:eo quòd iſte i uirga Aarō aridū
lignum,& nulla radice ſubnixum , florem ferre fe-
cit & fructum : Chriſtus autem arborē maledicto Nume.17
areſecit,quia nihil in eo pomorū,quorum nōdūm Matt.21.
erat tēpus,inuenit. Dicens autem alium eſſe pacis
& caritatis patrem , alium belli & furoris autho- Cap.22.
rem , illum uolens intelligi Chriſtum,hunc autem
legis & prophetarum deum : poteſt uanus dicere
ipſum Chriſtum ſibi eſſe cōtrarium : aut duos fu-

G iſſe nõ unum,iter ſe ſcilicet repugnantes:aliũ q dixit,
Ioan.14. Pacẽ do uobis:& aliũ q dicit,Nõ ueni pacẽ mit
Matt.10. tere in terrã,ſed gladiũ : maxime qa diſplicet ei res
aliquas bonas malarũ nominib⁹ figurari.Qđ uero
aliũ dicit eſſe inceſtus & adulteriorum cõſciũ,aliũ
†alias. charitatis. uero pudicæ caſtitatis † & ſanctimoniæ dominũ:
illũ diabolũ intelligat,Prophetarũ autẽ deũ nouerit,
nõ minus caſtitatis † & ſanctimoniæ dominũ
eſſe quàm Xp̃m:qa deus Apoſtolorum idẽ ipſe & Prophetarum,
priorum illis tempore,ſed fide ſociorum:ipſe eſt
deus i utroq̃ teſtamento iuſti actus & piarum orationũ:
ipſe eſt i utroq; author religioſorum ſacrificiorum.Vi
dete ſanè unde ꝓbare uoluerit humanorũ corporũ
uitia,nõ ad deũ authorẽ,ſed potius ad diabolũ
ptinere:qa dominus ait in Euangelio,de muliere q̃
ſanam fecit, quòd eã ſatanas alligauerat decem &
Luc.13. octo annos:ꝓpter qđ erat incurua,nec ſe erigere po
terat:quaſi ſatanas cũ habeat ſemp cupiditatẽ no-
H cendi,nocere cuiquã poſſit,niſi ab omnipotẽte ac
cepetit poteſtatẽ.Nã qđ aliud , nõ ſolũ i libro Iob,
Matt.8. quẽ ꝓfecto iſte nõ accipit,ſed etiã magis i ipſo Euã
gelio declaratũ eſt,ubi ſpiritus immũdi nec i porcos
irent,niſi hoc illis benignus ipſe ſaluator petẽtib⁹,
quos certe i abyſſũ poſſet relegare, cõcederet:
rẽ neceſſariã docere nos uolens,ut ſcilicet nouerimus
multomin⁹ eos poſſe ſua poteſtate nocere hominib⁹,
q nec pecoribus qualibuſcũq; potuerunt.
Hanc autẽ poteſtatẽ deus bonus,occulta nobis iuſtitia
dare dęmonibus poteſt,iniuſte nõ poteſt.De
2.Theſ.2. inde qđ de antichriſti aduẽtu & elatione ipia dixit
Apoſtolus,uult iſte ad hoc trahere,ut ipſum itelligamus
Prophetarũ deũ:unde potius cuuicit illud
dei eſſe tẽplũ,ubi hominẽ peccati,filiũ iteritus,extollẽtẽ
ſe ſuper omnẽ deũ,& qđ colit,Apoſtol⁹ ſeſſurũ
eſſe prędixit.Deus.n.uerus eſt,i cuius tẽplo falſus
ille ſeſſurus eſt:Ad quem pertinet etiã iſte,q ſub
nomine Xp̃i , qđ eſt nomẽ dei,hoc eſt, Chriſtianũ
ſe uideri uolẽs,ſuperextollit cõtra Xp̃m:ſeq; oſtendit
antichriſtũ non unũ illũ maiorẽ cæteris,ſed ex
1.Ioan.2. his aliquẽ de qbus dicit Ioãnes Euãgeliſta:Nũc antichriſti
multi[facti]ſunt.Eos n.dicebat hæreticos,
I q tẽporibus Apoſtolorum eſſe iã cœperant:Hi autem
Act.8. cœperunt eſſe poſt aſcẽſionẽ duntaxat i cœlũ domini
noſtri Ieſu Xp̃i,ab illo Simone mago,quẽ legimus
i Actibus Apoſtolorum baptizatũ.Poſt hunc autẽ
fuerũt nõnulli diſcipuli eius,i eadẽ ipietate poſteriores
prioribus ſuccedẽtes: Quorũ i ſucceſſione
quartus extit Baſilides: Qui primus apertius auſus
eſt dicere,deũ quẽ gens Iudæa coluit , nõ fuiſſe
uerũ deum. Poſt iſtos fuit qdã etiã Carpocrates,q
negauit iſtum uiſibilẽ mundũ à ſummo deo creatũ
ſed à qbusdã uirtutibus dęmoniorum.Negans etiã legẽ
quę per Moyſen data eſt,deum dediſſe. Cerdon
poſtea ſurrexit,q primus iuenit dixiſſe duos deos,
unum bonum,& alterum malum,lõge anteq̃ hæreſis
Manichæorum emerſiſſet,quorum i hoc furioſo deliramento
error eſt notior . Huius Cerdonis Marciõ
†qui diſcipulus fuit.Appelles quoq; talia docuit. Fuerũt
etiã à quodã Patricio nõnuli Patriciani,uel†ſunt ſimiliter
aduerſantes diuinis ueteribus libris . Hi omnes
apertiſſime cõtra deũ ſẽtiunt legis & Prophetarum,
hoc eſt deũ uerũ,à quo factus eſt mũdus De
aliqua iſtorũ hæreſi eſt iſte, Nã nõ eũ puto eſſe Manichæũ.
Sed cuiuſlibet ſit hæretici erroris uel ipſe,
uel Fabrici⁹,neſcio qs,cui⁹ ſe gloriat eſſe diſcipulũ,

quantum ad hunc librum attinet quẽ miſiſtis,ſatis K
ei puto eſſe reſpõſum . Ea qppe furoris eius deiecta
ſunt robora,ex qbus omnes i eo uolumine ſcripſit
blaſphemiæ pullularunt, ipiiſſimis i deum maledictis
atque cõuiciis uaria loquacitate frõdẽtes.Quarũ
omnes ſingulati ramos ferre,nimis lõgũ fuit,ſed
radices ipſæ fuerant amputãdæ. Si autẽ recenſeatis
quæ cõtra Fauſtũ Manichæũ ſcripſimus , & contra
Adimãtũ,q Manichæi ſectator cũ ille uiueret fuiſſet
iactatur,multa reperietis quę aduerſus iſtũ pariter
ualeant Et fortaſſe ſi illa legerentur,uel nõ omnino,
uel nõ multũ neceſſariũ fuiſſet hæc ſcribere.
Sanè poſt finem libri i quo fine paucitatem hominũ
i ſuo errore cõmendat, qa uidelicet paucorũ eſt
ſapientia : qđ omnib⁹ hæreticis aduerſariis Eccleſiæ
catholicę,quę per omnes terras copioſa fertilitate
diffũditur,in ſua cuiuſq; ꝓpria uanitate cõmune
eſt:omnes.n.de paucitate gloriãtur , & ſeducere
ſi poſſint multitudinem quærũt. Poſt hunc ergo fine
libri,rurſus alterius apparet exordiũ,eiusdẽ forſitã
hominis authoris,eiusdẽ tamẽ qđ nõ dubita-
tur erroris. Diſputare autem cœperat,ꝙ caro alium L
haberet fabricatorem,nõ deũ:unde cum perpauca
dixiſſet,i ipſo exordio cœpta finita ſunt . Sed utrũ
ipſe author an ſcriptor codicis nõ potuerit implere
qđ cæperat,neſcio.De hac tamen dementia hominum
nõ cõſiderãtium qđ loquãtur,aduerſus Manichęos
multa iã ſcripſim⁹ . Et i hui⁹ ipſi⁹ operis initio
idonea quãtum exiſtimo iacta ſunt fundamenta,
qb⁹ prudens & pius lector itelligat,nõ ideo ſubtrahendã
carnem operib⁹ dei,ꝙ ſpirit⁹ natura ſit potior:
nec ideo mala eſſe iſta temporalia , qa merito
eis præponuntur æterna : nec ideo bona terreſtria
deteſtãda, qa ſunt cœleſtria meliora:cũ de⁹ creauerit
omnia bona,magnus i magnis , ſed nõ paru⁹ in
paruis.Iam illud aliud qđ i eodẽ codice ſcribi cœperat,
Adimanti opus eſt illi⁹ diſcipuli Manichæi,q
ꝓprio nomine Addas dictus eſt , Vbi de utroq; teſtamẽto
ueluti inter ſe cõtraria teſtimonia ꝓferũtur
uerſipelli doloſitate,uelut inde oſtẽdatur utrũque
ab uno deo eſſe nõ poſſe , ſed alterũ ab altero.
Cõtra hoc autẽ malignũ machinamẽtũ iam olim
ſcripſim⁹,ut pauloante cõmemorauimus,& ipſum
opuſculũ noſtrũ habere uos credo. Quãuis quędã
ſint perpauca in fine ipſius operis Adimãti,qb⁹ nõ M
reſpõdi:neſcio qbus.n.ut fieri ſolet incurrentibus,
quæ magis uidebantur urgere,illa interrupta ſic remanſerũt.
Sed ut dixi,in fine perpauca ſunt, quæ ſi
dominus uoluerit,quãtocyus explicare curabo.

Libri ſecundi finis.

CONSVLTATIO SIVE COMMOnitorium Oroſij ad Auguſtinũ de errore Priſcillianiſtarum ,& Origeniſtarum.

BEatiſſimo patri Auguſtino Epiſcopo Oroſius. Iam quidem ſuggeſſeram ſanctitati tuæ ſed cõmonitorium ſuggeſtę,rei & nũc offerre meditabar,cum te expeditum animo ab aliis dictandi neceſſitatib⁹ eſſe ſenſiſſem . Sed quoniam domini mei,filij tui Eutropius & Paulus Epiſcopi , eadem qua & ego puer ueſter , ſalutis omnium utilitate permoti ,commonitorium iam dederunt de aliquantis hæreſibus , nec tamen

A omnes ſignificarunt, neceſſe me fuit feſtinatò ædere, & coaceruare in unũ oẽs perditionũ arbores cũ radicib' & ramis ſuis, & offerre ignienti ſpiritui tuo, ut tu uiſo agmine ꝑſpectaq́ nequitia, permetiaris, quã poſsis diſpoſitionẽ adhibere uirtutis. Tu tãtũ beatiſsime pater, malignas alioꝝ plantationes uel inſertiones erue atq; ſuccide, & uerã ſparge ſemẽtẽ, nobis de tuis fontib' rigaturis. Ego deũ teſtẽ ſpondeo, & incremẽtũ operis tui ſpero, qa terra illa quæ nunc ingratos fructus inſyncera cultura exhibet, ſi eandẽ anno illo recõdito apud te mãdando & replẽdo uiſitaueris, uſq; in cẽteſimũ fructũ ꝓfuſa aliqñ liberius ubertate proficiet. Per te dñs deus nr̃, ꝑ te, inquã, beate pater quos caſtigauit in gladio, emendet in uerbo. Ad te ꝑ deũ miſſus ſum, de te ꝑ eum ſpero, dũ cõſidero qualiter actũ eſt, ꝙ huc uenirem. Agnoſco cur uenerim, ſine uolũtate, ſine neceſsitate, ſine cõſenſu. De patria egreſſus ſum occulta quadã ui actus, donec in iſtius terræ littus allatus ſum. Hic demũ in eũ reſipui intellectũ, ꝙ ad te uenire mãdabar. Impudentẽ nõ iudices, ſi accipis

B cõfitentẽ: Fac me ad dilectũ dñm meũ idoneũ ne-
Matt. 13. gociatorẽ inuẽta margarita, nõ fugitiuũ ſeruũ euerſa ſubſtãtia reuerti. Dilacerati grauius à doctorib' prauis, q̃ à cruẽtiſsimis hoſtibus ſum'. Nos cõfitemur offenſam, tu peruides plagã, qđ ſolũ supereſt, adiuuante dño largire medicinã. Breuiter ergo & qđ ante male plantatũ cõualuit, & qđ poſtea peius inſertũ prçualuit, oſtẽdã. Priſcillianus, primũ in eo Manichæis miſerior, qđ ex ueteri quoq; teſtõ hæreſim cõfirmauit, docẽs aiam quæ à deo nata ſit, de quodã promptuario ꝓcedere, ꝓfiteri ante deum ſe pugnaturã, inſtrui adoratu angeloꝝ. De hinc deſcẽdentem ꝑ quoſdam circulos à principatibus malignis capi, & ſcđm uoluntatẽ uictoris principis in corpora diuerſa cõtrudi, eiſq́ aſcribi chirographũ. Vnde & Matheſim præualere firmabat, aſſerens qđ hoc chirographũ ſolueret Xp̃s, & affixerit cruci per paſsionẽ ſuam: ſicut ipſe Priſcillianus in quadam epiſtola ſua dicit, Hæc prima ſapientia eſt, in aiarũ typis, diuinaꝝ uirtutũ intelligere naturas, & corporis diſpoſitionẽ. In qua obligatũ uidetur cœlũ & terra, oẽſq́ principatus ſeculi uidentur aſtricti ſan-

C ctorũ diſpoſitiones ſuperare. Nã primũ deus circulum emittendarum in carne aiaꝝ, diuinum chirographũ, angeloꝝ & dei & oium aiarũ conſenſibus fabricatum patriarchæ tenent, qui contra formalis militię opus poſsident, & reliqua. Tradidit aũt nomina patriarcharũ membra eſſe aiæ, eo ꝙ eſſet Ruben in capite, Iuda in pectore, Leui in corde, Beniamin in femoribus: & ſimilia. Contrà autẽ in membris corporis, cœli ſigna eſſe diſpoſita. i. arietem in capite, taurum in ceruice, geminos in brachijs, cancrum ĩ pectore, &c. Volens ſubintelligi tenebras æternas, & ex his principem mundi præceſſiſſe. Et hoc ipſum confirmans ex libro quodã qui ſcribitur Memoria Apl̃oꝝ, ubi ſaluator interrogari à diſcipulis uidetur ſecreto & oſtẽdere, qa de para-
Matt. 13. bola Euãgelica quæ habet, Exijt ſeminans ſeminare ſemen ſuũ, nõ fuerit ſeminator bonus. Aſſerens, qa ſi bon' fuiſſet, nõ fuiſſet negligẽs, uel ſecus uiã, uel in petroſis, uel in incultis iacere ſemen: uolens intelligi hunc eſſe ſeminantẽ, qui aias captas ſpargeret in corpora diuerſa quę uellet. Quo etiã in libro de principe humidoꝝ, & de principe ignis plurima dicta ſunt, uolens intelligi, arte, non potentia D
dei, oia bona agi in hoc mũdo. Dicit. n. eſſe uirginẽ Solœciſ-
quandã lucem, quã deus uolens dare pluuiam ho- mus.
minibus, principi humidoꝝ oſtendit, qui dum eã apprehendere cupit, cõmotus cõſudat, & pluuiam facit, & deſtitutus ab ea, mugitu ſuo tonitrua concitat. Trinitatẽ aũt ſolo uerbo loquebaſ: nã unionem abſq; ulla exiſtẽtia aut ꝓprietate aſſerens, ſublato, & patrẽ, & filiũ, & ſpiritũ ſanctũ, hunc eẽ unũ Chriſtum dicebat. Tunc duo ciues mei, Auitus, & alius Auitus, cũ iam tã turpem confuſionẽ, & per ſeipſam ueritas ſola nudaret, peregrina petierunt, Nam unus Hieroſolymam, alius Romã profectus eſt. Reuerſi, unus detulit Origenem, alius Victorinum: ex his duobus, alter alteri ceſsit, Priſcilianum tamen ambo damnarunt. Victorinum parũ nouimus, qa adhuc penè ante æditiones ſuas, Victorini ſectator ceſsit Origeni. Cœperunt ergo ex Origene magnifica plura proponi, quæ ex modica occaſione ueritas ipſa præcederet. Didicimus. n. de Trinitate doctrinã ſatis ſanã, oia quæ facta eſſent, à deo facta eſſe, & oia bona ualde, & facta de nihilo. Tũc

E deinde ſcripturaꝝ ſolutiones ſatis ſobrias. Oia hęc ſtatim à ſapientibus fideli priſtinoꝝ expurgatione ſuſcepta ſunt. Remanſit ſola offenſa, de nihilo credere tum perſuaſum erat eſſe aiam: nõ tñ perſuade- Solœciſ-
ri poterat, factã eſſe de nihilo: argumentantes, quia mus.
uoluntas de nihilo eſſe nõ poſsit. Hoc penè uſq; ad nunc manet. Iſti uero Auiti duo, & cũ his ſanctus Baſilius Græcus, qui hęc beatiſsime docebãt, quędã ex libris ipſius Origenis nõ recta, ut nũc perintelligunt, tradiderunt. Primũ oia anteq̃ facta apparerent, ſemper in dei ſapiẽtia facta mãſiſſe dicẽtes, hoc uerbo, Deus. n quæcunq; fecit, faciẽdo nõ cœpit. Deinde dixerunt angeloꝝ, principatuũ, poteſtatũ, aiarũ ac dæmonũ, unũ principiũ, & unam eſſe ſubſtantiã: & uel archangelo, uel aiæ, uel dæmoni locum pro meritoꝝ qualitate datũ eſſe, utẽtes hoc uerbo, Maiorẽ locũ minor culpa promeruit. Mundum nouiſsime ideo eſſe factũ, ut in eo aiæ purgarentur, quæ ante peccarunt: ignẽ ſanè æternũ quo pctóres puniant, neq; eſſe ignẽ uerũ, neq; æternum prædicauerunt: dicẽtes, dictũ eſſe ignẽ, proprię cõſcientiæ punitionẽ: æternũ autẽ iuxta etymologiã

F Græcã, non eſſe perpetuũ, etiã Latino teſtimonio adiecto: qa dictũ ſit in æternũ, & in ſeculum ſeculi poſtpoſuerit æterno: ac ſic oẽs peccatoꝝ aias poſt purgationẽ cõſcientiæ in unitatẽ corporis Chriſti eſſe rediuuras. Voluerunt etiã de diabolo aſſerere, ſed non præualuerunt: eo ꝙ cum ſubſtantia in eo bona facta, perire non poſsit, exuſta in totum malitia diaboli, aliqñ ſaluandam eſſe ſubſtantiam De corpore uero dñi ſic tradiderunt: qa cum uſq; ad nos ueniens filius dei, poſt tot milia annoꝝ ocioſus eouſq; non fuerit, ſed prædicans remiſsionẽ angelis, poteſtatibus, atq; uniuerſis ſuperiorib', cum qualitatem formæ eoꝝ quos uiſitaret aſſumeret, uſq; ad palpabilitatem carnis aſſumptionis ſpecie, craſſius ſe hac paſsione & reſurrectione determinans, rurſus donec uſq; ad patrẽ ueniret aſcẽdẽdo tenuaſſe. Itaq; neq; depoſitũ uſq; fuiſſe corpus, nec in corpore ullo regnantẽ, circumſcribi deũ. Creaturam quoq; ſubiectam corruptioni, non uolentẽ: Roma. 8.
intellectam eſſe dicebant, ſolem & lunam & ſtellas, & hæc nõ elementarij eſſe fulgoris, ſed rationales

G Poteſtates: præbere autem ſeruitium corruptioni, propter eum qui ſubiecit in ſpe. Hæc ſicut retinere potui, breuiter expoſitum eſt, ut perſpectis oībus morbis medicinam adhibere feſtines. Eſt ueritas Chriſti in me, qa propter uenerabilem reuerētiam ſanctitatis tuæ eſſe impudens non auderé, niſi euidenti iudicio & ordinatione dei ad illius tanti & talis populi, cui ſicut peccanti plaga impoſita eſt, ſic poſt plagā cura debet, remedia ꝓferenda te electū, me miſſum eſſe cognoſcerem. Memor mei beatiſsime pater, multorūq; q mecū uelit ros eloquiū tuū, ut ſuper eos deſcēdat expectant eſſe dignare.

Finis Epiſtolæ.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPOnenſis Epiſcopi, Liber ad Oroſium contra Priſcillianiſtas & Origeniſtas.

Cap. 1. REſpondere tibi quęrenti dilectiſſime fili Oroſi, nec ad omnia debeo, q̄ in tuo cōmonitorio poſuiſti, nec oīno nō debeo, ne ſtudium tuū, qđ mihi gratiſsimum
H eſt, contēpſiſſe uidear, & ob hoc intemperanter offendam. Nam in quibuſdam opuſculis noſtris, quę uel legiſti, uel legere poteris, multa dicta ſunt, quæ ualeant aduerſus hæreſim Priſcillianiſtar: q̄uis nō mihi eos propoſuerim refellēdos, ſed cū aliud agerem etiā hoc me egiſſe nunc intelligo, qn̄ ex te audio qd illi ſentiāt. Quod.n.eſt aduerſus Manichęos multis à me locis de aīa diſputatū, quæ licet ſcđm quendā modū ſuū ſit immortalis, tn̄ in deterius deficiendo, & in melius ꝓficiendo mutabilis eſſe cōuincitur, & ꝑ hoc nō eſſe de dei ſubſtantia diluciđiſsime oſtendit, ſimul quoq; Priſcilliani dogma ſubuertit. Hoc enim uno firmiſsime cōſtituto, qđ & ueriſsimū ē, & in ſeipſo unuſquiſq; admonitus facillime agnoſcit, neq; illi, neq; iſti inueniunt, unde ſuas fabulas texant. Quid.n.opus eſt ire ꝑ amputādos ramos loquaciſsimi erroris, cuius radicē effodere atq; extirpare cōpendiū eſt, cū præſertim & ipſe gratuleris, iā illa fabuloſiſsima delirامēta apud uos eſſe conuicta?

Cap. 2. Sed de aīa q̄ōnē adhucuſq; uerſari, utrum
I eam deus, qm̄ particulā uel defluxionē eius nō eſſe iā cōſtat, ex nihilo creaſſe dicendus ſit, eo ꝙ durū & impiū uideaf uolūtatē dei dicere nihil eſſe, quo uolēte creata eſt. Hoc qdē iā nō pertinet ad redarguendā Priſcilliani ſacrilegā uanitatem. Siue.n.ex nihilo facta ſit aīa, ſiue hoc propterea dicēdū non ſit, qa dei uoluntate facta eſt, quæ uolūtas utiq; nō eſt nihil: tn̄ qa facta, & dei natura non eſt, profecto hęreſis illa refellitur, quæ aīam primitus naturam dei eſſe cōtēdit, ut habeat unde cōcinnet ibi qcqd aliud falſitatis adiungit. Verū qa & iſtā q̄ōnē ſpernere & indiſcuſſam relinquere nō oportet: quærendū eſt ab iſtis, qui propterea nolūt aīam ex nihilo factā credere, ne uolūtatē dei q̄ facta eſt, nihil eſſe aſſerunt: quęrēdū eſt ergo ab eis, utrū nullā creaturam ex nihilo factā eſſe fateanf. Si.n.id putant, quęrendū † eſt, ne aliā quandā naturā coneni inducere, quæ neq; deus ſit, nec tn̄ nihil ſit: quā uelut materiā ſibi ſubiectā niſi deus haberet, unde faceret quicquid fecit, inuenire nō poſſet. Nā dū quæritur unde creaturam ſuā deus fecerit, quædā materies

† uerendum.

quæritur, ſicuti eſt fabro lignū, uel quodlibet corpus, qđ niſi habuerit, ea facere quæ ab eius arte expetūtur oīno nō poterit. Cū ergo rn̄def, ex nihilo: qd aliud rn̄detur, niſi nullā ei ſubiectā fuiſſe materiā: quā ipſe non fecerat, ut haberet unde faceret, ſi qd uellet, & quā niſi haberet, facere nō ualeret? Materies qppe mūdi quæ in rebus mutabilib⁹ utcūq; dignoſcitur, ab ipſo cōſtituta eſt, à quo cōſtitutus eſt mundus. Quapropter & ſi fecit aliqd deus aut facit ex alia quacunq; re: nō tn̄ ex ea re fecit aut facit, quā ipſe nō fecerit. Qūobrē ſequeſtrata paulu lū aīæ natura, ſi fatenf deū aliqd feciſſe de nihilo, attendāt & uideant, quicqd illud eſt, eū uoluntate feciſſe. Nō.n aliqd feciſſet inuitus. Nec tn̄ ideo eandē uoluntatē nihil eſſe, qua uolūtate ab illo aliqd ex nihilo factū eſt. Cur ergo de aīa timēt dicere, qđ de alijs qbuſlibet rebus nō dubitent dicere? Aut ſi aīam tantūmodo uolūtate dei perhibent factā, cætera eū nō uoluntate feciſſe cōtendunt, qd abſurdius, qd inſanius dici pōt? Quòd ſi oīa quæ fecit, uoluntate utiq; fecit: nec tn̄ cū hoc dicimus, eandē uolūtatē nihil eſſe dicimus: hoc & de aīa accipiāt.

Cū.n.dicif, de⁹ ex nihilo fecit: nihil aliud dicif, L
niſi, nō erat unde faceret, & tn̄ qa uoluit fecit. Vſq; Cap. 3.
adeo igif in eo qđ ex nihilo fecit, uolūtas nō nihil dicif, ut ipſa præcipue cōmendef. Nā cui dr̄: ſubeſt enim tibi cum uoles poſſe, ſiue aſsit unde fiat, ſiue non aſsit: ſat eſt uoluntas, ubi ſumma eſt poteſtas. Qūo ergo in eo qđ de nihilo creatur, uolūtas creātis nihil eſſe perhibef, cū ꝓpterea de nihilo creari aliqd poſsit, qa uoluntas creantis etiā ſine materia ſibi ſufficit. Quòd ſi forte non ſolū aīam, ſed nullā oīno creaturā uolunt fateri ex nihilo factam, ideo qm̄ quicqd deus fecit, uoluntate fecit, quæ uoluntas utiq; non eſt nihil, reſpiciant unde ſcđm corpus factus ſit homo. Certe n. ſicut ſcriptura teſtatur, eū Gene. 2.
de limo uel puluere terræ deus fecit, & ꝓculdubio uoluntate fecit. Nec tn̄ uoluntas dei puluis aut limus eſt. Sicut ergo in eo qđ ex limo factū eſt, q̄uis uoluntate ſit factū, nō eſt uoluntas limus: ita in eo qđ ex nihilo factū, q̄uis uoluntate ſit factū, nō eſt uoluntas nihil.

Iam uero qđ dolendū addidiſti, Cap. 4.
ex Priſcilliani hæreſi ad errorē Origenis apud nos hoies fuiſſe delapſos, nec ab illa peſte potuiſſe ſanari: niſi & ipſa medicina morbidū aliqd intuliſſet, M
non eſt quidē dolor iſte culpandus. Veritas.n.debuit, nō falſitas pellere falſitatē. Nā hoc mutare eſt malū, non euitare. Verūtamen qa de ipſo deo creaturarū oium conditore: hoc eſt, de ipſa coæterna & incommutabili trinitate, ab eis qui ad uos libros Origenis attulerant, id traditum eſſe cōmemoras, qđ ueritas habet: contra quā ueritatē Priſcillianus Sabellianū antiquū dogma reſtituit, ubi ipſe pater qui filius, q & ſpūs ſanctus perhibef, hoc ipſe peior, ꝙ etiā de aīa ita ſentit, ut nō eā propriā uelit hr̄e naturam, ſed de ipſo deo tanq̄ particulam defluere, & tam deformiter inquinari, atq; in deterius cōmutari cū Manichæis audeat affirmare: nō parum boni ex libris illis prouincia ueſtra percipit, in ea re maxime i qua capitaliter erratur. De creatore quippe, nō de creatura tā falſa & tā nefaria ſentiunt. Siue ergo in hanc fidē q deuiauerant reſtituti ſunt, ſiue qui eā nondū nouerant illarū diſputationū lectione didicerunt, hoc ſe gaudeant didiciſſe quod ſanū eſt. Quod aūt & in eis erroris eſt: quanquam te

A cognouiſſe iā uideam, tñ quēadmodū contra talia
diſſeratur, ibi melius diſcere poteris, ubi error ipſe
Cap. 5. & olim exortus eſt, & nō olim proditus. Quantū
poſſum tñ etiā ego cōmoneo, ut de diaboli angelo
rumq́ [eius] correctione & in priſtinū ſtatū repara
tione ſapere nihil audeas: Nō qa diabolo & dęmo-
nib' inuidemus, & eo modo quaſi uicē maleuolen
tiæ illis repēdimus, cū illi nō ob aliud niſi inuiden
tię ſtimulis agitati, nřa itinera qb' in deū tendimus
pturbare conent: ſed qa ultimę ſniæ ſimuli & uera
ciſsimi iudicis, ex nřa pſumptione addere nihil de-
bemus. Ipſe. n. ſe ſimilibus eorũ dictur ū eſſe pdixit,
Matt. 25. Ite in ignē æternū, q paratus eſt diabolo & angelis
eius. Nec mouere debet ut hoc loco ęternū pro diu
turno accipiamus, ꝙ alibi ſcriptū eſt, In ęternū & in
ſeculū ſeculi. Latinus qppe interpres noluit dicere, i
æternū & i æternū æterni. Sed qm̄ id qđ αἰὼν Gręce
dicit, & ſeculū & æternū interpretari pōt, cōmodi'
alij interpretes tranſtulerūt, in ſeculū & in ſclm̄ ſcli.
Sed nō hoc dictū eſt ubi dictū eſt, Ite i ignē ęternū.
Non. n. dictū eſt αἰῶνα, ſed αἰώνιον, qđ ſi à ſeculo decli
natum eſſet, ſeculare Latine diceret, nō æternū, qđ
B nemo unq̄ interpres auſus eſt dicere. Quapp licet
Latine ſeculū cum aliquo fine intelligatur, æternū
uero niſi id qđ ſine fine eſt, nō ſoleat appellari: αἰὼν
autē Græce aliqñ æternū, aliqñ ſeculū ſignificare
intelligatur: tñ qđ ex hoc noie deriuatur & appellat
αἰώνιον, nec ipſi Gręci quantū exiſtimo ſolēt intelli-
gere, niſi id qđ non habet finē. Nos autē ſiue αἰῶνα
ſiue αἰώνιον nō ſolemus dicere niſi æternū: ſed αἰῶνα
dicimus & ſeculū, αἰώνιον aūt nō niſi æternū. Quan
uis quidā interdū etiā æternale audeant dicere, ne
Latinæ linguę deeſſe uideatur ab eodē noie deriua
tio. Et fortaſſe quidē ſcdm morē ſcripturarū inue-
niant iſti aliqđ etiā αἰώνιον dictū, qđ ſine fine nō ſit,
ſicut deus in libris ueteris teſtamēti aſsidue dicit,
Exod. 28. Hoc uobis erit legitimū æternū: qđ Græcus habet
Leui. 16. αἰώνιον, cū de talib' ſacris eo mō ſæpe pceperit, quæ
& 17. finē fuerant habitura: quanq̄ ſi diligetius dicta in-
Num. 18. telligant, ea fortaſsis quæ illis ſacris ſignificabant,
finē non erant habitura. Ita. n. ne longius abeā, di-
C cimus æternū deū: nō utiq; iſtas duas breuiſsimas
Cap. 6. ſyllabas, ſed qđ eis ſignificatur. Dixit Apl's æterna
Titum. 1. tpa priora & antiqua, quod in Græco legitur πρὸ
χρόνων αἰωνίων. Ad Titū. n. ſcribens ait, Spē uitę ęternę
quā promiſit hō mendax deus ante tpa ęterna. Cū
aūt retrorſum tpa à conſtitutione mūdi habere ui
deantur initiū: qūo ſunt ęterna, niſi qa ęterna dixit
quę ante ſe non habēt ullū tēpus? Sed quiſquis pru
Matt. 25. denter aduertit qđ dictū eſt, Ite i ignē ęternū: illud
eſſe dictū qđ non habet finē, è contrario probat eo
ipſo loco Euangelico de uita æterna, quā iuſti acce
pturi ſunt: Non. n. & ipſa habet finē. Ita. n. cōcluſit,
Ibunt illi in ambuſtionē ęternam, iuſti aūt in uitā
æternā. In utroq; Græcus αἰώνιον habet. Si miſericor
dia nos puocat credere, nō futurũ impiorũ ſine fine
ſuppliciū: qđ de pręmio iuſtorũ credituri ſumus, cū
in utraq; parte, in eodē loco, eadē ſnia, eodē uerbo
pronuncietur æternitas? An iterū etiā iuſtos ex illa
ſanctificatione & uita æterna, in pctōrũ immundiciā
atq; in mortē relapſuros eſſe dicemus? Abſit hoc à
Xpianę fidei ſanitate. Vtrunq; igitur ſine fine dictū
eſt æternū, hoc eſt, αἰώνιον, ne cū diaboli pęnas dole
mus, & de regno Xp̄i dubitem'. Poſtremo ſi ęternū
& ęternale: hoc eſt, αἰὼν & αἰώνιον ſub utroq; intelle-

ctu in ſcripturis poni ſolet, aliqñ ſine fine, aliqñ cū D
fine: qđ de illis Prophetæ uerbis nīſuri ſumus, ubi Eſa. 66.
ſcriptū eſt. Vermis eorũ non morietur, & ignis eorū
non extinguetur? Qualiſcunq; pœna ſignificata ſit
noie uermis atq; ignis: certe ſi nō morietur, nec ex-
tinguet, ſine fine pdicta eſt. Nec aliud agebat pphe
ta cū hoc diceret, niſi ut eā ſine fine pdiceret. De Cap. 7.
regno etiā Xp̄i, non ſcdm id qđ in principio uerbū Ioan. 1.
deus apud deū, nā illinc nemo unq̄ dubitauit, qđ
ſit rex oium ſeculorũ: ſed ſcdm hoïs ſuſceptionē &
mediatoris ſacrm̄, & ex uirgine incarnationē, aper-
tiſsime dictū eſt, ꝙ finē non ſit habiturū: ubi ange
lus loquens ad Mariā matrē futurā, uirginēq; man-
ſurā, ait inter cętera, Hic erit magnus, & filius altiſsi
mi uocabitur, Et dabit illi dñs deus ſedē Dauid pa Luca. 1.
tris eius, & regnabit i domo Iacob in æternū, & re-
gni ei' nō erit finis. Scdm qđ regni eius nō erit finis
niſi ſcdm id ꝙ regnabit in domo Iacob? Nā hoc qđ
ait, i ęternū: pp ipſam ambiguitatē expoſuit adde-
do, regni eius non erit finis: ne quiſquā æternū hic
ſic acciperet, quēadmodū ſeculū finē quādolibet
habiturū. Nunqđ aūt regnū i domo Iacob & i ſede
Dauid intelligi poteſt, niſi in eccleſia & in eo pplo E
q eſt regnū eius, de quo etiā dicit Apl's, Cū tradide- 1. Cor 15.
rit regnū deo & patri. i. cū perduxerit ſctōs ſuos ad
cōteplationē patris: utiq; & ad ſuā, ſcdm id ꝙ de'
eſt æqualis patri? Nō. n. ſic tradit ut ipſe amittat, qa Ioan. 5.
& pr̄ dedit filio habere uitā in ſemetipſo, nec utiq;
amiſit ipſe. Ac p hoc ſi regni eius non erit finis, pfe
cto ſcti eius q ſunt regnū ei', cū illo ſine fine regna
bunt. Quod autē illo loco dicit Apl's, Deinde finis 1. Cor. 15.
cū tradiderit regnū deo & patri: ibi finē nō conſu-
mentem, ſed perficientē ſignificat: ſicut dictū eſt,
Finis. n. legis Xp̄s ad iuſtitiā oī credēti: ꝙ lex perfi- Rom. 10.
ciatur, non ꝙ aboleat. Qđ & illic ſignificat ubi ait, Matt. 5.
Non ueni legē ſoluere, ſed adimplere. Qđ aūt di- Cap. 8.
cunt de rationalibus creaturis. i. ſanctis angelis &
imundis dęmonib', & ipſis aïabus hoïum, ꝙ maio
rem locū minor culpa pmeruerit, qua impudentia
conent Eccleſiæ Xp̄i perſuadere, non uideo. Melius
itaq; credimus, deū non pctis rationaliū ſpirituum
adductū eſſe ad fabricā mundi, ne illa ſequatur [ab F
ſurda, ꝙ duo ſoles, uel tres, uel quatuor, uel quotli- Sequētes
bet uobis eſſet neceſſe, ſi plurimū ſpirituū p liberū 58 lineas
arbitriū tanta culpa præcederet, quāta illos in ſimi ex tribus
libus corporũ cęleſtiū globis oporteret includi, ſed ueluſtis
factū eē mundū dei bonitate, magnū, bonū, à ſum codicibus
mo & non facto bono, i quo fierēt oīa bona ualde hic inſeruimus.
ſcdm naturā, & alijs alia meliora, à ſummis creatu-
ris uſq; ad infima diſtinctis gradib' ordinata, ut eo
modo eſſent oīa, dū non eſſent ſola potiora, & ha-
berēt ei' numeri terminū, quē conſtituendū apud
ſe uidit oium naturarũ creatarũ conditor deus, q ea
non facta didicit, ſed nouerat etiā facienda. Vnde
illud ꝙ aiūt, in eius ſapiētia iā fuiſſe facta oīa, ante-
quam in iſtas formas & modos pprios pferrentur,
atq; in ſuis ordinib' apparerēt, non ſobrie dicitur.
Facta. n. qñ eſſent anteq̄ facta eſſent? ſed i dei ſapiē-
tia oium faciendarũ rerũ rationes eſſe potuerūt, non
tñ factæ. Oīa. n. per ipſam facta ſunt, non & ipſa fa- Ioan. 1.
cta eſt: qa & ipſa eſt uerbū de quo dicitur, Oīa per
ipſum facta ſunt. Nouerat ergo deus oīa quæ fecit
anteq̄ faceret, Nō. n. poſſumus eum dicere ignorata
feciſſe, & ea non niſi facta didiciſſe: neſciſſe quid fa
ceret, ſed ſciſſe quod fecit. Hoc enim ſi de aliquo

G artifice hoīe diceremus, inſipientiſsime ſaperemus. Nouerat ergo ea facienda, nō facta nouerat ut faceret, non q̄a fecerat. Proinde quāuis iam nota eſſent, q̄a niſi à ſciente nō fierent, nō tñ facta eſſe cęperūt, q̄ ut fierent ſciebant̄ antequā fierent. Cum aūt ueritas, q̄ non opinat̄ incognita, nec aliquē fallit, purgatione noſtrā, imo uero & pfectionē, etiā poſt reſurrectionē corpoꝝ ſpiritualium uſq; ad angeloꝝ æqualitatē promittat futuram, q̄uo dicuntur ipſi ſancti angeli, q̄bus purgatiſsimi æquales erimus, adhuc à peccatis ſuis eſſe purgādi? Et cū cœlum nouū & terrā nouā polliceatur deus habitaculū ſanctoꝝ, atq; ab omni labe huius ſeculi purgatoꝝ, qua tandē affirmat̄ audacia, nō futurū fuiſſe mundū. i. cœlum & terrā, niſi ,ppter neceſsitatē purgandoꝝ ſpirituū rationalium, q̄ uel i cœlo uel in terra nō eſſent, niſi ,p meritis peccatoꝝ? Quid ergo purgatis op⁹ eſt cœlo nouo & terra noua, ſi purgati ad hoc reſtituunt̄, ut ſint quemadmodū fuerunt ante cœlū & terram ſine cœlo & terra? Quod ſi oīno uerū eſſet, nos uſq;

H ad illud qd promittit ſcriptura ſpem nr̄am tendere deberemus. Et ſi inde eſſemus in aliquid melius transferendi, multo rationabilius hoc tūc iā ibi poſiti diſceremus, q̄ nunc nō ſolū temere crederemus uerū etiā impudenter docere conaremur. Quid eſt aūt abſurdius, q̄ dicere cœlū & terra nō eſſet mūdi ſtructura purgādis, cum alterū cœlū & alterā terrā ,pmittat ſcriptura purgatis? Porrò de Sole & Luna cæteriſq; ſyderib⁹ q̄ cœleſtia ſint corpora uidem⁹, q̄ animata ſint, nō uidemus: De diuinis hoc libris legatur, & credimus. Nam teſtimoniū ex Apl̄i Ep̄la qd ab eis dici ſolere poſuiſti, etiam de ſolis hoībus intelligi poteſt, q̄m in unoquoq; hoīe eſt oīs creatura non uniuerſaliter ſicut eſt cœlū & terra, & oīa quæ in eis ſunt, ſed generatim quodāmodo. Quia & rationalis in illo eſt, quā uel probant̄ habere angeli, uel credunt̄: &, ut ita dicā, ſenſualis, qua & beſtiæ nō carent: utuntur n. & ſenſibus & ſenſualib⁹ motib⁹ ad appetēda utilia & uitāda cōtraria: & uitalis priuata ſenſu, qualis aduerti i arborib⁹ poteſt. Nā & i nobis ſine ſenſu nr̄o fiunt corporis incremēta, & capilli nec cū præciduntur ſentiunt, & tñ creſcunt. Iam uerò ipſa corporalis creatura euidētius

I apparet in nobis, q̄ licet ex terra facta atq; formata ſit, inſunt tñ illi ex oībus huius corporei mūdi elementis q̄dam particulæ ad tēperiem ualetudinis. Nam & calore mēbra uegetant̄, q̄ eſt ab igne, cuius etiā lux ab oculis † emicat: [† per oculos.] & aere uenarū diſcurſus, quas arterias uocāt, atq; ſpiramēta pulmonis implentur: & humor niſi eſſet, [nulla] ſputamenta cōfluerent, uitamq; abſumeret ſiccitas. Nā & ipſe ſanguis humido lapſu alias uenas replens, q̄ſi riuis & fluminib⁹ p cūcta diffunditur. Ita nullū eſt creaturæ genus qd nō in hoīe poſsit agnoſci. Ac ſic oīs creatura i eo cōgemiſcit & dolet, [Roma. 8.] reuelationem filioꝝ dei expectans: q̄ p corporis etiā reſurrectionē, etſi non in oībus hoībus, omnis tñ à corruptionis ſeruitute liberabitur, q̄a & in ſingulis omnis eſt: & ſi quo alio modo melius poteſt idē locus Apl̄icæ litteræ intelligi. Nō tñ ex eiſdē uerbis cōſequens eſt, ut Solem & Lunā & ſydera congemiſcere credamus, donec in ſeculi fine à corruptionis ſeruitute liberent̄.

[Cap. 9.] Sanè q̄m dixi, de diuinis libris legat̄ & credim⁹: ne te forſitan fallat quod de libro ſancti Iob proferre aſſolent qui hæc aſſerunt, ubi ſcriptū eſt, Quo

K erit homo iuſtus corā dn̄o, uel q̄uo ſe mūdabit natus ex muliere: [Iob. 25.] ſi luci † pcipit, & nō lucet: [† al. luna] nec ſtellę ſunt mundæ ante eū, q̄āto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Hinc. n. uolunt intelligi, rationalē ſpm̄ habere ſtellas, & mundas non eſſe à peccato: ſed ideo i cęlis eſſe, q̄a maiorē uel meliorē locū minor culpa ,pmeruit. Nō pro authoritate diuina iſtā ſentētiam recipiendā eſſe exiſtimo. Nō. n. eam ipſe Iob enūciauit, cui ſingulare quodāmodo teſtimoniū diuinitus perhibet̄, q̄ nō peccauerit labijs ſuis ante dn̄m, [Iob. 2.] ſed unus ex eius amicis, q̄ dicti ſunt cōſolatores maloꝝ oēs, & diuina ſententia reprobati ſunt. Sicut aūt in Euāgelio, quāuis uerū ſit oīno q̄ dicta ſint, non tñ omnia q̄ dicta ſunt uera eſſe credunt̄, q̄m multa à Iudæis falſa & impia dicta eſſe uerax Euāgelij ſcriptura teſtatur: ſic i hoc libro ubi multæ pſonæ locutę eſſe narrant̄, nō ſolum qd dicatur, ſed à quo etiam dicat̄ conſiderandū eſt: ne paſsim q̄ in ſancto libro quolibet ſcripta ſunt recipiētes, cogamur fateri, qd abſit, uera & iuſta fuiſſe, q̄ marito ſancto mulier inſipiens ſuggerebat, [Iob. 2.] ut aliqd aduerſus deū loquens ab illa intolerabili pęna moriēdo liberaret̄. L Quod non ideo dixerim, q̄a illi amici à dn̄o reprobati, & ab ipſo ſancto dei ſeruo merito culpati, nihil ueri loqui potuerūt: ſed q̄a nō oīa q̄ locuti ſunt uera putāda ſunt. Quāuis ergo aduerſus Iob nihil uerū dixerūt, poteſt tñ etiā ex eoꝝ uerbis aliquā ſanā ſententiā in teſtimoniū ueritatis aſſumere, q̄ nouit ſapienter dicta diſcernere: ſed q̄m inquirētes, probari nobis aliqd uolumus teſtimonio ſanctoꝝ eloquioꝝ, nō nobis dicatur credendū eſſe etiā qd in Euangelio ſcriptū eſt, ſi forte Euāgeliſta eū hoc dixiſſe cōmemorat, cui fides habēda nō eſt, Nā dictū eſt illic à Iudæis dn̄o Xpo, Nōne uerū dicimus, [Ioan. 8.] q̄a Samaritanus es & dæmonium habes? Quā uocē tanto amplius deteſtamur, q̄āto nobis Xps eſt charior. Emiſſam tñ eſſe à Iudæis dubitare nō poſſumus, q̄ Euāgelicam narrationē uerisſimā credimus. Ita nec Euangeliſtæ derogamus fidē ſcribēti, & Iudęi uocē blaſphemātis execramur. Nec ſolum impijs & nephandis hoībus, ſed nec ipſis i fide paruulis atq; adhuc rudibus & indoctis, q̄ forte ibi loquētes cōmemorantur, tanq̄ canonicę authoritati accōmodamus fidē. Neq;. n. q̄a ille cuius cæci nati oculos dn̄s aperuerat, ait, [Ioan. 9.] M Scimus q̄a peccatores deus nō exaudit: ideo iſtā ſententiam ,p Euāgelica authoritate ſic debemus accipere, ut ipſis in Euāgelio uerbis dn̄i reſiſtamus, [Luce. 18.] q̄ eum q dixit, Dn̄e propici⁹ eſto mihi peccatori: magis iuſtificatū deſcēdiſſe de tēplo, q̄ Phariſęum iuſtitias ſuas cōmemorantem atq; iactantē, diuina uoce firmauit. Nec ſucceſſeat iſte recens illuminatus in carne, q̄ eū diximus in ſuę fidei tyrocinio, q̄ñ adhuc q̄ eum qui eū ſanauerat neſciebat, minus circūſpectam protuliſſe ſententiā, q̄a peccatores deus non exaudit: cū ipſi Apl̄s dn̄i præ cæteris electi, & laterib⁹ cohærentes, eiuſq; ore pēdentes, multa reperiant̄ improbanda dixiſſe, q̄ cōmemorare prolixū eſt, ita ut beatus Petrus de quibuſdā uerbis ſuis, nō ſolū reprehendi, ſed etiam ſatanas appellari meruerit. [Matt. 16 Cap. 10.] Quanquā in cōparatione iuſtitię dei, ſi nec ſancti i cęlis angeli iuſti eſſe dicant̄, nō mihi uidet̄ importuna ſnia: non q̄a ut hoc eſſent, à iuſtitia lapſi ſunt, ſed q̄a facti ſunt, & deus non ſunt, tantūq; ſpiritalis luminis habere nō poſſunt quantū habet ille a quo facti ſunt. Ibi. n. ſūma

A iuſtitia,ubi ſumma ſapiētia:& hoc deus eſt,de quo
dictum eſt,Soli ſapiēti deo. Sed alia q̄ſtio eſt,quan
tū iuſtitię ipſius capiāt angeli,quantū́q; nō capiāt.
Cuius n. participatione iuſti ſunt, eius cōparatiōe
Cap. 11. nec iuſti ſunt. Sed alia eſt, ut dixi, iſta q̄ſtio, alia
de ſyderibus & ſole & luna,utrū uel rōnales hēant
ſp̄us in his cōſpicuis corporib⁹ lucidiſq;:q̄ corpora
eē qui dubitat,qd ſit oīno corpus ignorat. Neq; iſta
multū ad nos ꝑtinēt, ut ea ſummo ſtudio idagare
curemus,q̄ remota ſunt à ſenſibus nr̄is,& ab intel-
lectu īfirmitatis humanæ,nec in ipſis ſcripturis ita
poſita,ut nobis eoꝝ ſit mādata cognitio. Imò uero
ne ꝑcipiti ſuſpitione in fabulas ſacrilegas irruam⁹,
Ecclesiaſtici. 3. clamat ſcriptura diuina, Altiora te ne q̄ſieris,& for
tiora te ne ſcrutat⁹ fueris, ſed q̄ tibi ꝑcepit dn̄s illa
cogita ſemp:ut magis i iſtis temeraria ꝑſumptio, q̄
cauta ignoratio culpāda uideat. Certe ait Apl's, Si-
Coloſſ. 1. ue ſedes,ſiue dn̄atiōes, ſiue principat⁹, ſiue ptātes.
Et eſſe itaq; ſedes,dn̄ationes, principatus, ptātes in
cœleſtibus apparatibus,firmiſsime credo,& differ
re inter ſe aliqd indubitata fide teneo. Sed quo me
cōtēnas,quē magnū putas eſſe doctorem,q̄ nā iſta
B ſint,& qd inter ſe differāt neſcio. Nec ea ſanè igno-
rātia periclitari me puto,ſicuti inobediētia, ſi dn̄i
pręcepta neglexero. Et ideo puto ſpiritu dei per au
thores nr̄os,ſcriptores ſanctoꝝ eloquioꝝ,nō plenè
expoſita,ſed raptim tacta atq; perſtricta : ut ſicubi
forte tali quales nos ſumus per altiorē reuelationē
aliqd hmōi fuerit demōſtratum, non ſe inferiores
fuiſſe credat eos, ꝑ quos nobis canonicarū ſcriptu
rarū ſancta pręconia miniſtrata ſunt. Quātum.n.
cunq; ſciēdo ꝓfecerit, infra illas lr̄as ſe iueniet,quas
deus tanq̄ firmamentum ſupra oīa humana corda
cōſtituit. Non itaq; opus eſt plus ſapere, ſed ſapere
Roma. 12. ad temperantiā,ſicut unicuiq; deus partitus eſt mē
ſurā fidei. Docebūt te iſta fortaſſe doctiores,ſi ad il
los afferas tantā diſcendi ſcientiā,quantā ſciēdi ha
bes curā,ne incognita pro cognitis opineris,ne nō
credenda credas,uel credēda nō credas. Imò doce
bit ille un⁹ magiſter & uerus,ſiue ꝑ illos,ſiue qbus
modis uoluerit, q te pro ſua eccleſia laborantē in-
tus inſpicit,ubi & hoc in te cōtulit:ipſe reſerabit la
tius ueritatē,qui pulſantē peruidet, quā donare di
C gnatus eſt charitatē. Aliud eſt in Adā peccaſſe, vn̄
Roma. 5. dicit Apl's, In quo oēs peccauerūt:& aliud eſt extra
Adā,neſcio ubi peccaſſe,& ideo in Adā.i.in carnē,
quæ ex Adā propagata eſt, tanq̄ in carcerē trudi. Il
lam uero opinionē,ꝙ ex una fiunt oēs aīæ,nec di-
ſcutere uolo,niſi neceſſe ſit:atq; utinam iſta de qua
nūc agimus,ſi uera eſt,ſic abs te defendat, uti hoc
Cap. 12. neceſſe iam nō ſit. Quāuis autē deſideratiue ro-
gem,uotis ardētibus exoptē,& expectem,ut per te
mihi dn̄s huius rei auferat ignorantiā,tn̄ ſi,qđ ab-
ſit,minime meruero, patiētiā mihi peto à dn̄o deo
noſtro. In quē ſic credim⁹,ut aliqua nobis nō ape-
riri ēt pulſantib⁹,nullo modo aduerſus eum mur-
Ioan. 16. murare debeamus. Meminerimus ipſis Apoſtolis
dictū, Multa uobis dicere habeo,ſed nō poteſtis il
la portare modo. In his quantū ad me attinet etiā
hoc deputē,nec qui hoc ſciā indigner indignū, ne
hoc ēt conuincar indignior. Multa.n.alia ſimiliter
neſcio, q̄ cōmemorare uel numerare nō poſſum:&
hoc tolerabiliter ignorarē, niſi metuerē ne aliqua
iſtarū opinionū, contra illud qđ firmiſsima retine
mus fide,incautis obreperet mētibus:ſed antequam
ſciam quę iam earū potius eligenda ſit, hoc me nō D
temere ſentire profiteor, eā quę uera eſt non aduer
ſari robuſtiſsimę ac fundatiſsimæ fidei, qua Xp̄i ec
cleſia nec paruulos hoīes recētiſsime natos à dam
natione credit,niſi per gr̄am nominis Xp̄i,quam in
ſuis ſacramentis commendauit,poſſe liberari.

Libri ad Oroſium finis.

SERMO ARRIANORVM, VBI NVME

ri propterea ſunt locis ſingulis annotati,ut cum re
ſponſio legi cœperit, qui uoluerit attendat,utrum
cuiq; loco apte diligenterq́; reſpōſum ſit, quia eoſ-
dem numeros habet etiam ipſa rn̄ſio,per quos cui
loco reſpondeatur appareat.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, 1
deus unigenitus, primogenitus
totius creationis. Voluntate 2
dei & patris ſui,ante omnia ſecu
la cōſtitutus. Volūtate & præ 3
ceptu ipſi⁹,cœleſtia & terreſtria,
uiſibilia & inuiſibilia, corpora
& ſpiritus ex nullis exiſtentibus,ut eſſent ſua uirtu E
te fecit. Et antequam faceret uniuerſa oīum futu
torum deus & dn̄s, rex & creator erat conſtitutus, 4
& omnium futurorum in natura habens pręſcien-
tiam,† & in faciendo in omnibus expectans patris
ſui iuſsionem : ipſe uolūtate & pręcepto patris de- † Praſcientiam.
ſcendit de cœlo, & uenit in hunc mundum, ſicut
ipſe ait, Non enim à meipſo ueni, ſed ille me miſit. Ioan. 8.
Et q̄a de omnibus ſpiritalibus & rōnalibus gra
dibus, propter infirmitatem & fragilitatem corpo- 5
ris,paulominus ab angelis inferior minoratus ho-
mo uidebatur: ne ſe uilem ſperaret, & de ſalute ſua Pſal. 8.
deſperaret,dn̄s Ieſus honorans facturam ſuam, di-
gnatus eſt humanam carnem ſuſcipere, & oſtende
re,q̄a nō eſt homo uilis,ſed precioſus, ſicut ſcriptū
eſt,Magnus homo & precioſus uir. Et ideo ſolū ho
minem patri ſuo hæredem,ſibi cohæredem, face- Prouer. 17.
re dignatus eſt : ut qđ minus acceperat in natura,
plus hr̄et in honore. Cum,inq̄t,uenit plenitudo 6
tp̄is, miſit deus filium ſuum natū ex muliere : ipſe
qui uoluntate patris carnem ſuſcepit,ipſe & uolun Galat. 4.
tate & præcepto eius in corpore conuerſatus eſt, ſi- F
cut ipſe ait,Deſcendi de cœlo non ut faciam uolū- Ioan. 6.
tatem meā,ſed uoluntatē eius qui me miſit. Ipſe & Matth. 3.
uoluntate patris triginta annoꝝ baptizatus eſt,uo
ce & teſtimonio patris manifeſtatus. Voluntate &
pręcepto patris euangelium regni cœlorū pręedica
bat,ſicut ipſe ait,Et aliis ciuitatib⁹ oportet me euā Luca. 4.
gelium pręedicare,in hoc.n.miſſus ſum: Et ipſe mihi Ioan. 12.
mandatū dedit qd dicam,aut qd loquar. Et ſic uo
luntate & præcepto patris ad paſsionem & mortē
properauit,ſicuti ipſe ait,Pater,tranſeat calix iſte à Matth. 26.
me,non tn̄ quod ego uolo,ſed quod tu uis: & Apo Philip. 2.
ſtolo afferente & dicente,Obediens, inquit,factus
patri uſq; ad mortem,mortem aūt crucis. Is & in 7
cruce pendens, uoluntate & præcepto patris carnē
humanam quam de ſancta uirgine Maria ſuſcepit,
in manus hominum dereliq̄t : & diuinitatē ſuam
iudices aduocatus? Abſit aũt iſta à fideli corde ue-
cordia,ut ſit iudicibus minor aduocatus ſpirituſ-
1. Cor. 2. ſanctus,cũ illi utiq ut iudices ſint, repleantur ſpiri
tuſancto,ſcdm quẽ uiuentes fiunt ſpiritales. Spiri-
talis.n. oĩa iudicat. Qũo ergo minor eſt iudice qui
iudices facit,cũ facit ut membra ſint iſtius iudicis
2. Cor. 6. & ſuum templũ,dicente Apſo,Corpora ueſtra mẽ-
bra ſunt Chriſti. Eodemq dicente,Corpora ueſtra
templum in uobis eſt ſpirituſſancti. Et tñ ſi apertiſ
ſime legerent in ſanctis ſcripturis Salomonem re-
gem lignis & lapidibus iuſſi dei templũ ſtruxiſſe
ſpirituiſancto,deũ eſſe ſpiritumſanctum dubitare
3. Reg. 6. nõ poſſent:cui tanta religionis ſeruitus quæ latria
Deute. 6. dicit,legitime exiberetur in populo dei, ut illi etiã
C tẽplũ fabricaret: cum dñs dicat, Dñm deum tuum
adorabis,& illi ſoli ſeruies: quod in Græco eſt, λα-
τρεύσεις. Et eum negare audent deũ,q nõ ligna & la
pides,ſed mẽbra Xpi habet tẽplum. Sic.n. ſpiritum
ſanctum ſubijciunt poteſtati Chriſti, cũ eius tem-
plum mẽbra ſint Chriſti; quẽadmodũ ipſum filiũ
imperialibus legibus dei, cũ ipſe ſit uerbũ dei, nec
ullo modo ĩperatoris uerbũ legibus ſubiaceat,ſed
Cap. 21. 10 leges faciat. Iſti ſanè quorũ diſputationẽ accepi,
cui rñdeo,non audent idem dicere factũ eſſe quod
genitum,& duo iſta diſcernunt,ita ut à patre filiũ
genitum dicant, factũ uero & à filio ſpiritumſan-
Ioan. 15. ctum. Quod in ſcripturis ſanctis nuſquã legunt,cũ
11 filius ipſe dicat, q ſpirituſſanctus à patre procedat.
Filius,inquiunt,patrẽ prædicat, ſpirituſſanctus
Matt. 2. filiũ annunciat. Quaſi nõn annunciauerit filius
Matt. 3. ſpiritũ ſanctũ eſſe uenturum,aut & pater non præ
dicauerit filiũ,dicẽdo,Hic eſt filius meus dilectus
12 in quo mihi bene cõplacui,ipſum audite. Ac per
hoc nõ ſolũ patris gloriã filius,uerũetiam filij glo-
riã reuelat pater: nec ſolum filij ſpirituſſanctus, ſed

etiam filius manifeſtat ſanctiſpiritus dignitatem. D
Et ideo ſicut filius patri,ita & pater filio:& ſicut 13
ſpirituſſanctus filio,ita & filius ſpirituiſancto per-
hibet teſtimoniũ. A patre aũt & filio miſſus eſt ſpi
rituſſanctus: & à patre & ſpiritu, miſſus eſt filius.
Filius,inquiunt,miniſter eſt pris: ſpirituſſanctus Cap. 22.
miniſter eſt filij. Nec attẽdunt q iſto modo me- 14
liores faciunt ſpirituſancto Aplos ſanctos: q cũ ſe
dei miniſtros eſſe dicunt,nõ eos iſti utiq etiam dei
patris miniſtros negabũt. Eius qppe miniſtri facti
ſunt,in cuius noĩe etiã baptizauerunt i. patris & fi-
lij & ſpirituſſancti. Ac p hoc ſcdm iſtorum uanilo-
quia,meliores erunt trinitatis miniſtri: ſi propterea
minor eſt ſpirituſſanctus,qa ſolius miniſter eſt filij.
Filius,inquiunt, iubetur à patre, ſpirituſſanctus 15
iubet à filio. Nuſquã hoc in ſcripturis ſanctis le-
gunt,quis obediẽtẽ filiũ legamus ſcdm formã ſer- Philip. 2.
ui,qua maior eſt pater: nõ ſcdm formã dei, in qua
unum ſunt ipſe & pater. Legitur itaq in ſcriptu- 16
ris ſanctis filius ſubditus patri. Ibi eſt.n. forma ſer-
ui,in qua & parentibus hoĩbus ſubditus erat,ſicut
Euangeliũ loquit,Et deſcendit cũ illis & uenit Na- Luce. 2.
zareth:& erat ſubditus illis. Nõ aũt alicubi ſancta E
ſcriptura dicit ſpiritũſanctũ ſubditũ filiõ. Proin 17
de & quæ iubet pater,operatur filius pp formã ſer
ui. Et quæ pater operatur,operatur & filius pp for-
mam dei. Non.n. ait,quæcunq pater iubet, hæc fi-
lius facit:ſed ait, Quæcunq pater facit,hæc & filius Ioan. 5.
facit ſilr. Porrò ſi ſpiritumſanctum ideo hæc loqui
dicunt quæ mandat filius, qa ſcriptũ eſt, De meo Ioan. 16.
accipiet & annũciabit uobis: cur nõ & filius ea lo-
quitur quæ mandat ſpirituſſanctus, cũ dicat Apls, 1. Cor. 2.
Quæ dei ſunt nemo ſcit niſi ſpũs dei: & cũ ipſe Ie-
ſus de ſeipſo impletũ eſſe cõfirmet, qd' ſcriptũ eſt, Eſaie. 61
Spiritus dñi ſuper me, pp quod unxit me euange-
lizare pauperibus? Si.n. pp hoc unctus eſt euange- Luce. 4.
lizare pauperibus, qa ſpiritus dñi ſuper eum erat:
qd euãgelizabat pauperib', niſi quod ſpiritus dñi
habebat,quo repletus erat? Nam & hoc de illo ſcri Luce. 3.
ptum eſt,quod repletus ſit ſpirituſancto. Filius, Cap. 23.
inquiunt,adorat & honorat patrẽ: ſpirituſſanctus
adorat & honorat filiũ. Hic nõ opus eſt ſcrupu- 18.
loſe uelle diſcernere,inter honorare & adorare, qd
diſtet, Propter formam.n.ſerui dicunt iſta de filio.
Dicãt ſi poſſunt,ubi legerint adorari filiũ à ſpiritu F
ſancto. Quod.n. ſubijciunt unde hoc pbare conen
tur,qa uidelicet ſcriptũ eſt, Pater ego te honorifica Ioan. 17.
ui ſuper terrã, opus qd' dediſti mihi cõſummaui: &
de ſpirituſancto,ille me honorificabit, qa de meo Ioan. 16.
accipiet & annũciabit uobis, ad rẽ de qua agit nõ
pertinet. Honorat n oĩs qui adorat, nõ aũt adorat
oĩs qui honorat. Nã & fratres ſcdm Aplm inuicem Rom. 12.
ſe honore præueniunt, nec tñ inuicem adorant.
Alioquin ſi honorificare, hoc eſt adorare: dicant,
ſi placet, q filiũ adoret & pater, & hoc iubente fi-
lio qui ei dicit, Honorifica me. Quod aũt dixit 19
de ſpirituſancto, De meo accipiet. ſoluit ipſe qõnẽ: Ioan. 16.
ne putetur quaſi per quoſdã gradus ſic de illo eſſe
ſpirituſſanctus, qũo eſt ipſe de patre, cũ ambo de
patre, ille naſcatur, ille pcedat. Quæ duo in illius
naturæ ſublimitate diſcernere, oĩno difficile eſt. Er
go ne hoc putaretur, ut dixi, cõtinuo ſubiecit, Oĩa
quæ hẽt pater, mea ſunt. pptereà dixi, de meo acci-
piet. Ita ſine dubio intelligi uolens q de patre acci
piat. Sed ideo de ipſo, quia oĩa quę hẽt pater, ipſius

G ſunt. Hæc aũt nõ eſt diuerſitatis naturæ, ſed unius
20 principij cõmẽdatio. Secundũ hoc itaq; ſpirituſ-
ſanctus nõ à ſeipſo loquit, qa nõ eſt à ſeipſo qui de
patre procedit. Sicut nec fili⁹ põt à ſe facere quicq̃,
quia nec ipſe à ſeipſo eſt, ſicut iã ſuperius expoſui:
non q; in oĩbus nutum patris expectet: non. n. ait,
Niſi qđ uiderit patrem innuentem: ſed quod uide-
rit patrem faciẽtẽ, ſcđm ea quę iam diſputauimus.
21 Quòd autem in oĩbus ſpirituſſanctus Chriſti
præceptum expectet ut dicunt, legant ſi poſſunt.
Quod. n. dictũ eſt, nõ à ſe loquetur, nõ eſt dictum
quæcunq; à me audierit, ſed quæcunq; audierit lo-
quetur. Cur aũt dictũ ſit, pauloante iam claruit ex
ipſius quã cõmemoraui dñi expoſitione, ubi ait,
Oĩa q̃ hẽt pater, mea ſunt, ꝓpterea dixi de meo ac-
cipiet. Vnde aũt accipiet, inde eſt proculdubio qđ
loquitur, qa inde audit unde procedit. Scit. n dei
Cap. 24. uerbũ ꝓcedendo inde unde naſcit uerbũ, ita ut ſit
cõiter ſpiritus & patris & uerbi. Nec moueat q;
futuri tp̃is uerbũ eſt, accipiet: quaſi nõdum habe-
ret. Indifferenter quippe dicuntur tp̃is uerba, q̃uis
ſine tp̃e manere intelligatur æternitas. Nam & acce
H pit, qa de patre ꝓceſſit: & accipit, & qa de patre pro
cedit: & accipiet, qa de patre procedere nunq̃ defi-
net: ſicut deus & eſt & fuit & erit, & tñ initium uel
Cap. 25. finẽ tp̃is, nec habet, nec habuit, nec habebit. Fi-
lius, inquiunt, pro nobis interpellat patrem, & ſpi-
22 ritus pro nobis poſtulat filium. Sicut legunt, q;
filius interpellat patrem, ſcđm ea quæ ſuperius nos
etiã cõmemorantes diſſeruimus, ita inueniant un-
de proferant, q; ſpiritus poſtulet filium. Quod. n.
Roma. 8. dicit Ap̃s, Quid. n. oremus ſicut oportet neſcimus,
ſed ipſe ſpiritus interpellat gemitibus inenarrabili
bus: qui aũt ſcrutatur corda, ſcit qđ ſpiritus ſapiat,
qa ſcđm deum interpellat pro ſanctis, quomodoli-
bet iſti accipiant, multũ. n ad eos eſt hoc ſic acci-
pere quẽadmodũ accipiẽdũ eſt, nõ eſt dictũ, inter
pellat Chriſtũ aut interpellat filiũ: interpellat autẽ
ſpirituſſanctus dictũ eſt, qa interpellare nos facit.
Gene. 22. Sicut deus dicit, Nũc cognoui: quaſi ante neſciret:
qđ qd eſt aliud, niſi feci ut cognoſcas? Vnde eſt &
Galat. 4. illud Ap̃li, Nunc aũt cognoſcentes deum, imnio co
gniti à deo. Ne ſibi tribuerent q; cognouerũt deũ:
ſic ergo ait, cogniti à deo, ut intelligerẽt q; illos gra
tia ſua deus fecit cognitores ſuos. Scđm iſtũ locu-
Epheſ. 4. tionis modũ dictum eſt, Et nolite cõtriſtare ſpiri-
tumſanctũ dei: hoc eſt, nolite nos cõtriſtare qui ſe-
cundũ ſpiritũ dei cõtriſtamur ex uobis. Charitate
quippe cõtriſtabant, quã diffundebat ſpirituſſan-
ctus in cordib⁹ eoꝝ, & per hoc eos de malis fratrũ
Roma. 8. triſtes ipſe faciebat. Deniq; idẽ Ap̃s, Accepiſtis, in-
quit, ſpiritum adoptionis filioꝝ, in quo clamamus
abba pater. Et alibi eundẽ ſenſum cõmemorãs, Mi
Galat. 4. ſit, inqt, deus ſpiritũ filij ſui in corda ueſtra, clamã-
tẽ abba pater. Qũo ibi in quo clamamus, qũo hic
clamantẽ, niſi qa clamantem hic ait, clamare faciẽ
tem? Vt aũt ſcđm ipſoꝝ ſenſum ſic accipiamus cla
mantem, tanq̃ non clamare nos faciat, ſed ipſe cla-
met: ecce dicendo, abba pater, non interpellat fi-
lium ſed patrem. Non. n. audebunt dicere filium
Chriſti eſſe ſpiritũſanctũ. Nã utiq; ne hoc dicerent,
non genitũ à filio, ſed factũ dicere maluerunt. Nõ
ergo ſcimus per noſipſos qd oremus ſicut oportet,
ſed ipſe ſpiritus interpellat i. interpellare nos facit
quæ ſunt ſecũdum deum. Quod niſi faciat, non

oramus, niſi ſcđm iſtum mundum, ad explendam K
cõcupiſcentiã carnis, & cõcupiſcẽtiã oculoꝝ, & am
bitionem ſeculi, quæ nõ ſunt à patre, ſed ex mũdo
ſunt. Quamuis nõnulli id qđ dictũ eſt, ipſe ſpiritus
interpellat gemitibus: de ſpiritu hoĩs intelligendũ
arbitrentur. Totius bonitatis & ſapientiæ & uir Cap. 26.
tutis patris, uiuam & ueram, propriã & condignã 23
imaginem dicunt filium. At Apoſtolus Paulus, nõ
uirtutis dei & ſapientiæ imaginem, ſed eũ ipſum eẽ
dicit dei uirtutẽ & dei ſapiẽtiam. Eo ipſo igitur q;
imago patris eſt filius, uirtus eius & ſapientia eſt.
Imago aũt plena atq; pfecta. i. non ab illo ex nihilo
facta, ſed de illo genita, nihil minus hẽt q̃ ille cuius
imago eſt. Patris quippe imago ſumma. i. ita ſimilis
ut in ea diſsimile aliquid non ſit, filius eſt unigeni
tus. Nõ ſunt tñ auſi dicere imaginẽ filij ſpiritum 24
ſanctum, ſed manifeſtationem Propter hoc nec ge
nitum, ſed factũ ab illo eſſe dixerunt. Quod de ſcri
pturis ſanctis oĩno nõ intelligunt. † Quis autem † legunt.
catholicus dixerit, patrẽ patris eſſe filiũ, aut partem Cap. 27.
filij ſpiritũſanctũ? Quod ita negandũ putauerunt, 25
tanq̃ inter nos & ipſos nulla inde ſit quęſtio. Eiuſ-
dem naturæ dicimus eſſe trinitatem nõ aliquã ibi L
perſonã partẽ cuiuſpiã nuncupamus Sed q; ita ne-
gant partem patris eſſe filium, ut tñ dicant propriũ
& dilectiſsimum, perfectũ & plenũ unigenitum fi-
Iacobi. 1. lium: quærendum eſt ab eis, quos filios ſuos facit
deus uoluntarie, gignens eos uerbo ueritatis, cũ ad
eam perfectionẽ peruenerint, ut pfectiores eſſe nõ
poſsint, utrum ſint etiã ipſi proprij & dilectiſsimi,
perfecti & pleni filij dei? Quod ſi erunt, nec unige-
nitus ille erit, qa æquales multos habebit, ſed tãtũ
modo primogenitus Si aũt nõ erunt, qũo accipien
da eſt illius plenitudo atq; pfectio, niſi ut ſit pror-
ſus gignẽti æqualis, & in nullo oĩno diſsimilis: atq;
ut id breuius planiusq; dicamus, ſint iſti filij gr̃a, il-
le natura: qa in iſtis eſt participatio diuinitatis, in
illo eſt plenitudo. Quãuis & ille q; ſuſcepit hoĩem, Ioan. 1.
& uerbũ caro factũ eſt, nõ ſit natura ſed gr̃a: uerbi
tñ qđ patri æquale eſt permanẽte natura. Dein- 26
de rñdeant, qa nõ filiũ, ſed primũ & præcipuũ op⁹
filij præ ceteris uniuerſis dicunt eſſe ſpiritũſanctũ:
utrũ illi filij meliores futuri ſint ſpiritũſancto, quos
uolũtarie genuit pater uerbo ueritatis? Qũo n. nõ
cogunt hoc dicere, cũ ꝓculdubio melius ſit filios M
eſſe patris, q̃ opus filij? Hæc cogitent, & emendent
uanas impiasq; blaſphemias, atq; fateantur in illa
trinitate nullã perſonam, præter qđ filius manens
deus, homo factus eſt, oĩno eſſe creaturã, aut aliqd
a deo factũ eſſe: ſed totũ quicqd illud eſt, ſummum
uerũ immutabilẽ deum. Abſit. n. ut quẽadmodũ 27
ſapiunt, pater maior ſit filio ſuo, ſcđm id qđ unige
nitum uerbũ eius eſt, ſed ſcđm id quod uerbũ ca-
ro factũ eſt. Sed qd mirum, qñ in eadem carne fa-
ctus eſt etiã angelis minor? abſit ut quẽadmodum
blaſphemant, incõparabiliter maior & melior ſit
filius ſpiritũſancto. Et quod inſaniſsimũ eſt cre 28
dere, tẽplũ minoris ſint membra maioris. Pater Cap. 28.
quidẽ, deus & dñs eſt filio ſuo, qa in eo forma ſer- 29
uilis, quæ prophetabat, cũ diceretur, Dñs dixit ad Pſal. 2.
me, filius meus tu. Cui etiã in eadẽ prophetia dicit
idẽ filius, De uentre matris meæ deus meus es tu. Pſal. 21.
De uentre quippe matris eius ubi hoĩem aſſumpſit,
deus eius eſt. Qui pp quod eum nõ ſolũ ante uen-
trem matris, ſed ante oĩa ſecula coęternum genuit,

A pater eius eſt. Vbi autẽ uel in ſomnis audierunt,
ſcripturã ſanctã dixiſſe filium deũ & dñm eſſe ſpiri
31 tuſſancti? Pater, inquiunt, imobiliter & impaſſi-
biliter uolens filiũ genuit: filius ſine labore & fati-
gatione ſola uirtute ſua ſpm̃ fecit. O precipuam lau
dem filij & ſpirituſſancti. Quaſi nos pater mobili-
ter & paſſibiliter inuitus genuerit, q nos uolũtarie
genuit uerbo ueritatis: aut filius cũ labore & fatiga
32 tione coelũ & terrã creauerit? Aequentur ergo iſta
opera ſcdm iſtos, uel filio uel ſpirituſancto: aut ſi
nullo modo æquantur, qd ꝓfuit hoc dicere unde
nulla ſit queſtio, quod. ſ. ſine ullo labore & fatiga-
tione uel gignat pater, uel faciat filius? Videãt ſanè
quõ dicant, ꝙ ſola uirtute ſua filius fecerit ſpiritum
ſctm̃. Iſto. n. modo coguntur fateri aliqd feciſſe filiũ,
qd nõ uiderit patrẽ facientẽ. An placet eis dicere, ꝙ
etiã pater fecerit ſpiritumſanctũ? Nõ ergo eum ſola
uirtute ſua fecit filius. An alterũ fecit prior pater, ut
poſſet filius facere quẽ fecit, qui non poteſt facere
niſi qd uiderit patrẽ facientẽ? Et quid eſt ꝙ nõ alia
ſimilia, ſed quecunq; pater facit, hæc eadẽ filius fa-
B cit ſimiliter? Si hæc cogitare conẽtur, proculdubio
Cap. 29. turbabuntur eis oĩa quæ ſibi carnali cogitatione
componunt. Verũ eſt autẽ, ꝙ pater oĩbus q̃ ſunt
33 dedit ut eſſent, & ipſe qd eſt à nemine accepit: ſed
æqualitatẽ ſuã nulli dedit, niſi filio q natus eſt de
illo, & ſpirituſancto q procedit de illo. Quæ cũ ita
ſint, non eſt iſta, quã uolunt iſti, differentia trinita-
tis: qa indifferens in trinitate natura, indifferens in
Ioan. 5. trinitate potẽtia eſt: ut oẽs honorificent filiũ ſicut
honorificant patrem, qd ipſe ait. Et qui uolunt pie
Deut. 6. uiuere, dñm deũ ſuum adorent, & illi ſoli ſeruiant.
Qd & antiquis patribus dei lege præceptũ eſt, nec
ullo modo aliter fieri poteſt, ut ſoli dño deo nr̃o ea
quæ deo debetur ſeruitute ſeruiamus: ipſa eſt. n. quæ
Græce appellatur λατρεία. Qd uerbũ ibi poſitũ eſt
Ibidem. cum diceretur, Illi ſoli ſeruies. Nullo modo inq̃ hoc
Matt. 4. fieri poteſt, niſi ipſe dñs deꝰ nr̃ uniuerſa ſit trinitas.
Alioquin iſtã ſeruitutẽ, quæ latria dicitur, quã non
debent ſerui eis quos ſcdm carnẽ dños habent, ſed
oẽs hoĩes ſoli dño deo ſuo. Hanc ergo ſeruitutẽ nõ
exhibebimus filio, ſi de patre dictũ eſt, & illi ſoli
ſeruies. Aut nõ exhibebimus patri, ſi de filio dictũ
eſt, & illi ſoli ſeruies. Iã uero ſi aliquibus terre moli
C bus ſpirituſancto templũ fabricaremus, quis dubi
taret ei nos latria. i. iſta de qua nunc loquor ſeruitu
te ſeruire? Quõ ergo non ei ſeruitutẽ quæ latria dr̃,
exhibemus, cui templũ nõ facimus, ſed nos ipſi ſu-
mus? Et quõ nõ & ipſe deus noſter eſt, de quo dicit
1. Cor. 3. Apl̃us, Neſcitis quia templũ dei eſtis, & ſpiritus dei
habitat ĩ uobis. Et paulopòſt, Glorificate ergo deũ
in corpore ueſtro? Corpora autẽ noſtra, templũ in
nobis dicit eſſe ſpirituſſancti. Cum igitur & patri &
filio & ſpirituſancto iſta quæ latria uocatur ſerui-
tute ſeruiamus, audiamuſq; legẽ dei precipientẽ, ut
nulli alteri, ſed ſoli dño deo noſtro hanc exhibea-
mus: ꝓculdubio unus & ſolus dñs deus noſter eſt
ipſa trinitas, cui uni & ſoli talem ſeruitutẽ pietatis
Cap. 30. iure debemus. Sicuti nemo poteſt, inquiunt, ſine
34 filio ad patrẽ tranſire: ita & nemo poteſt ſine ſpiri-
tuſancto filiũ in ueritate adorare; quaſi & ad filiũ
Ioan. 6. ſine patre quiſquã poſſit uenire, cum ipſe dicat, Ne
mo uenit ad me niſi pater qui miſit me traxerit illũ
aut ad ſpiritumſanctũ ſine patre & filio peruenire
poſſemus, qa eũ ſua nobis conferunt gr̃a. Quid eſt
enim aliud ad eos uenire, niſi eos habitãtes in no- D
bis habere? Hoc. n. modo & ipſi ad nos ueniunt, cũ
deus ubiq; ſit, & nullo corporali contineatur loco.
Ipſe ſaluator dicit de ſe & de patre, Veniemus ad eũ Ioan. 14.
& manſionẽ apud eum faciemus. Et de ſpirituſctõ
dicit, Niſi ego abiero, aduocatus nõ ueniet ad uos. Ioan. 16.
Quid eſt ergo qd dicunt, Sicuti nemo poteſt ſine fi
lio ad patrẽ tranſire, ita & nemo poteſt ſine ſpiritu
ſancto filiũ in ueritate adorare: & deinde ſubiun-
gunt, Ergo in ſpirituſancto adoratur filius. Nunqd
nã hæc indicant differentiã naturæ, de qua inter
nos & illos uertitur quæſtio? Nã ſi nemo poteſt ſine
ſpirituſancto filiũ in ueritate adorare, & in ſpũſctõ
adoratur filius, profecto ueritas eſt etiã ſpirituſſan-
ctus: qa cũ in illo adoratur filius, ſicut ab eis dictũ eſt
ĩ ueritate adoratur, ut ipſe filius ait, Ego ſum ueritas: Ioan. 14.
ergo & in ſeipſo adoratur, cũ in ueritate adoratur. Ac
p hoc & in ipſo & in ſpũſctõ adoratur filius. Quis
autẽ ita ſit impius, ut inde ſeparet patrẽ? Quõ. n. nõ
& in illo adoramus, in quo uiuimus, mouemur &
ſumus? Proinde adorari filiũ in ſpũſctõ etiam nos E
dicimus, Adorari autẽ filium ab ſpũſctõ, legant ſi Acto. 17.
poſſunt. Nam p filium glorificari patrẽ, qs negat? Cap. 31.
Sed & filiũ glorificari p patrẽ negare quis audeat? 35
Cui dicit ipſe filiꝰ, Glorifica me. Cui etiã dicit, Ego Ioan. 17.
te glorificaui. Glorificare aũt & honorificare & cla
rificare, tria quidẽ uerba, ſed res una eſt, qd Græce
dicitur δοξάζειν: interpretũ autẽ uarietate, aliter atq;
aliter poſitũ eſt in Latino. Spirituſſancti opus & Cap. 32.
diligẽtia eſt, inquiunt, ſanctificare & ſanctos cuſto 36
dire, & nõ ſolũ rationabilia, ut quidã putant, ſed &
irrationabilia plura ſanctificare: & eos q ceciderũt
pp ſuã negligentiã, ad priſtinum ſtatum reuocare:
ignorãtes docere, obliuiſcentes admonere, peccan-
tes arguere, pigros hortari, de ſalute ſua cogitare &
ſolicite agere, errãtes ad uiã ueritatis deducere, in-
firmos curare, & fragilitatẽ corporis p alacritatem
aĩæ continere, & ad amorẽ pietatis & caſtitatis con
firmare, & oẽs illuminare: ſup oĩa fidẽ & charitatẽ
præbere ſingulis: ꝓ ſtudio quoq; & diligẽtia, ꝓ ſim
plicitate & ſynceritate mẽtis, ꝓ mẽſura fidei & me-
rito cõuerſationis, gratiã ſdonationis, ad utilitatẽ
diuidere, & unuſquiſq; in quo opere & ꝓpoſito fue
rit habilis in ipſo ordinare. Facit hec quidẽ ſpiri- F
tuſſanctus. Sed abſit ut ſine filio faciat. Quis. n. ſic
deuiet à uia ueritatis, ut neget à Xp̃o cuſtodiri ſan-
ctos, lapſos autẽ in ſtatũ priſtinũ reparari, ignoran
tes doceri, obliuiſcẽtes admoneri, peccãtes argui,
pigros hortari, errãtes ad uiã ueritatis adduci, infir
mos ſanari, cecos illuminari, & cetera q̃ iſti ſpiritui
ſctõ, tanq̃ ſolus ea faciat, tribuẽda putauerũt? Vt. n.
de cæteris, ne longũ ſit, taceã, quõ negabunt à Xp̃o
doceri ſanctos, quibus idẽ dicit, Nolite uocari ab Matt. 23.
hoĩbus rabbi, unus eſt. n. magiſter ueſter xp̃s? Quõ
negabunt à Xp̃o illuminari, de quo ſcriptũ legunt,
Erat lumen uerũ quod illuminat oẽm hoĩem? Spũs Ioan. 1.
ergo ſanctus, ſicut ſine Xp̃o non docet aut illumi-
nat quenquã, ita ſine xp̃o non ſanctificat quicquã.
Illud autẽ quod per Prophetã deus dicit, Vt ſciant Exod. 31.
qa ego ſum qui ſanctifico eos: eligant à quo dictũ
uelint credere. Si à patre, cur ab eo ſeparant opera
ſanctificatoris ſpirituſſancti, cum ſanctificari ſan
ctos à ſpirituſancto tanquam proprie ac ſeparabili
ter putant? Si à filio, ſalte ab ipſo non ſeparent ope
ra ſanctificatoris ſpirituſſancti. Si ab ſpirituſancto,

G deus eſt etiā ſpiritusſanctus, qđ illi nolunt, qui per
Prophetā dicit, ut ſciant qa ego ſum qui ſanctifico
eos. Si aūt, qđ melius intelligitur, uox illa ipſius tri
† *ali. nul lo mō du bitent.* nitatis eſt p Prophetā: nullo dubitāte, † unus deus
eſt pater & filius & ſpiritusſanctus, ex quo oia, per
quē oia, in quo oia, ipſi gloria in ſcla ſclo℞, Amen.
Rom. 11. Cum itaq; fateamur fieri à ſpiritusſancto quæ ab
Cap. 33. illo fieri cōmemorauerūt, non eſt ex eo conſequēs
37 qđ adiungunt, Aliū eſſe à filio ſpiritumſanctum na
tura & ordine, gradu & affectu, dignitate & ptāte,
uirtute & operatione. Quādoquide nec hoīum di-
uerſa natura eſt, quo℞ ſeparabilia opa eſſe poſſunt,
qđ trinitatis eſſe non poſſunt. Ordo aūt, gradus, af-
fectus, q inuenitur in creaturæ diſparilitate & infir
mitate, nullus eſt in illa coæterna & æquali & im-
paſsibili trinitate. Dignitas uero, poteſtas, uirtus,
quō non æqualis eſt oibus, qui & eadē & ſimiliter
operantur? Quod. n. dicunt eos operatione diuer-
ſos, hoc oīno falſum eſſe coniuncimus. Quòd aūt
Cap. 34. in iſto ſermōe ſubnectūt, Impoſsibile eſſe ut unus
38 idemq; ſit pater & filius, generans & naſcens, cui te-
H ſtimoniū perhibetur & q teſtimoniū perhibet: ma
ior, & is q maiorē cōfitetur: is qui ad dexterā ſedet
aut ſtat, & is qui ſedis dat honorē: qui miſſus eſt, &
is qui miſit: diſcipulus & doctor, ut ipſe docuit di-
Ioan. 8. cens, Sicuti docuit me pr̄, ſic loquor: ſimilis & imi-
tator: & is cuius eſt ſimilis, & quē imitat̄: is q orat,
& is qui exaudit: is qui gr̄as agit, & is qui bn̄dicit: is
qui ſuſcipit mandatū, & is q dedit mandatū: mini-
ſter & p̄cipiēs, ſupplex & eminens, ſubditus & ſupe
rior, unigenitus & ingenitus, ſacerdos & deus. Ex
parte aliqua uериſsime dicunt, ſed ea contra Sabel-
lianos, non contra catholicos dicunt. Illi. n. unū &
eundē dicunt filiū eſſe qui pater eſt. Nos aūt pr̄em
gignentē & filiū genitū duas dicimus eſſe perſonas
ſed non duas diuerſasq; naturas. Non ergo unus &
idē eſt pr̄ & filius, ſed unū ſunt pr̄ & filius. Quòd
uero maior eſt pr̄, non ptinet ad naturā gignētis &
geniti, ſed hoīs & dei. Scdm quam formā ſuſcepti
hoīs, & ad dexterā pr̄is ſedet uel ſtat, & orat & gr̄as
agit: & ſacerdos eſt, & miniſter eſt: & ſupplex eſt, &
ſubditus eſt. Scdm aūt formā dei in qua ęqualis eſt
patri, unigenitus eſt & gignenti coæternus. Et licet
Coloſſ. 1. ſit primogenitus oīs creaturæ, quia in illo condita
1 ſunt oia, priuſq; ille eſt genitus q̄ hæc condita, tn̄
ſempiternus eſt ſicut pater, nec cœpit ex tpe. Nā &
patrē rectiſsime dicimus priorē eſſe q̄ uniuerſa quę
condidit, quamuis genitus non ſit. Nihil. n. tam pri
mum q̄ id ante quod nihil eſt. Sed ſicut nihil eſt an
te patrem, ita nihil eſt ante unigenitum filium, pa-
tri utiq; coæternum. Neq;. n. quia ille genuit, ille ge-
nitus eſt, ideo eſt pater tēpore anterior. Nā ſi inter
patrē gignentē & genitum filium aliquod tempus
eſt, profecto tēpus eſt ante filium. Et non eſt iam fi
lius primogenitus omnis creaturę, qa & tēpus utiq;
creatura eſt. Nec oia p ipſum, ſi tēpus ante ipſum:
ſed omnia per ipſum, nullum ergo tempus ante ip-
ſum. Ac p hoc, quemadmodū ignis & ſplēdor q ex
igne gignitur & circūquaq; diffunditur, ſimul eſſe
incipiunt, nec genitus à gignente p̄ciditur: ſic deus
pater & deus de deo filius eſſe ſimul incipiunt, qa
pariter ſine ullo initio temporis ſunt, nec genitus à
gignēte p̄ceditur. Et ſicut ignis gignens & ſplendor
genitus coæui ſunt, ita & deus pr̄ gignens, & de⁹ fi-
lius genitus, coæterni ſunt. Sed qa iſte eſt de illo, nū

ille de iſto, ideo & mandatū accepit à pr̄e, cū man- K
datū ipſe ſit patris: & docet eū pater, cū ipſe ſit pa-
terna doctrina. Sic. n. accepit à patre uitā, cū ſicut
pater ipſe ſit uita: ita eſt & patri ſimilis, ut in illo ſit
oīno diſsimilis. Teſtimonium uero cū inuicē ſibi
perhibeant pater & filius, quō iſti alterum eo℞ fa-
ciant teſtimonium perhibentē, & alterum cui teſti
monium perhibeat, ignoro. Nōne pater dicit, Hic ē *Matth. 3.*
filius meus dilectus. Nōne filius dicit, Teſtimoniū *Ioan. 8.*
perhibet de me q miſit me pater? Cur ergo eos ita
diſtinguunt, ut patrē dicant cui teſtimoniū perhi-
bet, & filium q perhibet? Cur uſq; ad iſta ſunt uani,
uſq; ad iſta ſurdi, uſq; ad iſta cæci? De patre aūt mit
tente & miſſo filio, iam in ſuperiorib⁹ huius diſpu-
tationis partibus ſatis abundeq; tractatum eſt.
Nunquā ſanè, ut impietas iſta delirat, pr̄ter præ- *Cap. 35.*
ſcius erat ſe unigeniti dei patrē futurū: quia n unq̄ 39
nō pater erat, habens filiū coæternū, & generans ſi
ne tēpore, per quē condidit tēpora. Et ſicut deum
ſe non p̄ſciuit futurum quod ſemper erat: ſic nec pa
trē, qa cū filio ſemper erat, nec magno filio maior,
nec bono melior: quia nō patri tantū, ſed uniuerſę L
trinitati dictū eſt, Tu es deus ſolus magnus: Nec de *Pſal. 46.*
patre tm̄, ſed de uniuerſa trinitate recte intelligitur
dixiſſe idē filius: Nemo bonus niſi unus de⁹: [Tūc *Marc. 10*
inquā, hoc dixit,] qn̄ eum appellauit magiſtrū bo-
nū, qui eum nondum intelligebat deum: Tanquā
diceret, Si uocas bonū, intellige deum: nemo. n. bo
nus niſi unus de⁹. Trinitas ergo unus de⁹ ſolus ma
gnus & bonus, cui uni & ſoli, ſicut p̄cepit lex eius,
illa q̄ latria dicitur ſeruitute ſeruimus. Abſit aūt *Cap. 36.*
ut dicamus, humilitatis, nō ueritatis gr̄a filium ali- 40
qn̄ ſic loqui, ut ſe patri ſubijciat eumq; maiorē eſſe
teſtet̄. Nouimus quippe in filio formā ſerui, non fi-
ctam ſimulatamq;, ſed ueram: propter quē. ſ. huma
num habitū, & ppter quod ipſe de patre, non pater
de illo deus eſt, dicit illa oia, de qbus iſti occaſionē
accipiunt, diuerſas patris & filij credere ac p̄dicare
naturas. Et cū ſe tāta iſta uoragine impietatis imer
gāt, nos tanq̄ opprobrio noui nominis homouſia-
nos uocant. Ita. n. ſeſe habet catholicæ ueritatis an
tiquitas, ut ei omnes hæretici diuerſa nomina ipo-
nant, cum ipſi ſua ſingula ſicut ab oibus appellant̄
obtineant Arriani qppe & Eunomiani, nō alij hære
tici nos uocitant homouſianos, qa cōtra eo℞ erro M
rem, Græco uocabulo ὁμοούσιον defendimus patrem
& filiū & ſpiritumſanctū. i. unius eiuſdemq; ſubſtā
tiæ, uel ut expreſsius dicat̄, eſſentiæ, quę οὐσία Græce
appellatur: quod planius dicitur, unius eiuſdēq; na
turæ: Et tn̄ ſi quis iſto℞ qui nos Homouſianos uo-
cant filiū ſuū nō cuius ipſe eſſet, ſed diuerſę diceret
eſſe naturæ, exhæredari ſe ab eo mallet filius q̄ hoc
putari. Quāta itaq; impietate iſti cæcant̄, qui cū cō
fiteantur unigenitū dei filium, nolunt eiuſdē natu
ræ cuius pr̄ eſt confiteri, ſed diuerſæ atq; imparis &
multis modis rebuſq; diſsimilis, tanquā nō de deo
natus, ſed ab illo de nihilo ſit creatus: Ac p hoc &
ipſe creatura ſit, gr̄a filius nō natura. Ecce q nos q̄ſi
macula noui nominis uocāt homouſianos, nec ſe-
ipſos cū iſta ſentiunt intuent̄ inſanos. Quòd aūt *Cap. 37.*
ante omnia ſecula natum fatentur filium, quō non
ſibipſi contrarij ſunt, eū natū dicere ante oia ſecu-
la, cuius natiuitati anteponūt aliquid tēporis, qua-
ſi nō ante ſecula aut ſeculo℞ partes q̄cunq; ſint tēpo
ra? Quod uero dicit Apoſtolus, etiā i futuro ſeculo

patri

A patri filium ſubiectum futurum, ubi ait, Tūc & ip-
1.Cor.15. ſe ſubiectus erit ei qui illi ſubiecit oīa: qd mirum,
quandoquidem illa in filiò forma humana menſu
ra eſt, qua ſemper maior eſt pater? Quamuis nō de-
fuerint, qui illam tunc filij ſubiectionē, ipſius hu-
manæ formæ in diuinam ſuſtantiam cómutatio-
nem intelligendā putauerint, tanq̄ hoc cuiq; rei ſu-
bijciatur, quod in eam côuertitur & mutatur. Sed
nos quid hinc ſentiamus oſtendimus, magis ideo
dixiſſe Apoſtolū etiā tunc patri filium ſubiectū fu
turū, ne quis in eo putaret ſpiritū & corpus huma-
num aliqua conuerſione perituiū: ut ſit deus oīa,
non tantum in illius unius forma hoīs, ſed in oīb⁹,
id eſt, ut ad habendā uitam, & ſatiandum in bonis
deſiderium noſtrū, natura diuina ſufficiat. Tūc.n.
deus oīa erit in oībus, cum præter ipſum nihil om
nino habere uelle cœperimus. Oīa quippe ipſe no-
Cap. 38. bis erit, qn̄ ipſo ſufficiente, nihil deerit. Iuſſum
uero obaudiſſe filium antequā acciperet carnem,
unde iſti exiſtiment neſcio. An accipere carnem iuſ
ſus eſt, ut hoc uideal feciſſe iuſſus, qd' fecit miſſus?
Iterum ergo ad illa redeant, quæ ſuperius diſputa-
B ta ſunt, & quærant atq; inueniant ſi poſſunt, pater
unico uerbo quo alio iuſſerit nerbo: & utrum di-
gnum fuerit, & tēporali iubentis uerbo uerbū ſub
deretur æternum. Atq; hinc intelligant, qa non eū
patris iuſſio, tanq̄ ſuæ non fuerit poteſtatis, côpu-
Philip.2. lerit: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui acci
piens. Quòd autem humiliauit ſemetipſum, factus
obediens uſq; ad mortem, iam utiq; acceperat car-
Cap. 39. nem. Arbitror me ad oīa reſpondiſſe quæ conti
net Arrianorum ſermo, qui nobis ut ei reſpondere-
mùs à quibuſdam fratribus miſſus eſt. Qui ut poſ
ſit inſpici ab iis qui hæc legunt & utrum ad oīa re
ſponſum fuerit explorare deſiderant, huic eum no
ſtræ diſputationi præſcribendum putauimus: ut
prius legatur ipſe, ac deinde noſtra reſponſio. Quo
niam non ubiq; textum uerborum eius interpoſui
mus: ne nimis longū faceremus hoc opus noſtrū,
quod tandem iſto fine concludimus.

F I N I S.

Huius operis non meminit in libro Retractationum, ta men ipſius eſt phraſis. Prior pars habet acta, quibus adiecit ſcripto coronidem.

C

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPOnenſis Epiſcopi, contra Maximinum hæreticum Arrianorum Epiſcopum.

Liber primus.

CVM Auguſtinus & maximinus
Hipponeregio unum in locum
conueniſſent, præſentibus mul-
tis, tam clericis q̄ laicis, MAXI
MINVS dixit, Ego non ob iſtā
cauſam in hanc ciuitatem adue
ni, ut altercationem proponam
cum religione tua, ſed miſſus à comite regis multa
contemplatione pacis adueni. Reuera.n. Heraclio
presbytero amicabili pactione mecum tractanti,
reſponſum dedi ut ualui, ita tamen ab ipſo prouo
catus, quiq; intantum exarſit, ut etiam & aduentū
tuū côtra me prouocaret. Et quia dignata eſt reli-
gio tua mihi facere iniuriā, ſi interrogat, in quibus
ualeo reſponſum dabo: ſi aliquod rationabile di-

xeris, neceſſe eſt ut ſequar. Si quod.n. de diuinis ſcri D
pturis protuleris, quod cômune eſt cum oībus, ne
ceſſe eſt ut audiamus. Hæ uero uoces quę extra ſcri
pturam ſunt, nullo caſu à nobis ſuſcipiuntur. Præ-
terea cum ipſe dn̄s moneat nos & dicat: Sine cauſa
colunt me, docentes mandata & præcepta hoīum. Matt. 15.
AVGVSTINVS dixit, Si ad iſta oīa rn̄dere
noluero, id etiā ego agere uidebor, ne ueniatur ad
cauſam. Proinde ut cito agamus quod inſtat, dic
mihi fidem tuam de patre & filio & ſpirituſancto.
MAX. rn̄dit, Si fidem meam poſtulas, ego illam
teneo fidem quæ Arimini à trecētis & triginta Epi
ſcopis, non ſolum expoſita, ſed etiam ſubſcriptio-
nibus firmata eſt. AVG. dixit, Iam dixi, & hoc
ipſum repeto, quia rn̄dere noluiſti: Dic mihi fidem
tuā de p̄re & filio & ſpiritu ſancto. MAX. rn̄dit,
Cū.n. nō defecerim à rn̄ſione, cur accuſor à tua re-
ligione quaſi reſpōſum nō dederim? AVG. dixit,
Propterea dixi te rn̄dere noluiſſe, qa dum ego quæ
rerem ut diceres mihi fidem tuam de patre & filio
& ſpiritu ſancto, qd' & nunc poſco, tu mihi nō dixi
ſti fidē tuā, ſed nominaſti Ariminenſe cócilium: Fi
dem tuā uolo noſſe, qd credas, qd ſentias de patre E
& filio & ſpiritu ſancto. Si dignaris, ore tuo audiā:
Noli me mittere ad ea ſcripta quæ modo aut præ
manu non ſunt, aut eoꝝ authoritate non teneor.
Dic qd credas de p̄re & filio & ſpū ſancto? MAX.
rn̄dit, Non ad excuſandum me Ariminenſis conci-
lij decretum intereſſe uolui, ſed ut oſtēdā authori-
tatem patrū, qui ſcd'm diuinas ſcripturas fidē no-
bis tradiderunt illā, quā à diuinis ſcripturis didice
runt. Sin uero placet, qa corde credit ad iuſtitiam, Roma.10.
ore aūt cófeſſio fit ad ſalutē: inſtructi etenim ſum⁹
& parati ad rn̄dendū oī expoſcenti de nobis rōnē
de fide & ſpe quæ in nobis eſt: & præterea cū dn̄s 1.Petri.3
ipſe Ieſus dicat: Qui me confeſſus fuerit corā homi Matt. 10
nibus, confitebor & ego eum corā patre meo q eſt
in cœlis: Et qui negauerit me coram hoibus, nega-
bo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt:
iſtud periculum timens, quamuis leges imperiales
nō ignoro, tn̄ pręcepto ſaluatoris edoctus, qui mo
nuit nos & dixit: Nolite timere eos q occidunt cor Ibidem.
pus, aīam aūt nō poſſunt occidere: rn̄deo euidēter,
Credo q unus eſt deus pater, qui à nullo uitā acce
pit: Et qa unus eſt filius, qui qd' eſt & quod uiuit, F
à patre accepit ut eſſet. Et qa unus eſt ſpiritus ſan-
ctus paracletus, q eſt illuminator & ſanctificator
aiaꝝ noſtraꝝ, & hoc de diuinis ſcripturis aſſero. Si
iubes, proſequor teſtimonia: ſi in aliquo reprehen
dit religio tua, dabo rn̄ſum in his in qb⁹ reprehēdi
uideor. AVG. dixit, Mouet me q ita poſuiſti pro
prie illuminatorem noſtrū ſpiritū ſanctum, quaſi
Chriſt⁹ nō ſit illuminator noſter. Hinc primo abs
te uolo audire quid ſentias. MAX. rn̄dit: Nos.n.
unū anthorē deū patrem cognoſcimus, à quo illu
minatio oīs per gradus deſcendit. Nam denique &
Apl's Paulus profert de ſe teſtimonium in Actibus
Aploꝝ dicens: Quoniā ſic mādauit.n. nobis deus: Acto. 13
& inter cætera, Poſui te in lumen gentium. Si Apl's
in lumine gentiū poſitus eſt ut doctor, quanto ma
gis ſpiritus ſanctus, q illuminator eſt Apl'i: in quo
& Apl's locutus eſt ſcd'm ipſius Apoſtoli dicta, qa 1.Cor.12.
nemo poteſt dicere dn̄m Ieſum, niſi in ſpiritu ſan-
cto. Vtiq; illuminator eſt ſpiritus ſanctus, qui illu-
minauit Apoſtolū: Sed ſpiritus ſanctus à Chriſto

G accepit,ſcdm ipſius Chriſti teſtimonium, ſicut ait
Ioan. 16. in Euãgelio Xps:Multa habeo uobis dicere,ſed nó
poteſtis portare modo:cũ autẽ uenerit ille ſpũs ue
ritatis,diriget uos in oẽm ueritatẽ . Non n.loquet
à ſe,ſed quæcunq; audierit loquet , & uentura an-
nunciabit uobis.Ille me glorificabit, quia de meo
accipiet & annunciabit uobis . Ergo ſpũs ſanctus
accepit à Xpo,ſcdm teſtimoniũ Xpi.Sine dubio au
Ioan. 7. tem Xps ipſe cófitetur,q doctrina mea nó eſt mea,
ſed ei' qui me miſit patris , & quod uidi & audiui
apud patrẽ meũ,loquor,ſiue ergo Chriſtus docẽs
nos illuminat,pater illuminat qui eum deſtinauit:
ſiue ſpũſſanctus illuminat,illuminatio ad authorẽ
recurrit,q eſt ſons bonitatis:à quo cóſecutus , ſiue
beatus Apls,ſiue etiã oẽs ſancti , illuminant qdem
credentes,ſed hæc illuminatio ad unũ authorẽ re-
Pſal. 26. currit. Et ea de cauſa dicebat Propheta: Dñs illumi
natio mea,& ſalus mea,quẽ timebo, A V G.dixit,
Ego nó nego illuminare ſpiritũ ſanctũ, ſed utrum
& Chriſtus illuminet p ſeipſum, & pater illuminet
per ſeipſum,an nó illuminent iſti niſi p ſpiritũ ſan-
ctũ:hoc requiſiui breuiter,hoc requiro. M A X.re
ſpondit, Credo nó latere religionẽ tuã,beatum di-
H xiſſe Aplm Paulũ:Cũ aũt benignitas & humanitas
Titum. 3. apparuit ſaluatoris noſtri dei,nó ex operibus iuſti
tiæ quæ fecimus nos , ſed ſcdm ſuã miſericordiam
ſaluos nos fecit,per lauacrũ regenerationis & reno
uationis ſpiritus ſancti , quẽ effudit i nos abunde,
p Ieſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrũ. Secũdũ hanc re
gulã dico ſpiritumſanctũ,& profiteor illuminato-
rem p filiũ : ut ante dictum eſt , quẽ effudit in nos
abunde,p Ieſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrũ.Iam de-
di reſponſum qm̃,ſiue Paulus illuminat, ad autho
rem deum patrẽ recurrit hæc illuminatio:ſiue ſpi-
ritus ſanctus illuminat,ad authorẽ recurrit illumi
natio:ſiue Xps illuminat,ad authorẽ recurrit illu-
minatio. Et hoc magiſterio Xpi edoctus , pſequor
Ioan. 10. ſicut ait ipſe Xps:Oues meę uocẽ meã audiũt,& ſe
quuntur me,& ego uitã æternã do eis, & non peri-
bunt in æternũ , & nó rapiet eas quiſquã de manu
mea. Pater meus qd' dedit mihi,maius oibus eſt, &
nemo pót rapere illud de manu patris mei. Et iterũ
Ioan. 14. ſic ait:Ego & pater unũ ſumus Ergo ad defenden-
I das oues.i.ad illuminandas , pr̃ & filius unũ ſunt,
cócordes atq; unanimes ſcdm hãc rõnem quã audi
ſti: qm̃ nemo pót rapere de manu mea oues quas
mihi dedit pater,ſimili modo nec de manu patris.
A V G.dixit,Res loqueris,neceſſarias quidẽ, ſed nó
ad cãm Ad interrogationẽ meã non rñdiſti,& tam
multa dixiſti . Si uelis relicta qõne quæ inter nos
uertitur,reddere totũ Euãgeliũ , qui dies ſufficiũt,
quantu tpis ſpatiũ neceſſariũ eſt:Breuiter mihi dic,
qm̃ interrogaui te,utrũ illuminet p ſeipſum Chri-
ſtus,an nó illuminet niſi p ſpiritũ ſanctũ. Non ſolũ
hoc rñdere uoluiſti,ſed ſi me non fallit qd' audiui,
magis ſpiritum ſanctũ per Xpm illuminare dixiſti.
M A X.rñdit,Non decet in religione,præterea cũ
de deo loquamur,calumniam inferre. Ego & reſpó
ſum dedi,& ſi nó ſufficiunt quę diximus,addimus
teſtimonia, qa p Ieſum Xpm ſpiritus ſanctus effu-
ſus eſt in oẽs credentes . Sic.n.legimus beatũ Petrũ
Acto. 2. dixiſſe : Hunc Ieſum ſuſcitauit deus, cuius nos oẽs
teſtes ſumus. Dextera itaq; dei exaltatus, pmiſſione
ſpũs ſancti accepta à pr̃e,effudit hoc donũ qd' nũc
uos & uidetis & auditis. Dixi.n. q omnia quęcunq;

ſuggerit nobis ſpirituſſanctus, à Xpo cóſecutus ſit. K
Recurre ad teſtimonia ante lata , & inuenies ita:
A V G.dixit, Cũ uis conari pbare qd ipſe nó nego,
in rebus ſuperfluis neceſſariũ tẽpus abſumis: Ego
nó nego p Xpm diffuſum fuiſſe ſup credentes ſpiri
tũ ſanctũ. Sine cauſa hoc p tantas moras teſtimo-
nijs pbare uoluiſti,qd' ipſe cófiteor. Ego hoc dixi,
hoc quæſiui,hoc iterũ dico:utrũ Xps p ſpiritũ ſan
ctũ illuminet,an ſpũs ſanctus p Xpm illuminet: qa
dixiſti ſuperius p Xpm illuminare ſpiritũ ſanctum.
Si autẽ nó recolis,recitentur uerba tua in geſtis, ut
appareat ea nos iuſsiſſe recitari , & probabo te di-
xiſſe qd' quæro. M A X.rñdit , Probatio erat ne-
ceſſaria,ſi nó ipſe temetipſum placaſſes. Iam.n.pro
ſecutus es in teſtimonijs quę ptuli,uel in rõne quã
dedi,qd' & ipſe ſic habeas . Cum finita ſit ergo iſta
quæſtio, ppone aliã ad quã tibi rñdeam : Nã pfeſ-
ſus es iã in qõne iſta ſatisfactũ tibi fuiſſe. A V G.
dixit, Dixiſti ſpiritũ ſanctũ p Xpm illuminare , an
non dixiſti?Rogo te ut unum de duobus breuiter
mihi rñdere digneris;Reſponde,dixiſti, an nó dixi
ſti? M A X.rñdit,Ego ſpiritũ ſanctũ profeſſus ſum
ſcdm ſaluatoris magiſteriũ,qa ſiue illuminat,à xpo L
accepit:ſiue docet,à Xpo accepit: oia quæcũq; ge-
rit ſpũs ſanctus,ab unigenito deo cóſecutus eſt , &
ſi parua ſunt,teſtimonia addo. A V G.dixit,Ne di
cat nos calũniari , legant uerba ipſius paulo ſupe-
rius Antonius notari' ad locũ recitauit . Dico ſpm
ſctm̃, & pfiteor illuminatorẽ p filiũ, ut añ dictũ ẽ
quẽ effudit abunde in nos,p Ieſum Chriſtũ ſalua-
torẽ noſtrũ. Cũq; recitatum eſſet. M A X.rñdit,Vt
uidetur,ipſe potius dilationi ſtudes, ut nó ad prin
cipalẽ cãm recurramus,ſed p totũ diem uis argu-
mentis nos in una detinere qõne . Nos.n.recitaui-
mus,q p filium ſpirituſſanctus ſit effuſus,& nó tan
tum beatũ Paulũ teſtem produximus , uerũetiam
& Petrum priorẽ Aploꝝ . Habet n. proſecutio nr̃a,
q ſpirituſſanctus à Chriſto accepit , ſcdm præce- Ioan. 16.
dens teſtimoniũ : Ille me glorificabit , qa de meo
accipiet & annunciabit uobis. Idẽ itidẽ cópulſus
iterum dico,qa ſiue illuminat ſpirituſſanctus, ſiue
docet,ſiue inſtruit,oia à Xpo conſecutus eſt, qa per
Chriſtũ facta ſunt oia,& ſine illo factum eſt nihil,
Chriſtus dicit,qa à genitore ſuo oia hęc cóſecutus Ioan. 1.
eſt,& uiuit pp patrẽ,& oĩs lingua cófitetur, qa dñs M
Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Et qa oĩs uiri Philip. 2.
caput Chriſtus eſt , caput autẽ mulieris uir , caput
autẽ Chriſti deus. Et quia filio ſpirituſſanctus eſt 1. Cor. 11.
ſubiectus: [Et qa filius patri eſt ſubiectus] ut cha-
riſſimus,ut obediẽs,ut bonus à bono genitus. Nec
enim pr̃ cótrariũ ſibi genuit,ſed talẽ genuit , q etiã
clamat & dicit: Ego q̃ placita ſunt patri, facio ſem- Ioan. 8.
per. A V G.dixit,Si & Chriſtus illuminat p ſpiritũ
ſanctũ,& ſpirituſſanctus illuminat p Xpm,par po-
teſtas eſt. Lege aũt tu mihi ſubiectũ Xpo ſpiritũſan
ctum , qd' pauloante dixiſti. Quod aũt dicis domi
nũ dixiſſe de ſpirituſancto , De meo accipiet : ideo
dictũ eſt,qa de patre accepit , & oia quæ ſunt pr̃is,
ſine dubio & filii ſunt. Nã ipſe cũ hoc dixiſſet, adie
cit:Ideo dixi,De meo accipiet:qa oia quę hẽt pater Ioan. 16.
mea ſunt. Dic ergo qd' interrogaui,& teſtimonijs p
ba,ſubiectũ Xpo ſpiritũſanctũ:cũ potius legamus
ipſum dicẽtẽ, Spiritus dñi ſuper me,pp quod unxit Eſaie. 61.
me , euangelizare pauperibus miſit me. Si ſuper ſe Luce. 4.
ipſe dixit ſpiritũſanctũ , quomodo tu dicis ſpiritũ

A ſanctum Xp̄o eſſe ſubiectum? Dixit autē Xp̄s, ſuper
ſe ſpiritumſanctū: nō qa ſuper uerbū dei eſt, quod
eſt deus, ſed qa ſuper hominem, ꝙ uerbum caro fa-
Ioan. 1. ctum eſt. Vbi.n. ſcriptū eſt, Verbū caro factum eſt,
Lucæ. 3. nihil aliud eſt q̄ uerbū homo factū eſt: Quia uide-
bit oīs caro ſalutare dei: nihil aliud q̄ omnis hō.
Roma. 3. Et in lege nō iuſtificabitur oīs caro: nihil eſt aliud
Philip. 2. q̄ omnis homo. Propter quod ergo uerbum caro fa-
ctum eſt, & ille ſemetipſum exinaniuit formā ſerui
accipiens, ex ipſa forma ſerui dixit: Sp̄us dn̄i ſuper
me. Nā par poteſtas eſt, una ſubſtātia eſt, eadē diui
nitas: Ideo quāuis trinitatē colamus, qa pr̄ nō eſt fi-
lius, nec filius eſt pr̄, nec ſpiritusſanctus aut pr̄ aut
filius: tn̄ unum deū colimus, qa ipſa trinitas ineffa-
bilis & excelſa coniunctio, unū deum oſtēdit, unū
dn̄m. Ideo dictū eſt: Audi Iſrael, Dn̄s deus tu⁹, deus
Deute. 6. unus ē. Quid nobis uultis facer̄ duos deos & duos
dominos? Dicitis dn̄m patrē & deum patrē, dicitis
dn̄m Xp̄m & deum Xp̄m: Interrogo, utrū ambo ſi-
mul unus ſit? Rn̄detis, duo dij: Supereſt ut eis & tē-
pla & idola faciatis. MAX. rn̄dit, Religionis autho
res nunquā in calumniam uertunt. Interrogaſti te-
ſtimonia, ut ea q̄ profeſſus ſum teſtimonijs docerē:
B Et ipſe pares atq; æquales ꝓfiteris tres, patrē & filiū
& ſpiritumſanctum: Et p̄terea cū tres æquales pro-
feſſus ſis, iterū conuerſus ꝓtuliſti quidē teſtimoniū
diuinarum ſcripturarum, nō ad æqualitatem pertinens,
ſed ad ſingularitatē oīpotentis dei, ꝙ unus ſit om-
nium author Ergo qa & ætate p̄cedis & authorita-
te maior es, profer, inſtrue prius teſtimonijs, ꝙ tres
ſint æquales, tres oīpotentes, tres innati, tres inuiſi-
biles, tres incapabiles, & tūc demū neceſſe eſt teſti-
monijs ut acquieſcamus: ſi quo minus reddere ra-
tionē de diuinis ſcripturis non ualueris, neceſſe me
eſt, ut ad oīa q̄ in p̄cedenti dixi: ſiue.n. patrē ſolum
q̄ qd uiuit à nemine accipiens: ſiue filiū, qd ſum ꝓ-
feſſus, quia qd uiuit à patre accepit: ſiue de ſp̄ūſan-
cto q̄ dixi, etiam quāta deſideras teſtimonia ꝓferā.
AVG. dixit, Ego qd q̄ſiui ut dicere dignareris non
dixiſti, quo teſtimonio probares ſubiectū Xp̄o ſpi-
ritumſanctū: rn̄debo tn̄ ad ea quæ propoſuiſti. Sic
non dicimus tres oīpotentes, q̄uo nō dicimus tres
deos. Si.n. de ſingulis interrogemur: utrū deus ſit
C pater, Rn̄demus deus: ⸢Vtrum deus ſit filius, Rn̄de-
mus deus: Vtrū deus ſit ſpiritusſanctus, Rn̄demus
deus.⸣ Cū autē de oībus interrogati fuerimus, utrū
tres ſint, referimus nos ad diuinā ſcripturā dicētē:
Ibidem. Audi Iſrael, Dn̄s deus tuus, deus unus eſt: Et in hac
diuina præſcriptione condiſcimus, eandē ipſam tri
nitatem unū eſſe deū. Sicq; de ſingulis ſi quæratur,
utrum pater oīpotens ſit? Rn̄demus, oīpotens. Si fi-
lius? hoc idē rn̄demus. Si ſpiritusſanctus? nec ipſum
negamus. Nec tn̄ dicimus tres oīpotentes, q̄uo non
dicimus tres deos: Sed ſicut ſimul illi tres unus de⁹
ſic ſimul illi tres, unus oīpotens eſt, & inuiſibilis,
unus deus pater & filius & ſpiritusſanctus eſt. Sine
cauſa ergo putas nos numero coartari, cū diuinita
tis potētia etiam rationē numeri excedat. Si.n. aīæ
multorum hoīum accepto ſp̄ūſancto, & quodāmodo
conflatæ igne charitatis unā aīam fecerunt, de qua
Acto. 4. dicit Ap̄ls: Erat.n. eis aīa & cor unū: tot corda, tot
milia cordium, unū ⸢cor⸣ fecit charitas ſpiritusſcti:
tot milia aīarū unā aīam dixit ſpiritusſanctus, quā
ipſe unam aīam fecit: Quanto magis nos unū deū
dicimus, ſemp ſibi inuicē & inſeparabiliter & inef-
fabili charitate cohærentes, patrē & filiū & ſpiritū D
ſanctū. MAX. rn̄dit, Ac per hoc pares atq; æquales
dixiſti, quod quidē teſtimonijs docere nō ualuiſti,
& ob iſtā rē ad aliam cauſam diuertiſti. Nos.n. nō
diffidimus, ſed certa cognoſcentes fide, qd erat cor
unū & aīa una oīum credentium: Nec.n. hoc prædi-
cat religioni nr̄æ, ſed magis concordat: Sine dubio
enim ſi oīum credētium erat cor & aīa una, quare
autē nō pater & filius & ſpiritusſanctus in cōſenſu,
in conuenientia, in charitate, ⸢in unanimitate,⸣ unū
eſſe dicantur? Quid.n. fecit filius qd nō placuit pr̄i?
Quid præcepit pater i quibus nō obtemperauit fi-
lius? Quando.n. ſpiritusſanctus contraria Xp̄o, aut
patri tradidit mandata? Et conſtat ſcd̄m ſaluatoris
ſn̄iam ꝙ ait: Ego & pater unum ſumus: eſſe illos in Ioan. 10.
concordia & in cōſenſu unum. Sicut autē ipſe pro-
feſſus es: pater pater eſt, qui nunq̄ fuit filius: filius
filius eſt, qui ſemper filius manet: & ſpiritusſanctus
ſpiritusſanctus eſt: qd eſt & qd legimus, profitemur 1. Petri. 1.
de ſp̄ūſancto, in hunc ſpiritumſanctū, † qui tantus *† in hunc*
ac talis eſt, ut etiam angeli ipſi concupiſcant in eū *ipſum fi-*
ꝓſpicere. Tantus eſt iſte ſpiritusſanctus, ut ſufficiat *lium.*
ubiq; oīum poſtulationes ſuſcipere & aduocatione E
fungi: Et in hoc teſtē profero beatū Paulū qui ait: Roma. 8.
Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe
ſp̄ūs poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus.
Qd lego credo, qa gemitib⁹ inenarrabilibus poſtu-
lat ſpiritusſanctus: Et ideo iſto erudit⁹ magiſterio,
intantū dico ſubiectū eſſe ſpiritumſanctū, ut gemi
tibus poſtulet pro nobis: Vnū autē profiteor deū,
nō ut tres unus ſit, ſed unus de⁹ eſt incōparabilis,
imenſus, infinitus, innatus, inuiſibilis: quē & filius
ipſe & orauit & orat, apud quē & ſp̄ūſanctus aduo
catione fungitur. Nam qa orat filius patrē, quāuis
enim ſoleatis oīa illa teſtimonia quæ in ſancto legi
mus Euangelio corpori applicare, attamen nr̄m eſt
perſcrutatis diuinis ſcripturis oſtēdere, qa & nunc
ſedens ad dexterā patris interpellat ꝓ nobis. Ea.n.
de cauſa dixi; & orauit & orat, qa nunc utiq; inter-
pellat ꝓ nobis, ſicut ait Ap̄ls: Quis accuſabit aduer Roma. 8.
ſus electos dei? Deus q iuſtificat? Quis eſt q conde-
mnet? Xp̄s qui mortuus eſt, imo magis qui & reſur-
rexit, qui & eſt in dextera dei, qui & interpellat pro
nobis? Aeque cū diſcipulis poſitus Xp̄s, ſic ſe roga- F
turū promiſit dicens: Si diligitis me, mandata mea Ioan. 14.
ſeruate, & ego rogabo patrē, & aliū aduocatū † da- *† paracle-*
bit uobis, ut uobiſcū ſit in æternum, ſp̄m ueritatis, *tum.*
quē hic mundus accipere nō poteſt, qm̄ non uidet
eum, nec nouit eum: Vos autē uidiſtis eū, & cogno
ſcitis eum, qa apud uos manet, & i uobis eſt Si ſuf-
ficiunt hæc, bene eſt. Si quo minus, addam quanta
iubes teſtimonia. AVG. dixit, Ea quæ noſipſi con
fitemur, probare nobis nō debes. Hoc.n. faciendo,
nihil aliud, ſicut ſuperius dixi, q̄ neceſſariū tēpus
abſumis. Scimus filium dei filium eſſe dei: Scimus
à ſeipſo nō eſſe, ſed genitum eſſe à patre: patrē uero
ipſum ingenitū eſſe, à nullo eſſe, à nullo uitā acce-
piſſe: filiū uero à patre accepiſſe uitā, ſed nō ita tanq̄
fuerit aliqn̄ ſine uita, ut acciperet uitā. Dedit.n ei
uitam, gignendo uitā: gignendo uitā eum, dedit ei
uitam. Aequalitatē autē oſtendit dicendo: Sicut.n Ioan. 5.
habet pater uitā in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitā
habere in ſemetipſo. Vitam in ſemetipſo habet pa-
ter: Aequalem uitæ patris, uitam in ſe habet filius,
ſed tn̄ filius à ſeipſo uitam non accepit, quia non

G à ſeipſo natus eſt, à patre natus eſt. Gignēdo dedit,
nō qa iam erat filius ſine uita, & dedit ei uitā: q̄uo
nos pctōres facti ſumus ſine uita, & per indulgētiā
& gratiā accepimus uitā: Ille uitā accepit à patre, qa
uita natus eſt à patre: Ac ꝑ hoc tu nō potuiſti dice-
re ſubiectū eſſe filio ſpm̄ ſctm̄, niſi qa gemitibus in
Roma.8. terpellat ꝑ nobis. Videtur.n.tibi illa perfectio ſan
ctitatis in gemitibus ſemper eſſe, nec reſpirare à ge-
mendo. O ęterna miſeria: intellige locutionē, blaſ-
phemiam deuitabis. Sic.n.dictū eſt, gemitibus in-
terpellat, ut intelligeremus, gemitibus interpellare
Galat.4. nos facit. Adeſt n. nobis, & infundēdo charitatem
nobis, facit nos interpellare gemitibus. Deniq; alio
Roma.8. loco cum dicit Apl's, Clamantē, abba pr̄: alio loco
dicit, In quo clamamus abba pater: expoſuit qd ſit,
clamantē abba pater: dicēdo, ī quo clamamus. Ac
ꝑ hoc quid eſt clamantē, niſi clamare facientē? Do
exēplū locutionis huius: Nōne deus eſt oium præ-
Galat.4. ſcius futurorū? Quis hoc negabit inſanus? Tamē ait
Apl's: Nūc aūt cognoſcētes deū, imo cogniti à deo.
Si nunc eos cognouit deus, nō eos nouerat, nō ele-
gerat, non ꝑdeſtinauerat ante mūdi conſtitutionē:
H ſed ſic dixit, Nunc aūt cognoſcentes deū, imo co-
gniti à deo: ut intelligerent deū feciſſe in eis cogni
tionem ſuā, cognoſcētes deū. Quid eſt, cognoſcen-
tes deū? Nolite uobis arrogare, nolite ſupbire: Co-
gniti eſtis à deo. Quid ē cogniti eſtis à deo? Cogni-
tores ſuos uos deꝰ fecit. Deus uobis dedit ut cogno
Gene.22. ſcatis. Q̄uo eſt & illud domini: Nūc cognoui, dicit
Abrahæ dn̄s, qm̄ timeas dn̄m: qn̄ attulit filiū ſuum
ad holocauſtū Abrahā, dicit ei deus, Nunc cogno-
ui: ipſa eſt tota dei præſcientia. Tunc cognouit, qn̄
dixit, Nūc cognoui: Sed qd eſt, nunc cognoui? Ideſt
nūc cognoſcere te feci. Si ergo has locutiones ſicut
libris diuinis eruditus agnoſceres, de gemitibꝰ illis
quibus dictum eſt gemitibꝰ interpellare ſctm̄ ſpm̄,
nō eum faceres miſerū. Quid eſt n aliud, ſemper ge
mere q̄ ſemper eſſe miſerū? ideo nos gemimus, quia
miſeri ſumus. Et gr̄as ſpiritui ſancto, quia charitate
æterni ſeculi facit nos gemere, pp qd' dictus eſt ge-
mere: Facit nos clamare, pp qd' dictus eſt clamans.
Facit nos cognoſcere deū, pp quod dictū eſt, imo
cogniti à deo Facit Abrahā deus cognoſcentē, pp
1 quod ei dixit: Nunc cognoui. MAX. reſpondit, In
quibus nos reprehēdis, in ipſis ipſe detegeris: Cer-
Prou.10. tum eſt.n.& diuina nos monet ſcriptura, ꝙ ex mul
tiloquio nō effugies pctm̄, parcens aūt labiis ſapiēs
eris: Quanuis etiam & ſi ꝑ totū diē qſq; de diuinis
ſcripturis proferat teſtimonia, nō in uerboſitate il-
†res uera li imputabitur reuera: † ꝙ ſi aut literaria arte uſus,
†expóne. aut expreſſione † ſpūs ſui: qſq; cōtinuet uerba quæ
nō cōtinuent ſanctæ ſcripturæ: & ocioſa ſunt & ſu
perflua. Sufficit mihi q ad iſtā regulā te adduxi, ut
profitearis ꝙ pr̄ pr̄ eſt, qa innatus eſt, quia à nemine
trem deo filio dicis authorem, qa ille genuit, geni-
tus eſt iſte, qa iſte de illo eſt, non ille de iſto, fateor
& concedo. Si aūt per nomen authoris minorē uis
facere filiū, patremq; maiorē, nec eiuſdē ſubſtantię
filiū cuius eſt pater, deteſtabor & reſpuā: qa & fi-
lius hoīs, inquātū eſt filius, habet authorē, de quo
natus eſt, patrē: nec tñ ideo nō eſt eiuſdē ſubſtātiæ
cuius eſt pater, & ꝙ iſte minor, maior eſt ille: pōt tñ
ad formam patris ualentiamq; puenire creſcendo,
in qua patrem ppeat† non oino inuenit talem, qa & †al. poſtea.
ille defecit ſeneſcēdo. Sic.n. neceſſe eſt uarietur ęta
te mortalitas, ubi tp̄alis eſt non æterna natiuitas.
Non aūt illa ſic eſt, ubi nec creſcit filius, nec ſene-
ſcit pater: Et ideo amboꝝ non impar eſt ætas, quia F
ubi eſt æternitas, nō eſt ætas. Ideo forma nō impar
amboꝝ, qm̄ uerus filius qui non ut augeretur eſt
natus, ne remaneret degener, æqualis eſt natus. Sit
ergo natiuitate humana longe melior & excellen-
tior diuina natiuitas incorruptibili & inuiolabili
gn̄atione, nō tñ ſit deterior diuerſitate naturę. Sed
uitā filius, inquis, accepit à patre. Accepit ſicut geni
tus à gignēte. Oia, inqt, quæ habet pater, mea ſunt. Ioan. 16.
Oia ergo quæ habet pater, dedit ille gignendo, ac-
cepit iſte naſcendo: Nec dando ille amiſit quod ha
buit: nec iſte cū eſſet & non hr̄et, accepit. Sed ſicut
ille pmanſit hn̄s oia, cum ea quæ habet filio dede-
rit oia: ſic iſte nunquā fuit ſine oibus, quæ nō egen
do, ſed naſcendo accepit ut filius: qa nunquam po
tuit eſſe nō natus, & ea ſine qbus non eſt natus, &
eſt imutabilis natus, ſemp habuit, qa ſemper eſt na
tus. Si.n. aliqd eoꝝ quæ habet pater nō dedit filio,
falſum eſt qđ ait filius, Oia quæ habet pater, mea Ibidem.
ſunt, Sed qa [qđ dixit filius] uerum eſt, prorſus oia
quæ habet pater, dedit ut diximus ille gignēdo, ac
cepit iſte naſcendo: Ac per hoc dedit ille uitam, qa

G genuit uitam: accepit iſte uitam, qa natus eſt uita:
ſi minor, ſi diſcolor, ſi diuerſa, non ergo quã pater
Ioan. 16. habuit hãc dedit filio: Et qũo uerum eſt: Oia q̃ ha
bet pater, mea ſunt? Sed qs audeat dicere, uerũ non
eſt qd ueritas dixit? Quapropter ſicut habet pater
uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam hr̃e in ſe
Ioan. 5. metipſo: Sicut habet, dedit: qd habet, dedit: qualẽ
habet, talẽ dedit: quantã habet, tantã dedit. Oia q̃
habet pater, filij ſunt. Non ergo aliqd minus q̃ pa-
ter habet, filio dedit: Nec amiſit pater uitam quã fi
lio dedit: Viuendo. n. tinuit quã gignendo dedit.
Vita eſt aũt ipſe pater, uita eſt ipſe fili⁹: Et ille quip
pe & iſte id habet qd eſt ipſe: Sed ille de nullo uita:
iſte uita de uita: ſed talis qualis illa, tanta quãta il-
la, hoc oino qd illa, qa uerus eſt filius, qa perfectus
eſt filius, qa nõ eſt degener ab uno deo patre, deus
unicus filius: Patri ergo æqualis eſt filius. Quicqd
eum dicis à pr̃e accepiſſe, fatemur & nos prorſus:
Pater dedit, filius accepit. Sed cũ pater oia quę ha-
bet gignẽdo dederit, æqualẽ utiq; genuit, qm nihil
minus dedit. Qũo ergo tu dicis, qa ille dedit, ille ac
cepit, ideo æqualẽ filium patri nõ eſſe: cũ eum cui
H data ſunt oia, & ipſam ęqualitatẽ uideas accepiſſe?
Act. 20. Scriptum eſt qdem, Beatũ eſt magis dare q̃ accipe-
re: Sed in hac uita ubi eſt inopia, qua utiq; melior
eſt copia: Melius. n. eſt hr̃e q̃ egere: & melius eſt do
nare q̃ accipere: erogare q̃ mendicare. Vbi aũt qui
dedit, gignendo dedit: & qui accepit, naſcendo ac-
cepit: non inopi ſubuentũ eſt, ſed ipſa copia gñata
eſt. Nec põt qui accepit ei qui dedit eſſe inæqualis,
Ioan. 16. qa & hoc accepit ut eſſet æqualis. Nihil. n. patre mi
nus habet ille qui dicit, Oia quæ habet pater, mea
ſunt: Aequalis eſt igitur: Sed qa ſemetipſum exina-
Philip. 2. niuit, formã ſerui accipiens, non formã dei perdẽs,
ita factus eſt in eadem ſerui forma obediẽs uſq; ad
Pſal. 8. mortẽ crucis, in qua paulominus minorat⁹ eſt ab
angelis, ut patri in forma dei maneret æqualis, qa
non eſt forma illa mutabilis. Quid itaq; mirũ eſt,
Ioan. 8. ſi ea quæ cõmemoras dicit: Ego quæ placita ſunt
patri meo, facio ſemp? Et ad monumentũ Lazari:
Ioan. 11. Pater, gratias ago tibi qa audiſti me, & ego ſciebã
qa ſemp me audis, ſed pp eos qui circũſtant dixi, ut
Ioan. 9. credant qa tu me miſiſti. Et itẽ: Me oportet opari
I opa eius qui me miſit. Et antequã panes frangeret,
Matt. 26. prius patri grãs egit. Si his atq; hmoi teſtimoniis id
oſtendere uoluiſſes, ꝙ in forma ſerui filius minor
eſt patre, & in ipſa forma dei iſte de illo, non ille de
iſto eſt: qd ſæpe ſigñans, multa ita dicit, ut eũ non
intelligentes ẽt in ipſa diuinitate arbitrẽtur mino
rem: ſic teneres rectã regulam fidei, ut non cõtradi
ceres ueritati: nec per alia teſtimonia oppugnares
euãgeliũ, ſed doceres. Quę ſunt. n. placita patri quę
non ſunt & filij? aut unde põt facere filius, niſi quæ
placita ſunt patri, à quo habet oĩa in qbus æqualis
eſt patri? Qũo non gratias agit patri de quo eſt, pręſertim i forma ſerui, in qua illo minor eſt? Qũo nõ
patrem rogat ut homo, qui cum patre exaudit ut
deus? Quis autẽ xp̃ianus ignorat ꝙ pater miſerit,
miſſuſq; ſit filius? Non. n genitorem ab eo quem ge
nuit, ſed genitum à genitore mitti oportebat. Verũ
hoc non eſt inæqualitas ſubſtantię, ſed ordo natu
ræ: non ꝙ alter prior eſſet altero, ſed ꝙ alter eſſet ex
altero. Oportebat ergo operari eum qui miſſus eſt,
opera eius à quo miſſus eſt. Et quę ſunt opera pr̃is,
quæ non ſunt & filij: cũ dicat idem filius, Quęcũq;
pater facit, hæc & filius ſimiliter facit? Opera tñ pa Ioan. 5.
tris eſſe dicit, Non. n. obliuiſcitur à quo ſit: à patre K
quippe illi eſt, ut opator talium operũ ſit. Hæc aũt
uos ita intelligitis, ut hinc ẽt putetis patrem filio
eſſe maiorem, qa dixit paſſerem non cadere in ter-
rã ſine patris uoluntate, quaſi cadat ſine uolunta-
te filij. An uſqueadeo minorẽ uultis filiũ, ut nõ ha Matt. 10
beat in ptãte nec paſſeres? Sed ſi non uultis huic re
gulæ acqeſcere, ut ubicunq; legeritis in authoritate
diuinoꝝ eloquioꝝ, qbus minor patre filius uideat
oſtendi: aut ex forma ſerui dictũ accipiatis, in qua
uere minor eſt patre: aut ideo dictũ, ꝙ non demon
ſtret maior uel minor ullus eſſe altero, ſed demon-
ſtretur eſſe alter ex altero: ſi huic, inquã, rectiſsimę
regulæ non uultis acqeſcere: certe tñ uerum dei fi-
lium nulla rõne dicetis, ſi non eiuſdem ſubſtãtiæ,
cuius pater eſt, eum eſſe dicatis. Vt. n. humanũ ali-
qd dicam pp infirmitatẽ carnaliũ, cum hoies duo
ſunt, pater & filius, ſi obediens ſit patri filius, & ali
qua exiſtente cauſa roget patrẽ, gratias agat patri,
aliquo deniq; mittatur à patre, ubi ſe dicat non ue
niſſe facere uolũtatẽ ſuã, ſed eius à quo miſſus eſt,
nunqd hinc oſtenditur non eiuſdẽ cuius pater eſt L
eẽ ſubſtãtię? Cur ergo ubi de filio dei talia legitis,
ſtatim in tm̃ ſacrilegiũ corde atq; ore proruitis, ut
ueri filij dei unã eãdemq; cũ patre ſubſtantiã nõ eẽ
credatis atq; dicatis? Quid ꝙ ẽt illud cõmemoran-
dum putaſti, qd manifeſtiſsime ut homo loqtur:
Ptãtem habeo ponendi animã meã, & ptãtem ha- Ioan. 10.
beo iterũ ſumendi eam. Hoc. n. pręceptũ accepi à pa
tre meo? Quid hoc adiuuat cauſam tuã? Nunqd n.
aliud dixit, niſi ptãtem habeo moriẽdi & reſurgen
di? Qđ itaq; ait? Nemo eam tollit à me, ſed ego eam
pono à me, & iterum ſumo eam: qd itelligi uoluit,
niſi ſe non fuiſſe moritur, niſi ipſe uoluiſſet? Nũqd
tñ niſi hõ eſſet, mori & reſurgere potuiſſet? Sic aũt
introduxiſti hoc teſtimonium, ut pręloquereris di
cens: Hic ſanè & de ſua ptãte quam à patre accepit,
dicebat: Ptãtem habeo ponẽdi animam meam, &
ptãtem habeo iterum ſumendi eam: tanq̃ ſi homo
non eſſet, poſiturus eſſet animã ſuam. Vt homo er-
go, non ut deus accepit hanc ptãtem: q̃uis non di-
xerit, hanc ptãtem: ſed, hoc p̃ceptum accepi à patre
meo. Quis aũt neſciat aliud eſſe præceptum, aliud M
ptãtem? Hoc. n. habemus in ptãte, quod cum uolu
mus poſſumus: Præceptum uero id nobiſcũ agit,
ut quod iam eſt in ptãte, faciamus. Si aũt nondum
eſt in poteſtate, oremus nobis ptãtem dari, ut qđ
præceptũ eſt, impleamus. Quocirca ſi ea quę aper-
ta ſunt, uelitis attendere, ut homo acceperat hanc
ptãtem: Sed propter contentioſos ego ad utrunq;
concludam: Si ut homo accepit hanc ptãtem, nihil
tibi prodeſſe hoc teſtimonium & tu uides? Quia ſi
ex hac poteſtate à patre accepta, minorem patre fi-
lium uis probare, nec nos dubitamus, ꝙ inquantũ
homo eſt Chriſtus, minor eſt patre. Si aut ut deum
uis accepiſſe hanc poteſtatem, gignẽdo eum pater
æqualem ſibi, dedit ei omnium rerum tantã, quan
ta ipſi patri eſt, poteſtatẽ. Si enim minus habet in
poteſtate aliquid quàm pater, nõ ſunt eius omnia
quę habet pater: ſed qa eius ſunt, tantam proculdu
bio habet ptãtem quantam pater. Pręceptũ quoq;,
aut ut homo accepit, aut ut de⁹. Si ut homo, nulla
quæſtio eſt, quia ut homo eſt patre minor: Si ut
deus, nõ hinc oſtenditur minor, qa naſcẽdo id ac-

A cepit,non indigendo. In uerbo n. unico dei oia p̄
cepta ſunt dei,q ille gignens dedit naſcēti, non cū
genuiſſet addidit indigenti: Ac per hoc tm̄ genuit
quantus eſt ipſe:qa de ſeipſo genuit uerū filium,&
pfectam genuit plenitudinem diuinitatis, non pfi
ciēdā ętatis acceſſu. Sed humilius à te q̄ro, quare fi
lium hoīs quemlibet hoiem,ſi pręceptū accipiat à
patre,non eū dicis alterius eſſe ſubſtātię,& filium
dei deū,ob hoc audes negare paternæ eſſe ſubſtan
tiæ,qa præceptū accepit à patre? Prorſus, & pręce-
ptum à patre accepit,& eiuſdē ſubſtantiæ eſt, cuiꝰ:
eſt ille q dedit. Quis te contradicentē ferat,ſi ad te
audiendum hoies patres filijq́ concurrant, eiuſdē
utiq ſubſtātiæ? Nec iō filij degeneres,ꝙ ita p̄cepta
eis dederint patres. Sed forte dicis patres doctos fi
lijs indoctis p̄cepta dediſſe. Refer nunc te ad dei fi
liū,de deo patre natū deum: q utiq ipeiſectus eſt
natus,ſi p̄ceptū accepit indoctus. Quia uero pfe-
ctus eſt natus,p̄ceptum dedit ille gignendo, acce-
pit iſte naſcendo. Nunq̄.n. uerus dei filius indo-
Cap. 15. ctus fuit,filius autem nunq̄ non fuit. In forma
B dei filiū eſſe non negas, & deo patri æqualē negas,
maiorē patris formā putans eſſe q̄ filij: tanq̄ nō ha
buerit pater unde formā ſuā cōpleret in filio, quē
de ſeipſo genuit,nō fecit ex nihilo, nō ex alio. Aut
ſi formā ſuam in unico filio plenā gignere potuit,
nec tn̄ genuit plenam,ſed minorē, qd ſequatur at-
tendite,& in uiā redite, ne cogamini patrē inuidū
dicere. Dicitis deū filium,dicitis dn̄m, ſed ut duos
Deute. 6. deos dominosq́ faciatis,contra ſcripturā clamātē:
Audi Iſrael,Dn̄s deus tuus,deus unus eſt. Quid au
tem in hoc ſacrilegio uobis pdeſt, ꝙ patri datis tā
tam formā,quantā non datis filio? Nunqd ſi unus
maior,alter eſt minor, ideo nō ſunt dij & domini
duo? Si carere cupitis hoc errore,ſic dicite aliū eſſe
patrem, & alium eſſe filiū,ut tn̄ ſimul ambos non
duos dicatis,ſed unum dn̄m deū. Dicitis regem fi-
lium de rege patre utiq natū:nec intuemini in ge-
nere humano filios regū,etiam ſi non ſint ex regi-
bus reges,eſſe tn̄ ex hominibus hoies, nec habere
poteſtatē cū patribus regiā, & tn̄ eandē tenere na-
turam: Vos aūt filio dei regis regnū cū patre con-
ceditis,& naturā paternam uanitate impia denega
C tis:eūq́ deo patri dicitis inæqualē, qui non rapi-
nam,hoc eſt,q non alienū arbitratus eſt eſſe ęqua-
Philip. 2. lis deo:ſed tn̄ non intendens q̄ ſua ſunt, ſed q̄ no-
ſtra ſunt,ſemetipſum exinaniuit:non formā dei p-
dens,ſed formā ſerui accipiens,in qua patri factus
eſt obediens uſq ad mortem crucis: In qua forma
eū nō uultis ſic agnoſcere patre deo minorē, ut in
dei forma patri non negetis ęqualē. Nos, inqs,di-
cti ſumus filij gratia,nō natura hoc nati: Iō unige
nitꝰ eſt filiꝰ,qa qd eſt ſcdm diuinitatis ſuę natura,
hoc eſt natus filius. Hęc non tua ſolū. uerū etiā no-
ſtra ſunt uerba. Cur ergo quē dei filiū natura nō
gratia cōfiteris, eiuſdē naturę cuius pr̄ eſt non eſſe
contendis,nec qd mali abs te dicaſ attendis? Nōne
regis dei filio,paternū regnū auferre tolerabilius
eſt q̄ naturam? De ſpiritu aūt ſancto qūo & ipſe de
deo ſit,nec tn̄ & ipſe filius ſit,qm̄ procedendo, nō
naſcendo legit eſſe de deo,iam ſuperius quantum
ſatis uiſum eſt diſputaui. Nos, inqs,in patrē deum
innatum, naturam non accepimus: Et tanq̄ rōnē
reddens, cur dei patris non dicatis eſſe naturam,
Ioan. 4. mox adiungis & dicis. Credimus qd ait Xp̄s, Spiri-
tus eſt deus: quaſi Xp̄s ſcdm id ꝙ deus eſt,non ſpir
ritus ſit, quem tn̄ natura filiū eſſe dixiſti. Nō ergo
pater iō natura non eſt, qa ſpiritus eſt. Sed forte qa D
natus non eſt,ideo eū non uultis eſſe naturā: Puta
tis.n. ꝙ à naſcendo natura ſit dicta. Scitote ergo,
ꝙ unaquæq res eſſe dicitur p ſubſtantiam, hoc eſ-
ſe utiq per naturā. Certe ſi non putatis eſſe dicen-
dum,eiuſdē filium cuius pater eſt eſſe naturæ,dici
te cuius pr̄ eſt ſubſtantię, & ad cauſam q̄ inter nos
agitur, ſufficit nobis. Veruntn̄ admonendi eſtis,
ut intueamini quod ait Apl̄s, His qui natura non
ſunt dij,ſeruiſtis. Vbi certe nos deo qui natura eſt
deus,ſeruire monſtrauit. Vos ergo qui deū patrem Gal. 4.
non natura deū eſſe creditis, ubi eū cōſtituatis ad
uertite: & ſi ullꝰ i uobis pudor eſt,erubeſcite. Ecce
nos dicimus uobis, nō ſeruimus deo q natura nō
eſt deus:ne ſimus tales, quales fuērunt illi qbus di
ctū eſt: His q natura non ſunt dij,ſeruiſtis, Vos ſi ta
les eſſe uultis,petimꝰ ne uelitis,& deū patrē natura
deū eſſe dicatis: eiusq́ filiū quem non grā, ſed na-
tura filiū iā eſſe dicitis, eiuſdē naturæ cuius pr̄ eſt
non negetis,ne nihil aliud q̄ filiū eſſe uerum nege
tis: Qūo.n. dicitis, & uerū filiū uos pfiteri, & pa- E
tri ſimilē non negare,qn̄ eū negatis unius cū patre
eſſe ſubſtātię? Sicut aūt uerum filium indicat una
ſubſtantia,ſic non uerū diuerſa ſubſtātia. Qūo au
tem filium patri ſimilē dicitis, cui patris ſubſtan-
tiam dare non uultis? Nonne ſimilis homini eſt pi-
ctura uel ſtatua, & tn̄ filius dici non pōt, qa diuer-
ſa ſubſtantia eſt? Hō nempe ad dei ſimilitudinē fa-
ctus eſt,tn̄ qa non eſt unius eiuſdēq́ ſubſtātiæ, nō
eſt uerus filius,& ideo fit gratia filius, qa nō eſt na-
tura. Si ergo uultis dei filiū uerū confiteri, prius il-
lum ac precipue dicite unius eiuſdēq́ ſubſtantiæ,
ut tanq̄ uerum filiū,& dei filium p oia ſimilē patri
eſſe dicatis: Nam quem ſubſtantiam putatis ha-
bere diuerſam,plus eū diſſimilē q̄ ſimilem dicitis,
& oino uerum filiū denegatis. Nam ſi uultis noſſe,
ad oſtendendum uerū filium quantū ualeat una
eadēq́ ſubſtantia: et ſi filius hominis hō in qbuſ- Nec.
dam ſimilis,in qbuſdā ſit diſſimilis patri, tn̄ quia
eiuſdem ſubſtantię eſt,negari uerus filius non po-
teſt: & qa uerus eſt filius,negari eiuſdem ſubſtan-
tię non pōt. Vos aūt ita dicitis uerū dei filiū ſimi-
lem patri,ut ſubſtantię uelitis eſſe diuerſæ, p q̄ ſo-
lam pōt filius uerus oſtendi. Nam duo ueri homi
nes,& ſi nullus eoꝝ filius ſit alteriꝰ, unius tn̄ ſunt F
& eiuſdem ſubſtantiæ: Hō aūt alterius hominis ue
rus filius, nullo mō pōt niſi eiuſdem cū patre eſſe
ſubſtantiæ,etiā ſi non ſit per oia ſimilis patri. Qūo-
circa uerus dei filius & unius cū patre ſubſtantiæ
eſt,qa uerus filius eſt:& per oia eſt patri ſimilis, qa
dei filius eſt. Neq.n. ſicut contingit in filijs homi-
num,uel quorūq animalium,ita fas eſt dicere,ue-
rum dei filium ſubſtantię quidē unius eſſe cū pa-
tre,ſed non per oia ſimilem patri. Nicenū ergo no-
biſcum tenete concilium,ſi uultis Xp̄m dicere ue-
rum dei filiū. Diuerſas, inquis, accuſamur dicere
naturas. Et qd aliud dicis de deo patre, & de deo
filio,qd aliud dicis? An iō putas ab iſta accuſatio-
ne purgari, qa cōtinuo ſubiungis dicēs: Hoc ſcito
qd nos dicimus,ꝙ pr̄ ſpiritus ſpiritum genuit ante
oia ſecula,deus deum genuit? Hoc qdem dicitis, &
uerū dicitis: ſed hoc tacuiſti, qd falſum & execrabi
le dicitis. Spiritus.n. ſpiritū genuit, uerum dicitis:

G ſed hoc uerum ea intentione uos dicitis, qa ēt di-
uerſę naturæ dicitur ſpiritus. Nam diuerſę naturæ
ſunt ſpūs dei, ſiue ſpiritus deus, & ſpūs hois, & tñ
uterq; dr̄ ſpiritus. Itē diuerſæ naturæ ſunt ſpiritus
hominis & ſpiritus pecoris, & tñ nihilomin⁹ uterq;
ſpiritus dicitur. Item dicitur, deus deus, & dicitur
Pſal. 8.1 deus homo. Sicut dictum eſt: Dii eſtis. Et ſicut di-
Exod. 7. ctus eſt deus Moyſes Pharaoni. Et cū ſit dei & ho-
minis diuerſa ſubſtantia, tñ uterq; appellatur de⁹.
Prorſ⁹ ueraciter arguimini, quāuis dicatis de deo
patre & de filio, ſpirit⁹ ſpiritum genuit, naturas tñ
diuerſas dicere: & quanuis dicatis, deus deū genu-
it, ēt ſic non recedere à diuerſitate naturę, qa non
p oia ſimilem patri eſſe dicitis filium: Nam ſi per
oia ſimilem diceretis, conſequenter intelligeremi-
ni, ꝙ eos diceretis ēt unius eiuſdēq; eſſe naturæ ſi-
ue ſubſtātię. Si ergo ab hoc crimine qd uobis obii
citur, dei patris & dei filij uos dicere naturas eſſe
diuerſas, purgare te cogitas, ſicut dicis, Spiritus ſpi
ritū genuit: ita dic, ſpiritus eiuſdē naturæ ſiue ſub
H ſtantiæ ſpiritū genuit. Itē ſicut dicis, Deus deū ge-
nuit: ita dic: deus eiuſdē naturæ ſiue ſubſtātiæ ge-
nuit. Hoc ſi credideris & dixeris, nihil de hac re ul
teri⁹ accuſaberis. Si aūt hoc nō dixeris, qd ꝓdeſt qa
dicis, Verus innatus pr̄ uerū genuit filiū, cū ꝓcul-
dubio uerus filius non ſit, ſi nō eſt unius eiuſdēq;
ſubſtantię cū illo q genuit? Dicit qdē filius ad pa-
Ioan. 17. trem: Hęc eſt aūt uita æterna, ut cognoſcāt te ſolū
uerum deū, & quē miſiſti Ieſum Xp̄m. i. te & quem
miſiſti Ieſum Xpm, cognoſcant ſolū uerū deū. In q
bus uerbis uos ſolū patrē non cū filio uerum ac-
cipiētes deū, qui aliud q̄ filium negatis uerū deū?
Quia uero pater & filius, non duo dij, ſed unus eſt
deus, ſine dubio & [filius] uerus eſt deus, & adiun-
cto ſpiritu ſancto, ſol⁹ eſt deus. Neq;.n. mouere nos
debet, ꝙ nominatus non eſt hoc loco ſpiritus ſan
ctus, tanq̄ non ſit deus, aut non ſit uerus deus. Ta
1. Cor. 2. le eſt.n. hoc quale ſi qs dicat, neſcire Xp̄m ea q̄ dei
ſunt: Qm̄ dicit Apl̄s ſic, Ea quæ dei ſunt, nemo ſcit
niſi ſpiritus dei: hoc eſt.n. nemo ſcit niſi ſpirit⁹ dei:
I qd eſt, ſolus ſcit ſpiritus dei. Sicut ergo ab hac ſciē
tia, q̄ non habere niſi ſpiritus dei dictus eſt, nō ex
cluditur Xp̄s, ſic ab eo quod pr̄ & Xp̄s dictus eſt ſo
lus uerus deus, nō excludit̄ ſpiritus ſanctus. Sic &
Apoc 19. nomen illud qd in Apocalypſi nemo noſſe dictus
eſt, niſi ipſe q hoc habebat ſcriptum. i. Xp̄s, noue-
rat utiq; & pater, qd negare non poteſtis: nouerat
1. Cor. 2. & ſpiritus ſanctus, ēt ſi negetis. Spiritus.n. oia ſcrū
tatur: ēt altitudnes dei: niſi forte qa ſcrutatur di-
ctus eſt, negatur apprehendere: neget̄ ergo deus ap
Pſal. 7. prehendere corda & renes hominum. Scriptū eſt
enim: Scrutans corda & renes deus. Ita ergo dict⁹
eſt ſolus uer⁹ deus pr̄ & Ieſus Xp̄s, ut ab hac uerita
te deitatis nullo mō alienaretur ſpiritus ſanctus:
Non aūt filius, ut tibi uidetur, ſolū potentē, ſolum
ſapientem, ſolum bonū patrem dicit eſſe deū. De⁹
autem unus & ſolus eſt ipſa Trinitas, ut oſtendūt
ea q̄ ſuperius iam ſæpiſsime diximus. Quòd autē
non ꝓficientem, ſed perfectum deus pr̄ genuerit fi
lium deum, uerū dicis. Sed ꝙ ipſam filij pfectionē
perfectioni patris non uis æquare, hoc falſum di-
cis, & ueritati qua uerus eſt filius contradicis. Hō
enim ſi poſſet, in ꝓuis, perfectum mox generare fi-
lium, non paruulū generaret, q coaugmentat⁹ an-
nis, tandē aliqñ ſui genitoris ipleat uolūtatē, ueri-
tatem uerisſime oino contra te loqueris. Sed ut cō K
tra te non ſit quod loqueris, agnoſce æqualitatem
patris & filij, qa & hō ſi poſſet, filiū mox generaret
æqualē, nec expectaret annos, ꝑ quos in forma fi-
lij poſſet uoluntas eius impleri. Deus ergo cur non
æqualem genuit filiū, cui nec anni neceſſarij fue-
runt ꝑ quos adimpleret̄, nec oīpotentia defuit? An
forte noluit? Ergo qd abſit, inuidit: Sed nō inuidit,
æqualē ergo genuit: Ac ꝑ hoc unius eiuſdēq; ſub-
ſtantię: Qñquidem homo qui propterea, quia non
poteſt non gignit æqualem, eiuſdem tamen ſub-
ſtantię gignit filiū cuius eſt ipſe. Qd ſi non eſſet,
ꝓfecto uerus filius eſſe nō poſſet. Quid eſt ergo ꝙ
dicis, pr̄ talē genuit filiū, qualis & nunc eſt, qualis
& ꝑmanet ſine fine? Hoc bñ diceres, ſi patri æqua-
lem uerū filiū nō negares. Cum uero pfectū dicis
& æqualē negas, & talē qualis eſt natus, ſine fine ꝑ
manere non negas, ꝓculdubio minorē patre filiū
ſine fine remanere ꝓnūcias: Ac ꝑ hoc naſcit̄ filius
hominis minor patre, & qa iperfectus naſciur, cre-
ſcendo ad formā peruenit patris. Nat⁹ eſt dei filius L
minor patre: Et qa pfectus atq; imortaliter nat⁹ eſt,
nullū accipit incrementum, ſed eū ipſa perfectio à
forma patris in æternū efficit alienū. Ecce q̄ credi-
tis, ecce q̄ dicitis, ecce, qd pei⁹ eſt, quæ docetis. Sed
in auditorium, inqs, eſt arbitrio, ut eligant alterū
de duobus, aut obedientē patri filiū, q ſe exinani- Philip. 2
uit formā ſerui accipiens, cui & pr̄ donauit nomē
qd eſt ſup oē nomen: aut interpretationē tuā. Pror
ſus auditores, qbus donat dn̄s intellectū, non unū
de duobus iſtis eligunt, ſed utrūq;. i. & obedientē
patri, filiū, & interpretationē, uel potius expoſitio
nē meā, qua oſtendi ſic obedientem fuiſſe in for-
ma ſerui, ut formā non amitteret dei, in qua æqua
lis eſt patri: Tu uero uide q̄ contumelioſe filio dei
tribuas obedientiā, cuius minuis in diuinitate nā-
turā. Qñ aūt à me audiſti, pp Iudęos humilita
tis nō ueritatis gratia dixiſſe filiū, ꝙ deus ſit pater Cap. 16.
eius? Hoc à me ita nuūq̄ audire potuiſti, ſicut nun
quam dixi, ſed planè dixi pp formam ſerui dictū
eſſe. Sicut autem ipſa forma ſerui uera, nō falſa eſt,
ita patrem ſuū eſſe etiam pp illā deum ſuum uera-
citer dixit, non humiliter finxit. Quis.n. eſt humi- M
litatis fruct⁹, ubi detrimentū eſt ueritatis? Tu aūt
iſtā certiſsimā ueritatem ita es refutare conatus, ut
diceres iō uerba iſta qbus ait dn̄s, Deum meum & Ioan. 20
deum ueſtrū: ad formam ſerui non pertinere, quia
eis uerbis poſt reſurrectionem uiſus eſt dn̄s, quaſi
formam ſerui reſurrectione conſumpſerit, ac non
potius in melius cōmutauerit: quaſi non q mortu⁹
eſt, ipſe ēt reſurrexerit: quaſi non forma [ſerui] quę
occiſa eſt, ipſa reſurrexerit, quaſi non ipſa in cœlū
leuata ſit, in ipſa dei filius ſedeat ad dexterā patris,
in ipſa uenturus ſit ad uiuos & mortuos iudican-
dos? Nōne clariſsima cōteſtatio eſt angelorū dicen-
tium: Sic ueniet quēadmodū uidiſtis eum euntē Acto. 1.
in cœlū? Cur ergo poſt reſurrectionē non diceret, Ioan. 20
Aſcendo ad patrē meū & patrem ueſtrū, deū meū
& deū ueſtrū: qñ in eadē forma fuerat aſcenſurus,
pp quā ex tpe deus eſt eius, q ſine tpe pater eſt ei⁹?
Propter quam formam nō ſolum poſt reſurrectio
nem, uerūetiam poſt iudicium ſubiect⁹ erit ei, q il-
li ſubiecit omnia. Quotquot ergo teſtimonia po- 1. Cor. 15.
ſuiſti, quibus probares dictum eſſe deum, Xp̄i, eū
q pater eſt Xp̄i, diſcutere quēadmodum dicta ſint,
ſuperfluum

A ſupfluum iudico:ſed à te fruſtra cõmemorata,eſſe
puto quòd nec tu debeas dubitare. Iam uero illud
ubi dominus In eadẽ carne quã reſuſcitauerat cõ-
Matt.28. ſtitutus,& eundẽ hominẽ gerens,ait ad diſcipulos
ſuos:Data eſt mihi omnis poteſtas i cœlo & i terra.
Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos i no
mine patris & filij & ſpiritus ſancti, docẽtes eos ſer
uare omnia quæcũq; mandaui uobis:ut qd cõme-
moraueris,& qd i de ꝓbare uolueris, ꝓrſus neſcio.
Nũqd.n.ait Data ẽ mihi à deo meo poteſtas? Qd ſi
dixiſſet,ꝓpter ipsã humanã formã dictũ fuiſſe am
bigi nõ deberet. Quia uero non dixit,qd iſto teſti-
monio uolueris agere,nõ itelligo:Immo itelligo te
id egiſſe,ut abũdãtius loquereris. Si.n.tãq̃ deo da-
ta eſt hæc poteſtas,naſcẽti eã pater dedit, nõ idigẽ
ti:qa gignẽdo dedit,nõ augendo. Si uero tãq̃ homi
ni data eſt hæc poteſtas,qd habet quæſtionis? An-
forte nos admonere uoluiſti,ꝙ baptizari dominus
iuſſerit gẽtes,i nomine patris & filij & ſpirit⁹ ſãcti?
B Vbi audis unũ nomẽ,& unã nõ uis intelligere dei-
Pſal.44. tatẽ. Qd autẽ dixis,& ante incarnationẽ xpi,patrẽ
dictũ eſſe deũ eius,quoniã ſcrip tũ eſt, Vnxit te de⁹
deus tuus:longe ante q̃ xp̃s ueniſſet in carne, itá ne
Pſal.21. nõ intelligis in ꝓphetia eſſe prædictũ, tanq̃ fuerit
factũ qd' erat futurũ? An nõ ſic in Prophetia,ait ip
ſe dominus, Foderunt manus meas & pedes:& cæ-
tera qbus paſſionẽ ſuã tanto ante prænunciauit,&
qd' futur. erat, tanq̃ iã factũ eſſet expreſſit? Dictum
Pſal.44. eſt ergo in ꝓphetia rerũ futurarũ, tãq̃ locutione re
rũ præteritarũ. Vnxit te deus deus tuus oleo exul-
tationis præparticipibus tuis: Participes eius ſigni
ficans,q futuri fuerant ſerui eius, ſocij eius, amici
eius,fratres eius,mẽbra eius. Prædictũ eſt ergo qd'
futurũ erat,ut ungeret deus xpi, hominẽ xp̃m:q ta
mẽ ſic fact⁹ eſt homo,ut maneret deus. Vngeret au
tẽ non uiſibili & corporali oleo, ſed ſpirituſancto,
quẽ ſcriptura nomine olei exultationis,figurata,ut
ſolet,locutione ſignificat. Dixit autẽ,unxit: nõ di-
xit, uncturus eſt:qa i prędeſtinatione iã factũ erat,
qd ſuo tẽpore futur. erat: Vbi tu timens ne ſpirituſ
ſanctus,quo unct⁹ eſt xp̃s, maior uideaſ eſſe quàm
C xp̃s,qa reuera maior eſt homie xp̃o:q.n.ſanctificat,
eo q ſanctificaſ eſt maior:hoc ergo timẽs, uoluiſti
oleo exultationis eã lætitiã ſignificatã uideri, qua
filius exultauit cũ patre,quando eſt cõdita creatu-
ra. Et cõmemoraſti ut ſoles teſtimonia cauſæ tuæ
nõ neceſſaria,de lætitia patris & filij. Sed qd factu-
rus,quò iturus? Quomodo id qd eſt luce clari⁹,aut
Acto.10. negaturus,aut in aliud quodcũq; uerſurus es,cũ re
citaſ tibi qd beatus Petrus in Apoſtolorum Actib⁹ di-
Pſal.44. xit,Hunc Ieſũ à Nazareth,quẽ unxit de⁹ ſpirituſan-
cto. Ecce qd ꝓphetabaſ quando dictũ eſt, Vnxit te
deus deus tuus oleo exultationis, uel oleo lætitiæ
prę participib⁹ tuis. Deus.n.cui dictũ eſt in eodem
Pſalmo, Thronus tuus de⁹ in ſeculũ ſeculi: uirga di
rectionis,uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã,odio ha-
buiſti iniq̃tatẽ, ꝓpterea unxit te de⁹ de⁹ tuus:à deo
pater unctus eſt filius,q ſic homo fact⁹ eſt ut mane
ret deus,qua unctione plenus erat.i. ſpirituſancto.
Luc.4. Propter qd de illo ſcriptũ eſt,Ieſus autẽ plen⁹ ſpiri-
Cap.17. tuſancto,reuerſus eſt ab Iordane. Dicis & in pſona
ſpirituſſancti nõ poſſe ſuſcipi qd de filio dictũ eſt,
Omnia p ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt ni-
Ioan.1. hil. Et hoc ideo dicis,ut qbus potueris perſuadeas,
qd uobis male perſuaſum eſt,ſpiritũ ſanctũ non eſ

ſe creatorẽ:quaſi legeris,Omnia p ipſum facta ſunt
ſine ſpirituſancto:aut,Omnia p neminẽ facta ſunt
niſi p ipſum. Quanq̃ & ſi tale aliqd legeris,ſic ſpiri
tũſanctũ ab hac operatione, qua cõſtituta eſt crea
tura,credere nõ deberemus excluſum:ſicut fili⁹ nõ
excluditur ab ea ſcientia de qua dictũ eſt: Quæ dei
ſunt,nemo ſcit niſi ſpiritus dei. Si autẽ qa nũ eſt no
minatus,ꝙ etiã p illũ facta ſit creatura, quando de 1.Cor.2.
filio dictũ eſt,Omnia p ipſum facta ſunt:ideo pu-
tas dei ſpiritũ non eſſe creatorẽ, ꝓculdubio nec in
eius nomine poteris baptizatos dicere, qb⁹ ait Pe-
trus,Agite pœnitentiã,& baptizetur unuſq́ſque ue Acto.2.
ſtrũ in nomine domini noſtri Ieſu xp̃i: qa nõ ait,&
ſpirituſancti:nec in patris nomine, qa nec ipſe ibi
eſt nominatus. Si autem etiã non nominatis patre
& ſpirituſancto, in nomine Ieſu xp̃i iuſſi ſunt ba-
ptizari:& tamẽ intelligunſ nõ baptizati niſi in no
mine patris & filij & ſpirituſſancti,cur nõ ſic audis
de filio dei,Omnia p ipſum facta ſunt:ut & nõ no-
minatũ intelligas ibi etiã ſpiritũſanctũ? Nam quid
excellenti⁹ in creaturis quàm uirtutes cœlorum? Scri-
ptũ eſt autẽ,Verbo domini cœli firmati ſunt,& ſpi E
ritu oris eius omnis uirtus eorum. Dixeras nempe nõ Pſal.32.
me talia reperire in ſcripturis diuinis,quibus ſpiri-
tũſanctũ æqualẽ aſſerã filio. Ecce reperi,ubi etiam
maior poſſit uideri niſi reuocet pietas,quæ illũ ue
raciter cõfitetur ęqualẽ. Nã utiq̃ maius aliquid sũt
uirtutes cœlorum,quæ firmatę ſunt ſpiritu oris domi
ni.i.ſpirituſancto,quàm cœli qui firmati ſunt uer-
bo domini:hoc eſt, unigenito filio Sed ſi conſulas
ueritatẽ,res utraq̃ ab utroq̃ firmata eſt: & id qd de
uno dicitur,& de altero tacetur,de utroq̃ intelligi-
tur. Quid autẽ eſt incõſiderati⁹, quàm negare eſſe
ſpiritũ dei creatorẽ,cũ deo dicatur: Auferes ſpiritũ
eorũ & deficient, & in puluerẽ ſuum cõuertentur.
Emitte ſpiritũ tuũ & creabũtur,& innouabis faciẽ
terrę:niſi forte min⁹ idone⁹ erat ſpirituſſanctus creã- Pſal.103
dis rebus quæ fuerãt defecturæ,cũ ſit idone⁹ creã-
dis, quæ ſunt ſine fine manſuræ? Pauloãte dixi,qd
eſt excellẽtius in creaturis quàm uirtutes cœlorum.
Quid dicã de carne creatoris? Quandoq̃dẽ creator
ipſe p quẽ facta ſunt omnia:Panis, inquit,quẽ ego Ioan.6.
dedero,caro mea eſt pro mũdi uita. Quid ergo di- F
cemus? Mũdus per filiũ factus eſt, & creator eſt fi-
lius:caro eius quæ data eſt pro mundi uita, per ſpi
ritumſanctũ facta eſt,& nõ eſt creator ſpirituſſan-
ctus? Cũ.n.uirgo Maria dixiſſet angelo promittẽti Luc.1.
ei filiũ,Quomodo iſtud fiet,quoniã uirũ non co-
gnoſco? Reſpõdit angelus,Spirituſſanctus ſuperue
niet in te,& uirtus altiſſimi obũbrauit tibi:Propte
rea quod naſcetur ex te ſanctũ, uocabitur fili⁹ dei.
Hic tu,quod in conſequẽtibus quodam loco tuæ
proſecutionis aduerti,aſſerere conaberis ſpiritũſã
ctũ præceſſiſſe,ut mũdaret & ſanctificaret uirginẽ
Mariã:ac deinde ueniret uirtus altiſſimi, hoc eſt ſa 1.Cor.1.
pientia dei,qd eſt xp̃s:& ipſa ſicut ſcriptũ, eſt ædifi Prouer.9
caret ſibi domũ:hoc eſt,ipſa crearet ſibi carnẽ,nõ
ſpirituſſanct⁹. Quid eſt ergo quod ait ſactũ Euan- Matt.1.
geliũ,Inuenta eſt i utero habens de ſpirituſancto? Pſal.62.
Nempe obſtructũ eſt os loquentiũ iniqua. Si ergo
cogitas os ueraciter aperire,non ſolum filiũ, uerue
tiam ſpiritũſanctum creatorem carnis filij confite-
re. An forte dicturus es, ea facta eſſe per ſpiritum-
ſanctum quæ commemoraui: id eſt, quòd omnis
uirtus cœlorũ per eum firmata ſit, quòd per eum

G creabunl homines denno, q primo ita creãl ut cõ-
uertanl in puluerẽ ſuũ: ꝙ ipſe carnẽ operat⁹ eſt xp̃i,
nã de anima nolo aliquid dicere, cuius difficilima
quæſtio eſt: & ſi qd aliud p ſpiritũſanctũ creatum
potuerit inueniri: nõ tamẽ omnia, ſicut p unigeni-
Ioan. 1. tũ filiũ de quo dictũ eſt, Omnia p ipſũ facta ſunt?
Si hoc dicis, nõ times ne tibi dicał, ſapientiorem †
† eo perie- filio eſſe ſpiritũſanctũ, ꝙ elegit ſibi meliora quę fa
rem. ceret, nec facere inferiora dignatus eſt. Sed qs hoc
† aliàs. ſapit, niſi q deſipit? † Facta ſut ergo cuncta p filiũ?
Sed ſi qi Abſit, ut ſpiritu ſancto ab hoc opere ſeparato: ſicut
hoc ſapit, de illis magnis operibus dictũ eſt, Omnia autem
non quæ hæc operał unus atq idẽ ſpiritus: nec tamẽ ab hac
dei ſunt operatione fili⁹ ſeparał. Magnũ ſanè aliqd tibi dice
ſapit. re uideris, qa dicis, Fili⁹ erat i principio anteq̃ aliqd
eſſet, pater uero ante principiũ. Vbi legiſti ut hoc
1. Cor. 12. crederes? Vnde prçſumpſiſti ut hoc diceres, ubi nec
authoritas ulla, nec ratio eſt? Quid eſt .n. ante prin
cipiũ, quãdoqdẽ qcqd ante eſſet, hoc eſſet princi-
piũ? Si pater ergo principiũ eſt, ante ſeipſũ eſt: qa &
ipſe principiũ eſt. Quid eſt autẽ, In principio erat
H uerbũ: niſi, i patre erat fili⁹? & ipſe filius interrogat⁹
Ioan. 1. à Iudæis qs eſſet, reſpõdit, Principiũ q & loquor uo
bis. Pater ergo principiũ nõ de principio: fili⁹ prin-
Ioan. 8. cipiũ de principio. Sed utrunq̃ ſimul, non duo, ſed
unũ principiũ. Sicut pater deus & filius de⁹, ambo
ſimul nõ duo dij, ſed unus deus. Nec ſpiritũſãctum
ab utroq̃ ꝓcedentẽ negabo eſſe principiũ, ſed hæc
tria ſimul ſicut unũ deũ, ita unũ dico eſſe pricipiũ.
Quid ſi audieris, inqs, patrẽ dicentẽ, Tecũ pricipiũ
Cap. 18. in die uirtutis tuę in ſplẽdoribus ſanctorũ, ex ute-
Pſal. 109 ro ante Luciferũ genui te? Quid ꝓmittis, uel qd mi
naris, ſi audiero quod frequenter audio & fideliter
credo? Sed hinc te nihil adiuuari, cur non uideas
plurimũ miror. Siue, enim ex pſona ſua hoc Pro-
pheta dicat ad dominũ Ieſũ, ſiue ex pſona patris ad
filiũ, cũ ego ambas generationes xp̃i, & ex deo pa-
tre ſine tẽpore, & ex homine matre in plenitudine
tẽporis accipiã, uenerer, & prædicẽ, nõ eſt hoc teſti
monium aduerſum me. Sed moras innectere uol-
uiſſe indicat te, ubi ego potius intelligo, quare ex
utero dixerit genui te: qa hoc & tu ex pſona patris
accipis dictũ. Nõ .n. quemadmodũ corporis huma
ni ſunt mẽbra diſpoſita, ſic habet uter de⁹, ſed uer
bũ trãſlatũ eſt à corporali ad incorporalẽ ſubſtan
I tiã, ut intelligeremus de patris ſubſtãtia genitũ uni
genitũ filiũ, ac p hoc qd aliud quàm uni⁹ eiuſdẽq̃
ſubſtãtiæ? Ego itaque hoc teſtimoniũ ꝓferre cõtra
te debui, ſed gratias ago qa cõmonuiſti. Cõſidera
ergo quãtũ mali ſit, ꝙ eiuſdẽ ſubſtãtiæ filiũ nega-
tis, quẽ genitũ cõfitemini ex utero patris, iniuriam
grauiſſimã faciẽtes deo, tãq̃ illud qd ipſe nõ eſſet,
ex utero gignere potuiſſet. Nonne ſentitis uos gene
rationẽ dei credere uitioſam, prædicare mõſtruo-
ſam, q dicere audetis ex utero dei ꝓceſſiſſe diuerſã
naturã? Si autem hoc ſicut debetis horretis, reſpui-
tiſq̃; nobiſcũ iã tãdẽ cõciliũ Nicenũ & Homouſiõ
laudate ac tenete nobiſcũ. Quis autẽ nõ uideat de
fectũ tuũ, ubi cũ audiſſes, me cõmemorãte, in pro-
phetia dixiſſe xp̃m ſuo patri, De uentre matris meę
deus meus es tu: ut intelligerem⁹ eius naturæ illũ
eſſe deũ q̃ filius ipſius ex tẽpore de uentre matris
accepit, patrẽ uero naturæ illius q̃ de ſeipſo ipſe ge
nerauit: tu nõ inueniens qd reſpõderes, tamen ne ta
ceres dixiſti, ex uentre matris natũ ꝓfiteris xp̃m ſe-

cũdũ carnẽ: & addidiſti, qd nec Iudæi diffidũt. Ac K
deinde quæſiſti: Cur iſta teſtimonia in mediũ nõ
ꝓferãł, quæ illã natiuitatẽ demonſtrant in princi-
pio, ſicut & præcedẽs nos, inqs, iſtruit teſtimoniũ?
quaſi ego illã natiuitatẽ xp̃i nõ tẽporalẽ, ſed æter-
nã, ꝓpter q̃ dictũ eſt, In principio erat uerbũ: non
credã, nõ prędicẽ, non amplectar, ſed tantũ ex uen-
tre matris natũ aſſerã xp̃m? Ecce ego dico deum fi-
lium de deo patre ſine tempore genitum. Quomo
do ſi autem etiam deus eius q pater eſt eius, oſtẽdi
ꝓpter hominẽ quẽ ſuſcepit, & in quo natus eſt de
uentre matris, ſine concubitu hominis patris. Ad
qd ꝓbãdũ, teſtimoniũ dedi, ubi ait in ꝓphetia pa-
tri ſuo: De uentre matris meæ deus meus es tu. Tu Pſal. 21.
qui dicis me ex uentre matris natũ ꝓfiteri xp̃m, qd
nec Iudęi diffidunt, quaſi ego iſtã natiuitatẽ xp̃i ſo
lam profitear: noli p inania conari euadere, & dic
potius, quare mihi nõ reſpõderis, ubi dicit xp̃s pa-
tri: De uẽtre matris meæ deus me⁹ es tu. Ad hoc .n.
quoniã uidiſti nõ te habere qd diceres, alia natiui- L
tatem quæ dei de deo eſt, interponendam putaſti
[qua fugeres: rogo te] quando quid reſpõdeas non
habes, quãto melius taceres? Si propter corpus, iqs,
in quo ſe exinaniuit, debitorẽ ſe ſentit ſuo genito-
ri, multo magis qui illũ talem ac tantũ genuit, ne-
ceſſe eſt ut eũ ueneretur, eiq̃; offerat ſemper obſe-
quim. Quodlibet de ueneratione & obſeqo filij er-
ga patrẽ carnaliter ſentias, pater eius niſi de uentre
matris eius nõ eſt deus eius. Iã quãtũ uis obſequał
deo patri deus filius, quoniã uideo te nõ intellige-
re quanta ſit in illa generatione geniti & genitoris
æqualitas, nunqd ideo eſt diuerſa natura patris ho
minis & hominis filij, quoniã fili⁹ obſeqł patri? Hoc
eſt omnino intolerabile in uobis, qa de obſeqo fi-
lij diuerſã uultis ꝓbare ſubſtantiam patris & filij.
Prorſus alia quęſtio eſt, utrum ſint uni⁹ eiuſdemq̃
ſubſtãtiæ pater & filius, & alia quæſtio eſt, utrum
patri fili⁹ obſequał. Interi uerum filium nõ negem⁹,
q nullo modo uerus eſt filius, ſi nõ eſt ipſius & pa-
tris una eadẽq̃; natura. Dicite ergo deũ patrẽ, & de
um filiũ unius eiuſdẽq̃ eſſe ſubſtãtiæ. Extorqueat
nobis diuinitas, qd humanitati donauit ipſa diui-
nitas. Obſeqł homo patri ſuo de quo natus eſt ho- M
mo, tamen obſequendo eſſe nõ deſinit homo. Etſi
nõ dico pariter honoratus, ſed honoratior eſſet fi-
lius, gauderet pater, nõ inuideret: honoraret tamen
etiã ille patrem, & ſi nõ paruulus, acceſſu augẽdus
ætatis, ſed ei natus eſſet æqualis. Aequalem uero ſi
pater homo potuiſſet, nullo dubitante genuiſſet.
Quis ergo audeat dicere, hoc nec omnipotens po-
tuit? Addo etiã, qa ſi poſſet homo, maiorem ſeipſo
melioreq̃; gigneret filiũ: ſed maius uel melius deo
qcq̃ nõ poteſt eſſe, ergo ei uerũ filiũ credamus ęqua
lẽ. Quod ſi dixeris, eo ipſo maior eſt pater filio: qa
de nullo genitus, genuit tamẽ æqualẽ: cito reſpõde
bo, Immo ideo nõ eſt maior pater filio, qa æqualẽ
genuit, nõ minorẽ. Originis .n. quęſtio eſt, quis de
quo ſit: æqualitatis autẽ, qualis aut quãt⁹ ſit. Pro-
inde ſi admittit ratio ueritatis, ut æquali patri fili⁹
obſequał æqualis, non negamus obſequũ. Si autẽ p
obſequũ minorẽ natũ uultis credere, ꝓhibem⁹: nul-
lo modo .n. de⁹ pater ut habere unici filij poſſet ob
ſequũ, uellet degenerare † naturã. Parẽtib⁹ autẽ ut eſ- † negare.
ſet ſubdit⁹ xp̃s nõ diuinę maieſtatis fuit, ſed ætatis Lucæ. 2.
humanæ. Fruſtra itaq̃ dixiſti, ſi parẽtib⁹ fuit ſubdi-

A tuis, quos creauit, quãto magis ſuo genitori, q eũ ta
lẽ ac tãtũ genuit? Reſpõdetur.n. tibi, Si parentibus
fuit ſubditus ꝓpter pueritiã, quãto magis deo pro-
pter ipſam hominis formã? Quã formã cũ imorta-
lẽ fecerit, nõ morte ꝑdiderit, qd miraris ſi etiã poſt
huius ſeculi finẽ ſubiect⁹ erit in ea illi q ei ſubiecit
omnia? Tu autẽ nõ ꝓpter formã ſerui dicis filiũ pa
tri eſſe ſubiectũ, ſed qa eũ talẽ ac tãtũ genuit .i. ma-
gnũ deũ, quãuis patre ipſo minorẽ. Vbi & patri
derogas, q filiũ ſibi unicũ, aut nõ potuit, aut non
uoluit gignere æqualẽ: & ipſi filio q unicus patri
non eſt generatus æqualis: & ideo pfectus eſt nat⁹,
ne unq̃ uel creſcendo fieret, qd nõ potuit eſſe naſcẽ
do. Nos autẽ nõ ut putas corpus tãtũ filij .i. corpus
hominis, uerumetiã humanũ ſpiritũ patri dicimus
1. Cor. 15. eſſe ſubiectũ: & ſecũdũ id ꝙ homo factus eſt intel-
ligimus dictũ, Cũ autẽ omnia illi ſubiecta fuerint,
tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi q ſubiecit ei om
nia. Secũdũ id ꝙ xp̃s eſt caput & corpus: caput ſcili-
B cet ipſe ſaluator qui ſurrexit à mortuis, & ſedet ad
Col. 1. dexterã patris: & Eccleſia quæ eſt corpus eius, ple-
nitudo eius, ſicut apertiſſime dicit Apoſtolus, Ac p
hoc cũ omnia xp̃o ſubiecta fuerint, & capiti & cor-
pori erunt ſine dubio ſubiecta. Nã ſecundũ id ꝙ ſi-
†alias ſi- ne tempore dicitur natus eſſe†, nihil unq̃ potuit ei
ne tẽpore nõ eſſe ſubiectũ. Scimus ꝙ nos cõmemorãdos pu-
deus na- taſti, qa pater nõ iudicat quenq̃, ſed omne iudiciũ
tus eſt. dedit filio, Vellẽ tamen diceres nobis, quomodo
Ioan. 5. pr non iudicet quẽq̃, ſed omne iudiciũ dedit filio,
Ioan. 8. cum dicat idẽ filius, Ego non quæro gloriã meam,
eſt q quærat ut iudicet: ut ſcias ideo dictum, Pater
non iudicat quenq̃, ſed omne iudiciũ dedit filio:
quoniã iudicandis uiuis & mortuis forma homi-
Zach. 12. nis apparebit, q̃ non habet pater, ꝓpter qd ait Pro-
pheta, Videbunt in quẽ pupugerunt. Sed inuiſibili
ter etiã pater erit cũ illo, qa inſeparabilis eſt ab eo.
Ioan. 16. Si.n. non ſolũ ſolus quoniã pater mecũ eſt, ait ipſe
moriturus: quanto magis ſecũ habebit patrem, de
mortuis & uiuis iudicaturus? Cũ illo erit etiã ſpiri-
tus ſanctus, Quomodo.n. deſeret eũ ſpiritus ſanct⁹
Matth. 3. in regali ſede, quo plenus regreſſus eſt à Iordane?
Heb. 2. Qd itaq̃ ſcriptũ eſt ad Hebræos, Nunc autẽ necdũ
C uidemus omnia ſubiecta ei: eũ autẽ modico min⁹
ab angelis minoratũ uidemus Ieſum ꝓpter paſſio
nẽ mortis, docere nos debet quomodo itelligẽdũ
1. Cor. 15. eſt qd ſcriptũ eſt ad Corinthios, Cũ autem omnia
illi ſubiecta fuerint: qa ſecũdũ id dictũ eſt ꝙ factus
eſt homo, non ſecũdũ id ꝙ eſt deus. Sic ergo in ho
mine apparẽs, in quo p paſſionem mortis minora-
tus eſt modico minus ab angelis, uiuos & mortuos
Matt. 25. iudicabit, quando dicturus eſt, Venite benedicti
patris mei percipite regnũ. Quo teſtimonio nõ ho
minẽ, ſed deũ minorẽ ſuo patre quaſi probare uol
uiſti: ſed ſicut ab eis q intelligunt reſpicitur, non
Cap. 19. probaſti. De ſpiritusſancti autẽ gemitibus, qa non
ipſe gemit, ſed inſpirans nobis deſideriũ ſãctũ, nos
1. Cor. 5. facit gemere quãdiu peregrinamur à domino, iam
tibi ſufficienter reſpõdiſſe me exiſtimo. Et tales de
ſcripturis ſanctis locutiones, quantũ ſatis uidebat
Gene. 22. oſtendi, quoniã ſic dicitur gemere ſpiritusſanctus,
quia nos facit gemere, ſicut dixit de⁹, Nunc cogno
ui: quãdo cognoſcere hominẽ fecit. Non.n. tũc co-
gnouerat qd tunc ſe dixerat cognouiſſe, qa omnia
ſcit antequã fiant. Ad qd te reſpõdere non potuiſſe
oſtẽdi. Quid ꝓdeſt, quia ſentis, quãdo nõ cõſentis?

Iã etiã de uerbis domini ubi ait, Ego & pater unũ D
ſumus: nihil te reſpõdere potuiſſe monſtraui. Sed Cap. 20.
ut hic quoque oſtẽdã, ſic exemplis ut dicis, qb⁹ ego Ioan. 10.
uſus ſum uis ꝓbare quomodo dictũ ſit, Ego & pa-
ter unũ ſumus: & ob hoc cõmemoras Apoſtolicũ
teſtimoniũ, qd à me poſitũ eſt, ubi ait, Qui adhęret
domino, unus ſpiritus eſt: dic & tu, cũ adhæret pa-
tri filius, unus deus eſt. Non.n. ait Apoſtolus, Qui
adhęret dominino, unũ ſunt: ſicut dictũ eſt, Ego &
pater unũ ſumus: ſed ait, unus ſpiritus eſt. Cũ autẽ
tu nõ dicas, Cũ adhæret patri filius, unus deus eſt:
ut qd & tu adhibes hoc Apoſtoli teſtimoniũ, ubi
ait, Qui adhæret domino, unus ſpirit⁹ eſt: niſi ut te 1. Cor. 6.
etiam à te ꝓducto teſte cõuincã? Nunc ſaltẽ diſtin-
gue duo iſta, quę non potuiſti cũ ſimul eſſemus in
noſtra diſputatione diſtinguere. Diligenter itaque
intellige† qd dico. Quãdo de reb⁹ duabus aut plu- †attende
ribus dicit, unus eſt uel una eſt, & addit qd unus
uel qd una, & de his quę diuerſæ, & de his quę ſunt
unius ſubſtãtiæ dici poteſt. Diuerſę ſunt.n. ſubſtan E
tiæ ſpiritus hominis & ſpiritus domini: & tamẽ di-
ctũ eſt, Qui adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Vni
us autẽ ſubſtãtiæ ſunt animę hominũ & corda ho
minũ: de qbus dictũ eſt, Erat illis anima una & cor Acto. 4.
unũ. Vbi autẽ dicit de duobus, aut pluribus, unũ
ſunt: nec addit qd unum ſint, non diuerſæ intelli-
gunt, ſed unius eſſe ſubſtantię, ſicut dictũ eſt, Qui 1 Cor. 3.
plantat & q rigat unũ ſunt: Et, Ego & pater unũ ſu- Ioan. 10.
mus. Tu autẽ q patrẽ & filiũ diuerſas uis eſſe ſub-
ſtãtias, inuenire nõ potuiſti, ubi de diuerſis ſub-
ſtantiis dictũ fuerit, unũ ſunt. Et q non uis dicere,
cũ filius adhæret patri, unus deus eſt: adhibuiſti &
tu Apoſtoli teſtimoniũ, qd ego adhibuerã, ſed adhi
buiſti contra teipſum, ubi ait, Qui adhæret domi-
no, unus ſpiritus eſt. Si.n. de his q diuerſę ſubſtãtię
ſunt, recte dici potuit, unus ſpiritus eſt: Quãto ma
gis de his q unius ſubſtantiæ ſunt recte dicit, unus
deus eſt. Si hæc intelligis, non te ad ea reſpõdiſſe iã
perſpicis, & de cõſenſu uoluntatis te inaniter tam
multa dixiſſe cognoſcis. Etiã nos qppe incõparabi
lẽ cõſenſum uoluntatis, atq̃ indiuiduæ charitatis, F
patris & filij & ſpiritusſancti cõfitemur, propter qd
dicimus, hęc trinitas un⁹ eſt deus. Sed nos hoc etiã,
qd uos non dicitis, dicimus propter unam eandẽq;
naturam atque ſubſtantiã, hi tres unũ ſunt, Hæc ſi
diſtinxeris, & contentioſus eſſe nolueris, non te ad
ea reſpondiſſe aliquid iam uidebis, & de hac quæ- Mar. 14.
ſtione proculdubio iam tacebis. Vbi autẽ dixit fi-
lius patri, Verũ non quod ego uolo, ſed quod tu
uis: quid te adiuuat ꝙ tua uerba ſubiungis & dicis,
Oſtẽdit uero uoluntatẽ ſuam ſubiectam ſuo geni-
tori: Quaſi nos negemus, hominis uolũtatẽ uolun
tati dei debere eſſe ſubiectã? Nã ex natura hominis
hoc dixiſſe deũ cito uidet, qui locum ipſum ſancti
Euangelij paulo attenti⁹ intuet. Ibi.n. dixit, Triſtis
eſt anima mea uſq; ad mortẽ. Nũqd ex natura uni-
ci uerbi poſſet hoc dici? Sed homo q putas gemere
naturã ſpiritusſancti: cur nõ etiã naturã uerbi dei
unigeniti triſtẽ dicas eſſe potuiſſe? Ille tamẽ ne qd
tale diceretur, nõ ait, triſtis ſum: quãuis etiã ſi hoc
dixiſſet, nõ niſi ex natura hominis oportuiſſet in-
telligi: ſed ait, Triſtis eſt anima mea: quam ſicut ho
mo utique habebat humanã: quanq̃ & i hoc quod
ait, Non quod ego uolo: aliud ſe oſtendit uoluiſſe
quàm pater, qd niſi humano corde nõ poſſet, cum

G infirmitatẽ noſtrã i ſuũ,nõ diuinũ,ſed humanum
trãſfiguraret affectũ.Homine qppe non aſſumpto,
nullo modo patri diceret unicũ uerbũ, Nõ qđ ego
uolo. Nunq̃.n.poſſet immutabilis illa natura qcq̃
aliud uelle quàm pater.Hęc ſi diſtingueretis, Arria
ni hęretici nõ eſſetis.Nã & illud qđ dictũ eſt.Deſcẽ
Ioan.6. di de cœlo nõ ut faciã uolũtatẽ meã,ſed uolũtatẽ
eius q me miſit:poteſt qdẽ accipi etiã ſecũdũ id qđ
eſt unigenitũ uerbũ:ut ideo uolũtatẽ nõ ſuã dixe-
rit eſſe,ſed patris,quoniã de patre eſt qcqd eſt fili⁹:
nõ eſt autẽ de filio qcqd eſt pater, ſecũdũ qđ dictũ
Ioan.7. eſt,Et mea doctrina nõ eſt mea,ſed ei⁹ q me miſit:
quoniã patris doctrina ipſe eſt q patris eſt uerbũ,&
utiq̃ nõ eſt à ſeipſo, ſed à patre. Et rurſus cũ dicit,
Ioan.16. Omnia quæ habet pater,mea ſunt:patri ſe oſtẽdit
æqualẽ. Nõ abſurdũ eſt tamẽ ut etiã hoc, ſecundũ
id qđ homo factus eſt,dixiſſe accipiatur. Deſcendi
de cœlo nõ ut faciã uoluntatẽ meã, ſed uoluntatẽ
Ioan.1. eius q me miſit.Secũd⁹.n.Adã q tollit peccata mũ-
di,iſto modo ſe diſcreuit à primo Adã,p quẽ pecca
tũ intrauit in mundũ:quia iſte[non fecit]uolunta
Roma.5. tẽ ſuã, ſed eius à quo miſſus eſt, cũ ille fecerit ſuã,
H non eius à quo creatus eſt.Nec moueat quomodo
xp̃s ſecundũ id qđ homo eſt deſcenderit de cœlo,
cũ de matre quæ in terra erat factus ſit homo.Hoc
enim ꝓpter unitatẽ pſonæ dictũ,quoniã una pſo-
na eſt xp̃s deus & homo.Propter qđ euã nemo,in-
Ioan.3. quit,aſcendit in cœlũ niſi qui de cœlo deſcendit,fi
lius hominis q eſt in cœlo: Si ergo attẽdas diſtin-
ctionẽ ſubſtãtiaꝝ,filius dei de cœlo deſcẽdit, fili⁹
hominis crucifixus eſt.Si unitatem pſonę,& filius
hominis deſcendit de cœlo,& filius dei eſt crucifi-
xus,Ipſe eſt.n. dominus gloriæ,de quo ait Apoſto-
lus,Si.n.cognouiſſent,nunq̃ dominum gloriæ cru
1.Cor.2. cifixiſſent.Propter hanc ergo unitatẽ perſonę,non
ſolum filiũ hominis dixit deſcendiſſe de cœlo, ſed
eſſe dixit in cœlo,cũ loqueret̃ i terra.Nõ ergo uolũ
tatem ſuã fecit, qa peccatũ nõ fecit, ſed uoluntatẽ
fecit illius qui eũ miſit.Tunc.n.facit homo uolun
tatẽ dei,quãdo facit iuſtitiã quæ ex deo eſt Nec ſic
arbitremur à patre miſſum eſſe filiũ, ut nõ ſit miſ-
ſus à ſpirituſancto, cũ uox ipſius ſit per Prophetã,
Eſaia 48 Et nũc dominus miſit me,& ſpiritus eius. Hoc.n.fi
I liũ dixiſſe indicãt ea quę ſunt dicta ſuperius, Nam
ſic ad iſta uerba peruetũ eſt,Audite me inqt,Iacob.
& Iſrael quẽ ego uocabo. Ego ſum primus, & ego
ſum in ęternũ,& manus mea fundauit terrã,dexte
ra mea ſolidauit cœlũ.Vocabo illos,& aſtabunt ſi
mul,cõuenient etiam uniuerſi & audient. Quis illis
enũciauit hęc?Diligens te feci uolũtatẽ tuã ſup Ba
bylonia,ut tollatur ſemen Chaldæoꝝ. Ego locut⁹
ſum,ego uocaui, adduxi illũ, & ꝓſperã uiã eius fe-
ci.Cõuenite ad me,& audite iſta, Nec.n.ab initio i
obſcuro locut⁹ ſum,cũ fiebant ibi erã, Et nunc do
minus miſit me,& ſpiritus eius. Quid hoc aperti⁹?
Nec ſic à patre & ſpirituſancto miſſus eſt ut ſe ipſe
nõ miſerit:ſit ut à patre oſtẽdit̃ traditus, ubi legit̃,
Roma.8. Qui filio ꝓprio nõ pepercit, ſed ꝓ nobis omnibus
tradidit eũ. Alio autẽ loco de ipſo filio dicit̃, Qui
Gal.2. me dilexit,& tradidit ſeipſũ ꝓ me. Quomo autem
nõ facit uolũtatẽ ſuã qui dixit, Sicut pater ſuſcitat
Ioan.5. mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuifi-
cat? Et cũ ei dictũ eſſet,Si uis, potes me mundare.
Matth.8. Reſpõdit,Volo mũdare.Et ad uerbũ continuo fa-
ctũ eſt qđ uelle ſe dixit.Sicut autẽ facit filius uolũ-
tatẽ patris,ſic & pater facit uoluntatem filij.Nã fi- K
lius dicit, Pater uolo ut ubi ego ſum,& iſti ſint me Ioan.17.
cum.Non dixit peto uel rogo,ſed uolo:ut iſto uo-
lẽte faceret ille,ſicut illo uolẽte faciebat iſte:& nõ
alia ille,alia iſte,ſed quæ ille,hæc etiã iſte.Quæcũ-
que.n.pater facit,hæc & filius ſimiliter facit.Verba Ioan.5.
ſunt ipſius,uerba ueritatis ſũt, falſa eſſe nõ poſſũt.
Suſcipere te dicis qđ ꝓtuli,Neſcitis qa tẽplũ dei
eſtis,& ſpiritus dei habitat i uobis? Qđ potuiſti di Cap.21.
cere ideo dictũ eſſe,qa i nemie habitat deus,quem 1.Cor.3.
nõ ante ſpirituſſanctus ſantificauerit atq̃ purgaue
rit,quaſi tẽplũ deo habitaturo nõ ſibi ſanctificet
& purget ſpirituſſanctus:cũ Apoſtolus hinc oſtẽde
rit ipſũ eſſe deũ, cuius nos dixerat eſſe tẽplũ,qa nõ
ait,& ſpiritus dei ſanctificat & purgat nos ut deus
habitet in uobis:ſed ait,Spiritus dei habitat in uo
bis:utiq̃ in tẽplo ſuo deus habitat. Nã qđ eſt tẽplũ
dei,niſi habitaculũ dei? Vidiſti autẽ etiã tu conſe-
quenter eſſe deũ noſtrũ cuius ſumus tẽplũ,& nol-
uiſti aliud teſtimoniũ cõmemorare qđ ꝓtuli Neſci
tis qa corpus ueſtrũ tẽplũ i uobis ſpirituſſancti eſt,
quẽ habetis à deo? Iam ergo cõfitere deũ eſſe ſpiri-
tũſanctũ,Neq̃.n.niſi eſſet deus haberet tẽplũ,& tẽ 2.Cor.6.
plũ nõ manufactũ, ſed ędificatum de mẽbris dei.
xp̃s.n.ſup omnia eſt deus benedictus in ſecula, cu L
ius mẽbra ſunt noſtra corpora. Qui.n. dixit,Neſci-
tis qa corpus ueſtrũ templũ in uobis ſpirituſſancti
eſt:ipſe dixit,Neſcitis qa corpora ueſtra mẽbra ſũt
xp̃i? Itàne uero cui de lignis & lapidibus Salomon
edificauit templũ,deus eſt: & cui templũ ædifica-
tur de membris xp̃i:hoc eſt,de membris dei, deus
nõ eſt? Cũ loquens de deo beatiſſimus martyr Ste-
phanus dixerit,Salomõ ędificauit ei domũ,ſed ſũ
mus nõ in manufactis tẽplis habitat. Et tamẽ xp̃i Acto.7.
membra quorũ caput eſt ſup omnes cœlos,tẽplũ
ſunt ſpirituſſancti, quem conſtat ueniſſe de cœlo.
Iſtũ negare deũ qđ eſt,niſi nõ eſſe & nolle eſſe tem-
plũ eius? Alloqtur nos Apoſtolus dicens, Obſecro
autem uos fratres per miſerationes dei, ut exhibea
tis corpora ueſtra hoſtiam uiuam, ſanctã,deo pla-
centẽ Corpora itaq̃ fideliũ hoſtia ſunt deo,mẽbra Rom.12.
xp̃i,templũ ſpirituſſancti,& deus nõ eſt ſpirituſſan
ctus? Quis hoc dicit niſi i quo nõ habitat? Quoniã
in quo habitat,utiq̃ templũ eius eſt.Deniq̃ cũ dixiſ
ſet Apoſtolus, Neſcitis qa corpus ueſtrũ templũ in
uobis ſpirituſſancti eſt,quem habetis à deo,& non M
eſtis ueſtri,Empti.n.eſtis precio magno: continuo 1.Cor.6.
ſecutus adiunxit, Glorificate ergo deũ in corpore
ueſtro. Vbi dilucide oſtendit deũ eſſe ſpiritumſan
ctũ,glorificandũ ſcilicet in corpore noſtro tanq̃ in
templo ſuo.Et quod Ananiæ dixit Apoſtol⁹ Petr⁹,
Auſus es mentiri ſpirituiſancto? Atque oſtendens
deum eſſe ſpiritumſanctum,Nõ es,inquit, homini Acto.5.
bus mentitus,ſed deo.Miror autem cor ueſtrũ quã
tũ ſermone explicare non poſſum,quomodo cum
ſic laudetis ſpiritũſanctũ,ut eũ ſanctificandis fide-
libus ubique aſſeratis eſſe præſentem, tamen nega
re audeatis deũ.Itàne deus nõ eſt q repleuit orbem
terrarum?Scriptura enim dicit,Spiritus domini re-
pleuit orbem terrarum.Sed quid dicamus quòd re
pleuit orbem,qui repleuit orbis etiam redempto- Sapiẽ.1.
rem? Dominus enim Ieſus plenus ſpirituſancto re-
greſſus eſt à Iordane: & præſumitis dicere, quia Matt.3.
ipſe dominus Ieſus erat, & ſpiritus ſanctus quo
plenus erat, non erat deus: tam male ſentien-

A tes de ſpirituſancto, ut nõ ei tribuatis ſaltẽ qđ tri-
butum eſt Moyſi famulo dei, q non munera grãs,
ſed plagarũ prodigia in eodẽ ſpirituſancto, qa ipſe
Exod. 8. eſt digitus dei, Aegyptijs ingerebat, & tñ Pharaoni
& 7. deus erat. [Vno loco erat ad affligẽdos Aegyptios,
& Pharaoni deus erat:] Vbiq; adeſt ſpirituſſanctus
ad hoies in æternã uitã regenerandos, & nõ eſt eis
deus? Imò uero eſt, & deus uerus ẽ, qa dei ueri mẽ-
bra tẽplũ eius eſt: & utiq; ſubiectum eſt tẽplum illi
cuius eſt tẽplum. Qũo ergo deus non eſt, cui ſunt
membra dei ſubiecta? Ac p hoc & dñs eſt tẽpli ſui.
Quis.n.hoc neget, quis ita deſipiat, ut dicat nõ eſſe
aliquẽ dñm dom' ſuę. Quomodo ergo ſpirituſſan
ctus non eſt dñs, qui dñs eſt membrorum dñi? Ipſe
eſt quippe ſpiritus dñi de quo uno eodemq́ loco
2. Cor. 3. dictum eſt, Cum autẽ conuerſus fuerit ad deum,
auferetur uelamen. Dñs autẽ ſpiritus eſt. Vbi autẽ
ſpiritus dñi, ibi libertas Iam creatorem ſuperius de
monſtraui ſpiritũſanctũ. Quomodo antẽ rex non
eſt, cuius templũ eſt qui mẽbra ſunt regis? Qũo nõ
conſidet patri & filio, qui repleuit filium, qui mem
bra filij ſuam poſsidet domũ. Niſi forte qñ filius
B regreſſus eſt à Iordane, plenus erat ſpirituſancto: &
qñ ſedere cœpit ad dexterã patris, excluſit à ſe ſpi-
ritumſanctũ? Deinde cum de patre procedat, qũo
cum patre non ſedeat, Cum ipſa ſeſsio non ſit utiq;
cogitãda carnaliter? Alioquin opinaturi ſumus ho
notabilius filium ſedere q̃ patrem. Honorabilius
quippe ſedetur ad dexterã, & uidebitur eſſe conſe-
quens, ut pater ſedeat ad ſiniſtram. Poſtremo qua-
lis nobis perſuaſerit ſpiritus, ut ſancto ſpiritui dene
getis, qđ ſanctis hoibus ſancta ſcriptura concedit,
Ephe. 2. uos uideritis. Ait.n. Apľs, cũ eſſemus mortui pecca
tis, conuiuificauit nos Chriſto: cuius gratia ſalui
facti ſumus, & ſimul excitauit, & ſimul ſedere fecit
in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. Sancti ergo quos ſan
ctificat ſpirituſſanctus cõuiuificati Chriſto: ita ſi-
mul ſeſſuri prędeſtinati ſunt, ut iã factũ dicat Apľs,
qđ certũ eſt affuturũ: & ipſi ſpirituſancto ſubtrahi
tur à nobis quiſquis eſt ille cõſeſſus, tanq̃ ſedere cũ
patre uel filio ſit indignus, qui eadẽ ſede efficit cõ-
dignos. Cui mouetis etiã qonem ꝙ nõ adoretur, &
hoc utiq; ſimillimo errore, cũ legatis ut iã ſupra do
cui, à ſanctis etiã hoies adoratos. Et tñ ut inuidiã
C blaſphemantis euites, ita laudas ſpiritũſanctũ, ut
tribuas ei ꝙ nõ habet ulla creatura, & detrahas ei
Cap. 22. qđ adipiſcitur & humana creatura. Dixiſſe me
quod cõmemoras fateor, & nũc dico, ꝙ Saluator
noſter non dixerit, ut ipſi & nos unum ſed, ut ipſi
Ioan. 17. ſint unum. Et de his Euangelicis uerbis ſatis à me
recolo iã fuiſſe rñſum, cũ oſtẽderem refellere te nõ
potuiſſe quæ dixi: Qm̃ popoſci, ut proferres ubi le
geris, unũ ſunt, dictũ eſſe de aliquibus rebus, q̃ nõ
eẽnt unius eiuſdẽq́ ſubſtãtię: neq; protuliſti. Quid
enim te adiuuat ꝙ dilectionis cõſenſione affirmas
1. Cor. 3 dictũ eſſe de Paulo & Apollo. Qui plantat autẽ &
q rigat unũ ſunt, cũ eos nõ oſtendas diuerſæ fuiſſe
ſubſtantiæ? Ambo quippe hoies erant. Si.n.non di
ligerẽt inuicem, natura unũ eſſent, dilectione non
eſſent. Si aũt unũ natura non eſſent, unũ dici dile-
ctione nõ poſſent. Poſcit ergo fili' ut ita ſint unũ,
qũo ipſe & pater unũ ſunt.i.nõ ſolũ natura, quod
iam erant, uerũ etiã perfectione charitatis atq; iuſti
tiæ, pro ſuę capacitate naturę, quantũ in dei regno
eſſe potuerint. Vt etiã ipſi ſumme unum ſint in na-
tura ſua, quemadmodũ pater & filius ſumme unũ D
ſunt, quamuis in excellentiore atq; incomparabili-
ter meliore natura ſua. Dixit ergo ad patrẽ filius, Ioan. 17.
Pater ſancte ſerua eos i noie tuo quos dediſti mihi,
ut ſint unũ ſicut & nos Nõ dixit, ut ſint unũ nobi
ſcum: aut, ut ſimus unũ ipſi & nos. Itẽ paulopoſt,
Non pro his aũt rogo tantũ, ſed etiã pro eis qui cre
dituri ſunt per uerbum eoꝝ in me, ut oẽs unũ ſint,
ſicut ut pater in me & ego in te, ut & ipſi in nobis
unũ ſint Neq; hic dixit, ut ipſi & nos unũ ſim': ſed,
unũ ſint in nobis. Qm̃ hoies qui natura unũ ſunt,
ſumme atq; perfecte ſcđm ſuum modũ unum eſſe
non poſſunt iuſtitiæ plenitudine, niſi in deo perfi
ciantur, ut unũ ſint in patre & filio.i.in ipſis unũ,
nõ cum ipſis unũ. Adhuc ſequitur & adiungit, Vt Ibidem
mundus credat quia tu me miſiſti, & ego claritatẽ
quam dediſti mihi, dedi illis, ut ſint unũ, ſicut nos
unũ ſumus: Ego in eis & tu in me, ut ſint conſum-
mati in unum. Neq; hic dixit, ut nobiſcũ ſint unũ:
aut, ut ipſi & nos ſumus unũ. Deinde cũ addidiſ-
ſet, Vt cognoſcat mũdus qa tu me miſiſti, & dilexi-
ſti eos ſicut & me dilexiſti: ſecutus adiunxit, Pater, E
nolo ut ubi ego ſum & illi ſint mecũ. Vbi ſum, in-
quit, mecũ ſint. Hoc ergo uoluit ut cũ illo eſſent,
nõ ut illi & ipſe unũ eſſent. Quid eſt qđ dicere uo-
luiſti, Dilectionis fecit mentionẽ, & nõ ſubſtantię:
q̃uis tu nõ eo loco iſta dñi uerba poſueris, quo ab
ipſo ſunt poſita. Sed qđ ad nos? quãdoqdẽ nõ ip-
ſos & ipſe, uel ipſos & patrẽ dixit aut uoluit unum
eſſe, ſed ipſos unũ eſſe uoluit, quos nouerat unius
eſſe ſubſtãtiæ. Sicut & nos, inqt, unũ ſumus, quos
idẽtidẽ nouerat unius eẽ ſubſtãtiæ. Tu ſi uis aliqđ
rñdere, oſtẽde ſcđm ſcripturas ſanctas de aliquib'
rebus dictũ, unũ ſunt, quarũ eſt diuerſa ſubſtãtia.
Hoc.n Xp̃s nõ dixit, qđ tñ tu auſus es dicere.i. Apo
ſtolos unũ eſſe cũ patre & filio: in eo qđ in oibus
ad uoluntatem dei patris reſpiciẽtes, ad imitatio-
nem filij ſubditi uni deo patri & ipſi inueniuntur.
Hæc dicens, deum & hoies ſanctos unum eſſe feci-
ſti. Poteſt ergo quiſquã ſanctoꝝ dicere, Ego & deus
unũ ſumus? Abſit hoc à cordib' & oribus ſanctis.
Puto autẽ ꝙ & uos à quocunq; hoc audiatis, hor-
reſcitis, nec fertis quenquã hoiem quantolibet mu
nere ſanctitatis excellat dicentẽ, Ego & deus unũ
ſumus. Sed forte arrogantiæ uideaſ, ut hoc de ſeip F
ſo aliquis dicat. Plane uero quiſquã ueſtrũ: & ſi nõ
audet dicere, Ego & deus unũ ſum': ſaltẽ audet di-
cere, Paulus & deus unũ ſunt: ſicut incũctãter dici
mus, Paulus & Apollo unũ ſunt: Deus pr̃ & deus fi-
lius unũ ſunt? Porrò ſi nõ audetis dicere, qlibet hõ
ſanctus, qlibet Propheta, qlibet Apoſtolus & deus
unũ ſunt, qs te urgebat, qs præcipitabat, ut diceres,
Apľi unũ ſunt cũ pr̃e & filio? Vnũ ſunt, inquis, pr̃ &
filius, nõ tñ unus: cõtinuoq́ ſubiungis, Vnũ ad con
cordiã pertinet, unus ad numeꝝ ſingularitatis. Vo
lebas aũt dicere, Vnũ ſunt, ad cõcordiam pertinet:
unus eſt, ad numerũ ſingularitatis. Sed te à cõſide
ratione uerboꝝ tuoꝝ impetus diſputationis auer-
tit. Nã & unũ & unus utiq; ad numerũ pertinet ſin
gularem. Sed qđ uerũ † eſt, unũ ſunt: pp id quod † dictum
additum eſt, ſunt: pluralem indicat numerũ, qua-
dã ſingularitate cõnexum: unus eſt autẽ, apertiſsi-
me numerus eſt ſingularis. Sed nunqd Apoſtolus
diceret, Qui autem adhæret domino, unum ſunt?
Quid enim aliud diceret ſi hoc diceret, niſi homo

ſanctus & deus unũ ſunt? Sed abſit abſit ab illa ſa-
1. Cor. 6. pientia iſta ſnia, & tñ dixit, Qui aũt adhæret dño,
unus ſpiritus eſt, ut noueris de his dici, unũ ſunt,
q unius ſunt eiuſdemq́; ſubſtantiæ: ſicut quibuſdã
Galat. 3. hoibus dictũ eſt, Oẽs. n. uos unũ eſtis in Xpo Ieſu.
Ioan. 10. Et ſicut ait ipſe Chriſtus, Ego & pater unũ ſumus.
Cũ autẽ unus dicitur, & quid unus natura, & quid
unus adijcitur: & de diuerſis ſubſtãtijs dici poteſt,
1. Cor. 6. ſicut dictũ eſt, Qui adhæret dño, unus ſpiritus eſt:
& de rebus unius ſubſtantiæ, ſicut dictũ eſt, Erat
Acto. 4. eis aia una & cor unum. Vnum erat, dixit, [non di-
xit, erant:] & qd erat dixit. i. anima & cor. Sic & de
patre & filio, unum ſunt dicimus, qa unius ſubſtan
tiæ duo ſunt, & unus eſt, dicimus, ſed addimus qd
unus. i. unus deus, unus dñs, unus oipotens, & ſi qd
huiuſmodi. Satis me uobis duarũ iſtarũ locutionũ
arbitror inculcaſſe diſtantiã. Scrutare itaq; ſcriptu-
ras canonicas ueteres & nouas, & inueni ſi potes
ubi dicta ſunt aliqua, unum ſunt, quæ ſunt diuer-
H ſæ naturæ atq; ſubſtantię. Sanè falli te nolo in epſa
1. Ioan. 5. Ioannis Apoſtoli, ubi ait, Tres ſunt teſtes, ſpiritus,
Triplex aqua & ſanguis, & tres unũ ſunt: Ne forte dicas ſpi-
teſtimo- ritũ & aquã & ſanguinẽ diuerſas eſſe ſubſtantias, &
nium. tñ dictũ eſſe, tres unũ ſunt. Propter hoc admonui
ne fallaris. Hæc. n. ſacramẽta ſunt, in quibus nõ qd
ſint, ſed qd oſtendant ſemper attenditur: qm̃ ſigna
ſunt rerum, aliud exiſtentia, & aliud ſignificantia.
Si ergo illa quæ his ſignificantur, intelligunt, ipſa
inueniunt unius eſſe ſubſtãtiæ: tanq̃ ſi dicamus, Pe
tra & aqua unũ ſunt, uolẽtes p petram ſignificare
Chriſtũ, per aquã ſpiritumſanctũ, Quis dubitat pe-
tram & aquã diuerſas eſſe naturas? Sed qa Chriſtus
& ſpiritusſanctus unius ſunt eiuſdẽq; naturæ, ideo
cũ dicitur, Petra & aqua unũ ſunt: ex ea parte recte
accipi poteſt, qa iſtæ duæ res quaꝝ eſt diuerſa na-
tura, aliaꝝ quoq; ſigna ſunt rerũ, quaꝝ eſt una na-
tura. Tria itaq; nouimus de corpore dñi exiſſe cum
penderet in ligno. Primo ſpiritum, Vnde ſcriptum
Ioan. 19. eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritũ. Deinde quã-
do latus eius lancea perforatum eſt, ſanguinem &
aquã. Quæ tria ſi per ſeipſa intuemur, diuerſas ha-
bent ſingula quęq; ſubſtantias. Ac p hoc non ſunt
I unũ. Si uero ea q̃ his ſignificata ſunt uelimus in-
quirere, nõ abſurde occurrit ipſa trinitas, q̃ unus ſo
lus, uerus, ſummus eſt deus, pr̃ & filius & ſpiritus-
ſanctus: de qbus ueriſſime dici potuit, Tres ſunt te
ſtes, & tres unũ ſunt: ut noie ſpũs ſignificatũ acci-
piamus deũ patrẽ. De ipſo qppe adorãdo loquebat
Ioan. 4. dñs ubi ait, Spiritus eſt deus: Noie aũt ſanguinis fi-
Ioan. 1. lium, qa uerbũ caro factũ eſt, Et noie aquæ ſpiritũ
ſanctũ. Cũ n. de aqua loqueret Ieſus, quã daturus
Ioan. 7. erat ſitientibus, ait Euangeliſta, Hoc autẽ dixit de
ſpiritu, quẽ accepturi erant credentes in eum. Te-
ſtes uero eſſe patrẽ & filiũ & ſpiritũſanctum, quis
Ioan. 8. Euangelio credidit, & dubitat, dicente filio, Ego
ſum qui teſtimoniũ perhibeo de me, & teſtimoniũ
perhibet de me q miſit me pater. Vbi etſi nõ eſt cõ-
memoratus ſpiritusſanctus, nõ tñ intelligitur ſepa-
ratus. Sed nec de ipſo alibi tacuit, eumq; teſtem ſa-
tis aperte monſtrauit. Nã cũ illum promitteret, ait,
Ioan. 15. Ipſe teſtimoniũ phibebit de me, Hi ſunt tres teſtes,
& tres unũ ſunt, qa unius ſubſtãtiæ ſunt. Quòd au
tem ſigna qbꝰ ſignificati ſunt, de corpore dñi exie-
runt, ſignificauerunt Eccleſiam prædicantem trini
tatis unã eandemq; naturam: qm̃ hi tres qui trino
modo ſignificati ſunt, unũ ſunt: Eccleſia uero eos K
prædicans, corpus eſt Chriſti. Si ergo tres res qbus Col. 1.
ſignificati ſunt, ex corpore dñi exierũt, ſicut ex cor
pore dñi ſonuit, ut baptizarentur gentes in noie
patris & filij & ſpiritusſancti: in noie, nõ in nomini
bus. Hi. n. tres unum ſunt: & hi tres unus eſt deus. Matt. 28.
Si quo aũt alio modo tanti ſacramenti iſta profun
ditas, quæ in epiſtola Ioannis legitur, exponi & in-
telligi poteſt ſcdm catholicam fidem, quæ nec cõ-
fundit nec ſeparat trinitatẽ, nec abnuit tres pſo-
nas, nec diuerſas credit eſſe ſubſtantias, nulla rõne
reſpuendũ eſt. Quod. n. ad exercendas mentes fide
liũ in ſcripturis ſanctis obſcure ponit, gratulandũ
eſt ſi multis modis, non tñ inſipienter exponatur.

Quid eſt autẽ quod poſcis ut aſtruã, ſi pater & Cap. 23.
filius & ſpiritusſanctus unus ẽ deus, cũ hoc aſtruat
uoce clariſſima ſcriptura diuina dicẽs, Audi Iſrael, Deute. 6.
dñs deus tuus deus unus eſt? Quod & uos ut ip̃ au
diretis ſi Iſrael eſſe uelletis, nõ carnaliter ut Iudæi,
ſed ſpiritaliter ut Chriſtiani. Qui. n. nõ uult fideli- Ibidem.
ter audire qđ dictũ eſt, Audi Iſrael, dñs deus tuus
deus unus eſt: ſupereſt ut eum qui hoc dixit credat
eſſe mendacẽ. Si aũt mendax ille nõ eſt, uox iſta ue L
ra eſt. Si uox iſta uera eſt, quęſtio iſta finita eſt. Pro
culdubio qppe uos ueritas cogit patrem & filiũ &
ſpiritũſanctũ cõfiteri unũ deum uerũ. † Sed ſi ſpiri † unũ do
tumſanctũ, cuius tẽplũ nõ manufactũ, ſed corpus minũ de-
eſt noſtrum: cuius tẽplum nõ ligna & lapides, ſed um.
membra ſunt Chriſti, negatis deum: de ipſo Chri-
ſto quid dicturi eſtis, quẽ deũ & dñm cõfitemini?
Reſpondete itaq; nobis, utrum pater & filius unus
ſit dñs deus? Si. n. non eſt unus, duo ſunt: Si duo
ſunt, mentitur qui dicit, Audi Iſrael, dñs deus tuus Deute. 6
deus unus eſt. Mentitur qui dicit, Videte qm̃ ego Deute. 32.
ſum deus, † & nõ eſt alius præter me. Sed quia illũ dominꝰ
mentientem dicere nõ audetis, quare uos corrige-
re dubitatis, & uenire uel redire ad catholicam fi-
dem: quæ patrem & filium & ſpiritumſanctum nõ
tres dños deos ſed unũ dñm deum credit & dicit,
clamantem populo ſuo, Audi Iſrael, dñs deus tuus
deus unus eſt: Et, Videte qm̃ ego ſum deus, † & nõ † dominꝰ
eſt alius præter me? Si te dicam ſurdum & cæcum, M
qui nec audis iſta nec uides, contumelioſum ſine
dubio me putabis. Ecce nõ dico, Expone ergo no-
bis quõ accipias, Audi Iſrael, dñs deus tuus deus
unus eſt: utrum ibi ſit intelligẽdus & Chriſtus, an
non ſit. Si. n. dixeris: ibi eſt, confiteberis mecum pa
trem & filiũ unũ eſſe dñm deum: Si autem reſpon-
deris, Chriſtum non eſſe ibi intelligendũ, duos cõ
tra uocem diuinã introducturus es dños deos, qm̃
non negas etiã Chriſtum eſſe dñm deũ. Similiter
abs te q̃ro quõ accipias, Videte qm̃ ego ſum dñs, &
nõ eſt alius præter me. Ibi eſt Chriſtus, an non eſt? Mala. 3.
Si ibi eſt, profecto pater & filius unus eſt dñs: Si au
tem ibi non eſt, & tñ dñs eſt: mentitur qui dicit,
non eſt alius præter me dñs. Eſt n. alius dominus
filius, ſi non eſt unus dominus pater & filius. Quã
tumcunq; enim excellentius laudes patrem, & in-
fra eum deprimas filiũ, id agis, ut æquales nõ ſint:
non ut duo non ſint. Clama quãtum uis, pater eſt
maior, filius minor: reſpondetur tibi, duo ſunt ta-
men maior & minor. Nec dictũ eſt, dominus deus
tuus maior dominus † eſt: ſed dictum eſt, Domi- † aliàs,
nus deus tuus, deus unus eſt: Neque dictum eſt, deꝰ unꝰ.
non eſt alius æqualis mihi: ſed dictum eſt, Non eſt

A alius dñs præter me. Aut ergo confitere patrē & filium unū eſſe dñm deum, aut aperte nega dominū deum eſſe Xp̄m, ſicut aperte negas dñm deum eſſe ſpiritumſanctum. Quod ſi feceris, illis qdem te diuinis uocibus nō urgebo, ſed alia teſtimonia diuina proferā, quibus te & in iſto errore deteſtabiliore conuincam Nunc aūt & ſi negas dñm deum eſſe ſpiritumſanctum: ut iſtis tñ uocibus conteraris, ſatis eſt ꝙ Xp̄m deum & dñm confiteris: qui ſi nō eſt cum patre unus dñs deus, duo dñi dei ueſtri erunt,
Deut. 6. & falſæ illæ dei uoces erunt. Dñs deus tuus deus
Deut. 32. unus eſt: & non eſt alius præter me. Sed quanto melius erunt uerba ueſtra emendata, q̄ dei uerba mendacia? Quęris à me, utrum Iudaico modo te horter profiteri unū deum: an de ſubiectione filij potius, ſecundū quod fides habet Chriſtiana, oſtendatur unus eſſe deus: cuius filius nr̄ eſt deus: Ita hoc dicis quaſi Iudæorū ſit uox, Audi Iſrael, dominus deus tuus deus unus eſt: aut, Ego ſum dñs, & nō eſt alius p̄ter me. Ipſe deus hoc dixit, agnoſce & tace: uel potius ediſſere qūo uerū dixerit, quē nullus ueſtrum
B audet affirmare mentitū. Ediſſere, inquā, qūo uerū ſit, dñs deus tuus deus unus eſt: ſi domini dei noſtri ut dicitis duo ſunt: unus maior, alius minor. Ediſſere qūo uerum ſit, Ego ſum dñs, & nō eſt alius p̄ter me. Quis.n. hoc dixerit quęro, utrum pater, an filius? Si pater dixit, Ego ſum dñs, & non eſt alius p̄ter me: non uerum dixit, qa eſt alius dñs filius. Si filius hoc dixit, nec ipſe uerum dixit: quia eſt alius dñs pater. Si aūt hoc dixit trinitas, profecto & uerū dicit, & uos falſum dicere oſtēdit. Trinitas quippe ſecundum ueram fidem.i. pater & filius & ſpūſſanctus, in cuius nomine baptizamur, & unus dominus deus noſter eſt, & p̄ter ipſum alius non eſt. Ipſe
1. Cor. 8. eſt enim deus de quo dicit Apl̄s, Nullus eſt deus niſi unus. Nam ſi hoc de patre acceperis dictum, non tibi erit deus Xp̄s, qa non poteſt ſolui ſcriptura dicens, Nullus deus niſi unus: ut hic uobis taceam de ſpirituſancto, quē ſuperius dñm deum oſtēdimus, uobis negantibus. Quapropter ſi Macedoniani hæretici eſſetis, q de ſolo ſpiritu ſancto catholicæ fidei cōſentire detrectant: patrē uero & filium duos qdē
C eſſe.i. illum patrē, illum filium, & æquales eſſe, atq; unius eiuſdemq́; ſubſtantiæ: nec tñ duos dominos deos, ſed ambos ſimul unū dñm deum eſſe conſentiunt. Si ergo & uos ſaltem hactenus erraretis, non utiq; his diuinis uocibus urgeremini, Patrē quippe & filium aſſereretis unū dñm deum dixiſſe, non eſt alius p̄ter me. Vtinam nō reſtaret agere uobiſcum, niſi ut adiungeretis ſpiritū ſanctum, & nō dualitatem, ſed trinitatē diceretis unum dñm deum. Nūc uero cū ſic aſſeritis, patrē dñm deum, & filiū dñm deum, ut ſimul ambos non dicatis unum dominū deum, ſed duos, maiorē unum, & minorē alterum, prorſus cōfodimini gladio ueritatis dicentis, Audi Iſrael, dñs deus tuus deus unus eſt: qui clamat, Ego ſum dñs, & non eſt alius p̄ter me. Neq;.n deus pater ſic uellet Iſraelitas à cultu deorū reuocare multorū atq; falſorū, ut eis de uno dño ac deo mentiretur & diceret, non eſſe præter ſe alium deum, cum ſciret deum & dñm eſſe ſuū filium. Abſit ut ueritas & ueritatis pater mendacio deciperet populum ſuum: hæreticorū ſit hæc, non catholicorū tam horrēda &
† dominū deteſtanda blaſphemia. Prorſus deum † uerū dicit cum dicit, Audi Iſrael, dñs deus tuus deus unus eſt:

quia pater & filius & ſpiritusſanctus nō tres dij, ſed D unus deus: nec tres domini, ſed unus dñs eſt. Prorſus uerum dicit, Ego ſum dñs, & non eſt alius p̄ter me: quia nō hoc pater tantū, ſed ipſa trinitas dicit, hic eſt unus deus †, & non alius pręter ipſum. Nam † domin⁹
ſi pater diceret, Ego ſum dñs, & non eſt alius pręter me: negaret utiq; deum† eſſe unigenitum filium. Et † dominū
quis noſtrum auderet eum dñm confiteri, contradicente patre atq; dicente, Ego ſum dñs, & non eſt alius pręter me? Ac p hoc ſecundum rectam fidem, non patris, ſed trinitatis hæc uox eſt, & patris ergo & filij & ſpiritus ſancti. Obticeſcant igitur linguæ ignorantium ueritatē, Hæc trinitas deus unus eſt. De hoc uno deo dicitur, Audi Iſrael, dñs deus tuus deus unus eſt: hic deus unus dicit, Ego ſum dñs, & non eſt alius præter me. Subiectus eſt quidē patri filius ſecundum formā hominis: non tñ ſunt duo dij & duo domini ſecundum formā dei, ſed ambo cū ſpiritu ſuo† unus eſt dñs. Teſtimonia q̄ de Pau- † al. ſācto
lo Ap̄lo protuliſti, contra te loquunt, & neſcis. Dicit enim ille, Gratia uobis & pax à deo patre noſtro & Roma. 1.
dño Ieſu Chriſto. Qūo eſt autē dñs Ieſus Chriſtus, ſi pater dicit, Ego ſum dñs, & non eſt alius præter E
me? Nō ergo ſolius patris, ut dixi, ſed trinitatis hæc uox eſt. Adhibes alterū teſtimonium, & ipſum contra teipſum, ubi ait Apl̄s, Vnus deus pater, ex quo 1. Cor. 8.
omnia, & nos in ipſo: & unus dñs Ieſus Chriſtus, p quē omnia, & nos in ipſo, ſicut tu locutus es, Apoſtolus autē, & nos p ipſum ait, non ait in ipſo. Sed hæc quid ad cauſam? ſolent iſta contingere, ex memoria proferentibus teſtimonia, nō ex codice illa legentib⁹. Quod ad rem ptinet potius intuere. Ecce dicit Apl̄s, Vnus deus pater, ex quo omnia, & nos ī 1. Cor. 8.
ipſo: & unus dñs Ieſus Chriſtus, p quem omnia, & nos per ipſum Omnino duas perſonas, unā patris, alteram filij, ſine ulla confuſione & ſine ullo errore diſtinxit. Neque.n. duo ſunt dij patres, ſed unus deus pater. Nec duo ſunt dñi Ieſu Chriſti, ſed unus dominus Ieſus Chriſtus. In illa quippe trinitate q̄ deus eſt, unus eſt pater, non duo uel tres: & unus filius, non duo uel tres: & unus amborū ſpiritus, non duo uel tres. Et ipſe unus pater utiq; deus eſt, & ipſe unus filius etiam uobis fatentibus deus eſt, & ipſe F
amborū ſpiritus etiam uobis negātibus deus eſt. Sic & dñm ſi quæras, ſingulū quenq; rn̄deo, ſed ſimul omnes non tres dños deos, ſed unū dñm deum dico. Hæc eſt fides noſtra, qm̄ hæc fides eſt recta, quę fides etiam catholica nuncupatur. Tu aūt qui huic fidei contradicis, q̄ſo expone nobis, etiam Ieſus Xp̄s qūo ſit dñs, qui non trinitatis, ſed ſolius patris eſſe aſſeris uocem, Ego ſum dñs, & non eſt alius præter me? Nempe turbaris, nempe quid rn̄deas non inuenis, niſi qa tacere qn̄ conuinceris non uis. Si n. non deus trinitas, ſed pater tantum dixit, Ego ſum dñs, & nō eſt alius præter me: proculdubio negauit eſſe dñm filium: qm̄ ſi dñs eſt & filius, falſum dictū eſt, non eſt alius dominus præter me. Non enim agitur de domino quales ſunt domini hominum ſeruorū, quos Apoſtolus ſecundum carnem dominos eſſe dicit: ſed de domino agitur, cui ſeruitus illa debetur, quæ Græce λατρεία dicitur, ſecundum quam dictum eſt, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſo Deute. 6.
li ſeruies, Qui dominus deus ſi non trinitas eſt, ſed Matth. 4
ſolus eſt pater: prohibemur utique domino deo Chriſto tali ſeruitute ſeruire, in eo quòd audimus,

O illi ſoli ſerwies:ſi ita dictum eſt,ac ſi diceretur,deo patri ſoli ſeruies.Qui ꝑfecto ſi ſolus, & nõ ipſa trinitas dixit,Ego ſum dñs, & nõ alius præter me:negauit eſſe filiũ dñm talem, quali dño ſeruitus illa debetur, qua nõ niſi deo cũ uera religiõe ſeruitur. Nõ.n.dixit,ego ſum dñs maior aut melior, & non eſt tantus ac talis præter me:ſed uolens ſibi ſoli ea quæ dño deo debetur ſeruitute ſeruiri, Ego ſum, inquit,dñs,& nõ eſt alius præter me. Porro ſi uox iſta,Sicut catholica fides dicit,unius dei eſt, quod eſt ipſa trinitas,ſine ulla dubitatione huic ſoli ſeruiendũ eſt ea ſeruitute,q̃ nõ niſi dño deo debet, qa ipſe eſt dñs,& nõ eſt alius ꝑter ipſum. Deinde quę-

1. Cor.8. ro quõ accipias qđ dictũ eſt, Vnus eſt deus pr̃, ex quo oĩa, & nos in ipſo: & unus dñs Ieſus Xps, per quẽ oĩa,& nos per ipſum: Nunquid non & ex filio

Ioan. 5. ſunt oĩa? Quandoquidem ipſe dicit, Quæcunq; pater facit,hæc & filius ſilr̃ facit. Si autem ita diſtinguis,ut nõ ſint per patrem oĩa,ſed ex patre:nec omnia ſint ex filio,ſed per filiũ, quis eorũ tibi uidef eſſe

Roma 11. ille,de quo idẽ Apl̃s dicit, O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei,q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia

H eius, & inueſtigabiles uiæ eius: Quis.n cognouit ſenſum dñi,aut quis cõſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Qm̃ ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt oĩa,Ipſi gloria in ſecula ſeculorũ,amen. Vtrum pater eſt intelligendus an filius? Deũ nanq; prius nominauit dicens,O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei. Poſtea uero eũ dñm appellauit,ubi ait, Quis.n cognouit ſenſum dñi?Sed hoc nõ habet cõtrouerſiam,utrunq; enim nomẽ etiam uos aſſignatis patri & filio. Neq; n.ſic dicitis deũ patrẽ,ut negetis deũ eſſe filiũ: aut ſic di-

† dominũ citis deum † filium,ut negetis eſſe deum † patrem. Quamuis in hoc Apoſtolico teſtimonio quod adhibuiſti,deus dicatur pater,dñs filius.i.unus deus pater ex quo oĩa,& unus dñs Ieſus Chriſtus p quẽ oĩa Sed illud attende ubi dictum eſt, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: Nam ſiue pater ſit iſte,ſiue filius, ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt oĩa. Quõ ergo ex patre oĩa non ex filio: & per filium oĩa,non per patrem:quandoquidem quem libet eorũ Apoſtolus uoluent hoc loco intelligi, ex ipſo,inquit,& per ipſum & in ipſo ſunt oĩa? Si ergo

I ſiue de patre ſiue de filio,ueriſſime tamen dicit, q; ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt oĩa: ſine dubio patris & filij demõſtratur æqualitas. Si aũt qm̃ nõ nominauit patrem & filium & ſpiritum ſanctũ,ſed deum & dñm,quod & ipſa trinitas dici poteſt, ſingula horũ trium referri ad ſingulos noluit:ex ipſo dicens,propter patrẽ:& per ipſum,pp filium,in ipſo,pp ſpiritum ſanctum: cur hanc trinitatem unũ dñm deum nõ uultis agnoſcere? Quandoquidem non ait,ex ipſis & per ipſos & in ipſis:ſed ait, ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt oĩa?nec ait,ipſis gloria:ſed,ipſi gloria in ſecula ſeculorum, amen. Falleris ſane,qui putas de patre ſolo eſſe dictum, Ne-

Marci.10. mo bonus niſi unus deus. Si.n.dixiſſet, nemo bonus niſi unus pater: nec ſic excluſum filiũ & ſpiritũ ſanctũ ab iſta unitate bonitatis uoluiſſet intelligi,qa & illud qđ ſimili locutione dictum eſt,quã ſupra commemoraui,Ea q̃ dei ſunt nemo ſcit niſi ſpi-

1 Cor.2. ritus dei:nõ excludit ab hac ſcientia filiũ dei. Quãto ergo nobis latitudo intelligẽtiæ magis patet,qa nõ dixit Ieſus,nemo bonus niſi unus pr̃:ſed, nemo bonus niſi unus deus:qđ eſt ipſa trinitas. Quærebat quippe ille cui hoc rñdit dñs, nõ bonũ qualecunq;,ſed bonũ quo fieret beatus:imo ipſum beatitudinem uerã.i.uitã deſiderabat æternam: & interpellauerat tanq̃ hoĩem Chriſtũ, neſciens eũ eſſe etiã deum. Dixerat.n.Magiſter bone, quid faciam ut uitam æternam percipiam? Tunc ait illi, Quid me dicis bonũ?Nemo bonus niſi unus deus. Vel ſicut legitur apud alium Euangeliſtã,quod tantundem ualet,Nemo bonus niſi ſolus deus. Tanq̃ diceret,Recte me appellabis bonũ, ſi me noueris deũ. Nã qñ me nihil aliud q̃ hoĩem putas,quid me dicis bonũ? Nõ te facit bonũ,nec beatũ, niſi bonũ immutabile qđ ſolus eſt deus. Nã bonus angelus, bonus homo,bona cętera creatura: hæc nõ ita bona ſunt,ut ea qſquis adeptus fuerit,ſit beatus,nec ulla eſt beata uita ſi nõ ſit æterna Quõ aũt nõ eſt tale bonũ dei filius uerus,cũ ſit uerus deus & uita æterna, ad quã cupiebat ille qui interrogauerat peruenire? Proinde cũ ego aſſerã,nemo bonus niſi unus & ſolus deus,de ipſa trinitate dictũ eẽ q deus unus & ſolus eſt:tu aũt aſſeras de ſolo deo pr̃e dictũ eſſe, K Marci 10. Lucæ 18.

qa ipſe de nullo alio deus,de nullo alio bonus eſt, L filius aũt de pr̃e deus,de pr̃e[magnus &]bonus eſt: diligenter atteñde 3s noſtrũ bene ſentiat de deo patre & de deo filio. Virũ ergo q dico, Deus qdem pr̃, nõ de alio deo deus eſt: deus aũt filius de pr̃e deo deus eſt,ſed tãtus iſte de illo, quãtus ille de nullo: & bonus pr̃ nõ de alio bono bonus eſt, filius uero de pr̃e bono bonus eſt:ſed tã bonus hic de illo, q̃ bonus ille de nullo. An tu q ꝑpterea dicis ſolũ eſſe patrẽ deum bonũ,qa nec deus eſt de alio deo, nec bonus de alio bono:filiũ uero ideo pr̃i nõ eſſe cõquãdũ,qa de illo deus eſt,de illo bonus eſt? In qua ſententia utrunq; blaſphemas: & patrẽ ſ.qa nõ tãtum genuit quantus eſt ipſe,nec talem qualis eſt ipſe:& filiũ,qa talis tantusq; naſci nõ meruit, qualis quãtusq; eſt ille qui genuit. Deniq; iſta ipſa duo de qbus agimus, hoc eſt,deitas & bonitas, qm̃ dictũ eſt,Nemo bonus niſi unus deus:in hac tua opinione deficiunt. Tantũ.n.qñtus eſt ipſe,& talem qualis eſt ipſe,ſi nõ potuit gignere,quõ deus ẽ? Si noluit, quõ bonus eſt? Pater inquis,fons bonitatis eſt, qui q; eſt bonus a nemine accepit. Nunqd ideo minus

bonus eſt filius? qm̃ q; bonus eſt,ab eo patre accepit, q naſcẽti filio tantã bonitatẽ quantacunq; illi eſt,qa deus eſt,dare potuit:& dedit,qa bonus inuidere nõ potuit? Nã ſi minus bonitatis, q̃ quod ipſe hẽt unico dedit,minus bonus eſt & ipſe q̃ debuit. Quod ſentire dementiæ eſt.Ergo quãtũ ipſe habet bonitatis,tantũ filio dedit Et qa natura eſt, nõ grã filius,naſcenti non indigenti dedit: & plenus plenum,fons bonitatis fontem genuit bonitatis, Ac p hoc nec auxit in ſe hic qđ accepit, nec minuit in ſe ille qđ dedit:qa nõ hẽt immutabilitas unde deficiat,nõ hẽt plenitudo quõ creſcat. Quid eſt autẽ M

ipſa bonitas,niſi uita uiuificans? Proinde,qa fons fontẽ genuit, ſicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat,ſic & filius quos uult uiuificat.Hoc ipſe filius dixit,nõ ego. Vnde merito deo patri dicitur,Quoniã apud te eſt fons uitæ. Quis eſt aũt iſte fons uitæ apud patrẽ, niſi de quo dicif, In principio erat uerbum,& uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum: De quo etiam paulopoſt dictum eſt, Et uita erat lux homi- Ioan. 5. Pſal.35. Ioan.10.

A num. Hęc uita fons uitę eſt, & lux iſta lux lucis eſt.
Vnde cum dictum eſſet, Apud te eſt fons uitę: cõti
nuo ſubiũctũ eſt, In lumine tuo uidebimus lumẽ:
hoc eſt, in filio tuo ſpiritumſanctũ, quem tu quoq;
eſſe illuminatorẽ in collationis noſtræ prima par
te ꝓfeſſus es. Fons ergo de fonte, filius de patre, & ſi
mul ambo fons un᷒, lux de luce, fili᷒ de patre, & ſi-
mul ambo lux una, ſicut deus de deo, & ſimul am
bo utiq; deus unus, & hoc totũ non ſine ſpiritu am
borum. Ex hoc fonte bonitatis, ex hoc fonte uitę,
ex hoc imutabili lumine, ex hac indeficienti pleni
tudine .i. p̃re, & filio, & ſpirituſancto, uno dño deo
ſolo, ſc̃dm menſurã fidei ſuæ, q ueraciter credunt,
ſumentes boni fiunt, uiuificanſ, illuminanſ, iplen-
tur: Quibus tu unigenitũ filiũ, pace tua dixerim,
neſcio q̃ incredibili temeritate iunxiſti, Tua qppe
iſta ſunt uerba, Siue, inquis filius, ſiue q̃ p filium
ſunt facti, de illo uno fonte bonitatis unuſqſq;
ſc̃dm menſuram fidei ſuę id ſumpſerunt ut eſſent
boni. Vbi eſt ergo qd fueras ante cõfeſſus, illũ na-
B tura filiũ eſſe, non † gr̃a: Ecce contra ſniam tuã ue-
† aliàs, nos. nis, Ecce iã ꝓdis nefariũ ſecretũ hæreſis ueſtræ, qa
unigenitũ uerũ dei filiũ, uerum deũ, non natura fi
lium, ſed gr̃a ꝓfitemini. Si.n. & ipſe, ſicut uerba tua
clamant, ſc̃dm menſurã fidei ſuæ ut bonus eſſet, aſ
ſumpſit, gr̃a eſt ergo filius, non natura: & fuit ali-
qñ non bonus, & credendo fact᷒ eſt bonus. qa ut
eſſet bonus, quemadmodũ dicis, ſc̃dm menſuram
fidei ſuæ de illo q pater eſt, fonte bonitatis aſſum
pſit. Legimus quidẽ ꝙ Ieſus ꝓficiebat ętate & ſapi
Luce 2 entia: & gr̃a dei erat in illo, Sed ſc̃dm formã homi-
nis quã pro nobis accepit ex uobis, non ſc̃dm for
Philip. 2. mam dei, in qua nõ alienũ arbitratus eſt eſſe ęqua
lis deo. Verunt̃n ẽt in ipſa forma hois legimus eũ
ætate & ſapientia ꝓfeciſſe: non tñ ut ex non bono
bon᷒ fieret credẽdo meruiſſe. Neq; nunc inter nos
quæſtio uertitur de natura filij hominis, in q̃ dei fi
lius minor eſt patre: ſed de natura filij dei, in qua
ut nos dicimus uos negatis æqualis eſt patri: quia
filius uerus, filius unicus, filius de uero deo uerus
C deus, in nullo degenerauit a patre, Proinde incõ-
parabilẽ patrẽ filio, nec in ſcripturis ſanctis alicu-
bi legere potuiſti. Nec ſana fide ipſe dixiſti: imen-
ſum et patrẽ, quem ppea dicis, ut filiũ non pariter
imenſum, ſed menſura exiſtimes terminatũ. Tecũ
habeto menſurã tuã, qua tuũ falſum dñm metia-
ris, & de uero dño mentiaris. Bene confiteris ꝙ
Cap. 24. & p̃r diligat filium, & filius diligat patrem: ſed ſi
Ioan. 14. & hoc confitearis qa non eſt maior dilectio in pa
tre q̃ in filio. Quia.n. natura diuinitatis æquales
ſunt, æqualiter ſeinuicem diligũt. Facit aũt filius ſi
cut hõ mandatũ patris, Nã ſicut deus, ipſe eſt man
datum patris, qa ipſe eſt uerbum patris. Vnde alio
loco de mãdato patris, hoc eſt, de ſeipſo dici, Scio
Ioan. 12. quia mandatũ eius uita æterna eſt. Quòd autẽ ip-
ſe dei filius ſit uita æterna, ſcriptura diuina teſtaſ.
Ioan. 14. Vbi aũt ait, Qui me uidet, uidet & patrẽ: qs neſcit
ideo dictum, qm̃ quiſqs per intelligentiã uidet fi-
lium, patri utiq; uidet ęqualẽ? Quod uos ideo non
uultis, qa per oculos cordis, quantũ in hac uita ui
Cap. 25. deri põt, filiũ non uidetis. Putas non rectè à me
Philip. 2. dictum eſſe, ꝙ pp formã ſerui q̃ ſuſcepit filius, ma-
ior ſit pater. Tu.n. ſc̃dm hęreſim ueſtram, in ipſa
dei forma patrem filio uis eſſe maiorem: cui pater
nam ſic inuides formã, ut ideo perfectũ uelis natũ
eſſe filium ęterna perfectione, ne ad paternam for D
mam ſaltem creſcendo ualeat puenire. Sed inani-
ter inuidet hõ paternam formam dei filio, cui p̃r
eam non inuidit, qa ęqualem ſibi unicum genuit.
Sed dicis nõ eſſe dei patris magnã gloriã, ſi ea for-
ma ſerui maior eſt, qua forma maiores ſunt & an-
geli. Vide ſi aliud conaris, niſi ad unius patris glo-
riam, p unici filij contumeliã puenire, ut ſ. non au
geaſ pater in gloria, niſi minuatur filius in natura.
Cohibete, neſcis & patri & filio te ingerere contu
meliam, ſi nec ille potuit aut noluit gignere æqua
lẽ ſibi nec iſte naſci æquales patri. Non ſe uult de᷒
ita laudari patrẽ, ut filium dicaſ de ſeipſo generaſ-
ſe degenerẽ. Non uult bonus filij dilector ita præ-
dicari formã ſuã, ut eã non potuerit unic᷒ eius uel
naſcẽdo ſumere, uel creſcẽdo cõprehẽdere. Quòd
aũt tibi uĩ, nihil magnũ de deo patre dici, ſi forma
ſerui maior eſt, qa maiores uidenſ & angeli: nõ re-
cte cogitas, quẽ locũ in rebus habeat humana na
tura, q condita eſt ad imaginẽ dei. Maiores angeli
dici poſſunt hoie, qa maiores ſunt hois corpore:
maiores ſunt & aio, ſed infirmo, quẽ peccati origi E
nalis merito corruptibilẽ † aggrauat corpus. Natu Aĩa xp̃i.
ra uero humana: qualẽ naturã Xp̃s humanæ men † aliàs,
tis aſſumpſit, quę nullo peccato potuit deprauari, ſed in for
ſolus maior eſt deus. Deniq; pp qd dictũ ſit, Mino ma quam
raſti eum paulomin᷒ ab angelis: † aperuit ſcriptu- pctĩ &c.
ra ubi legiſ, Eum aũt modico min᷒ q̃ angelos mi- corruptibile.
noratum uidimus Ieſum pp paſsionẽ mortis, Non
ergo pp naturã hois, ſed pp paſsionem mortis. Na Pſal. 8.
tura uero hois, q̃ mente rõnali & intellectuali crea Hebræ. 2
turas cęteras antecedit, de᷒ ſol᷒ eſt maior: cui utiq; † modico
iniuria facta nõ eſt, ubi ſcriptũ eſt, Maior eſt deus min᷒ quã
corde noſtro. Fili᷒ ergo dei ſuſceptũ hominẽ leua- angelos.
turũ ad patrẽ qñ dicebat, Si diligeretis me, gaude- Ioan. 3.
retis utiq;, qa uado ad patrẽ, qa p̃r maior me eſt: nõ Ioan. 14.
carni ſuę ſolũ, ſed ẽt mẽti q̃ gerebat humanã, deũ
patrẽ utiq; p̃ferebat: q̃ tota ſine dubio forma agno
ſcitur ſerui, qñ tota ſeruit creatura creatori.

Poſtrema tibi diſputatio fuit, quõ ſit deus pa- Cap. 26.
tribus uiſus, qñ corpus humanũ in quo uideretur F
nondũ acceperat Xp̃s, cum inuiſibilis ſit per ſeip-
ſa diuina natura. Qd cum ẽt tu ita cõfeſſus fueris,
ut inter cætera, non ſolũ patrẽ, ſed nec ipſum filiũ
in ſubſtantia diuinitatis ſuæ diceres eſſe uiſibilẽ,
non ſolũ hominibus, ſed nec ipſis cœleſtibus po-
teſtatibus: poſtea mutata ſnia dicis eũ & ante in-
carnationẽ ſuã conſpectibus apparuiſſe mortaliũ,
aſſerens illud qd ait Ap̃ls, Quẽ nemo hominũ ui-
dit nec uidere põt: de ſolo deo patre dictũ eſſe, Fi 1. Tim. 6.
liũ uero ex initio generis humani uideri ſolitũ eſſe
ab hominibus. Qd cum ꝓbare uoluiſſes, multa de
ſcripturis ſanctis teſtimonia ꝓtuliſti, q̃ te nihil ad-
iuuare potuerũt. Nõ.n. legis alicubi ſcripſiſſe Moy
ſen, ſicut dicis, ꝙ ab illo primo hoie Adã uſq; ad ip
ſam incarnationẽ ſemp filius uiſus eſt. Hoc.n. eum
deſcribere ꝓnuncias in Geneſeos libro, qd ita fal-
ſum eſt, ut ẽt ridiculũ ſit. Nunqd.n. liber Geneſeos
ab Adã uſq; ad icarnationẽ Xp̃i ea q̃ geſta ſunt cõ
tinet? Aut ipſe Moyſes uſq; ad tpa incarnationis
Xp̃i, uel in carne uixit, uel quę facta ſunt ſcripſit?
Hęc dicis, & putas te aliqd dicere, uel putaris ab
eis, q nec iſta poſſunt, q̃ tam manifeſte falſa ſunt,
cernere. Deinde qd cõmemoras patrẽ ad filiũ di-
cẽtem, Faciamus hominem ad imaginem & ſimi- Gen. 1.

G litudinem noſtrã, qd hoc ad rem pertinet, rogo te
qd ad rem ptinet? Tñ ne tibi uacabat loqui, ut nõ
attendens qd probare ſuſceperis, memoriter nobis
& inaniter ſcripturã Geneſeos uentilares? Nunqd
hinc probaſ ante carnẽ ſuſceptã uiſus ab hoibus
Xp̃s, qa dixit pr̃ ad filiũ, Faciamus hominẽ ad ima
ginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã? Deinde adiungis & di
cis, Et fecit deus hominẽ: atq; addis, Quis de⁹, niſi
filius? Et ut mihi de ope quaſi pſcribas meo, Hoc
utiq; inqs, & tu in tuis tractatib⁹ expoſuiſti, Vbi no
lo q̃rere q̃ uerũ loquaris, qñ uideo ad cauſã nihil p
tinere qd loqueris. Agiſ quippe inter nos, utrũ per
diuinitatis ſuę ſubſtantiã Xps uiſibus apparuiſſet,
humanis, Et tu dicis, Fecit deus homine: & addis,
Quis de⁹, niſi fili⁹? quaſi ppea neceſſe fuerit ut hõ
deũ opificem ſuum uideret oculis carneis. Hoc ſi
ita eſſet, oẽs homines uiderẽt deũ. Quis.n. ali⁹ eos
facit in uteris matrũ? Adhuc adiicis talia & dicis,
Iſte ergo fili⁹ q eſt Propheta ſui genitoris, dicebat,
Gene.2. Nõ eſt bonũ eſſe ſolũ hominem, faciamus ei adiu
H torium ſcdm ſe. Si q̃ram, quis tibi indicauerit quia
filius hoc dicebat, in quibus anguſtijs te uidebis?
Gene.1. Scriptura.n. q̃ dixit, In principio fecit deus cœlũ &
terra: non exprimens utrũ pr̃, an filius, an ſpirituſ-
ſanctus, an ipſa trinitas fecerit, q̃ unus eſt deus: per
cętera ẽt ita cõmemorat deũ, ut dicat, Et fecit de⁹,
& dixit deus, p quę q; opera eius, quorũ illũ aſſerit
conditorẽ. Simili ergo locutione ait, Et dixit deus,
Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem
Gene.1. noſtrã, Et fecit de⁹ hoiem. Nec aliter locuta eſt ubi
ait, Non eſt bonũ eſſe hominem ſolũ, faciamus ei
adiutorium ſcdm ſe. Vñ ergo tibi pſuaſum eſt, q̃ cę-
tera ſupiora patrẽ dixiſſe, hoc aũt filium? Vnde q-
ſo diſtinguis, unde diſcernis patrẽ dixiſſe, Fiat lux:
& cætera: Patrem deniq; dixiſſe, Faciam⁹ hominẽ.
Et filium dixiſſe, Faciamus ei adiutorium: cũ tibi
ſcriptura ubiq; non dicat niſi, dixit deus? Quæ eſt
iſta temeritas, q̃ pſumptio? Deinde cũ ideo patrem
maiorẽ ſoleatis aſſerere, qa dixit, Fiat illud, aut il-
lud, tanq̃ iubens filio: filiũ uero iõ minorẽ, qa iuſ-
ſa perfecit, qd dicturi eſtis ubi ſcriptũ eſt, Faciam⁹
I hoiem? Nõ.n. ait ſicut in ſuperiorib⁹, Fiat hõ, tanq̃
id iuſſerit filio: ſed, faciamus, inquit, hominem, Qd
non q̃ro quẽ dixiſſe arbitreris, Iam.n. uerba tua te
nemus, q pr̃ hoc dixerit filio, Cur ergo nõ ait, fiat,
uel fac: ſed ait, faciamus. An cætera deus iperauit,
& filius fecit: hoiem uero ambo fecerunt, ſed patre
& iubente & cooperante filio: filio aũt non iuben
te, ſed tñ iuſſa faciente? Sed ſi propterea patrem iu
bentem intelligeris, qa ſcriptum eſt, Dixit deus, Fa
ciamus homine: ergo iuſſit & filius, qa tu ipſe non
patrem accipis dixiſſe, ſed filiũ, Faciamus ei adiu-
torium. Et ſicut illud ubi dictũ eſt, Et fecit de⁹ ho-
minem: obediſſe iubẽti patri filiũ uis uideri, quia
pr̃ dixerat, faciamus hoiem: ita ẽt ubi legimus, Et
immiſit deus ſoporem in Adam: & ſumpſit unam
Gene.2. de coſtis eius, & cætera, qbus oſtendit ur factũ ho
mini eſſe adiutoriũ, obediſſe patrẽ iubenti filio, te
authore intelligamus, qa non patrem, ſed filiu di-
xiſſe aſſeris, Faciamus ei adiutoriũ. Sed hæc ita lo-
quor q̃ſi ad cãm q̃ a nobis agiſ qcq̃ ptineãt. Quod-
libet hinc uolueris credere aut ſuſpicari: prorſus,
ſicut dicis, pr̃ iuſſerit ubi dictũ eſt, Faciamus homi
nẽ, & filius obedierit ubi dictum eſt, Et fecit deus
hoiem: prorſus ſicut te delectaſ filius dixerit, Non

eſt bonũ eſſe ſolum hoiem, faciamus ei adiutoriũ K
ſed talia dicens ipſe nõ iuſſerit, qa hoc uultis: q̃uo
oſtendis filiũ qui hoiem fecerit, ab hoie uiſũ q̃uo
oſtendis filium q dixit, Non eſt bonũ eſſe hoiem
ſolum, faciamus ei adiutorium, ab hoie uiſum, uel
ab ipſa muliere, ſi eã factã non uis a patre, ne filio
pr̃ obediſſe uideaſ, ſed ipſe eam filius tanq̃ ſibi iu-
bens ſibiq; obediens, & faciendã dixit & fecit. De-
monſtra filiũ uiſum eſſe à uiro, uiſum eſſe à mulie-
re, Demõſtraturũ te qppe pmiſeras, & anteq̃ incar
nareſ uiſum fuiſſe humanis aſpectibus filiũ. Oſtẽ
de pmiſſa, qd pergis in uacua? Quid deludis expe-
ctationem noſtrã, nec exhibes pollicitationẽ tuã?
Multiplicas uerba non neceſſaria, ut neceſſaria oc
cupes tpa. Si ppea uiſus eſt à uiro filius, quia fecit
eum, & ppea uiſus ab eius muliere, qa fecit eã: defi
ni ſi audes, non poſſe deũ filium & operari uiden-
tia, & à ſuis operibus quanuis alia uidentibus nõ
uideri. Si aũt hoc põt deus fili⁹, ipſe qppe uſq; nũc
operatur cũcta uidentia, & tñ eorum à ſeipſo crea L
tis oculis non uideſ, qd eſt qd dixiſti? Cur iſta de li
bro Geneſeos in tuo ſermone poſuiſti? Cur nobis
neceſſaria tẽporum ſpatia ſupflua loquacitate fini
ſti? Sed iſte inqs, fili⁹ uiſus eſt Adæ, ſcdm q legim⁹
Adã dicentẽ, Vocẽ tuam audiui deambulantis in Gene.3.
paradiſo, & abſcondi me, qa nudus ſum. Hoc ergo
prius diceres hõ bone, inde inciperes pmiſſa mon
ſtrare. Quãuis & hic Adã, uocem tuã, inquit, audi-
ui: non ait, faciem uel ſpeciẽ tuã uidi. Et qd ait, ab
ſcondi me, qa nud⁹ ſum: uideri ſe à deo timuit: nõ
à ſe uiſum eſſe deũ mõſtrauit. Nã ſi uox qñ audiſ,
ſequiſ uiſio: uiſus eſt & deus pr̃ quotiens uoce atte
ſtatus eſt filio. Nouim⁹ qppe in Euãgelio uerba pa Matth.3.
tris ſonantis atq; dicentis, Tu es fili⁹ meus dilectus
&c. ubi ab hominibus audit⁹ non tñ uiſus eſt. Ac
p hoc & in illis uerbis q̃ adiungis, ubi dicit, Quis
nunciauit tibi, qa nudus es? & ſequẽtia, potuit au
diri, & nõ uideri deus. Nondũ itaq; aliqd ex eo qd
pmiſeras dixiſſe te uide: & dic tandẽ aliquid qd di
ſcutere debeam⁹, aut qd p tua cauſa eſſe fateamur.
Hic deus, inqs, & Abrahæ uiſus eſt. Viſum eſſe deũ M
Abrahæ negare nõ poſſumus. Scriptura qppe fide
liſsima aptiſsime hoc loquiſ dicens, uiſus eſt aũt
illi deus ad q̃rcum Mambræ. Sed neq; hic expreſ- Gene.18.
ſum eſt, utrũ pater an filius. Cũ aũt narraret ſcrip-
tura, q̃uo ei uiſus ſit deus, tres uiros illi apparuiſſe
declarat, in qbus magis ipſa trinitas, q̃ un⁹ eſt de⁹,
intelligi põt. Deniq; tres uidet, & non dños, ſed do
minum appellat, qm̃ trinitas tres quidẽ perſonæ
ſunt, ſed unus dñs deus. Sic aũt narraſ quod uidit
Abraham, Reſpiciẽs, inquit, oculis ſuis uidit, & ec
ce tres uiri ſtabant ſup eum, & uidens pcurrit in
obuiã illis ab oſtio tabernacli ſui, & adorauit ſup
terram & dixit, Dñe, ſi inueni gratiam ante te, ne p
tereas ſeruũ tuũ. Hic uidemus tres uiros apparuiſ-
ſe, & unum dñm deum dici, unumq; dñm rogari
ne prętereat ſeruum ſuum, qm̃ congruit deo uiſi-
tare famulos ſuos. Deinde tres perſonas pluraliter
alloquitur dicens, Sumatur nunc aqua, & lauẽ pe
des ueſtros, & refrigerate ſub arbore: & ſumam pa
nem mãducate, & poſtea tranſibitis in uiã ueſtrã,
pp quod declinaſtis ad ſeruũ ueſtrũ. Manifeſtum
eſt eos tanquam homines inuitari. Non enim tale
illis pberet obſequium, quo indigentia reficerent
corpora, niſi hoïs putarent: & ſcriptura pluraliter

A eos rñdiſſe cõmemorat, ait.n Et dixerunt, Sic fac
quemadmodum dixiſti, Non ait,& dixit:ſed dixe-
rũt.Deinde cũ eſſet parata refectio, dicit ſcriptura,
Et appoſuit ante illos, & ederũt. Non ait,appoſuit
ante illũ,& edit.Sed ubi ad id uentũ eſt,ut Abrahę
filius ꝓmitteretur ex Sara, qa diuinũ offerebał be-
neficiũ,non ut hoĩbus humanũ exhibebatur obſe
quiũ,unum narrat ſcriptura dicentẽ, Vbi eſt Sara
uxor tua?Non ait,dixerunt aũt ad illum,ſed ait,Di
xit aũt ad illũ,Vbi eſt Sara uxor tua? Quis aũt hoc
dixerit,poſtea manifeſtat,Vbi cũ riſiſſet Sara,ait ea
dem ſcriptura, Et dixit dñs ad Abrahã, Quare riſit
Sara in ſemetipſa?& cętera uſq; in finem,tanq̃ unus
dñs ſingulariter loqtur.Ac poſt hęc,ut hoĩes plura
liter abire narrãtur:& dicitur,Exurgentes aũt inde
uiri, cõſpexerũt in faciem Sodomoꝝ & Gomorræ,
Abrahã uero ambulabat cum illis deducens.Rur-
ſus autẽ redit ſcriptura ad ſingularem numerũ, ac
dicit,Dñs aũt dixit,Nunqd celabo ego puero meo
Abrahã quæ ego facio? Deinde promittił Abrahæ
præclara & copioſa poſteritas,& Sodomoꝝ denun
ciatur interitus.Sequens aũt ſcriptura dixit,Et cõ-
B uerſi inde uiri,uenerunt in Sodoma,Abraham aũt
erat adhuc ſtans ante dñm Et appropians Abrahã
dixit, Ne ſimul perdas iuſtũ cum impio, & erit iu-
ſtus tanq̃ impius. Et poſt collocutionem dñi atq;
Abrahæ, ſeqtur ſcriptura & dicit, Abijt aũt dñs ut
Gene.19. deſijt loqui ad Abrahã. Et Abrahã regreſſus eſt in
locum ſuum.Venerunt aũt duo angeli in Sodoma
ad ueſperã. Hi ſunt de qbus pauloante dixerat, Cõ
uerſi inde uiri uenerũt inde in Sodoma. Sed duos
eſſe non expreſſerat,cum ab initio tres uiros dixiſ-
ſet apparuiſſe Abrahæ,& hoſpitaliter ab illo eſſe ſu
ſceptos,quos & abeuntes deduxit ambulans cum
eis.Fortaſsis ergo iam ꝓnunciare feſtinas unũ fuiſ-
ſe in eis dñm Ieſum,qui ſinglr̃ promittebat & rñde
bat Abrahæ. Duos uero illos angelos,qui uenerũt
in Sodoma,tanquã miſsi angeli a dño deo ſuo.Sed
expecta,qd properas? Conſideremus oĩa diligẽter,
ac prius intueamur uerba dñi loquentis Abrahæ.
Gene.18. Clamor Sodomoꝝ,inquit,& Gomorrę multiplica
tus eſt,& peccata eoꝝ magna ualde. Deſcẽdens er-
C go uidebo,ſi ſcdm clamorem ipſoꝝ uenientem ad
me cõſummant Hic ſeipſum deſcenſurum dixit in
Sodoma,quo tñ non ipſe deſcẽdit,ſed angeli duo.
Gene.19. Ipſe qppe abijt ut deſijt loqui ad Abrahã, Abrahã
aũt regreſſus eſt in locũ ſuum Venerunt autẽ ſicut
dictũ eſt,duo angeli ad ueſperã in Sodoma. Quid
ſi & in illis duobus angelis unus dñs iuenitur, qui
ſcdm uerbum ſuum in ipſis angelis deſcẽdit in So
doma?Nõne manifeſtũ erit in tribus illis uiris unũ
dñm uiſum fuiſſe,ubi qd aliud q̃ ipſa trinitas figu-
rata eſt?Sed uideamus utrum nobis ſancta ſcriptu
ra demõſtret,ẽt in illis angelis duobus ut dixi,unũ
deum inuentum,ne forte hoc ex noſtro corde affir
mare uideamur. Venerũt ergo duo angeli in Sodo
Gene.19. ma ad ueſperã,Loth uero ſedebat, ut ſcriptum eſt,
iuxta portam Sodomoꝝ. Videns aũt Loth,ſurrexit
in obuiã illis, & adorauit in faciem in terrã. Vides
nempe hic à iuſto uiro angelos adoratos, & tu nõ
uis adorari ſpm̃ ſanctum, quem uos quoq; oĩbus
angelis ſine ambiguitate præponitis?Sed dicturus
es,hoĩes eſſe credebat, nã & in hoſpitium tãquam
hoĩes inuitauit. Hoc magis eſt contra te, qui dicis
non adorari ſpm̃ ſanctum,oĩbus angelis prę̃feren-

dum: cum uideas & hoĩes inferiores angelis à iu- D
ſtis hoĩbus adorari. Sed adhuc dicturus es,Deum
adorauit. Eum quippe in duobus illis, quos puta-
bat eſſe hoĩes,tanq̃ in Prophetis eſſe cognouit.Iam
ergo ꝓbatum eſt, qđ me per ſcripturam ſanctã de-
monſtratuꝝ eſſe promiſerã,eundem deum,qui di-
ctus fuerat abiiſſe ut ceſſauit loq̃ ad Abraham,in il
lis duobus angelis deſcendiſſe in Sodoma ſicut di
xerat,& in eis ab hoĩe iuſto agnitũ fuiſſe. Exhibuit
itaq; hoſpitalitatem, q̃uo ſanctis hoĩbus dei, in q-
bus deum eſſe cognouit, cũ eos ſicut ẽt ipſe Abra-
ham angelos eſſe neſciret. Hi n Patriarchæ ſunt ſi- Hebræ.13
gnificati in epiſtola ad Hebræos, ubi de hoſpitali-
tate loquens ait, Per hanc qdam neſcientes hoſpi-
tio receperunt angelos.Receptis ergo eis Loth, ne-
ſciens ꝙ angeli eſſent, cognoſcẽs tñ ſicut ipſo dño
demõſtrante cognoſcere potuit,qs in eis eſſet,ut ea
quæ interea facta ſunt taceã,exiit cum eis de Sodo
mis:qđ anteq̃ fieret,ſicut ſcriptura loqtur, dixerũt Gene.19.
uiri ad Loth,Sunt tibi hic generi,aut filij,aut filiæ,
aut ſi qs tibi alius eſt in ciuitate, educ de loco hoc,
qm̃ perdemus nos locum hũc:qa exaltatus eſt cla-
mor eoꝝ ante deum,& miſit nos dñs conterere eũ.
Ecce ubi apparet illud incendiũ Sodomoꝝ per an-
gelos factũ, quos miſit dñs,in qbus tñ & ipſe erat.
Neq;.n.ſic mittit ſuos ut recedat ab eis. In his ergo
deſcendit in Sodoma, qđ ſe factuꝝ eſſe prædixerat
qñ cum Abrahã loquebatur:qđ poſteaquam fecit,
abiiſſe ipſe dictus eſt, & angeli ueniſſe in Sodoma
ad ueſperã.Deinde paulopoſt,mox ut eduxerũt il-
lum foras & dixerũt, ſicut eadem ſcriptura narrat,
Saluã fac aĩam tuam, ne reſpexeris retro,ne ſteteris Ibidem.
in tota regione:in monte ſaluum te fac, neqñ com
prehendaris.Dixit Loth ad illos,Oro dñe,qa inue-
nit puer tuus miſericordiã ante te &c.Quæ cũ finiſ
ſet loquendo, & elegiſſet ſibi ciuitatem puſillã in
qua ſaluareł, ſeqtur ſcriptura,& ei dicit eſſe rñſum,
Ecce miſeratus ſum faciẽ tuã, & ſup uerbum hoc,
ne euerterem ciuitatẽ,de qua locutus es.Feſtina er
go ut ſaluus ſis ibi, Non.n potero facere uerbũ,do
nec tu in illã introeas,Quis hoc ei rñdit, niſi ille cui
dixerat,oro dñe? Hoc aũt ad ambos dixerat,nõ ad
unum,ſicut apertiſsime ſcriptũ eſt, Dixit aũt Loth
ad illos,Oro dñe. Agnouit ergo Loth unum deum F
in angelis duobus,ſicut Abrahã unum agnouit in
tribus Nõ eſt cur dicał,Ille aberat † q dñs erat,& cũ † aliàs,
Abrahã locutus erat,Duo uero angeli eius erãt,qui abierat.
in Sodoma illo abeũte uenerũt. Oẽs.n.tres uiri di
cti ſunt,q apparuerũt Abrahæ,ſicut ſcriptura ſolet Gene.18.
uiros ẽt angelos nũcupare.Nec eoꝝ alicui uni prõ-
ptius & humilius Abrahã obſecutus eſt q̃ duob⁹,
ſed æqualr̃ oĩbus pedes lauit, æqualiter oĩbus epu
las miniſtrauit,Ergo in oĩbus deum uidit. Propter
qđ ſcriptura p̃dixerat,ꝙ uiſus fuerat deus Abrahæ
ad quercũ Mãbræ,ſub cuius umbra arboris tres ui
ros pauit, quos oculis corporeis uidit: in eis uero
deũ,nõ corporis,ſed cordis oculis uidit.i intellexit
atq; cognouit:ſicut Loth in duob⁹, cũ quo nõ plu
raliter,ſed ſingulr̃ loquebał,eiq; rñdebat ẽt ipſe tã-
quã unus.Primo quippe Abrahã per tres uiros illũ
audiuit,poſtea per unum, qui duobus in Sodoma
euntibus manẽs locutus eſt cum eo. Loth aũt per
duos,tñ & ipſe unum deũ quẽ pro liberatione ſua
rogabat,& qui ei rñdebat audiuit: cum ambo.i.&
Abraham & Loth homines putarẽt eos qui angeli

G erant: deum uero in eis intelligerent, qui erat, non
putarent eſſe q nõ erat. Quid ſibi ergo uult iſta ui-
ſibilis trinitas & intelligibilis unitas, niſi ut nobis
inſinuaret: q ita tres eſſent pariter, pater & filius &
ſpũſſanctus, ut tñ ſimul non tres dij & dñi eſſent,
Gene. 18. ſed unus dñs deus? Tu autẽ dixiſti, Hic deus uiſus
eſt Abrahæ, ſciens te legiſſe qd ſcriptum eſt, uiſum
eſſe deũ Abrahę ad quercũ Mambrę: & uolẽs qua-
ſi probare dñm filiũ uiſum eſſe illi Patriarchæ, de-
clinaſti ab illis tribus uiris, & eos omnino tacuiſti,
in qbus narrat ſcriptura deũ uiſum fuiſſe Abrahæ:
ne turpſe nos admoneres unius eſſe ſubſtantiæ tri-
nitatẽ deũ, ſicut unius erãt ſubſtãtię tres uiri, quos
Ibidem. uidit Abrahã: cũ pdixiſſet ſcriptura, Viſus eſt deus
Abrahæ, nec tñ tres deos eſſe, qa & uiſus eſt deus di
ctũ eſt, nõ uiſi ſunt dij. Et ipſe Habrahã tres uidit,
& unũ adorauit. A quo præteriri noluit, ab uno re
ſpõſum diuinitatis accepit. Nec aliquos duos eorũ
Gene. 19. duos eſſe deos ſenſit, ſed unũ in oibus: qa & Loth
duos uidit, & tñ unũ deũ agnouit. Vbi mihi uiden
tur p angelos ſignari filius & ſpũſſanctus, qm ſe il-
li angeli miſſos eſſe dixerunt. Et de trinitate q̃ deus
H eſt, ſolus pater nõ legit miſſus: legunt aũt miſi & fi
lius & ſpũſſanctus, quorũ nõ ideo eſt diuerſa natu-
ra. Nam & illi uiri, per quos ſignati ſunt, unius erãt
eiuſdemq; naturæ. Hanc ergo ſcripturã, qua cõuin
ci poſſes, aſtuto ſilẽtio deuitaſti. Et cũ dixiſſes, Hic
Gene. 18. deus uiſus eſt Abrahæ, uolens filiũ ſolũ uiſum pu-
tari in eo qd in Geneſi legitur, uiſum eſſe deũ Abra
hæ, quo ſit uiſus, dicere noluiſti, ne ibi nõ ſolus fi-
lius, ſed trinitas agnoſceret deus. Dixiſti aũt, Si uis
credere, qa filius uiſus eſt Abrahę, utiq; ipſe unige-
nitus in ſancto affirmauit euãgelio dicẽs ſic, Abra
hã pr̃ ueſter exultauit ut uideret diẽ meũ, & uidit
Ioan. 8. & gauiſus eſt. O diſputare, ò pbare pmiſſa, quaſi di
xerit dei filiꝰ, Abrahã pater ueſter cõcupiuit me ui
dere, & uidit, & gauiſus ẽ. Quãuis & hoc ſic adhuc
poſſet intelligi, q ſanctus Patriarcha oculis cordis
uiderit dei filiũ, nõ oculis carnis: unde iter nos uer
titur q̃ſtio. Sed cũ dixerit Xp̃s, Abrahã cõcupiuit ui
dere diẽ meum, & uidit, & gauiſus eſt: cur nõ diem
Xp̃i intelligimus tp̃s Xp̃i, quo erat uenturus in car-
ne, qd & Abrahã ſicut & alij Prophetæ in ſpiritu po
I tuit uidere atq; gaudere? Neq; hic igitur qd pppoſue
ras & pollicitus fueras, probare potuiſti. Poſt hæc
ueniſti ad Iacob, qui luctatus eſt cum angelo, quẽ
ſcriptura ipſa Geneſeos & hoiem dicit & deũ, Nam
Gene. 32. ita legit. Remãſit aũt Iacob ſolus, & luctabatur ho
mo cum illo uſq; in mane. Vidit aũt q non põt ad
eũ, & tetigit latitudinẽ femoris eiꝰ, & obſtupuit la-
titudo femoris Iacob dũ luctaret cũ eo, & dixit il-
li, Dimitte me, aſcẽdit. n. aurora. Ille aũt dixit, Non
te dimittam, niſi me benedixeris. Dixit aũt illi, Qd
eſt nomẽ tuũ? Ille aũt dixit, Iacob. Et dixit ei, Non
uocabit amplius nomẽ tuũ Iacob, ſed Iſrael erit no
men tuũ, qa ualuiſti cum deo, & cũ hoibus potens
es. Rogauit aũt Iacob eũ dicens, Enuncia mihi no
men tuũ. Et dixit, Quare hoc interrogas tu nomen
meũ? Et bñdixit eũ illic. Et appellauit Iacob nomẽ
loci illius, aſpectus dei, Vidi. n. deum facie ad faciẽ,
& ſalua facta eſt aia mea. Ex iſta lectione unicũ dei
filium & antequã ueniſſet in carne uiſibiliter appa
ruiſſe conaris oſtendere: ubi & ſi non abſurde Xp̃s
intelligitur figuratus, pp Prophetiam futura nun-
ciantem, qa futurũ erat ut Iacob in filiis qui crucifi-
xerunt Xp̃m prędualuiſſe Xp̃o uideretur: & in filiis K
ſuis uideret Xp̃m facie ad faciem, & ſalua fieret aia
Iſraelitarũ, qui fidelr̃ hoc uiderunt: tñ hunc hoiem
qui luctatus eſt cum Iacob, Oſee propheta euiden-
ter angelum dicit, Sic. n. apud eum ſcriptũ eſt de Ia Oſee. 12.
cob, In utero ſupplantauit fratrẽ ſuum, & in labo-
te prędualuit deo, & cõfortatus eſt cũ angelo, & po
tuit. Sicut ergo in Geneſi ille qui luctatus eſt cum
Iacob, & homo & deus dicit: ita & ab hoc Prophe-
ta & deus & angelus: ac p hoc ita q erat angelus, di
ctus eſt homo, q̃uo illi dicti ſunt uiri qui apparue-
runt Abrahę, qñ neſciẽtes † & ipſe & Loth hoſpitio †aliàs, ui
receperunt angelos Deus ergo erat in angelo, ſicut dentes.
eſt deus in hoie, maxime qñ per hoiem loqtur. Ita
uero per hunc angelũ figuratus eſt Xp̃s, ſicut p hũc
hoiem. Nam & Iſaac filius Abrahæ, qd erat in figu- Gene. 22.
ra niſi Xp̃s, qñ ſicut ouis ad imolãdum ductus eſt,
& qñ ſicut dñs crucem ſuam, ita & ipſe ſibi qbus
fuerat imponendus, ligna portabat? Poſtremo qd
miramur per angelũ figuratum eſſe Ieſum, ſi nõ ſo
lum p hoiem, uerũetiam per pecudẽ figuratus eſt?
Nam qs alius erat ille aries, qui cornibus tenebat
in uepre, niſi Xp̃s crucifixus, uel ſpinis coronatus? L
Hunc autẽ arietem pro filio, cui parcere iuſſus eſt,
immolauit Abraham. Ita. n. homini parci deus iuſ
ſit, ut tamen ex pecude pp paſſionem Xp̃i, quæ illo
modo p̃nunciabatur, myſteriũ ſacri ſanguinis im-
pleretur. Si aũt putas proprietate, non figura Xp̃m
fuiſſe angelũ, qui luctatus eſt cum Iacob: potes di-
cere proprietate, non figura Xp̃m fuiſſe arietẽ, quẽ Exod. 17.
Patriarcha imolauit Abrahã. Potes poſtremo dice-
re proprietate, non figura Xp̃m fuiſſe petram, quæ 1. Cor. 10
pcuſſa ligno, ſitienti populo potum largiſſimũ fu-
dit. Sic. n. dicit Apl̃s, Bibebant. n. de ſpiritali conſe-
quente eos petra, petra autem erat Xp̃s. Figurę, non
res ipſę fuerunt, qbus figuris p̃cedentibus res ſigni
ficabantur eſſe uenturę: quæ figurę per ſubiectam
deo creaturam, & maxime per angelorũ miniſteriũ,
mortalium exhibebantur aſpectibus: dei quidem
agente potentia, ſed tamen latente natura, ſiue pa-
tris, ſiue filij, ſiue ſpiritusſancti. Fruſtra itaq; aſſeris
filium dei uiſum fuiſſe ab hoibus, patrem aũt non
fuiſſe uiſum: cum per ſubiectã ſibi creaturam & pa
ter uideri potuerit & filius & ſpiritusſanctus: p ſuã M
uero ſubſtantiam nullus illorũ uiſus eſt. Ergo deus
ſicut infirmis hoium ſenſibus magis ſignificatus
q̃ demõſtratus eſt, Non itaq; uiſus eſt ſicut eſt: hoc
quippe in futura uita promittitur ſanctis. Vnde di-
cit Apl̃s Ioannes, Dilectiſſimi, nunc filij dei ſumus, 1. Ioan. 3.
& nondum apparuit qd erimus: ſcimus aũt qa cũ
apparuerit, ſimilis ei erimus, qa uidebimus eũ ſicu
ti eſt. Viderũt ergo & in hoc ſeculo Apoſtoli domi
num, ſed non uiderunt ſicut eſt. Deniq; Moyſes eũ Exod 33.
ſibi cupiebat oſtendi, q̃uis cum eo facie ad faciem
ſcriptura indice loqueretur. Quod cum in mea ſu-
perius proſecutione dixiſſem, quaſi non audieris
prætereiſti: cum tibi euiſdem meę proſecutionis re-
citari ex tabulis uniuerſa uoluiſſem. Nõ aũt diſcer
nens qd ſit uideri deum per ſubſtantiã ſuã, & qd ſit
uideri deũ per ſubiectã creaturã, in tantã blaſphe-
miã decidiſti, ut unigenitũ dei filium pro hoc ipſo
qd deus eſt mutabilẽ diceres: quandoqdem ſoli pa
tri putaſti eſſe tribuẽdum qd ſcriptum eſſe dixiſti,
Ego ſum qui ſum, & non ſum mutatus: quaſi filius Exod. 3.
uel ſpũſſanctꝰ ſit mutatꝰ, quãdo uiſibilr̃ apparuit, Malach 3

A uel ille qđ cóſtat natus ex fœmina,uel iſte in ſpecie
Matt 3. colūbę aut igneis linguis ſe humanis aſpectib⁹ mō-
Acto. 1. ſtrans. Vnde iā reſpódi tibi in eo ſermone,ubi oſtē-
di non te refelliſſe quæ dixi. Nunc uero ut itelligas
quomodo dixerit de⁹,Ego ſum q ſum,& nō ſū mu
Exod. 3 tatus:uel qđ ſcriptū magis inuenis,Ego.n. domin⁹
Mala. 3. & nō mutor:quoniā nō ſolus pater,ſed de⁹ un⁹ hoc
dixit,qđ eſt ipſa trinitas,pſalmū attēde ubi legitur,
Tu in principio dñe terrā fundaſti, & opera manū
tuarū ſunt cœli: Ipſi peribunt,tu autē permanebis,
Pſal. 101. & omnes ſicut ueſtimētū ueteraſcent. Et uelut ami
ctū mutabis eos & mutabūt, tu autē idē ipſe es,&
anni tui nō deficient. Hoc autē ad filiū dei dictum
eſſe in Epiſtola quę eſt ad Hebręos, ſancta ſcriptu-
ra teſtatur, Quis uero nō intelligat ubi dicit,Cœli
Hebre. 1 mutabunt,tu autē idē ipſe es:nihil dici aliud,niſi,
tu nō mutaris? Ac p hoc etiā deo filio conuenit di-
cere,Ego ſum q ſum,& nō ſum mutatus. Vel,Ego
enim dominus & nō mutor: Qđ tu ideo ſoli patri
aſſignaſti,ut i ſua ſubſtātia crederet eſſe mutabilis
filius: tanq̄ ita ſuſceperit hominē ut in hominem
uerteret,Hanc tantā blaſphemiā nō emēdabis,niſi
credideris,in aſumptione hominis acceſſiſſe filio,
B qđ nō erat, nō autē receſſiſſe uel defeciſſe.qđ erat.
Deide quæro,qs apparuerit Moyſi in igne quando
rubus inflāmabat,& nō urebat? Quanquam & illic
angelū apparuiſſe ſcriptura ipſa declarat dicēs,Ap
Exod. 3. paruit autē illi angelus domini in flamma ignis de
rubo.In angelo autem deū fuiſſe qs dubitet? Sed qs
deus erat,utrū pater an filius? Dicturus es filius,nō
uis.n. patrē ullo modo uel p ſubiectā creaturā uiſi-
bilis apparuiſſe mortaliū.Sed quodlibet horum eli-
gas,ad utrūque reſpódeo. Si pater erat,apparuit &
pater hominibus. Si filius erat, nō mutat & filius.
Ibi n cū quęſiſſet Moyſes,qs eſſet q eū mitteret. Ille
reſpōdit,Ego ſum q ſum.Qđ qđ eſt aliud, niſi mu-
tabilis nō ſum,ſicut ꝓpheticū teſtimoniū ipſe po-
ſuiſti,Ego ſum qui ſum,& non ſum mutatus.Dixit
etiam rurſus ad Moyſen, Ego ſum deus Abrahā,&
deus Iſaac,& de⁹ Iacob. Aude ſi potes negare deum
patrē deū eſſe Abrahā & Iſaac & Iacob, ſi non ipſe
de rubo,ſed filius loquebatur.Si autē pater,cōfite
re etiā patrē deū hominib⁹ uiſum. Si uero uterque
eſt deus Abrahā & deus Iſaac & deus Iacob, quod
C eſſe annuis,qđ ambigis utrunq unū deū? Iacob qp
pe ipſe eſt Iſrael cui⁹ filiis dicit, Audi Iſrael,domin⁹
Deute. 6. deus tuus deus unus eſt. Quaꝓpter uerū eſſe agno-
ſce,q dixi diuinitatē nō p ſubſtātiā ſuā, in qua in-
uiſibilis & immutabilis eſt, ſed p creaturā ſibi ſu-
biectā mortaliū oculis apparuiſſe cū uoluit. Non
itaq ſicut accipere uel accipi mea uerba uoluiſti,
ego diuinitatē ſic patribus oſtendiſſe ſe dixi, tanq̄
eā uolueri credi uiſibilem,q̄ prius inuiſibilē dixerā
eſſe:ſed dixi,Quādo ſe patribus diuinitas oſtende-
bat,p ſubiectam creaturā ſe uiſibilē demōſtrabat.
Nā p ipſam ſuā naturā uſqueadeo inuiſibilis eſt,ut
ipſe Moyſes ei,cū quo facie ad faciē loquebatur,di-
Exod. 33. ceret,Si inueni gratiā ante te,oſtēde mihi temetip-
ſum manifeſte. Ecce qđ dixi relege, & inuenies me
uerū dicere,te autē nō intelligere uoluiſſe uel non
potuiſſe qđ dixi, Audi ergo idipſum me aliquanto
planius diſſerētē,Ego diuinitatē patris & filij & ſpi
ritusſancti In ſua natura atq̄ ſubſtātia mortalibus
oculis inuiſibilē dico. Eā uero ſe iformas uiſibiles
uertere, abſit ut dicā,qa & imutabilē dico. Reſtat
ergo ut aſpectib⁹ humanis quādo ſe oſtēdit ut uo- D
luit, p ſubiectā intelligatur hoc feciſſe creaturam,
quę poteſt oculis apparere mortalib⁹. Quid eſt au-
tē q cū de patre dixiſſes. Vnus eſt inuiſibilis, unde
iā ſatis eſt diſputatū,addidiſti,Vnus etiā icapabi-
lis atq̄ imēſus? Incapabilē qdē nō legim⁹ deū. Cur
ſanè dicas incapabilē,neſcio,Si.n. capi nō poteſt,
quomodo nō ſolū filius,uerumetiā pater ueniunt
ad hominē,ſicut dicit ipſe filius,Et māſionē apud Ioan. 14.
eū faciūt? Puto q capiat eos apud quē faciūt man-
ſionē. An forte dicis,nō ex toto,ſed ex parte capiū-
tur? Dic qđ uis,Reſpōdetur.n. tibi,Nō ſunt ergo in
capabiles,q ſunt uel ex parte capabiles. An ideo ti-
bi nō ſufficit incapabilē dicere,ſed addidiſti,& im
mēſū,ut exponeres quatenus incapibilē dixeris.i.
qa totius capax nō eſt humana natura? Immenſus
eſt.n. uerū hoc & de filio dici poteſt. Neq̄.n. quiſq̄
ſic capit unigenitū uerbū,ut eius capacem ſe omni
modo audeat ꝓfiteri. Prorſus etiā ipſum nō eſſe du
bitamus imenſū,Nā quæro abs te de quo accipias
qđ ſcriptū eſt,Magnus eſt,& non habet finē,excel- E
ſus & imenſus:De ipſo quoq paulopoſt dicitur,hic Baruch. 3
deus noſter,nō ęſtimabitur alius ad eū, hic inuenit Ibidem.
omnē uiā diſciplinæ, & dedit eā Iacob puero ſuo,
& Iſrael dilecto ſuo:Poſt hęc ſuper terrā uiſus eſt,&
inter homines cōuerſatus eſt. Quis eſt iſte,reſpon-
de? Quis eſt inq̄,magnus eſt & non habens finem,
excelſus & immēſus,qui ſuper terrā uiſus eſt,& in-
ter homines cōuerſatus eſt? Video quos ęſtus,quas
patiaris anguſtias. Times dicere, pater eſt:ubi au-
dis,ſuper terrā uiſus eſt,& inter homines conuerſa
tus eſt. Tu.n. patrē per ſuā ſubſtātiā reuera inuiſi-
bilē,nec per ſubiectā creaturā uis eſſe ab homini-
bus uiſū. Times dicere,filius eſt:ubi audis,non ha
bet finē,excelſus & imēſus. Tu.n. patrē tātūmodo
eſſe contendis imēſū. Times dicere,ſpiritusſanctus
eſt:ubi audis,hic deus noſter:Tu.n. nec deū uis eſ-
ſe ſpiritūſanctū. Quid es acturus,qđ reſpōſurus ho
mo,q non uis eſſe catholicus,ut xpm ſic accipias i
forma ſerui ſuper terrā uiſū,& inter homines con-
uerſatū,ut tamē in forma dei,in qua inuiſibilis mā
ſit,confitearis immēſū? Hic deus noſter, non æſti-
mabitur alius ad eū. Quis alius, niſi Antichriſtus,
quē uel xpm fides uera non ęſtimat,ſed eū ꝓ uero F
xpo execrabilis Iudæorū error expectat? Si oras &
petis,ut dicis, diſcipulus eſſe diuinarū ſcripturarū,
ad rē pertinētia teſtimonia diuina conſidera. Noli
per multa quæ te nihil adiuuāt euagari, Elige pru-
dētèr tacère quàm inaniter loq; quādo non inuenis
qđ reſpondeas manifeſtiſſimæ ueritati. Timere te
oſtēdis,ne te nudē diſcipulis tuis: Vtinā tu xpo ſic
induaris,ut diſcipulos tuos magis ipſius uelis diſci
pulos eſſe quàm tuos. Nā me non pœnitet quātum
domin⁹ donat,operā dare, ut tu & diſcipuli tui ſub
uno magiſtro ſitis cōdiſcipuli mei. Tractatui autē
meo, cui poſt tantū tēpus adhuc te reſponſurū eſſe
ꝓmittis,ſi ita reſponſurus es, ut modo reſpodiſti,
uel iterrogationibus,uel ꝓſecutionibus meis,non
planè aliqd reſpondebis,ſed ut homines non itelli
gētes quomodocūq decipias, non tacebis. Ex his
ergo omnib⁹ quæ ſicut potui diſputaui,ſatis appa
ret:patris & filij & ſpiritusſācti unā eſſe uirtutē unā
eſſe ſubſtātiā,unā deitatem, unā maieſtatem,unā
gloriam:q ipſa trinitas eſt unus dominus deus no
ſter,de quo dictū eſt,Audi Iſrael,domin⁹ deus tuus Deute. 6.

G deus unus eſt. Tunc autē dictum eſt, quando domi
nus ſolus deducebat eos, & non fuit in eis deus alie
nus. Neque.n.non eos deducebat & Chriſtus, cum
1.Cor.10 dicat Apoſtolus, Neque tentemus Chriſtum, ſicut
quidam illorum tentauerunt: quibus Chriſtus nō
eſt deus, aut Chriſtus deus eſt alienus. Hic eſt ergo
deus pater & filius & ſpiritusſanctus, trinitas unus
deus, cui uni iubemur ea quę non niſi deo debetur
Mat.4. ſeruitute ſeruire, cum audimus, Dominum deum
adorabis, & illi ſoli ſeruies. Neque.n.hac ſeruitute
1.Cor.6. nō ſeruimus Chriſto, cuius membra ſumus aut ſpi-
rituiſancto cuius tēplum ſumus. Hęc trinitas unus
Deute.32 deus dicit, Ego ſum dominus, & nō eſt alius pręter
me. Neq; n.nō eſt dominus Chriſtus, quē uos quoq;
deū & dominū confitemini, Aut ſpiritusſanctus nō
eſt dominus domus ſuæ, hoc eſt, templi ſui. Ipſe eſt
quippe ſpiritus domini, de quo dicitur. Domin' au-
2.Cor.3. tē ſpiritus eſt: ubi autē ſpiritus domini, ibi libertas.
Hæc eſt trinitas un' deus, de quo dicit Apoſtol' Nul
1.Cor.8. lus deus niſi unus. Non.n.cum hæc auditis, deū ne
gare unigenitū audetis. Hic deus trinitas dicit, Ego
Exod.3. ſum q ſum, & non ſum mutatus. Non.n.mutat' eſt
Malach.3 Chriſtus, cui dicitur, Mutabis cœlos & mutabunt,
Pſal.101. tu autē idem ipſe es. Aut mutabit ſpiritus ueritatis
H cum ſit immutabilis ueritas, cui tantū honorē dat
ipſe xp̄s ut dicat, Expedit uobis ut ego eam: Niſi.n.
Ioan.16. ego abiero, paraclet' nō ueniet ad uos. Et, Quicūq;
dixerit blaſphemiā in filiū hominis, dimittetur ei:
Matt.12. qui autē dixerit i ſpiritūſanctum, non dimittet ei.
Et cum de ſeipſo dixerit, Ecce ego uobiſcū ſum uſq;
Matt.28. ad conſūmationem ſeculi: de illo dixit, Vt uobiſcu
Ioan.14. ſit i ęternū. His atq; huiuſmodi teſtimoniis, quę om
nia quęrere & colligere lōgū eſt, ſi pacifice acqueſcas
eis qd orare & optare te dicis, diuinarū ſcriptura-
rum diſcipulus, ut de tua fraternitate gaudeamus.

AD LECTOREM.

Non eſt probabile hunc dialogū eſſe Auguſtini, cu ius nō meminit in libris Retractationū. Nā actis eccleſiaſticis ſolet addi locus, interdū etiam quid fecerit, qui proponit, aut qui reſpondet. Ad hæc non ſolent Arriani tam facile concedere in diſputando, quàm hic facit Felicianus. Præterea denſior eſt Auguſtinus in citandis ſcripturis quàm hic eſt, ne cōmemorē phraſeos diſſonātiā. Eruditus aliquis exercendi ingenij gratia finxit dialogū, quod factum & ab Hieronymo uidemus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPponenſis Epiſcopi, contra Felicianū Arrianū, de unitate trinitatis ad Optatū, Liber.

Cap.1. EXtorſiſti mihi dilectiſſime fili Optate, ut de unitate trinitatis quæ perfectus deus ſemper ac ſummus eſt, officij non immemor ſacerdotalis, aliquid ſcriberem: idq; à me cum propriæ infirmitatis conſcius ſæpius excuſarem, multis modis exegiſti, aſſerens communis fidei rationem, & religioſos accipere, & ſacerdotes debere fidelibus non negare: ne aut illi dum non accipiunt, incipiant ab infidelib' facile decipi, aut ab his cum deſiderata nō tribuūt, cœleſtis theſaurus Chriſti membris non expendi, ſed in terra quodammodo ſterilis peritię uideatur abſcōdi. Itaque K uictū me fateor probabilibus cauſis, ne inermes tradere uidear obſiſtentibus malis, dum aduerſus infideles nō inſtruuntur munimine ueritatis. Verū tamen quia in huiuſmodi quæſtionibus quædam obſcuritas continua oratione frequenter incurrit, idcirco mihi uiſum eſt, ut eum ſermonem qui inter me & Felicianum nuper eſt habitus, prænotatis ꝓpter perſonarum diſcretionem principalibus nominū literis, pręſentis libelli breuitate cōplecterer.

Cap.2. Nam cum ante hos dies pariter ſederemus, tum ille inter alia inquit, FELICIANVS. Quæ me in ueſtris diſputationibus frequenter offendunt, nihil deteri' puto, q̄ ꝙ ſic pręcepta fidei rudibus traditis, ut non de intelligendarū rerum ratione, ſed potius de quadam teſtimoniorum oſtētatione colloquentibus pręſcribatis. Qd ut non dicā uafrum, interim quàm ruſticū ſit, nullus ignorat. Primū ꝙ ſi is qui edocet literis iam credidit, obtēperat iſte, non repugnat: alioquin nō magis tibi quàm iiſdē teſtimoniis, quæ ꝓ affirmato ingerūt, neceſſe eſt cōtradicat. Et ideo melior mihi ad docendū uidetur hæc uia, qua primū fidei ratio ſine teſtimoniis redditur: poſt ratione conuicto idē illud ſcripturis reL ſpōdētibus expolit. Et nō inmerito, Si.n.teſtimonia hęc eo ꝓbātur, ꝙ ratione nō careant, poſſunt per ſe illa ſufficere, quę etiā hæc nō niſi p ſeipſa uidentur aſtruere. Sin cōtra, quis poteſt irrationalibus teſtimoniis, licet illa diuina fingantur, rationabilis fidei colla ſubmittere? Et illā qdē diſputandi uiā fateor in aliis tolerarē, quos imperitiæ neceſſitas, qa per ſe ſtare nō queunt, cogit ad aliena cōfugere. In te uero idcirco nullo modo iſta ppetior, qa eloquētiam pariter cū ſciētia fidei tibi uideo non deeſſe. AVG. Tum ego, Nō uſque adeo inq̄, me duci putes laudib' meis, ut iniuriā faciā pręcedētib' ſāctis. Nec præſumā unq̄ in ſapiētia uerbi, ne euacuetur crux 1.Cori.1. Chriſti: ſed ſcipturarū ſanctarū authoritate cōtēt', ſimplicitati potius obedire ſtudebo q̄ tumori. Sed melius, inqs, ratione qs, q̄ teſtimoniis edocet. Quid ergo? Quā rationē afferre potes, ſi partum prędicas uirginis, ſi redditos oculos nō negas cęcis, ſi ſepul M tos rediſſe oſtēdas à mortuis? Si ergo horū & incōprehenſibilis ratio & ueritas prompta eſt, facilius in negocijs fidei teſtimoniis creditur, q̄ ratio inueſtigatur. Verū qa nō nimis incōſequenter duo iſta diſcernis, cum ratione præmiſſa etiam teſtimonia nō omittis, idcirco in hac diſputatione id me fateor ſecuturū, qd ipſe ꝓbaueris. FEL. Ergo, inqt quoniā

Cap.3. ocioſi ſum', ad homouſion ueſtri quæſtionem, de quo nō inter nos tātū, ſed etiā iter maiores noſtros plerunq; tractatū eſt, ueniamus. Et ne lōgius euagetur oratio, ipſe iam ut ſoles perſonam proponentis aſſume, & nobis rationem ueſtræ fidei quęrentib', uiciſſim redditurus inquire. AVG. Tum ego, Dic mihi inquam, uerùm ne ſit quod te audio decere, patri homouſion non eſſe penitus filiū? FEL. Verum eſt, nec perſuaderi mihi poteſt id ingenitū eſſe quod genitum, ne eundē patrem uidear prædicare quē filiū. AVG. Non ita eſt, nā ne mihi qdē iſtud in animo eſt, eundē ingenitum eſſe quem genitū, ſed id potius ingenitum eſſe quod genitum. FEL. Et quomodo nō eūdē ingenitū dicis eſſe quē genitū, ſi utrunq; unum putas eſſe, nō alterū? AVG. Aninaduerto iam te penitus nō attēdiſſe uerborum:

A nã dũ utrũq; unũ dico,ſubſtãtiam ueri patris ac ue
ri filii ex toto nõ ſeparo. Et dũ nõ eũdẽ patrẽ, quẽ
filiũ prędico,utriuſq; pſonã ſeruata uniuſcuiuſq; ꝓ
prietate diſcerno. Itaq; ſi ſubſtãtiã quęris,ipſa trini
tas unus ẽ de⁹:ſi pſonã,alter eſt filius. FEL. Et quo
modo,idẽ & eſſe dicis & alterũ filiũ? AVG. Idẽ inquã
cõmunione ſubſtãtiæ,alterũ proprietate perſonæ.
FEL. Neſcio quo pacto una creditur eſſe ſubſtãtia.
cũ nõ una dicatur eſſe pſona. AVG. Non eſt inquã
una pſona,quia una genuiſſe, & altera dicitur geni-
ta:eſt tamẽ nati & gignẽtis nõ diuerſa ſubſtãtia,qa
nõ diſsimilis generãti docetur exorta. FEL. Veli quę
ſo exẽplo mihi faciliore dicta dilucides. AVG. In
rebus quidem incõprehẽſibilibus exempla nõ ſup
petunt diſputanti: tamen inquantum fieri poteſt,
etiã in hac parte nõ deero: Ecce igitur homo pater
habet hominẽ filiũ. Eſt quidẽ cõmune utriuſq; qd
homo eſt,uni tamẽ ꝙ filius,alteri propriũ uidet eſ
ſe ꝙ pater eſt, nam in utroq; ſic pſona diſcernitur,
ut cõmunis humanitas nõ neget,dũ un⁹ gignit,ali⁹
gignitur:ęquè aũt homo & q genit⁹ dicitur,& ille q
Cap. 4. genuit. FEL. Illud certe dicas uelim,genitus ab in
B genito utrũ initio ſeparetur,an nõ? AVG. Ne id qdẽ
ſpiritalis intelligẽtiæ ueritate récipitur,ut pater à fi
lio interuẽtu,no dico tẽporis,qd diebus cõſtat ac
noctib⁹:ſed cuiuſlibet ęui uel ęternitatis ſpatio ſe-
paretur. FEL. Hoc ſi ita eſt,duo fateris ingenita. Et
quomodo altera patris,altera filii putatur eſſe pſo-
Al. cõfuſa. na,cũ p ſignificatione cõmunis ingeniti utraque
uideatur eſſe pſona†? AVG. In hoc qdẽm a maiori
b⁹ ueſtris nõ mediocris calumnię ſophiſma cõtexi-
tur:tamẽ p auxiliũ ipſius trinitatis catholica nece
ſe eſt ſimplicitate ſoluatur. Patrẽ nãq; ingenitum,fi
liũ genitum dico, nec tamẽ ideo genitũ ingenito
coæternũ nõ eſſe prædico:eo tãtũ docẽs ingenitũ
patrẽ,quia nõ proceſsit ex altero:eo genitũ filium,
quia no extitit à ſeipſo. Non eſt cõmune utriuſq;,
naſci:nõ eſt cõmune,non gigni:& tamẽ cõmune ẽ
alterũ ab altero interuẽtu medii tẽporis nõ diuel-
li. Itaq; ſi propriũ patris quæris,ſufficit quia ſol⁹ nõ
habet patrẽ:ſi filii,ſatis eſt quia nõ habet prolem:
unam autẽ & coæternã patris & filii dicim⁹ diuini-
C tatẽ. FEL. Quantũ ad me attinet,nõ uideo qd iſta
nũc colligas. Nã quãuis Ariſtotelica mecũ ſubtilita
te cõtẽdas,fieri tamẽ non poteſt,ut eum qui geni-
tus eſt,ab eo qui genuit nulla ęui intercidẽtis anti-
quitate diſcernas. AVG. Scio eqdẽ,ut ille ait,quàm
in difficili loco uerſetur oratio tamẽ uerẽdũ nobis
nihil eſt,q p adiutoriũ ſanctiſpirit⁹,teſtimoniũ dici
mus deo. Quid ergo dicem⁹? Eſt ne aliqd in patre
qd negetur ingenitũ,aut nõ? Si eſt,nõ in toto, ſed i
parte poti⁹ dicitur ingenit⁹,alioquin nõ ex tempore
cœpit eſſe fili⁹. Nam ſi paternitas nõ cœpit patris,
initiũ inueniri nõ poteſt prolis. Si initiũ dicitur ꝓ-
lis,non ęterna Paternitas docebitur patris. Et quo
modo ſtabit,quia totũ in patre docetis ingenitũ,q
ipſis paternitatis nomẽ habere putatis initiũ, cum
cœpiſſe ex tẽpore dicitis filiũ,quo nondũ extante
patrẽ dici non poteſt uocitatũ. FEL. Non ſum tam
ſtult⁹,ut tẽpus pręferã filio,ſed initiũ dari certum
eſt genito. AVG. Quid ergo? inter patrẽ & filiũ di-
cis mediũ nihil fuiſſe? FEL. Ita prorſus. AVG. Quo
modo igitur negas filiũ patri coæternũ, qui inter
patrem & filium fateris nihil eſſe medium,ne idi-
pſum non tam medium conſtet eſſe quàm tertiũ?

FEL. Quoniã me diſputãdi arte concludis, id D
quòd à maiorib⁹ noſtris dictũ eſt,breuiter explica Cap. 5.
bo. Aiũt.n.quoties de initio filii,& patris æternita
te tractatur: Erat quãdo non erat, & antequã naſce
retur non erat AVG Quãtũ aduerto,manẽte malę
credulitatis errore,ſola uerba mutata ſunt. Dixiſti
nãq. Erat quãdo nõ erat. Erat iſtud, ad æuum pti-
nere uultis,an ad filiũ? Si ad ęuũ,ideſt,uelut quod-
dã ante filii natiuitatẽ ęternitatis ſpatiũ:ecce ad ſu
piorẽ blaſphemiã neceſsitate delaberis,cũ inter pa
trẽ & filiũ tertiũ quoddã tẽpus immittis,dicisq; qa
erat ante filiũ de⁹ pater,& tẽpus,poſt hæc duo fili⁹,
poſt tria iſta quartus ſpiritusſãctus. Qd ſi admitti-
mus,ut ſine tẽpore gigni non potuerit filius: uide
quã late pateãt iſta quę dicimus. Nã ſi non ſine tẽ-
pore ẽ filius,certe nec niſi in loco docẽd⁹ eſt geni-
tus. Hoc admiſſo,ante filiũ & ſpiritũ ſanctũ, coæu⁹
quodammodo patri dicetur & locus. Qd ſi ita eſt,
ꝙ ſine loco & tẽpore naſci nõ potuerit fili⁹, in quo
loco locum aut in quo tẽpore factũ locũ dicis &
tẽpus? Si in nullo,ecce ſine tẽpore & loco fieri po-
tuit tẽpus & locus: Si in aliquo, idipſum tẽpus ui-
det & locus,i cuius origine ſimiliter & locus requi B
ritur & tẽpus. Quòd ſi uſque adeo ſine tẽpore & lo
co fieri aliquid potuit,ut nec in locò locũ,nec i tẽ-
pore factũ doceas tẽpus:neſcio qua temeritate con
tẽdas,qd naſci non potuerit filius,q quãtũ ad ſanã
fidem,& locũ doceatur feciſſe & tẽpus. Sed de hoc
ſatis Nũc qd a maiorib⁹ ueſtris dictũ prædicas re
petamus, Erat.inqs,quãdo non erat. Si erat iſtud,
ad tẽpus referas,ecce ante filiũ tẽp⁹:ſi ad filium nũ
q̃ non erat fili⁹ erat.n.quãdo non erat tẽpus, à quo
factum dicitur tẽpus. Sed antequã naſceretur,inqs,
non fuit. Qui quæſo non fuit antequã naſceret fi-
lius? Ecce ipſo itellectu ante filium fuiſſe dicitur tẽ
pus Si autem antequã naſceretur filius, non erat
tẽpus,ſequitur ut dicatur patri filius coæternus,i-
ter quẽ & patrẽ nullum fuiſſe dicitur tẽpus: maxi-
me cum iter cætera Euangeliſtis atteſtãtibus, etiã
tẽpus feciſſe dicatur filius. Sed forte de patre dictũ Ioan. 1.
aliqs putet,Erat quãdo non erat filius. Cui ſẽtẽtię
ſecuta non concinũt,qbus dicitur. Et ãtequã naſce
retur non erat nã p ſe pater ſemp exiſtẽs,ẽt a uobis
non poteſt dici natus,qui nõ ab initio docetur ex-
ortus,& in patrẽ cadere non poteſt,erat quãdo nõ F
erat genit⁹. FEL. Qm̃ me uerbis,ut mea fert opinio
inopinata ſubtilitate certãtibus non mediocriter
defatigas,idcirco q̃ſo ut ſi fieri poteſt,exẽplo cuiuſ
libet rei poſsibile id ẽe qd docere conaris,oſtẽdas
Neque.n.aliter credere poſſum,licet ui rationis op
preſſus,coæternũ igenito ẽe genitũ:aut utrũq; pa-
trẽ dixeris ſibi. AVG. Qm̃ me ad incomparabilem
rerũ exempla compellis,idcirco quę ſit ignis potẽ-
tia uideamus,ex quo ſemp ſplẽdor ẽ,tẽp uapor eſt.
Vtrũq; de eo naſcit,nec ideo tamẽ ignis ſine horũ
quolibet aliquatenus inuenit. Hæc tria non ſeinui
cẽ gignũt,quia non de ſplẽdore ignis & uapor,aut
de uapore ignis & ſplẽdor,ſed de igne ſplendor &
uapor ſemp ẽ genitus. Quę cũ ita ſint, uides ne ẽt
i creatura poſſe aliqd naſci,nec oſtẽdi tamẽ tẽpus,
quo id de quo natũ ẽ ſine genito potuerit inueniri?
Si ergo uiſibilibus exẽplis iſta reſpexim⁹, cur nõ d
p̃re & filio & ſancto ſpiritu, quãtũ ad cõmunẽ dũ-
taxat atq; idifferẽtẽ æternitatẽ,ſimul ita predicamus
Neq;.n.ideo neceſſe eſt patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſctũ

G atque dicamꝰ ingenitũ, quia nullũ ab altero euo i-
teruenıẽte dicimꝰ ſeparatũ: cũ etiã ex aliis rebꝰ quę-
dã genita, nec ideo tamẽ aut æque gignentia, aut ſi
ne inuicẽ docẽtur extantia. Sed qd prodeſt horum
Cap. 6. multa colligere, cũ paucorũ teſtimoniis etiã cętera
liceat æſtimare. FEL. Quoniã ſententiã meã, præ-
cedentiũ patrũ authoritate fundatã, noua diſputã-
di arte cõturbas: idcirco uelim mihi dicas de natu
ra filij dei. i. de ſubſtantia ipſa qd ſentias. Si. n. ut di
cere uos ſoletis, homouſion eſt patri, ipſe quodã-
modo pater eſt ſibi, alioqn cõſubſtantialis nõ po-
teſt eſſe genitori. Nã qdã noſtrũ homouſiõ opinio
nẽ ſic ridere ſolebat dicens, Si non extrinſecus, ſed
ex eodẽ ipſo ꝓlatus eſt filius, in duos quodãmodo
diuiſus eſt unus, quandoqdẽ nõ aliud gignẽs dicit
eſſe q̃ genitus. AVG. Dũ nos dicis Ariſtotelica ar-
te contendere, ipſe ad dialecticorũ laqueos uideris
cõfugiſſe. Sed nos fidei ueritate cõfiſos, nequaquã
poſſũt iſta terrere. Quid ergo dicis, ex ſubſtãtia cre
do patris naſci filiũ nequiuiſſe, ne ingenitũ patrẽ fi
H lij uideamur generatione diuidere? Quod ſi ita eſt,
male creditur filius, q nõ ex patre. i nõ ex eodẽ ip-
ſo genitꝰ, ſed extrinſecꝰ factꝰ inter alia prędicat̃. Qd
ut ſit itellectu facilius, idipſum ꝓ poſſe explicabo.
Filiorũ nãq; adoptiui alij, atq; alij naturales ſunt. Ij q
geniti ab initio filij ſemp ac proprij: illi primo alie-
ni, poſt filij cũ p adoptionẽ in familiã uidẽt̃ aſciſci.
Quibꝰ ergo cõparãdus eſt filiꝰ dei? Si adoptiuus, erit
apud patrẽ ſimilis nobis. Si propriis, ex ſubſtantia
ſubſtitiſſe dicẽdus eſt genitoris. Sed in duo, iqs, ſub
ſtãtia paterna diuidit̃, ſi ex ſolo patre ſubſtantiali-
ter filiꝰ generat̃. Hoc q̃ ſtultũ, ſit, etiam uiſibilia ipſa
nos docẽt. Quis. n. unq̃ uel carnaliũ patrũ gignen-
do diuiſus eſt? Quòd ſi nec i cõditione corporis ca
dit ipſa diuiſio, nemo. n. ſic genuit filiũ ut ſe pderet
mediũ, & ſalua integritate patris nõ potuiſſe naſci
dicitis filiũ? Sed qd plura? Natiuitatẽ filij dei ortũq;
rimãtibꝰ, hęc, niſi fallor, occurrũt. i. aut ex patre ſit,
aut ex nihilo, aut ex altero, aut ex ſeipſo. Horũ quæ-
ſo cõſequẽtiã uideamꝰ. Si ex ſeipſo, nõ recte filiꝰ di-
cit̃, q nõ natus, ſed ingenitus prędicat̃. Si ex nihilo:
creatura cũ cęteris, nõ creaturę author oſtendit̃. Si
ex altero: nõ eius cui credimꝰ, ſed neſcio cuiꝰ icogni
I ti patris filiꝰ prædicat̃. Quòd ſi pręter hęc quatuor
nõ poteſt iueniri qntũ: nec de his ꝓpter euidẽtem
blaſphemiã tria prædicari penitꝰ poſſunt: reſtat ut
ſubſtãtialiter de patre ſit genitꝰ: qa ut diximꝰ, nec i
ueniri qntꝰ, nec præter primũ de his doceri poteſt
aliqs modus, ut pote cũ nec creatura, nec alteriꝰ pa
tris filius, nec ut pater dicat̃ ingenitꝰ. FEL. Quaſi ue
rò ego aut prẹter hæc qntũ, aut de his tribꝰ aliquid
prædicarim: q ſic nõ ex ſubſtãtia patris extitiſſe fi-
liũ dico, ut tamẽ ex eius uolũtate nõ negẽ genitũ.
AVG. In unũ de ſupradictis cõſequẽtia ipſa detru-
deris. Cũ. n. de filij ſubſtãtia reqrimꝰ, quę tu ex pa-
tre ſubſtãtialiter genitũ nõ fateris, ſine dubio iter
alia ex nihilo factũ eſſe cõtẽdis: quãdoqdẽ nec cor
ruptibiles qdẽ creaturas dicimꝰ ſubſtitiſſe, niſi ut
has deũ, & uoluiſſe p ineffabilẽ diſpẽſationẽ, & po
tuiſſe p ſingularẽ potẽtiã dicamꝰ efficere: dũ & uo
lũtatẽ fuiſſe nouimꝰ, qua placuit deo, & poteſtatẽ,
qua poſſe ſubiacet deo. FEL. ergo ad extãtiã filij, po
teſtas paterna nõ ſufficit? AVG. Quaſi ego de po-
teſtate patris, & nõ de ipſa paternitatis ueritate cõ-
tẽdã. An ei ſe dici maluit patrem, quem nõ ſibi, ſed
creaturis uoluit eſſe cõſimilẽ? Et ideo fatendũ tibi K
eſt, ex ſubſtãtia patris extitiſſe filiũ, ſi & natꝰ & deꝰ
eſt: aut filiũ pariter & deũ negare, ſi nõ ex paterna
ſubſtãtia, ſed ex nulla, operãte tãtũ, ſicut etiã i aliis
creaturis, patris uolũtate & poteſtate creatꝰ ẽ. FEL. Cap. 7.
Quoniã me ad eiꝰ confeſſionẽ neceſſitate cõpellis,
id qd à maioribꝰ nrĩs dici aſſolet, nõ tacebo. Aiũt. n.
creaturã eſſe filiũ, ſed pfectã, & quę dominari poſ-
ſit oibꝰ creaturis. AVG. Gaudeo qdẽ ꝙ irreligioſæ
prædicationis initio, uirꝰ manifeſta cõfeſſione ꝓdi
deris, nihil tamẽ qd credulitate dignũ uideat̃, op-
ponis. Creatura nãq; eſt, ex eo qd adhuc nõ eſt, aut Creatura
aliqñdo nõ fuit, rei cuiuſlibet corruptibilis, quãtũ i quid ſit.
ſe eſt, patris oipotẽtis dei uolũtate facta ſubſtãtia.
Hæc definitio utrũ i dei cadat filiũ uideamꝰ. Nã fi-
liꝰ i eo ꝙ eſt, idifferẽtis naturę ueritate ꝓlatꝰ eſt: qa
ex eo q eſt. i. ex gignẽte, nõ diſſimilis natꝰ ẽ: & ideo
inter filiũ & creaturã primũ, ni fallor, iſta diſcretio
eſt, qa ille ex patre ſubſtãtialiter gignit̃, creatura nõ
ex ſubſtãtia faciẽtis, ſed ex ſola uolũtate ac poteſta
te pficit̃. Iſta corruptibilis p naturã, niſi fuerit ſerua
ta p gratiã: ille icorruptibilis, q naſcẽdo icorruptibi
lẽ ex icorruptibili pře uidet̃ habere ſubſtãtiã. Filiꝰ p L
oia ſimilis pr̃i, diſſimilis, creaturæ. Factor ille nõ ex
eo qd nõ eſt, i id qd eſt: & ꝓpterea nũq̃ i id qd nõ ẽ,
ex eo qd eſt. Illa. i. creatura, facta ex eo qd nõ ẽ, i in
qd eſt: & ꝓpterea quãtũ ad ſe attinet, ex eo qd eſt, i
id qd nõ eſt ſui ortꝰ cõditione reuertit̃. FEL. Neſcio
qd i arcano huiꝰ obſcuritatis iuolueris: & ideo re-
cte facies, ſi id qd à te, ut mea fert opinio, icõphẽſi-
biliter dictũ eſt, itelligibiliꝰ explicaueris. AVG. Dixi
iã de filio, cũ eũ à creaturę definitione diſcernerẽ,
quoniã is nõ ex eo qd nõ eſt, i id qd eſt: qd tale eſt
ac ſi dicerẽ, nõ ex nihilo factꝰ eſt. Et ꝓpterea nunq̃ĩ
id qd nõ eſt, ex eo qd eſt. i. nunq̃ in nihilũ ex ſeipſo
quod eſt, naturę ſuę ꝓprietate ſoluẽdus eſt. Creatu
ra uero, ex eo qd non eſt, i id qd eſt: quo oſtendit̃,
qa ex nihilo ꝓlata eſt. Et ꝓpterea quãtũ ad ſe atti-
net, ex eo qd eſt, in id quod non eſt. i. in nihilũ, niſi
ꝑpetua gratia fecerit, naturę ſuę qualitate uertẽda
eſt. Ergo nunq̃ non erit filius, q ſubſtãtialiter docet̃
eſſe perpetu: & hoc ut pote ꝓprio, à conditione om M
niũ creaturarũ, quæ per ſeipsũ factę ſunt, non i iniu Cap. 8.
ria noſcit̃ ſeparãdus. FEL. Licet intelligẽtiã meam
noua rerũ ſubtilitate perſtringas, neſcio tamẽ quo
pacto dicas, ꝙ coæternꝰ patri ſit filiꝰ; cũ & commu
ni loquendi modo, & naturæ lege prior gignes ui-
deat̃ eſſe q̃ genitus. AVG. Si naturæ authorẽ creatu
rarũ legibus æſtimamus, dũ anteriorẽ eſſe patrẽ fi-
lio prædicamꝰ, cur non eadẽ naturæ lege, fortiorẽ
přẽ filiũ p acceſſũ tẽporis dicimus: dũ nec huic de-
ſunt icremẽta naſcẽti, & ibecillitatis iniuriã ſenectꝰ
igerit patri? Quòd ſi hoc ratio ipſa nõ recipit, omit
tamus i deo corporalis itelligẽtię legẽ, ne operibus
ſuis ſimilẽ dicamꝰ eſſe factorẽ: maxima cũ ex eo qd
apud nos euidẽ ẽ, etiã id qd i occulto eſt poſſimꝰ
oſtẽdere. Sicut. n. ſine exẽplo mater genuit autho-
rẽ ſuũ: ſic ieffabiliter pater genuiſſe credẽdꝰ eſt coę
ternũ. De matre natus eſt, q ante iã fuit: de patre q
aliquãdo non defuit. Hoc fides credat, intelligẽtia
nõ reqrat: ne aut nõ inuẽtũ putet incredibile, aut
reptũ non credat ſingulare. Ecce. n. de matre natus
eſt xp̃s, nec ideo eſt p contactũ uiri matris pudor
imminutꝰ. Virgo peperit, qa uirgo concepit: & non
ſeruato rerũ ordine, ex itegro matris corpore, itegrũ
corpus

A corpus Chriſtus aſſumpſit. Si ergo nouo more, nul
lo exemplo, ſcđm carnẽ nat⁹ docet ex corpore: qd
mirum ſi non ſcđm cõſuetudinem humani partus
proceſsit ex patre? Nouimus ꝙ de ſubſtãtia matris,
ex ſola genitus eſt filius, & ſine damno corporis pa
rientis, natũ filij nouimus corp⁹, & nõ minuiſſe in-
corporalẽ pr̃is ſubſtantiã credit, cũ ex eodẽ ipſo ex
quo ſubſtãtialiter atq; incorporaliter eſt prolatus,
dicit genitus. Ergo ſi naturã reꝝ, intelligentia duce
perpendimus, demus initiũ, ſi non negamus occa-
ſum. Alioquin ideo filiũ nõ hr̃e dicamus initiũ, qa
nõ ꝑ grãm, ſed per naturã fatemur eſſe perpetuum.
Ad ſummã, maior & minor tribus modis dici põt:

Maior et minor quot modis dicatur.

id eſt, ætate, forma, potentia. Aetate, ſenior puero:
forma, lõgior paruo: potẽtia, fortior imbecilli. Vi-
deamus utrũ aliqd hoꝝ accidat filio: nã nec ætate
minor eſt, quẽ de principio patre conſtat extitiſſe
principiũ: nec forma, quẽ nõ aliud fas eſt prædica
re q̃ deũ: nec potẽtia, à quo totũ nouimus eſſe pfe-

Cap. 9.

ctum. FEL. Scire cupio quo pacto ad filiũ tran-
ſeat dignitas pr̃is, & ad pr̃em nõ recurrat humilitas
prolis. AVG. Nõ ſcđm naturã iſta nũc dici, quo
B tidianarũ rerũ exempla nos docent. Ecce.n. pute-
mus aliquẽ regẽ ac regis filiũ depoſitis regiæ ma-
ieſtatis inſignibus, ſubiecti militis indumẽta ſuſci
pere, & pp certã patris diſpoſitionẽ, ac ſocioꝝ ſalu-
tẽ, rebelliũ cõtumelias ſubſtinere: nunquid qa ad
hoc participiũ regiæ poteſtatis, certũ eſt natiuitatẽ
decurrere, idcirco ad eũ qui genuit, iniuriã filij nõ
cõpatiendi affectu, ſed ipſa paſsionis ꝓprietate cer
tũ eſt peruenire? Nõ ita eſt, qa nõ ex filio patrẽ, ſed
ex patre filiũ certũ eſt natũ eſſe. Et ꝓpterea totum
inter eos ſimile dicimus quod pertinet ad commu
nionem naturæ: illud ꝓprium quod per accidens
uni noſcitur eueniſſe perſonæ. Habet ergo naſcẽdo
totũ filius cũ patre qđ pater eſt: ſed nõ de filio pa-
ter quicqd ſpecialiter ipſe perpeſſus ẽ. Nõ.n. utriſq;
cõmune eſt, ꝙ ex hoie natus eſt homo, accidẽs ſpe
ciale quod plerunq; ſine præiudicio cõmunis na-
turę neuter habere docetur in altero. Vna eſt pr̃is
ſubſtantia, una pſona. Hæc cũ genuit, ex hac ſine
dubio nõ diuerſa noſcitur extitiſſe, ſed altera: quæ
nõ aliud docetur eſſe q̃ prima, dum & cõmunis do
cetur eſſe & propria. Comunis, inquã, unitate ſub-
ſtantiæ: propria, diſcretione pſonæ. Cum ergo in ſe
C extet illa quæ nata eſt, nõ quicqd huic acciderit ad
gignẽtẽ neceſſario tranſit, ſicut ad naſcẽtẽ quicqd
propriũ ac ſubſtantiale gignentis conſtat eſſe per-
uenit. Non.n. ſicut filio ipſa generatione collata eſt
diuinitas patris, ſic ad patrem refertur cura, ægritu
do, paupertas, mors, humilitas prolis. Quod ideo
nõ fit, qa q̃uis de una.i. pr̃is ſubſtãtia fuerit ſilis ge-
nita: tñ qa iam in ſeipſa extat, quęcunq; huic intrin
ſecus ingerunt, nõ cõmunia dicuntur eſſe, ſed pro-
pria. Si ergo humani generis iſta cõditio eſt, cũ nõ
uſqueadeo filij ab eo qui genuit in aliud unquam
mutata ſubſtantia eſt, ut nõ eadẽ poſsit eſſe, ſed al-
tera: dum extrinſecus filio accidentibus multis ma
lis, manet nihilominus natura cõmunis: qd nos de
deo atq; eius filio dignũ eſt credere, qd decet prędi
care? Quoꝝ q̃uis ſcđm indiuiſę maieſtatis ſimplicẽ
gloriã nõ ſis natura diſsimilis, ſpecialiter tñ à filio
corpus aſſumptum eſt: ut humiliaretur infirmita-
te carnis noſtræ, qui pati nihil poterat in cõis diui
nitate ſubſtantiæ. Nõ aſſumpſit homo hominis fi-

lius alteram naturã, & cũ in eadẽ quæ cum patre D
cõis eſt patiatur, ad patrem tñ non tranſmittit i.i-
iuriam. Nec & humiliatus in filio deus pater paſsi-
biliter creditur, cum nõ in eadem ipſa quæ utriſq;
cõis eſt, ſed i noſtra potius, quã ſolus ipſe ſuſcepit,
Iudæoꝝ credit pertuliſſe perfidiam. Ad ſummã, qd
precor eſt qđ pendebat in cruce? Quid eſt quod
lancea dicitur uulneraſſe? Caro paſsibilis, an ſub-
ſtantia diuinitatis? Si maieſtatẽ prophanus incor-
porei prædicator aſſumpſeris, corruptibilẽ deũ ui-
deris credere. Si paſsibilẽ carnẽ, nõ eſt cõis iſta cũ
patre, ut per hanc eum poſsit crux illa contingere.
FEL. Dum torrentis modo oĩa q̃ à nobis ſunt *Cap. 10.*
dicta præcipitas, duos admodũ Chriſtos, nõ unũ
prædicas. Et nõ immerito: nã ſi in eo nihil penitus
diuinitas pertulit, ſcđm hoiem Chriſtus alius fuit:
alioquin per affectum cõis diuinitatis, etiã ad pa-
trem paſsio ipſa peruenit. AVG. Non ita eſt, ego
enim ſaluatorẽ noſtrũ non confundo, nõ diuido.
Non confundo, ne aut incorpoream, aut imagina-
tiam carnẽ: aut carnalẽ, aut mortalem prædicem
deitatẽ. Non ſeparo, ne dei patris unã ſcđm carnẽ,
& alterã ſcđm maieſtatẽ introducere uidear prolẽ: E
quia idem dei filius & ſine initio proceſsit ex patre,
& ſcđm tẽpus naſci eſt dignatus ex uirgine. Impaſ-
ſibilis in ſuo, paſſus in noſtro, dum incõprehenſi-
bilẽ maieſtatem uelut quodã indumẽto carnis ue
ſtire dignatus eſt ex utero, una mediatoris perſo-
na, nõ una ſubſtãtia. Vna inquam pſona, ne ſit nõ
unus Chriſtus: nõ una ſubſtãtia, ne mediatoris di-
ſpenſatione ſubmota, aut dei tm̃ dicat, aut hois fi-
lius. Non ego in Chriſto ſuſceptam carnem perpe-
tuitate diuinæ generationis extendo, nec imenſam
deitatẽ corporei ortus ætate cõcludo: qa idẽ in di-
uinitate author eſt reꝝ, q in carne redẽptor eſt ho-
minum: idẽ impaſsibilis in ſe, q paſſus in corpore:
dum ſic utriuſq; naturæ proprietatẽ uere ex utraq;
gignenti ſimilis natus expreſsit, ut & uerã carnẽ ſu
ſcepiſſe eũ cõſtet ex matre, & indifferentẽ deitatem
habere cõſtet ex patre. Quibus in unã perſonã in-
cõprehenſibili mediatoris diſpenſatione coniun-
ctis, ſeruauit ſingulis propria, ſed coniunxit ꝓprijs
aliena. Seruauit ꝓpria, dum nõ amiſit immenſita-
tẽ deitatis, & infirmitatẽ nõ reſpuit carnis. Cõiun-
xit ꝓprijs aliena, dũ idem atq; inſeparabilis Xp̃s, & F
ꝓprio carnis occiditur, & ꝓprio deitatis apud infe
ros nõ tenet. Proprio carnis guſtauit uita mortem,
& ꝓprio deitatis ꝑpetuam reddidit carnẽ. Non er-
go recte dicitur, in filio pater paſſus eſt, qm̃ in car-
ne quæ ei non eſt cum patre cõis, paſſus eſt filius.
Itaq; glorificata eſt caro maieſtate, dũ maieſtas hu
miliata docetur in carne. Sed utrunq; nõ de duob⁹
Chriſtis ſicut putas, ſed de uno atq; eodẽ ipſo quẽ
poſt partum uirginis deũ & hoiem nouimus, nos
certũ eſt prędicare. FEL. Si ergo ex uirgine na- *Cap. 11.*
tus eſt Chriſtus, quõ deo patri dicitur eſſe coæter-
nus? AVG. De hoc quidẽ nobis etiam aduerſus
alios diuerſa contentio eſt: & ideo ne difficilior ſit
explanatio ueritatis, cãm primũ proponamus erro
ris. Nã ab uno malę credulitatis orſi principio in
duo quodãmodo intelligẽtiæ diſsimilis deliramẽ
ta fundunt. Eſt nanq; utriſq; cõe, unam Chriſti na-
tiuitatẽ, nõ duas prędicare. Sed alij illam principa-
lem, qua ante oĩa ex deo natus eſt deus: alij hanc tã
tum, qua ex uirgine proceſsit hic dominus, proprij

G dogmatis deffinitione recipiunt: qui ꝑ cõſequẽtiã
male iacti ſeminis, in ſimilis blaſphemię barathrũ
deciderunt. Ecce.n qui ex uirgine nõ credũt natũ,
oẽm Euangelioꝝ fidem, oẽm baptiſmatis utilita-
tem, oẽm Apoſtoloꝝ prædicationẽ, & ad ſummũ
omnem noui teſtamenti authoritatem, uelut qua-
dam Iudaicæ incredulitatis cæcitate ſubuertunt:
Et ideo ne ipſam maieſtatẽ quidẽ dei filij cogno-
uiſſe putandi ſacramentũ mediatoris, quo eum in-
noteſcere pater gentibus uoluit, abiecerunt. At ue
ro hi qui nõ ex patre ante omne initium, ſed ex tẽ-
pore uirginis partu natum eſſe cõtendunt, nõ eum
creatorẽ oĩum, nõ dñm omnipotentia patri ac ma
ieſtate conſimilẽ didicerunt. Quomodo.n. feciſſe
putabitur cuncta, ante cuius ortum fuiſſe certum
eſt uniuerſa? Aut q̃uo eius diuinitas eſt profitẽda,
quo necdum nato facta ſunt ſingula? Vel q̃uo eius
diuinitas creditur eſſe perpetua, cum non ſemper
ut patris, ſed ex tẽpore prædicatur effecta? Negant
igitur etiã hi quodãmodo mediatoris conſequenti
reꝝ neceſſitate myſteriũ, qa deũ & hoiem non ex
æternitate, ſed ex tpe: non ex uirtute, ſed ex infirmi
H tate: non ex patre ante oĩa patri ſimilem filium, ſed
ex matre inter oĩa, nõ uerum, ſed imaginarium ho-
minis filium in manifeſto, nõ per uerisſimilitudi-
nem natum prædicant Xp̃m: Quo fit, ut ne in car-
ne quidẽ noſſe putandi ſint deũ, quem ante aſſum
ptionem carnis de patre nõ putant genitum. Vides
igitur quo pacto inter hos, licet diſcrepantibus me
dijs, idẽ tñ initiũ, idẽ exitus doceſ erroris. Nos con
tra ſic natiuitatẽ utranq; defendimus, ut neutram
alterius affirmatione tollamus. Nã nec temporalẽ
primæ illius perpetuitate dãnamus, nec æternã hu
iuſcemodi tẽporalis breuitate cõcludimus: ſciẽtes
uerbũ dei inſeparabilẽ prolem, & huius ueræ ꝓlis
poſtea uerisſimã carnẽ: Non tunc fatentes Chriſti
diuinitatem cœpiſſe cũ uirgo cõcepit: nec tũc cœ-
piſſe carnẽ, cũ ineffabili quodã partu monas illa,
ſine intercapedine medij tẽporis, in nullo differen
tem monadẽ, niſi qđ monas docetur eſſe, genuit.
Non infirmitatẽ uoluntariã Chriſti omnipotens
eius maieſtas exhorruit, nõ omnipotentiam corpo
ralis infirmitas extinxit. Scio ad inferos diuinitatẽ
filij dei deſcendiſſe ꝓprietate carnis, ſcio ad cœlũ
aſcendiſſe carnẽ merito deitatis. Nõ eſt dei ꝓprium
I ꝙ famem ſenſit: ſed dei ꝓpriũ eſt, ꝙ paucis panib⁹
M. tth.14. tot milia hoium ſatiauit. Non eſt propriũ carnis ꝙ
ſuper frementes undas ſiccis pedibus ambulauit:
ſed carnis eſt propriũ, ꝙ ſputa, palmas, flagella ſu-
ſtinuit. Vnus tñ atq; idẽ Chriſtus eſt, qui & iniurias
totiens pertulit, & actus in profundo non merſit.
Ex hoc pacto in mediatore dei & hoium, iniuria
ſui corporis affectam non fateor deitatem, ſicut
maieſtate deitatis glorificatam nouimus carnem.
Ergo Xp̃s mortuus eſt, qui & reſurrexit: nec ideo tñ
utrunq; ex uno, ſed ex ſingulis ſingula, in utroq; ta
men perfectus ipſe cõpleuit, dũ unus atq; inſepara-
bilis tam diuerſa cõpleuit: Vno mortem guſtauit,
altero mortuos ſuſcitauit. Sicq; ſe deum & hoiem
utriuſq; uerus mediator, nec geminata perſona, nec
ſubſtãtia cõfuſa monſtrauit. Ingreſſus eſt uirginis
uterũ dei filius, ut iterũ naſcereſ ante iam genitus:
qui ſuſcepit totum hoiem, qui iã habebat à patre
pleniſſimã deitatẽ. Non diſſimilis genitori cum na
ſcereſ ex æterno ꝑpetuus: nõ diſſimilis homini, cũ
ex matre naſceretur moriturus. Idem tñ & æternus K
in ſuo, & moriturus in noſtro, dum utrunq; conti-
net ex ſeipſo, & neutrum perdit ex altero: Sicq; ex
deo & hoie nõ imperfectus, ſed in diuerſa ꝓprieta-
te pleniſſimus natus eſt Xp̃s, ſicut ex aĩa & corpore
unuſquiſq; hoium doceſ eſſe perfectus. Non alius
homo corpus, alius aĩus, q̃uis aliud aĩus, aliud cor
pus, unus tñ atq; idem homo & corpus docetur &
aĩus. Rurſum nõ unum atq; idipſum corpus & ani-
mus, quia ex utroq; homo factus eſt unus. Non.n.
hæc aut ſubſtantiã confundunt in unitate perſo-
næ, aut perſonã geminant diuerſitate ſubſtantiæ,
quãdoquidẽ unus ex his homo noſcitur extitiſſe.
Non perdunt ꝓpria, ſed quia in unum atq; inſepa-
rabile conuenerunt, ex ꝓprijs uidentur facta cõia.
Afficitur in corpore mens doloribus corporis, fati
gatur corpus cogitationibus mentis, & unũ tñ ho-
rũ ꝓpriũ eſt corporis, alterũ mentis. Quod dũ uni
homini acciderit, & corporis cõe uidetur, & mẽtis:
Sic poſt partũ uirginis, non alius dei, & alius hois,
ſed idem Chriſtus dei & hois filius fuit. Et ſicut in
uno hoie aliud aĩus, aliud corpus: ſic in mediatore
dei & hoium, aliud dei filius, aliud hois fuit, unus L
tñ ex utroq; Chriſtus dñs fuit. Aliud, inquam, pro
diſcretione ſubſtantiæ, non aliud pro unitate per-
ſonæ. FEL. In ſuperioribus quidẽ me ad creden Cap. 12.
dam Chriſti ex matre natiuitatem ſalua perpetuita
te cõpuleras: Sed quia cõtra rationem ui orationis
extorta nõ in nobis poſſunt eſſe continua: idcirco
cũ ad propoſitionẽ meam ſolicita intentione reſpi
cio, necdum mihi uideor in his quæ à te dicta ſunt
inueniſſe quod quæro. Neſcio.n. q̃uo natum do-
ceatis ex tpe, quem coæternum patri dicitis iam
fuiſſe. Naſci.n. eſt uelut quidã motus rei nõ extan-
tis antequã naſcatur, id agens beneficio natiuitatis
ut ſit: Quo colligiſ Xp̃m q erat, naſci nõ potuiſſe: ſi
naſci potuit, nõ fuiſſe. AVG. Ad inquiſitionem
nos incõprehẽſibiliũ reꝝ, noua interrogandi cu-
rioſitate cõpellis: & ideo nõ niſi quibuſdã exẽplo-
rum liniamẽtis poterit explicari quod quęris. Pate
re igitur me pro affirmato afferre rem alterius quæ
ſtionis, qa cum eã non pro fide ſui, ſed pro alterius
oſtẽſione nũc ꝓfero, nõ in ea me conijcias explica
re qđ credo, ſed ita me credere ad præſens puta, ut
intelligere facilius poſſis iſta quæ dixero. Fingam⁹ M
ergo ſicut plerię; uolunt, eſſe in mũdo aĩam genera
lẽ, quę ſic ineffabili motu ſemina cũcta uiuificet,
ut nõ ſit cõcreta cũ genitis, ſed uitã præſtet ipſa gi-
gnẽdis. Nempe cũ hæc in utero paſſibilẽ materiã
ad uſus ſuos formatura peruenerit, unã facit ſecũ
eſſe pſonã eius rei, quã nõ eandẽ cõſtat hr̃e ſubſtã
tiam: & fit operãte aĩa & patiẽte materia, ex duab⁹
ſubſtãtijs unus homo: cũ aliud aĩa doceatur eſſe,
aliud caro: ſicq; aĩam naſci fatemur ex utero, quam
ad uterũ uenientẽ uitã dicimus cõtuliſſe cõcepto.
Naſci, inquã, ex matre dicitur, qa ex hac ſibi corp⁹
aptauit in quo naſci poſſet: nõ qa antequã naſcereſ
q̃rum ad ſe attinet, ipſa penitus nõ fuiſſet. Hic ſi uer
boꝝ uim, quotidiani ſermonis cõtẽplator attẽdas,
cũ talia proponimus, oppugnãda prædicamus, &
in his tñ uerũ cõſtat eſſe qđ dicimus, Ex matris ute
ro cũ corpore ſcimus aĩam naſci, ſed etiã mr̃e prio-
rem uidemus aĩam prædicari: In filio mater aĩam
gignit, ſed tamen etiam in ipſa matre non niſi ani-
ma uiuit, ſine qua nec ipſa quidẽ poteſt eſſe quę ge

A nuit. Itaq; ſi originē animātis potētiæ requiramus,
prior eſt aīa matre, & ex hac rurſus nata uidet̃ eſſe
cū ſobole. Prior, inquā, anima, ꝑ quā mater eſt ani-
mata: prior mater, ꝑ quā in filio nata uidetur & ani
ma: ſed non mater in carnē animā uertit, nec carnē
in animā cōmutauit: ſed animatam carnē de utero
matris, idē carnis & animæ, & totius hominis crea
tor exhibet: qui ꝑ diſpenſationē analogiæ, diuerſa
iungētis in uno atq; eodē homine, & utrūq; inſolu
bili unitate coniunxit, & neutrū ex alterius partici
patione cōfudit. Sic ergo, imo multo incōprehenſi
bilius atq; ſublimius, [natus eſt] ſuſceptione ꝑfecti
hominis de matre filius dei, q eſt ꝑ oīpotentiā ſin-
gularē genitis oībus, nō facultas tantū, ſed & cauſa
naſcendi: ſecundū hominē, inquā, de uirgine natus
eſt deus, eo pacto quo cū corpore naſci docetur &
animus: Non qa utriuſq; una ſubſtātia eſt, ſed qa ex
utraq; fit una ꝑſona: non alius homo corp⁹, & alius
animus, ſed unus hō corpus & aīus. Sic poſt partū
uirginis, nō alius dei filius, & alius hominis, ſed idē
Xp̄s dei & hominis filius. Et ſicut ī uno hoīe aliud
corpus & aliud animus, ſic in uno mediatore aliud
B dei, & aliud hominis filius: ſed idem tñ & nō alius
dei q̄ hominis filius, quāuis ꝓp aliud dei, & propter
aliud hominis filius. Non ab initio carnis cœpiſſe
† temporalem. dicimus filiū dei, ne tēporis † credat aliquis deitatē:
Non ab æterno filij dei nouimus carnē, ne non ue-
ritatē humani corporis, ſed quandā eum ſuſcepiſſe
putemus imaginē. Neq;. n. conſumit maieſtatē filij
dei, ueritas carnis: aut ueritatē carnis, imenſitas dei
tatis: dum unū radiat uirtutib⁹ ſuis, aliud docetur
infirmitatibus noſtris. Vnus aūt atq; inſeparabilis
Xp̄s & humiliatur in aſſumptis, & glorificat̃ in pro
prijs, cū affici non dedigoatur iniurijs, & æqualita-
tē cuſtodit genitoris. Genuit ergo Maria, & non ge-
nuit filium dei. Genuit, qn̄ ex ipſa ſecundum carnē
natus eſt Xp̄s: non genuit, qn̄ de patre ſine initio ex
Ioan. 1. titit filius. Genuit, qn̄ ex hac uerbū caro proceſſit,
ut habitaret in nobis: non genuit qn̄ in principio
erat deus uerbū, quod originē præſtitit uniuerſis.
Nolite ergo partu uirginis determinare originē dei
uerbi. Nolite de uirgine genitū corpus coæternum
dicere deitati, qa mediator dei & hominum homo
1. Timo. 2 Xp̄s Ieſus prima natiuitate coæternus eſt patri, ſecū
C da particeps tēporis noſtri: In illa author tēporis,
Cap. 13. in iſta particeps eſt ætatis. FEL. Qm̄ de myſterio
mediatoris perſpicua ratione, & ad credendum cui
uis ſufficienter tractaſti: idcirco quæſo ut mihi qd
etiam de anima Chriſti ſentiendū ſit iubeas expli-
cari. Ita. n. à maiorib⁹ noſtris ſemper eſt traditum,
ꝙ corpus Chriſti ad uicem animæ cōmunis, ipſius
filij dei habitus animarit: nec acceſſione uitalis ſpi
ritus indigens fuerit, cui inhabitans fons uitæ po-
tuit conferre quod uixit. AVG. Poſſemus quidē
id quod in hac q̄ſtione catholicæ authoritatis defi
nitione ꝑſcribitur, diuinoꝝ uoluminū teſtimonijs
edocere: ſed quia nunc non libroꝝ indicio, ſed ſo-
la ratione placuit cuncta diſcutere: idcirco ī aliud
tēpus ſcripturarū monimēta reſeruantes, ſicut ſupe
rius factum eſt, ſic etiam de animę inquiſitione tra
ctabimus. Quod ut poſſit facilius fieri, q̄ ſaluatori
noſtro ſuſcipiendi hominis cauſa fuerit, una tantū
Apoſtoli lectione ſubiecta breuiter inquiramus:
Qua inuēta, ſine aliqua difficultate etiam ad hęc, q̄
huius p̄cedentis ſunt conſequentia, trāſibimus. Ab
initio igitur ex corpore & aīa deus hominem fecit: D
Qui legis p̄cepta trāſgreſſus, poſt uſurpationē inter
dictæ arboris, ſententiam quodāmodo pœnę capi
talis excepit. Hic ad eū ſtatum à quo lapſus eſt, non
niſi authoris ſui grā reformatus, poſtliminij quodā
modo iure potuit remeare: ſicut q ſe de excelſo in
p̄ceps uolūtate demiſerit, ī ſua qdē habuit poteſta-
te qd fecit, ſed iam ſuo arbitrio certū eſt nō ſubiace
re ꝙ ſurgat. Surgit itaq; bñficio alieno q cecidit pro
prio. Nec ideo nō ſuo dicendus eſt cecidiſſe, qa alie
no noſcitur reſurgere: nec ꝓpterea ſuo reſurrexiſſe,
qa non alieno certū eſt cecidiſſe. Sed de hoc aliâs,
nunc ad ꝓpoſitū redeamus. Dicit ergo uenerabilis
Paulus, qm̄ idcirco ſecundum carnē natus eſt Xp̄s,
ut ſicut ꝑ unū hominē peccatum in hunc mūdum Roma. 5.
intrauit, & ꝑ peccatū mors, & ſequētia uſq; ad hūc
locū ubi ait: Sic & ꝑ unius obedientiam iuſti cōſti
tuuntur multi. Venit ergo Xp̄s ſaluū facere qd pe- Luc. 19.
rierat. Prius ergo uideamus, qd illud eſt quod ꝓto-
plaſti trāſgreſſione perierit, & ex hoc facile ſcire po-
terimus, qd dn̄s ueniendo ſaluare potuerit. Requi- † creatoris.
rendū igitur nobis eſt quiſnā ſaluatoris † legē acce
perit. Ille. n. ſine dubio peccauit, q p̄cepta contem- E
pſit: ille p̄cepta contempſit, q quod prohibebatur Gene. 2.
admiſit. Dicit aūt ſcriptura: Præcepit dn̄s Adæ, di-
cens, Ab omni ligno quod eſt in paradiſo māduca
bitis, de ligno aūt ſcientiæ boni & mali, non mādu
cabitis de eo: Qua aūt die manducaueritis, morte
moriemini. Quæramus ergo nunc, utrū hanc legē
totus homo acceperit? Si. n. ut ī libro Geneſeos con
tinetur, ex corpore & aīa iam ꝑfectus accepit, totus
[homo] trāſgrediendo peccauit, & ſi totus trāſgre-
diēdo peccauit, totus peccati ſui uitio iam tunc pe
rijt. Si aūt totus perijt, totus bñficio ſaluatoris indi
guit. Et ſi totus bñficio ſaluatoris indiguit, totum
Xp̄s ueniendo ſaluauit: Et ſi totū ueniendo ſalua-
uit, non corp⁹ aut animā, ſed corpus & aīam, qbus
cōſtat totus hō, & qbus peccaſſe antea uidet̃ aſſum
pſit. Nā ſi toto hoīe peccāte, ſolam huius carnē Xp̄s
aſſumpſit, anima pœnæ primæ illius trāſgreſſionis
ſine aliqua ſpe etiam nunc addicta ꝑmanſit. Qd ſi
ita eſt, neſcio qd nobis mediatoris ꝑſona contule-
rit, q̄ melius nr̄m ex toto non redimens, brutam ꝑ
ſe carnem, & q̄ ſine anima beneficium quidē eius
non poſſet ſentire, ſuſcepit. Vellē tñ ab huiuſmodi F
p̄dicatorib⁹ q̄rere, cur accepta carne animā diſpen-
ſatio mediatoris omiſerit. Niſi forte aut innoxiam
ſciens medicinæ indigentē eſſe nō credidit, aut à ſe
alienā putans, redēptionis bñficio non donauerit,
aut ex toto inſanabilē iudicans, curare nequiuerit,
aut ut uilē & q̄ nullis uſibus apta uideret̃ abiecerit.
Hoꝝ duo ī ipſum totius hominis creatorē blaſphe
mi ſpiritus incredulitate deſipiunt: Nā primo impoſ-
ſibilem, ſecūdo non oīum authorem crediderunt.
Quō. n. docetur oīpotens, ſi curare non potuit de-
ſperatam? Aut quō oīum deus, ſi non ipſe fecit ani-
mā nr̄am? Duobus uero alijs, uno animæ cauſa ne-
ſcitur, altero meritū nō timetur. An intelligere cau
ſam putādus eſt animæ, q eam ad accipiendā legē,
habitu inſitę rationis inſtructam, à peccato uolun
tariæ tranſgreſſionis nititur ſeparare? Aut quō eius
generoſitatem nouit, q ignobilitatis uitio dicit eſſe
deſpectā, p̄lata carne, quā non inflatu dei ſicut ani
mā, ſed de limo terræ conſtat eſſe plaſmatā? Si aūt
nihil hoꝝ de anima recte ſentitur, credamus quia

G ſuſcepit redéptor noſter hominē totum, nec inter-
* ali. ui- cidere quodāmodo animæ noſtrę uideamur * ho
deamus. minē ſempiternū. Prohdolor, carnē, inquit, ſolam
Xp̄s aſſumpſit, animam non q̄ſiuit. Hic ſi originem
utriuſq; gnarus rerū cōtēplator attēdas, p̄cioſior
eſt animæ ſubſtantia: ſi tranſgreſſionis culpam, pp
† al. cauſa intelligentiam, peior eſt carne. † Ego aūt Chriſtum
& pfectam ſapientiam dico & ſcio, & piiſſimū eſſe
non dubito, quoꝶ primo meliorem & prudētiæ ca
pacē nō deſpexit, ſecundo eam q̄ magis fuerat uul-
nerata ſuſcepit. Neq; n. aut ſapientiæ conuenit, de
duob⁹ æque ſuis, inſipientiſſimā plus amare: aut p
Cap. 14. fectę pietati, magis indigentē nō inueniſſe. FEL.
Omnia quidem q̄ à te nō rationabiliter tantū, ſed
etiam ueraciter dicta ſunt, & intellexiſſe me in p̄ce-
dentibus fateor, & probaſſe non nego: Chriſti aūt
diuinitas quo pacto mortē ſenſiſſe dicaſ, ignoro.
De quo utrū obſcure aliqd dixeris, an ego ſufficien
ter dicta ingenij tarditate aſſequi nō potuerim, ne-
ſcio. Neq; n. crederē auſim, q̄ fons ille uitæ: à quo ha
bent uniuerſa q̄ uiuunt, p triduū quo in ſepulchro
[corpus] iacuit, uſq; eo à naturę ſuæ ꝓprietate deci
H derit, ut ſi dici fas eſt, ſepultis ſenſib⁹ oēm ſubſtātię
† al. motū uitalis naturā † amitteret, & pp redēptionē huma-
ni generis non patrem tantum, ſed & oīa ſpiritalis
gloriæ ornamenta deſereret. AVG. Abſit, abſit à
3. ſen. diſ. fidelib⁹ iſta ſuſpitio, ut ſic Xp̄s ſenſerit mortem no
21. cap. Si ſtram, ut quantū in ſe eſt uita, perderet uitā. Nam ſi
cut. hoc ita eſſet, q̄uo illo triduo potuiſſe dicimus ali-
qd uiuere, ſi uitæ fontē credimus aruiſſe? Senſit igi
tur mortem deitas Xp̄i, participatione humani affe
ctus quē ſponte ſuſceperat, nō naturæ ſuę potentiā
pdidit, p quā cuncta uiuificat. Sic in ſepulchro car-
nem ſuam cōmoriendo non deſeruit, ſicut ī utero
uirginis cōnaſcēdo formauit: Et ſic ī utroq; & naſci
& mori, non coactus ab altero, ſed ſponte dn̄s uo-
luit, ut hoc eū conſtet ptuliſſe quod fecit. Nec ideo
non patientē, qa ipſe faciebat: nec ideo non facien
tem, qa alius tolerabat. Nam ſi dn̄icę incarnationis
myſteriū, ſalua indiuiduę Trinitatis cooperatione
cōſideres: idē ſibi in hac humilitate author & op⁹
eſt. Idē anthor, qa ſpōte naſcitur, ſpōte patitur: idē
I opus, qa utrunq; licet non alio cogēte, ſolus tn̄ ipſe
ppetitur. Fecit carnē in utero matris, habes autho-
rem operis: ipſe in hac naſci dignatus eſt, habes op⁹
authoris: Vna tn̄ pſona eſt, ſalua utriuſq; proprieta-
te ſubſtātiæ, & authoris & operis. Sic ergo mortuus
eſt nō diſcedēte uita, ſicut paſſus eſt non pereunte
Ioan. 10. potētia. Nemo auſert aiam eius ab eo, qa poteſtatē
habet ponendi, & poteſtatē aſſumendi eam, habes
etiam hic authorē operis: ponit animā pro amicis
Ibidem. ſuis, habes opus authoris. Qd̄ ut gn̄ali definitione
concludam, quotiens in carne Xp̄s aliquid patitur,
opus authoris eſt. [Sed qa idipſum ſua poteſtate, nō
alio cogēte ppetitur, ipſe author eſt operis. Nō ergo
ad Mariā localī motu diuinitas uenit, ſed ineffabili
potētiæ ſuę manifeſtatione, & uterū uirginis gignē
dus impleuit: & qd̄ totū eſt, ſubſtantiæ ſuæ plenitu
3. ſen diſ. dine nō priuauit. Non dimiſit patrē cū uenit ad uir
22. ca. Et ginē, ubiq; totus, ubiq; perfectus, qa nec diuiſionē
atiq. incorporei ſimplicitas recipit, & patris nomē pleni
tudo nō nouit. Erat ergo uno atq; eodē tēpore ipſe
totus etiā in inferno, totus ī cœlo: Illic patiens iniu
riā carnis, hic nō relinquens gloriam deitatis. Erat
apud inferos reſurrectio mortuoꝶ, erat ſuper cęlos

uita uiuentiū, uere mortuus, uere uiuus: in quo & K
mortē ſuſceptio mortalitatis excepit, & uitā diuini
tas ſeruata non pdidit. Quotienſcūq; ergo hæc q̄ in
Xp̄o humiliter ſunt tolerata, conſideras, ipſum au-
thorē uoluntariæ paſſionis agnoſcas: Ita fiet, ut dū
humilitas patienti, faciēti uirtus aſcribitur: idē Xp̄s
uno atq; eodē tēpore cū patitur infirmus, cū facit
oīpotens doceatur. Sed ne adhuc in morte filij dei
aliquā inſenſibilitatē nos credatis accipere, impor
tunum nō eſt q̄ de morte ſenſa ſunt inueſtigare: in
qua ſine dubio deſtitutū corpus uita, animā nr̄am
nō perimit, dum diſcedens anima nō uim ſuam p-
didit, ſed qd̄ uiuificauerat hoc dimittit: & quantū
in ſe eſt, alterius mortē facit, ipſa non recipit. Facit,
inquā, nō uiuificando qd̄ deſerit: [non recipit,] nō
amittendo qd̄ uiuit. Itaq; omnis mors nihil aliud
q̄ carnis occaſus eſt: A qua cū uis potentiæ uiuificā
tis abſceſſerit, in terram de qua ſumpta eſt, amiſſis
quos non p ſe ipſam habuit, ſenſib⁹, redit. Atqui cō
traria, inqs, uitæ mors eſt. Fateor. Sed non ex eo ge-
nere contrarioꝶ, q̄ exiſtētis ſubſtātiæ oppoſitione
ſe perimunt: ſed ex eoꝶ potius q̄ dum cuilibet acci-
dunt, ſimul quidem eſſe non poſſunt, ſed unius tm̄ L
ſubſtantiæ habitu ac priuatione gignunſ. Sicut uer
bi gr̄a, noctē docemus ac diem. Nam & hæc eiuſdē
generis docentur eſſe cōtraria, cū non utriuſq;, ſed
unius tantū uideaſ eſſe ſubſtantia. Ecce. n. dicimus
diem eſſe, cū ſol eſt ſuper terram: Solem aūt cōſtat
eſſe ſubſtantiam. Hic cum peracto diurni temporis
curſu, ab humani uiſus cōtemplatione diſceſſerit,
noctē diſcedēdo mox facit. Facit, inquā, ſubtrahen
do copiam diurni luminis, nō in ſe recipiendo ſub
ſtantiam noctis. Itaq; una lucis ſubſtantia noctē fa
cere uidetur & diem, & non uno modo: Nam diem
cū uenit efficit, noctem cum recedit. Vnde & Mani
chæoꝶ non irreligioſam tantū, uerumetiam ſtultā
diuiſionē, qua bona à malis ęque extantib⁹ nituntur
ſeparare ſubſtātijs, plerūq; cōfundimus: oſtēdentes
eis luminar maius, quo fieri nouim⁹ diē: & cogētes
ut & ipſi ſimiliter nos docerent, qd̄ eſſet ſi dictu fas
eſt, tenebrale maius, quo ſubſtantialiter fieri crede
rem⁹ & noctē. Sed de his aliâs, q p ſtultitiā blaſphe
mi dogmatis, aut ꝓ extātib⁹ non extātia, aut ꝓ prin M
cipalib⁹ cōſecuta, aut ꝓ contrarijs uidenſ affirma
re cōmunia. Quæ ſi qs fidei oculus non priuatus ex
cuſſerit, oēs eoꝶ machinas facili ratione cōfundit.
Ergo ut dicere cœperamus, aia non aliter q̄ ſol uitā
tribuit carni cū uenerit, mortē efficit cum recedit.
Quā ne qs putet corporis morte cōſumi, audiat qd
dn̄s de hoc in Euangelio generali authoritate defi-
niat: Nolite, inquit, timere eos q corpus occidunt, Matt. 10
aiam aūt nō poſſunt occidere: ſed timete eū potius
qui aiam & corpus poteſt occidere i gehēna ignis.
Si ergo ſuperſtite aia corpus conſtat occidi, & ꝓpte
rea cōſequens neceſſariū non eſt, aias corpoꝶ inter
nitione cōſumi: hoc ſi ita eſt, etiā poſt mortē corpo
ris nihilomin⁹ mētib⁹ uiuitur. Qd̄ ſi de unoquoq;
noſtrū recte ſentitur, q̄uo fons uitę pp participatio
nē humanę mortis uiuificandi potentiā perdidiſſe
iactatur? Sed pōt, inqs, aia & corpus occidi i gehen
na ignis. Quod aduerſum nos primū idcirco nō fa
cit, qa mors iſta nō cōditionis uideſ eſſe, ſed crimi-
nis: Nā remota culpa iubemur hoīes non timere, q
poſſunt corpus, animā tn̄ negant occidere. Dehinc,
qm̄ hoc tantū eſſe dicitur poſſibile deo, filium ſuū
unigenitū

A unigenitum & cõmunione naturæ, & æqualitate
potẽtiæ nõ hoc credimus meruiſſe. Suſcepit ergo
ſaluator cõditionẽ mortis noſtrę, ſed nõ ita ut de-
teriorẽ faceret, cũ præter cõſuetudinẽ dominari eã
permittebat aïæ. ſed potius ut nihil hãc obeſſe ani
Cap. 15. mæ pariter iuſtoꝝ oïum probaſſet & uitæ. Sed
fingamus, licet Euangelijs reclamantibꝰ, aïas inter-
ire: Nonne [in] ſaluatore noſtro, licet in his mortẽ
nõ repellente, tertium tñ atq; ſpeciale, maieſtas eſt,
quã non potuit mors humana contingere? Ad ſum
mã uideamus, in cruce poſitus quid promiſit? Ho-
Lucæ. 23. die, inquit, mecũ eris in paradiſo: Hodie, inqt, non
poſt triduũ, cũ carnẽ meã de ſepulchri requie reſu-
ſcitauero, nõ cũ in me primitias futuræ reſurrectiõ
nis oſtendero. Cuius putamus hæc uox eſt maieſta
tis, mentis aut corporis? Corpus aũt in ſepulchro
fuiſſe, nullus ignorat: Reſtat ut diuinitati, uel mẽti
uox iſta cõueniat. Sed dicit aliquis: Deitatis hanc,
nõ aïæ Xp̃i credimus uocẽ. Et qd in eo cui ꝓmitte-
batur accipimus? Hodie, inqt latroni, mecũ eris in
paradiſo: cuius corpus ad futuram reſurrectionem
mors cõis incluſit. Aïa igitur eſt cui dñs hoc pro-
B miſit & præſtitit. Si igitur mortuo corpore ad para
diſum aïa mox uocatur, quenq̃ ne adhuc tam im-
pium credimus, qui dicere audeat, qm̃ anima ſalua
toris noſtri triduo illo corporeæ mortis apud infe
ros cuſtodiæ mancipetur? Et quis, inquis, eſt alius
Matt 26. qui inſtante paſsione Chriſti ingemuit, dicens, Tri
ſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: Triſtis uſq; ad
mortem, ꝓp affectum ſuſceptæ carnis: nõ poſt mor
tem, cum beatitudinem ſpondet ſocietas deitatis:
Non initium mœroris mors iſta, ſed finis eſt: Nec
incipiunt poſt hanc iuſtoꝝ flagella, ſed deſinunt,
cum & impedimẽta materiæ fluctuantis exponũt,
& authorem ſuũ pleniori intelligẽtia iam capiunt.
Cap. 16. Ergo, inquis, mortẽ dei filius & in aïa non pertu
lit, & in maieſtate nõ ſenſit? Quid ergo dicebas eſſe
quod pertulit? Senſit prorſus & pertulit, ſed partici
patione morbi alieni, nõ proprietate uulneris ſui.
Senſit ſicut oẽs ſentiunt, qui moriente carne men-
tibus uiuunt, nõ ſicut impij qui utraq;, ſicut idem
ait, in gehennę ignibus occiduntur. Quidã ſanè cõ
munem mortẽ etiã hoc pacto definiunt dicentes:
nihil aliud hanc eſſe, q̃ cũ diuerſaꝝ reꝝ conſenſu ui
C tam facientiũ, uelut per diſsidium quoddã ab inui
cem fuerit facta diſſenſio. Hęc ſi hoïs mors eſt quę
nõ cõſumit iuncta, ſed diuidit, dũ origini utrunq;
reſtituit: qd de ſaluatoris nunc aïa dicemus, quę ut
nõ dicam ꝓp inhabitantẽ deitatem, & propter iu-
ſtitiam ſingularem: certe ꝓp cõem moriendi ſortẽ
corpus illo triduo ſic potuit deſerere, ut ipſa non
Cap. 17. poſſet penitus interire? Non ergo, inquis, apud
inferos Chriſti aïa, nõ diuinitas fuit? Fuit inquam,
Neq; aliter eum uideo potuiſſe reſuſcitare carnem
ſuam, ſi apud inferos prædicem uelut abſentis dei
non fuiſſe potẽtiã: Nec ideo tñ localem nos credat
aliquis dei prædicare præſentiam, de quo iſta pro-
pter manifeſtationem certi operis dicimus, qa ali-
cubi fuit qui ubiq; non defuit. Iacebat quãtum ad
corpus mortuus in ſepulchro, mortuos reſuſcitans
in inferno, uitam tribuens uniuerſis in cœlo: non
mundum dimittens ad cœlos aſcẽdit, nec cœlum
deſerens ad terram uenit, ſed uno atq; eodem tem-
pore totũ totus impleuit: q alicubi manifeſtatione
plus parens, agnitionẽ pręſentię ſuæ indignis nega
uit, non immenſæ deitatis abſentiam procurauit. D
Vis noſſe de hac mediatoris morte quid ſentiã? Cap. 18.
Omnium quæ à me in ſuperioribus incidentium
qõnem neceſsitate diſperſa ſunt, prorſus iſta ſenten
tia eſt qa credo mortuũ eſſe filiũ dei, non ſcd̃m pœ
nam iniuſtitiæ, quã ex toto nõ habuit: ſed ſcd̃m le
gem naturę quã pro humani generis redemptione
ſuſcepit: illa morte de qua dicit: Quis eſt homo q Pſal. 88.
uiuit & nõ uidebit mortem? nõ illa de qua Eſaias
dicit: Mortui aũt uitã nõ uidebunt. Illa quæ ſcd̃m
naturã generalis eſt cunctis, non illa quæ ſpecialis
eſt malis. Putemus ergo in hoc eſſe quodammodo
nim ac potentiã ſeminis, qua & aïa aïas reparet: &
carne oſum noſtrũ carnẽ iudicio imminente reſu-
ſcitet: dum ꝑ operationẽ ꝓprię deitatis cuncta ui-
uificans, ex uno ſuſcepti hoïs grano, innumerabilẽ
patri redditurus eſt meſſem. Tunc ſeparaturus eſt
zizanijs ſegetem, cũ iuſtis cœperit reddere merce-
dem: Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & re-
gnat deus, per infinita ſecula, Amen.

F I N I S.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPO- E
nenſis Epiſcopi, Liber de bono coniugali, contra Iouinianum.

QVONIAM unuſquiſq; homo Cap. 1.
humani generis pars eſt, & ſocia
le quiddam eſt humana natura,
magnũq; habet & naturale bo-
num, uim quoq; amicitiæ: ob
hoc ex uno deus uoluit omnes
homines condere, ut in ſua ſocie
tate nõ ſola ſimilitudine generis, ſed etiam cogna-
tionis uinculo tenerentur. Prima itaq; naturalis hu
manæ ſocietatis copula uir & uxor eſt: Quos nec
ipſos ſingulos condidit deus, & tanq̃ alienigenas
iunxit, ſed alteram ex altero creauit: ſignans etiam
uim coniunctionis in latere, unde illa detracta, for
mata eſt. Lateribus. n. ſibi iunguntur, q pariter am- Gene. 2.
bulant, & pariter quò ambulant intuentur. Conſe
quens eſt connexio ſocietatis in filijs, qui unus ho
neſtus fructus eſt, non cõiunctionis maris & fœmi
næ, ſed concubitus. Poterat. n. eſſe in utroq; ſexu,
etiã ſine tali cõmixtione, alterius regentis, alterius F
obſequentis amicabilis quædam & germana con-
iunctio. Nec nũc opus eſt, ut ſcrutemur, & in ea Cap. 2.
qõne definitam ſniam proferamus, unde primorũ
hoium ꝓles poſsit exiſtere, quos benedixerat deus
dicens, Creſcite & multiplicamini & replete terrã: Gene. 1.
ſi nõ peccaſſent: cũ mortis cõditionem corpora eõ
rũ peccãdo meruerint, nec eſſe cõcubitus, niſi mor
talium corpoꝝ poſsit. Plures. n. de hac re ſniæ di-
uerſæq; extiterunt. Et ſi examinandũ ſit ueritate di
uinarũ ſcripturarũ, quænã eaꝝ potiſsimũ cõgruat,
ꝓlixæ diſputationis negociũ eſt, Siue ergo ſine co-
eundi cõplexu alio aliquo modo, ſi nõ peccaſſent
habituri eſſent filios ex munere oïpotẽtiſsimi crea
toris, q potuit etiã ipſos ſine parẽtibꝰ cõdere, q po-
tuit carnẽ Xp̃i in utero uirginali formare, & ut iam Matth. 1.
ipſis infidelibꝰ loquar, q potuit apibus prolẽ ſine
concubitu dare: ſiue ibi multa myſtice ac figurate De trini-
dicta ſint, aliterq; ſit intelligẽdũ qđ ſcriptũ eſt, Im- tate li 3.
plete terrã & dominamini eius. i. ut plenitudine & cap 8.
ꝑfectione uitæ ac ꝑtãtis id fieret, ut ipm quoq; in- Gene. 1.

G crementũ & multiplicatio qua dictũ eſt, Creſcite
& multiplicamini: in prouectu mẽtis & copia uir-
Pſal.137. tutis intelligaſ: ſicut in Pſalmo poſitũ eſt, Multipli
cabis in aĩa mea uirtutẽ: nec data ſit homini ꝑlis
iſta ſucceſſio, niſi poſteaq̃ cã peccati futura erat in
morte diſceſsio: ſiue corpus nõ ſpiritale illis hoib',
ſed primo aĩale factũ erat, ut obediẽtiæ merito po
ſtea fieret ſpiritale ad imortalitatẽ capeſſendã, nõ
Sapiẽ. 2. poſt mortẽ, quæ inuidia diaboli intrauit in orbẽ
terrarũ, & facta eſt pœna peccati: ſed ꝑ illã cõmuta-
1.Theſ.4 tionẽ quã ſignificat Apl's ubi ait, Deinde nos uiuẽ
tes q reliqui ſumus, ſimul cũ illis rapiemur in nu-
bibus obuiã Xp̃o in aera: ut illa corpora primi cõ
iugij & mortalia fuiſſe intelligamus prima confor
matiõe, & tñ nõ moritura niſi peccaſſent: ſicut mi-
natus erat deus, tanq̃ ſi uulnus minaretur, qa uul-
nerabile corpus erat: qđ tñ nõ accidiſſet niſi fieret
qđ ille uetuiſſet. Ita ergo poſſent etiã ꝑ concubitũ
talium corporũ generationes ſubſiſtere, quæ uſque
ad certũ modũ haberent incrementum, nec uerge
rent tñ in ſenium, aut uſq; in ſenium, nec tñ in mor
tem, donec illa benedictionis multiplicatione ter-
H ra repleretur. Si.n. ueſtibus Iſraelitarũ præſtitit deus
Deute.8. & 29. ꝑ annos quadraginta ſine ullo detrimẽto propriũ
ſtatũ: quanto magis præſtaret corporibus obediẽ
tium præcepto ſuo fœliciſsimũ quoddã tempera-
mentum certi ſtatus: donec in melius conuerteren
tur, nõ morte hois, qua corpus ab aĩa deſeritur, ſed
beata cõmutatione à mortalitate ad immortalita-
Cap. 3. tem, ab animali ad ſpiritalem qualitatẽ. Harum
ſniarũ quæ uera ſit, uel ſi alia uel aliæ poſſunt ad-
huc ex illis uerbis exculpi, quærere ac diſſerere lon
Primum coniugij bonum. gum eſt. Illud nũc dicimus ſcđm iſtã conditionem
naſcendi & moriẽdi, quã nouimus & in qua creati
ſumus, aliqd boni eſſe coniugiũ maſculi & fœmi-
næ: cuius cõfœderationem ita diuina ſcriptura cõ
mendat, ut nec dimiſſæ à uiro nubere liceat alteri,
quãdiu uir eius uiuit, nec dimiſſo ab uxore liceat
alterã ducere, niſi mortua fuerit quę receſsit. Bonũ
Matt. 19. ergo cõiugij qđ etiã dñs in Euangelio cõfirmauit,
nõ ſolũ qa ꝓhibuit dimittere uxorẽ, niſi ex cã forni
Ioan. 2. cationis, ſed etiã quia uenit [inuitatus] ad nuptias,
cur ſit bonũ merito quęritur. Quod mihi nõ uideſ
propter ſolã filiorũ procreationẽ, ſed ꝑꝑ ipſam etiã
I naturalem in diuerſo ſexu ſocietatẽ: Alioquin nõ
Secundũ coniugij bonum. iam diceretur coniugiũ in ſenibus, præſertim ſi uel
amiſiſſent filios uel minime genuiſſent: Nunc uero
in bono licet annoſo cõiugio, & ſi emarcuit ardor
ætatis inter maſculũ & fœminã, uiget tñ ordo cha-
ritatis inter maritũ & uxorem: qa quanto meliores
ſunt, tanto maturius à cõmixtione carnis ſuæ, pari
cõſenſu ſe cõtinere cœperunt, nõ ut neceſsitatis eẽt
poſtea nõ poſſe qđ uellent, ſed ut laudis eẽt primũ
noluiſſe qđ poſſent. Si ergo ſeruaſ fides honoris &
obſequiorũ inuicẽ debitorũ ab alterutro ſexu, etiã
ſi langueſcentib' & prope cadaueribus utriuſq; mẽ-
bris, animorũ tamen rite coniugatorũ tanto ſynce-
rior, quãto probatior: & tãto ſecurior, quanto pla-
Tertium coniugij bonum. cidior caſtitas perſeuerat. Habent etiã id bonũ cõ-
iugia, ꝙ carnalis uel iuuenilis incõtinentia, etiã ſi
uitioſa eſt, ad ꝓpagandæ prolis redigiſ honeſtatẽ,
ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio
cõiugalis. Deinde qa reprimiſ & quodãmodo uere
cundius æſtuat concupiſcentia carnis, quã tẽperat
parentalis affectus: Intercedit.n. quædam grauitas

ſeruidæ uoluptatis, cũ in ea ꝙ ſibi uir & mulier ad K
hęreſcunt, pr̃ & mr̃ eſſe meditanſ. Huc accedit qa *Cap. 4.*
in eoipſo qđ ſibi inuicem coniuges debitũ ſoluũt, *Quartũ*
etiã ſi id aliquãto intẽperantius & incontinentius *coniugij*
expetant, fidẽ tñ ſibi pariter debent. Cui fidei tãtũ *bonum.*
iuris tribuit Apl's, ut eã poteſtatẽ appellaret dicẽs:
Mulier nõ habet poteſtatẽ ſui corporis ſed uir: ſilr̃ *1. Cor.7.*
autẽ & uir nõ habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mu
lier. Huius aũt fidei uiolatio dicitur adulteriũ, cũ *31.q.1.c.*
uel propriæ libidinis inſtinctu, uel alienæ cõſenſu *Ille autẽ.*
cũ altero uel altera cõtra pactũ coniugale cõcum-
bitur: atq; ita frangiſ fides, quæ in rebus etiã corpo
reis & abiectis magnũ animi bonũ eſt: & ideo eam
ſaluti quoq; corporali, qua etiã uita iſta contineſ,
certũ eſt debere præponi. Etſi.n. exigua palea præ
multo auro penè res nulla eſt: fides tñ cũ in nego-
cio paleæ, ſicut in auro ſyncera ſeruatur, non ideo
minor eſt, qa in re minore ſeruaſ. Cũ uero ad pecca *22.q.4.c.*
tum admittendũ adhibeſ fides, mirum ſi fides ap- *Si ad pec*
pellanda eſt. Verũtamen qualiſcũq; ſit, ſi & contra *catum.*
ipſam fit, peius fit: niſi cũ propterea deſeritur ut ad
ueram fidẽ ac legitimã redeaſ.ſ. ut peccatũ emen-
detur, uoluntatis prauitate correcta: Tanq̃ ſi quis L
cũ hoiem ſolus expoliare nõ poſsit, inueniat ſociũ
iniquitatis, & cũ eo paciſcaſ ut ſimul id faciant ſpo
liumq; partiantur, quo facinore cõmiſſo totũ ſolus
auferat: Dolet quidẽ ille, & fidem ſibi ſeruatam nõ
eſſe conqueritur: uerũ in ipſa ſua querela cogitare
debet, potius in bona uita ipſi humanæ ſocietati
fuiſſe ſeruandam, ne præda iniqua ex hoie fieret, ſi
ſentit q̃ inique ſibi in peccati ſocietate ſeruata non
fuerit: ille qppe utrobiq; ꝑfidus, ꝓfecto ſceleratior
iudicandus eſt. At ſi id qđ malefecerãt ei diſplicuiſ
ſet, & ꝓpterea cũ participe facinoris prædã diuide
re noluiſſet, ut homini cui ablata fuerat, redderef,
eũ perfidũ nec ꝑfidus diceret: Ita mulier ſi fide cõ-
iugali uiolata fidẽ ſeruet adultero, utiq; mala ẽ: ſed
ſi nec adultero, peior eſt. Porro ſi eã flagitij pœni-
teat, & ad caſtitatẽ rediens cõiugalẽ, pacta ac placi
ta adulterina reſcindat, miror ſi eã fidei uiolatricẽ,
uel ipſe adulter putabit. Solet etiã quæri, cũ ma- *Cap. 5.*
ſculus & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor al- *32 q.2.c.*
terius, ſibimet nõ filiorũ ꝓcreandorũ, ſed ꝑꝑ incõti- *Solet. 4.*
nentiã ſoli' cõcubitus cã copulanſ, ea fide media, *ſen.d.31.*
ut nec ille cũ altera, nec illa cũ altero id faciat, utrũ *ca. Et eſt*
nuptiæ ſint uocandæ. Et poteſt quidẽ fortaſſe nõ *ſciendũ.*
abſurde hoc appellari cõnubiũ, ſi uſq; ad mortem
alicuius eorũ id inter eos placuerit, & prolis genera
tionẽ, q̃uis nõ ea cã cõiuncti ſint, nõ tñ uitauerint,
ut uel nolint ſibi naſci filios, uel etiã opere aliquo
malo agant ne naſcanſ. Cæterum ſi uel utrunq; uel
unũ horũ deſit, nõ inuenio quẽadmodum has nu
ptias appellare poſsimus. Etenim ſi aliquã ſibi uir
ad tẽpus adhibuerit, donec aliã dignã uel honori-
b' uel facultatib' ſuis inueniat, quã cõparẽ ducat,
ipſo aĩo adulter eſt, nec cũ illa quã cupit inuenire,
ſed cũ iſta cũ qua ſic cubat, ut cũ ea nõ habeat ma
ritale cõſortiũ. Vñ & ipſa hoc ſciẽs ac uolẽs, ĩpudi-
ce utiq; miſceſ ei, cũ quo nõ hẽt fœdus uxoriũ. Ve-
runtamẽ ſi ei fidẽ thori ſeruet, & cũ ille uxorẽ du-
xerit, nubere ipſa nõ cogitet, atq; à tali prorſus ope
continere ſe præparet, adulterã quidẽ fortaſsis facile
appellare nõ audeã, nõ peccare tñ quis dixerit, cum
eã uiro cuius uxor nõ eſt, miſceri ſciat. Iã uero ſi ex
illo cõcubitu quãtũ ad ipſam attinet, nõ niſi filios

A uelit,& quicquid ultra cauſam ꝓcreandi patitur, inuita patiatur: multis qdē iſta matronis anteponenda eſt: Quę tametſi nō ſunt adulteræ,uiros tñ ſuos plerũq; etiam cōtinere cupientes ad reddendũ carnale debitũ cogunt,non deſiderio ꝓlis, ſed ardore concupiſcentiæ ipſo ſuo iure intēperanter utentes: In quarum tñ nuptijs bonũ eſt hocipſum ꝙ nuptæ ſunt: Ad hoc.n. nuptæ ſunt,ut illa concupiſcētia redacta ad legitimũ uinculum,nō deformis & diſſoluta fluitaret, habens de ſeipſa irrefrenabilē carnis infirmitatē,de nuptijs aũt indiſſolubilem fidei ſocietatem: t de ſeipſa ꝓgreſſum imoderate coeundi, de nuptijs modum caſte procreandi. Et ſi n.turpe eſt libidinoſe uti uelle marito,honeſtum eſt tñ nolle miſceri niſi marito, & non parere niſi de marito.

Cap. 6. 32.q.2. ca. Quicqd inter. Sunt itē uiri uſqueadeo incontinentes, ut coniugibus nec grauidis parcant. Quicquid ergo inter ſe coniugati immodeſtũ, inuerecundũ, ſordidũmue gerunt,uitiũ eſt hominũ,non culpa nuptiarũ. Iam

I. Cor. 7. in ipſa quoq; imoderatiore exactione debiti carnalis,quā eis nō ſecundum imperium præcipit, ſed ſecundum ueniam concedit Apl's,ut etiam pter cau-

B ſam procreandi ſibi miſceantur: & ſi eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tñ ab adulterio ſeu fornicatione defendunt. Neq;.n.illud ꝓpter nuptias admittitur, ſed ꝓpter nuptias ignoſcitur. Debent ergo ſibi coniugati,nō ſolum ipſius ſexus ſui cōmiſcendi fidem,liberoꝝ procreandorũ cauſa,q̃ prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas:uerũetiam infirmitatis inuicē excipiendæ,ad illicitos cōcubitus euitãdos, mutuã quodã modo ſeruitutē:ut & ſi alteri eoꝝ ꝑpetua continen

Ibidem. tia placeat,niſi ex alterius cōſenſu nō poſſit. Et ad hoc.n. uxor nō habet poteſtatem ſui corporis, ſed uir: ſic & uir non habet poteſtatē ſui corporis,ſed mulier:ut & quod non filioꝝ procreandoꝝ, ſed infirmitatis & incontinentiæ cauſa expetit,uel ille de matrimonio, uel illa de marito , non ſibi alterutrũ negent: ne p hoc incidant i dãnabiles corruptelas, tentãte ſatana pp incontinentiam, uel amboꝝ, uel

4.ſen.di. 31.ca.Cũ ergo. cuiuſquã eoꝝ. Coniugalis.n.concubitus generãdi gr̃a non habet culpã:concupiſcentiæ uero ſatiãdæ, ſed tñ cum coniuge, propter fidem thori uenialem habet culpã:adulteriũ uero ſiue fornicatio lętalem

C habet culpã: Ac p hoc melior eſt quidem ab omni cōcubitu continentia, q̃ uel ipſe matrimonialis cō

Cap. 7. cubitus,q fit cauſa gignendi. Sed qa continentia illa meriti amplioris eſt,reddere uero debitũ coniugale nullius eſt criminis,exigere aũt ultra generãdi neceſſitatē culpæ uenialis, fornicari uero uel mœchari,puniẽdi criminis:cauere debet charitas cōiugalis,ne dũ ſibi q̃rit unde amplius honoreſ, cōiugi

Matth. 5. & 19. faciat unde dãnetur.Qui.n.dimittit uxorē ſuam excepta cauſa fornicationis facit eam mœchari. Vſque adeo fœdus illud initũ nuptiale, cuiuſdã ſacramẽti res eſt,ut nec ipſa ſeparatione irritum fiat:qñquidē uiuente uiro, à quo relicta eſt mœchatur, ſi alteri nupſerit:& ille hui⁹ mali cauſa eſt q reliquit. Miror aũt ſi quemadmodũ licet dimittere adulterã uxorem,ita liceat ea dimiſſa alteram ducere:Facit.n.de hac re ſancta ſcriptura difficilē nodũ, dicēte Apſo,

I. Cor. 7. ex pcepto domini mulierem à uiro non debere diſcedere,ꝙ ſi diſceſſerit,manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari : cũ recedere utiq; & manere innuptã,niſi ab adultero uiro nō debeat, ne recedendo ab eo q adulter nō eſt,faciat eũ mœchari: recōcilia

D ri aũt uiro uel tolerãdo, ſi ſe ipſa continere non poteſt,uel correcto forſitã iuſte poteſt: Qῦo aũt uiro poſſit eſſe licentia ducẽdę alterius, ſi adulterã reliquerit,cũ mulieri nō ſit nubendi alteri,ſi adulterũ reliquerit,non uideo. Quę ſi ita ſunt, tñ ualet illud

32.q.7. ca.Tantũ ualet. ſociale uinculum coniugũ,ut cũ cauſa procreandi colligeſ,nec ipſa cauſa procreandi ſoluaſ. Poſſet.n. homo dimittere ſterilem uxorē,& ducere de qua filios habeat:& tñ non licet & noſtris qdem iam tēporibus,ac more Romano nec ſuperducere, ut amplius habeat q̃ unã uiuam : & utiq; relicta adultera uel relicto adultero poſſent plures naſci homines, ſi uel illa alteri nuberet, uel ille alterã duceret. Qd tñ ſi non licet, ſicut diuina regula pſcribere uideſ, quē non faciat intentũ, qd ſibi uelit tanta firmitas uinculi coniugalis? Quod nequaquã puto tm̃ ualere potuiſſe, niſi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominũ quoddã ſacramentũ adhiberetur,quod deſerentibus hominib⁹ atq; id diſſolue

32.q.7. ca. Interueniente. re cupientib⁹, inconcuſſum illis maneret ad pęnã. Siquidē interueniente diuortio, non aboletur illa cōfœderatio nuptialis:ita ut ſibi coniuges ſint etiã

E ſeparati,cũ illis aũt adulterium cōmittant, quibus etiam fuerint poſt ſuũ repudium copulati, uel illa uiro,uel ille mulieri : nec tñ niſi in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius,talis eſt cauſa cum uxore.

Pſal. 47. Cap. 8. Cæterũ aliter ſe habere iura gentilium quis ignorat,ubi interpoſito repudio ſine reatu aliquo ultionis humanæ, & illa cui uoluerit nubit, & ille quã

Deut. 24 uoluerit ducit,Cui conſuetudini ſimile aliquid pp Iſraelitarũ duritiã,uidet pmiſiſſe Moyſes de libello repudij.Qua i re exprobratio diuortij magis apparet,q̃ approbatio.Honorabiles ergo nuptiæ i oib⁹,

Hebr. 13. & thorus imaculatus, Qd nō ſic dicimus bonũ,ut in fornicationis cōparatione ſit bonũ: Alioqn duo mala erunt,quoꝝ alterũ peius:aut bonũ erit & fornicatio,qa eſt peius adulteriũ. Peius eſt.n alienum matrimonium uiolare,q̃ meretrici adhærere:& bo

I. Cor. 6. nũ adulterium,qa eſt peior inceſtus. Peius eſt.n.cũ matre q̃ cũ aliena uxore concũbere,& donec ad ea perueniatur, q̃ ſicut Apoſtolus ait, Turpe eſt etiam

Epheſ. 5. dicere : omnia bona erunt in cōparatione peiorũ. Hoc aũt falſum eſſe qs dubitet? Non ergo duo ma-

F la ſunt cōnubium & fornicatio , quoꝝ alterum eſt peius : ſed duo bona ſunt cōnubiũ & continentia, quoꝝ alterũ eſt melius. Sicut iſta tēporalis ſanitas & imbecillitas non ſunt duo mala, quoꝝ alterum peius:ſed iſta ſanitas & imortalitas duo bona ſunt, quoꝝ alterũ melius.Itē ſcientia & uanitas non duo mala ſunt,quoꝝ uanitas peius: ſed ſcientia & charitas duo bona ſunt, quoꝝ charitas melius. Scientia

I. Cor. 13. nanq;,ut ait Apl's, deſtruetur, & tñ huic tempori neceſſaria eſt,charitas aũt nunquã cadet. Sic & mortalis iſta generatio, pp quã ſiunt nuptiæ, deſtrueſ. Ab omni aũt concubitu imunitas, & hic angelica meditatio eſt,& pmanet in æternũ.Sicut autē ieiunijs ſacrilegoꝝ, meliora ſunt prandia iuſtoꝝ, ita nuptiæ fidelium uirginitati anteponunſ impioꝝ. Verũ tamē neq; ibi prandium ieiunio, ſed iuſtitia ſacrilegio : neq; hic nuptiæ uirginitati,ſed fides impietati præfertur.Ad hoc.n. iuſti cum opus eſt prãdent,ut tanquã boni dñi qd iuſtũ & æquũ eſt ſeruis corporib⁹ pbeant:ad hoc aũt ſacrilegi ieiunant,ut dęmonib⁹ ſeruiant:Sic ad hoc nubunt fideles,ut maritis

G pudice copulenſ, ad hoc aũt ſunt uirgines impiæ,
ut à uero deo fornicenſ. Sicut ergo bonum erat qđ
Lucæ.10. Martha faciebat occupata multũ circa miniſteriũ
ſanctoꝝ: ſed melius qđ Maria ſoror eius ſedens ad
pedes dñi, & audiens uerbũ dñi, [cum eum ambæ
Daniel.13 hoſpitio recepiſſent:] ita bonũ Suſannæ in coniu-
Lucæ. 2. gali caſtitate laudamꝰ: ſed tñ ei bonũ uiduæ Annę,
Luc.1. ac multo magis Mariæ uirginis anteponimꝰ. [Bonũ
erat qđ faciebant q de ſubſtantia ſua Xp̄o ac diſci-
pulis ſuis neceſſaria miniſtrabant: ſed melius qui
omnẽ ſubſtantiam ſuã dimiſerunt, ut expeditiores
eundẽ dñm ſequerẽtur. In his aũt binis bonis, ſiue
quæ iſti, ſiue q̃ Martha & Maria faciebant, fieri non
poſſet quod melius eſt, niſi altero p̄termiſſo aut re-
licto. Vnde intelligendũ eſt, non ideo malũ putan
dum eſſe nuptias, qa niſi ab eis abſtineaſ, nõ poteſt
haberi uidualis caſtitas aut uirginalis integritas.
Neq; n. ideo malum erat qđ Martha faciebat, quia
niſi inde abſtineret ſoror eius, nõ faceret qđ melius
Matt.10. erat. Aut ideo malũ eſt iuſtũ ſuſcipere aut Prophetã
H in domũ ſuam, qa nec domum habere debet, ut qđ
melius eſt faciat, q uult ad pfectionem Xp̄m ſequi.
Cap. 9. Sanè uidendũ eſt nobis, alia bona nobis deum
dare, q̃ propter ſeipſa expetẽda ſunt, ſicut eſt ſapien
tia, ſalus, amicitia: alia q̃ pp aliquid ſunt neceſſaria,
ſicut doctrina, cibꝰ, potus, ſomnus, coniugium, cõ-
cubitus. Hoꝝ. n. q̃dam neceſſaria ſunt pp ſapientiã,
ſicut doctrina: q̃dam pp ſalutẽ, ſicut cibꝰ, potus, &
ſomnus: q̃dam pp amicitiam, ſicut nuptiæ uel con
cubitus: Hinc. n. ſubſiſtit propagatio humani gene
ris, in quo ſocietas amicabilis magnũ bonum eſt.
His itaq; bonis q̃ pp aliud neceſſaria ſunt, q non ad
hoc ꝓpter quod inſtituta ſunt utitur, peccat, aliâs
uenialiter, aliâs dãnabiliter. Quiſquis uero eis pp
hoc quod data ſunt utitur, bene facit: Cui ergo nõ
ſunt neceſſaria, ſi nõ eis utitur melius facit. Proinde
iſta bona cũ opus habemus bene uolumus, ſed me
lius ea nolumus q̃ uolumus, qa tunc melius nos ha
1. Tim.5. bemus cũ ea neceſſaria nõ habemus. Ac p hoc bo-
nũ eſt nubere, qa bonũ eſt filios procreare, matrem
familiâs eſſe: ſed melius eſt nõ nubere, quia melius
eſt ad ipſam humanã ſocietatẽ hoc opere non ege-
re. Ita. n. [iam] ſeſe habet humanũ genus, ut alijs q
ſe non continent, nõ ſolũ p nuptias occupatis, ſed
I multis etiam p illicitos cõcubitus luxuriantibꝰ, bo
no creatore de malis eoꝝ faciente quod bonũ eſt,
non deſit ꝓlis numeroſitas & abũdantia ſucceſſio
nis, unde ſanctę amicitiæ cõquiranſ. Ex quo colli-
gitur, primis tpibꝰ generis humani, maxime pp dei
populum ꝓpagandum, p quem & prophetaretur &
naſceretur princeps & ſaluator oĩum ppl'oꝝ, uti de-
buiſſe ſanctos iſto, non propter ſe expetẽdo, ſed pp
aliud neceſſario bono nuptiarum: Nunc uero cum
ad ineundam ſanctã & ſyncerã ſocietatẽ undiq; ex
oibus gentibus copia ſpiritalis cognationis exube
ret, etiam pp filios ſolos cõnubia copulare cupien
tes, ut ampliore continentiæ bono potius utantur
Cap.10. admonendi ſunt. Sed noui quoſdam qui murmu
rent: Quid ſi, inquiunt, oẽs uelint ab omni cõcubi
tu abſtinere: unde ſubſiſtet genus humanũ? Vtinã
oẽs hoc uellent, dũtaxat i charitate de corde puro,
1. Tim.1. & cõſcientia bona, & fide nõ ficta: multo citius dei
ciuitas cõpleretur, ut acceleraretur terminus ſeculi.
Quid. n. aliud hortari apparet Aplm ubi ait, cũ in-
1. Cor.7. de loqueretur: Vellem oẽs eſſe ſicut meipſum? Aut

in illo loco: Hoc aũt dico fratres, tẽpus breue eſt, 1. Cor.7.
reliquũ eſt ut & hi q habent uxores tanquã non ha
bẽtes ſint, & qui flent tanquã non flentes, & q gau-
dent tanquã nõ gaudentes, & q emunt tanquã non
ementes, & q utuntur hoc mundo tanquã nõ utan
tur. Præterit. n. figura huius mũdi, uolo uos ſine ſo
licitudine eſſe. Deinde ſubiũgit: Qui ſine uxore eſt,
cogitat quę ſunt domini, q̃uo placeat dño: Qui aũt
matrimonio coniunctus eſt, cogitat q̃ ſunt mundi,
q̃uo placeat uxori. Et diuiſa eſt mulier nupta, † & † al. uxo-
uirgo q̃ innupta eſt, ſolicita eſt ea q̃ ſunt domini, ut ri, & di-
ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ aũt nupta eſt, uiſus eſt.
ſolicita eſt q̃ ſunt mũdi, q̃uo placeat uiro. Vñ mihi Mulier i-
uidetur hoc tẽpore ſolos eos qui ſe non continent nupta &
coniugari oportere, ſecundũ illam eiuſdẽ Apoſtoli cæt.
ſententiam, Quòd ſi ſe non continent, nubant: Me 1. Cor. 7.
lius eſt. n. nubere q̃ uri. Nec ipſis tñ peccatum ſunt
nuptiæ, q̃ ſi in cõparatione fornicationis eligeren-
tur, minus peccatũ eſſent q̃ fornicatio, ſed tñ pecca
tum eſſent. Nunc aũt quid dicturi ſumus aduerſus
euidentiſſimã uocem Apoſtoli dicẽtis, Quod uult L
faciat, nõ peccat, ſi nubat: Et ſi acceperis uxorẽ nõ Ibidem.
peccaſti, & ſi nupſerit uirgo non peccat. Hinc certe
iam dubitare fas non eſt, nuptias non eſſe peccatũ.
Non itaq; nuptias ſecundũ ueniam concedit Apl's.
Nam qs ambigat abſurdiſſime dici, nõ eos peccaſſe Ibidem.
qbus uenia datur? Sed illum concubitum ſecundũ
ueniam concedit, q fit p incontinentiam, non ſola
cauſa ꝓcreandi, & aliqñ nulla cauſa ꝓcreandi: quẽ
nuptiæ nõ fieri cogunt, ſed ignoſci impetrant: ſi tñ
non ita ſit nimius, ut impediat q̃ ſepoſita eſſe † de- † al. q̃ ſe
bent tẽpora orãdi, nec imutetur in eum uſum qui poſtpoſito
eſt contra naturã. De quo Apl's tacere non potuit, eſſe.
cũ de corruptelis nimijs imundoꝝ & ipioꝝ homi- 1. Cor.7.
num loqueretur. Concubitus. n. neceſſarius cauſa 1. Petri.3.
generandi, inculpabilis & ſolus ipſe nuptialis ẽ. Ille Roma 1.
aũt qui ultra iſtam neceſſitatẽ progreditur, iam nõ 4. ſen. diſ.
rationi, ſed libidini obſequitur. Et hunc tñ non exi 32. ca. Sed
gere ſed reddere coniugi, ne fornicãdo dãnabiliter ſi.
peccet, ad pſonam pertinet coniugalem. Si aũt am-
bo tali concupiſcentiæ ſubiguntſ, rem faciunt non
planè nuptiarũ. Veruntñ ſi magis i ſua coniunctio
ne diligunt quod honeſtum q̃ quod inhoneſtum
eſt. i. quod eſt nuptiarum, q̃ id quod nõ eſt nuptia
rum, hoc eis authore Aplo ſecundum ueniam cõce M
ditur. Cuius delicti nõ habẽt hortatrices nuptias,
ſed deprecatrices, ſi dei miſericordiam nõ à ſe auer
tant uel non abſtinendo qbuſdã diebus, ut oratio
nibus uacent, & p hanc abſtinentiã ſicut p ieiunia
cõmendent p̄ces ſuas: uel immutando naturalem
uſum in uſum qui eſt contra naturã, quod dãnabi
lius fit in coniuge. Nam cũ ille naturalis uſus, qñ Cap.11.
prolabitur ultra pacta nuptialia. i. ultra ꝓpagandi
neceſſitatẽ, uenialis fit in uxore, in meretrice dãna-
bilis: iſte q eſt contra naturã, execrabiliter fit in me
retrice, ſed execrabilius in uxore. Tantũ ualet ordi
natio creatoris & ordo creaturæ, ut in rebꝰ ad uten
dũ conceſſis, etiam cũ modus exceditur lõge ſit to
lerabilius: q̃ in eis q̃ cõceſſa non ſunt, uel unus uel
rarus exceſſus: & ideo in re conceſſa immoderatio
coniugis, ne in rẽ non conceſſam libido ꝓrumpat,
toleranda eſt. Hinc eſt etiam q̃ longe minus peccat
quamlibet aſſiduus ad uxorẽ, q̃ uel rariſſimus ad
fornicationẽ. Cũ uero uir mẽbro mulieris non ad
hoc conceſſo uti uoluerit, turpior eſt uxor ſi i ſe, q̃

A ſi in alia fieri permiſerit. Decus ergo cōiugale eſt ca
4. ſen. di. ſtitas, pcreādi, et reddēdi carnalis debiti fides hoc
31. ca. Sed eſt opus nuptiarū, hoc ab omni crimine defendit
ſi. Aplš dicēdo, Et ſi acceperis uxorē, nō peccaſti: & ſi
1. Cor. 7. uirgo nupſerit, nō peccat: & quod uult faciat, non
peccat ſi nubat. Exigēdi aūt debiti ab alterutro ſe
xu imoderatior ꝓgreſſio, ꝓpter illa quę ſupra dixi
mus, cōiugibus ſecūdū ueniā cōcedit. Quod ergo
Ibidem. ait, Quæ innupta eſt cogitat ea quæ ſunt dñi, ut ſit
ſctā & corpore & ſpū, nō ſic accipiendū eſt, ut pu-
temus nō eſſe ſanctā corpore Chriſtianā coniugē
1. Cor. 6. caſtā. Omnibus qppe fidelibus dictū eſt, Neſcitis
quoniā corpora ueſtra templū in uobis eſt ſpiritus
ſancti, quē habetis à deo. Sancta ſunt etiā corpora
coniugatorū, fidē ſibi & domino ſeruantium. Cui
ſanctitati cuiuslibet eorū, nec in fidelē cōiugē ob-
ſiſtere: ſed potius ſctitatem uxoris prodeſſe infideli
uiro, aut ſctitatē uiri prodeſſe infideli uxori: idem
1. Cor. 7. Apoſtolus teſtis eſt dicēs, Sctificatus eſt eni uir in-
fidelis in uxore fideli, & ſctificata eſt mulier infi-
delis in fratre fideli. Proinde illud dictū eſt ſecūdū
ampliorē ſctitatē innuptarū quàm nuptarum, cui
B merces etiā debet amplior: ſecūdū quòd iſto bo-
no illud ē melius, qa et hoc ſolū cogitat [fœmina]
quomodo placeat deo. Neq; enim fœmina fidelis,
ſeruans pudicitiā cōiugalē, nō cogitat quomō pla-
ceat dño: ſed utiq; minus, qa cogitat etiā quę mun
di ſunt, qūo placeat uiro. Hoc. n. de illis dicere uo-
luit, quæ pñt hře quodāmodo de neceſſitate coniu
gii, ut cogitent quæ ſunt mundi, qūo placeant ui-
Cap. 12. ris ſuis. Qđ utrum de oibus nuptis dixerit, an de
talibus quales ita multæ ſunt, ut penè oēs putari
poſſint, non imerito dubitat. Neq;. n. & illud qđ de
1. Cor. 7 innuptis ait, Quę inupta eſt cogitat ea quę ſunt do
mini, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu: ad oēs innu
ptas ptinet, cum ſint q̄dam uiduæ mortuæ, quæ in
1. Tim. 5. delitiis uiuunt. Veruntñ qđ attinet ad quandam di
ſtinctionem & quaſi ꝓprietatem innuptarū atq; nu
ptarum, ſicut nimium deteſtāda eſt quæ continēs
à nuptiis. i. à re conceſſa, non cōtinet à delictis, uel
1. Cor. 7. luxuriæ, uel ſuperbiæ, uel curioſitatis & uerboſita
tis: ita rara nupta eſt quæ in ipſo quoq; obſequio
coniugali non cogitat, niſi qūo placeat deo, ornā-
C do ſe non intortis crinibus, aut auro aut margari-
1. Tim. 2. tis & ueſte precioſa, ſed qđ decet mulieres ꝓmittē-
tes pietatem per bonā conuerſationem. Talia quip-
pe coniugia Petrus quoq; Aplš præcipiendo deſcri-
1. Petri. 3 bit, Similiter, inquit, mulieres obaudientes maritis
ſuis. ut & ſi qui non credūt uerbo, per mulierū con
uerſationē ſine loquela lucrifieri poſſint, uidentes
timorē & caſtā conuerſationē ueſtrā: ut ſint non q̄
à foris ornant capillorū incriſpationibus, aut circū
datę auro, aut ueſte decora, ſed ille abſcōditus cor
dis ueſtri homo i illa ppetuitate quieti & modeſti
ſpūs, qui & apud dūm locuples eſt. Nam ſic q̄dam
ſanctæ mulieres, quæ in dūm ſperabant, ornabant
ſe obſequētes uiris ſuis, qūo Sara obaudiebat Abra
hæ dūm illum uocans, cuius factę eſtis filiæ bene-
facientes, & nō timentes ullum uanū timorem. Viri
ſimili rōne cōcordes & caſte uiuentes cū uxoribus
ueſtris, & tanq̄ uaſi infirmiori & ſubiecto tribuite
honorē quaſi cohæredibus gratiæ, & uidete ne im
pediātur orōnes ueſtrę. Itáne uero cōiugia talia nō
cogitant ea quæ ſunt dñi, qūo placeant dño? Sed
1. Cor. 7. perrara ſunt. Quis negat? & i ipſa raritate penè oēs

qui tales ſunt, non ut tales eſſent cōiuncti ſunt, ſed D
iam coniuncti tales facti ſunt. Qui. n. noſtri tpis Cap. 13.
hoies chriſtiani nuptiarū uinculo liberi, uolētes ab
omni cōcubitu ſe continere, cum iam tps eſſe per-
ſpicerent, ſicut ſcriptum eſt, Non amplectendi, ſed Eccleſia-
abſtinendi ab amplexu nō potius eligerent, uel uir ſtes. 3.
ginalem uel uidualem cōtinentiā conſeruare, q̄ tri-
bulationem carnis, ſine qua coniugia eſſe nō pñt,
ut talia taceantur à qbus parcit Aplš, nullo iam co 1. Cor. 7.
gente humanæ ſocietatis officio ſuſtinere? Sed cū
dominante cōcupiſcentia fuerint copulati, ſi eam
poſtea uicerint qa non ita licet diſſoluere cōiugiū
ſicut licebat nō colligare, fiunt tales quales profi-
tetur forma nuptiarū: ita ut uel pari conſenſu aſcen
dant celſiorē ſanctitatis gradū: aut ſi non ſunt am
bo tales, erit qui talis eſt non exactor ſed redditor
debiti, ſeruans in oibus caſtā religioſamq; concor-
diā. Illis uero tpibus cum adhuc ꝓpheticis ſacris ſa
lutis noſtræ myſterium uelabatur, etiā qui ante nu
ptias tales erant, officio propagandi nuptias copu
labant, Non uicti libidine, ſed ducti pietate: qbus
ſi optio talis daret, qualis reuelato nouo teſtō da-
ta eſt dicēte dño, Qui pōt capere capiat: nō eos du Matt. 19.
bitat ēt cum gaudio ſuſcepturos fuiſſe, qui diligen E
ter intentus legit qūo coniugibus utebantur: cū &
plures hře uni uiro licebat, quas caſtius habebat q̄
nunc unā qlibet iſtorū, qbus uidemus qd ſcdm ue-
niam concedat Aplš. Habebant. n. eas in opere ge- 1. Cor. 7.
nerandi, non in morbo deſiderii, ſicut gentes quæ 1. Theſ. 4.
ignorāt deum. Qđ tam magnū eſt, ut multi hodie
facilius ſe tota uita ab omni cōcubitu abſtineant,
q̄ modum teneant nō coeundi, niſi prolis cauſa, ſi
matrimonio copulentur. Nempe multos habemus
fratres & ſocios cœleſtis hæreditatis utriuſq; ſexus
cōtinentes, ſiue expertos nuptias, ſiue ab omni ta-
li cōmixtione integros, Nempe innumerabiles ſunt,
quē tandē audiuimus iter familiaria colloqa, ſiue
eorū qui cōiugati ſunt, ſiue q fuerunt indicantē no
bis nunq̄ ſe coniugi eſſe cōmixtum, niſi ſperando
cōceptum? Qđ ergo pręcipiunt coniugatis Apoſto
li, hoc eſt nuptiarū: qđ aūt uenialiter concedūt, aut
qđ impedit orōnes, non cogūt nuptiæ, ſed ferunt.
Itaq; ſi forte, qd utrū fieri poſſit ignoro, magiſq; Cap. 14.
fieri non poſſe exiſtimo: ſed tñ ſi forte ad tps adhi
bita cōcubina filios ſolos ex eadē cōmixtione qſi-
uerit: nec ſic iſta coniunctio uel earū nuptiis præ-
ponenda eſt, quę ueniale illud operantur. Quid. n.
ſit nuptiarū conſiderandū eſt, non qd ſit nuben-
tium, & immoderatius nuptiis utentium. Neq;. n. ſi
agris inique ac perperā inuaſis, ita qſq; utatur, ut ex
eorū fructibus largas eleemoſynas faciat, ideo ra-
pinā iuſtificat. Neq; ſi alius ruri paterno uel iuſte
quęſito, auarus incubat, ideo culpanda eſt iuris ci
uilis regula, qua poſſeſſor legitimus factus eſt. Nec
tyrānicę factionis peruerſitas laudabilis erit, ſi regia
clemētia tyrānus ſubditos tractet: nec uituperabi-
lis ordo regię ptātis, ſi rex crudelitate tyrānica ſæ- 32. q. 2. c.
uiat. Aliud eſt nanq; iniuſta ptāte iuſte uelle uti, & cōcubina
aliud eſt iuſta ptāte iniuſte uelle uti. Ita nec cōcubi 31. q. 1. c.
nę ad tps adhibitæ, ſi filiorū cauſa concūbant, iu- poſſe.
ſtū faciūt concubinatū ſuū: nec cōiugatę ſi cū ma 4. ſen. di.
ritis laſciuiāt, nuptiali ordini crimen iponūt. Poſſe 35. c. ſolat.
ſanè fieri nuptias ex male cōiūctis, honeſto poſtea Cap. 15.
placito cōſequēte, manifeſtū eſt. Semel aūt ini- 32. q. 7. c.
tū connubiū in ciuitate dei noſtri, ubi ēt ex prima Tantum.

G duorum hominum copula quoddam ſacramentũ
nuptię gerũt, nullo modo poteſt niſi alicuius eo⁊
morte diſſolui. Manet.n.uinculum nuptiarũ, ẽt ſi
ples cuius cauſa initũ eſt, manifeſta ſterilitate non
ſubſequatur: ita ut iam ſciẽtibus cõiugibus non ſe
filios habituros, ſeparare ſe tñ uel ipſa cauſa filio⁊
atq; aliis copulare nõ liceat. Qđ ſi fecerint, cum eis
q̃bus ſe copulauerint, adulterium cõmittunt, ipſi
aũt cõiuges manẽt. Planè uxoris uolũtate adhibe-
re aliã, unde cõmunes filij naſcãtur uni⁹ cõmixtio-
ne ac ſemine, alterius autẽ iure ac ptãte, apud anti-
quos patres fas erat: utrũ & nunc fas ſit nõ temere
dixerim. Non eſt.n [nũc] propagãdi neceſsitas, quę
tunc fuit: qñ & parientibus cõiugibus alias pp co-
pioſiorem poſteritatẽ ſuperducere licebat, qđ nũc
certe non licet. Nam tantũ affert opportunitatis ad
aliq̃d iuſte agendum ſiue non agendũ tempo⁊ ſe-
creta diſtinctio, ut nũc melius faciat, qui nec unã
4. ſen. di. duxerit, niſi ſe continere non poſsit. Tunc aũt etiã
33. c. que plures inculpabiliter ducebãt, & qui ſe multo faci-
ritur. lius continere poſſent, niſi aliud pietas illo tpe po-
ſtularet. Sicut.n.ſapiens & iuſtus qui iam concupi
H ſcit diſſolui & eſſe cũ Xp̃o, & hoc magis optimo de-
3. de do- lectatur, iam non hic uiuẽdi cupiditate, ſed conſu-
ctri. xp̃ia lẽdi officio ſumit alimentũ, ut maneat in carne qđ
na. ca. 18. neceſſariũ eſt pp alios: ſic miſceri fœminis iure nu-
ptiarũ officioſum fuit tunc ſanctis uiris, nõ libidi-
Cap. 16. noſum. Qđ.n.eſt cibus ad ſalutem hois, hoc eſt
2. Retra. concubitus ad ſalutẽ generis, & utrunq; non eſt ſi-
25. ne delectatione carnali. Quæ tñ modificata, & tem
perãtia refrenãte, in uſum naturalem redacta, libi-
do eſſe non põt. Qđ eſt aũt in ſuſtentãda uita illi-
citus cibus, hoc eſt in q̃renda prole fornicarius uel
adulterinus cõcubitus. Et qđ eſt in luxuria uentris
& gutturis illicitus cibus, hoc eſt in libidine nullã
plem q̃rente illicitus cõcubitus. Et qđ eſt in cibo
licito nõnullis imoderatior appetitus, hoc eſt in cõ
32. q. 4. iugib⁹ uenialis ille cõcubitus. Sicut ergo ſatius eſt
ca. Sicut. mori fame, q̃ idolothytis ueſci: ita ſatius eſt defun-
4. ſen. di. gi ſine liberis, q̃ ex illicito coitu ſtirpem q̃rere. Vn-
33. ca. ult. decunq; aũt naſcãtur hoies, ſi parentũ uitia non ſe-
ctentur, & deũ recte colant, honeſti & ſalui erunt.
Semen.n. hois ex qualicunq; hoie, dei creatura eſt,
I & eo male utẽtibus male erit, non ipſum aliqñ ma-
lum erit. Sicut aũt filij boni adultero⁊, nulla defen
ſio eſt adulterio⁊: ſic mali filij coniugatorũ, nullũ
crimen eſt nuptiarũ. Proinde ſicut patres tpis noui
teſtamenti ex officio conſulendi alimẽta ſumẽtes,
1. Cor. 8. q̃uis ea cũ delectatione naturali carnis acciperent,
nullo modo tñ comparabãtur delectationi eorũ,
qui imolatitio ueſcebantur, aut eorũ qui q̃uis lici-
tas eſcas, tñ imoderatius aſſumebãt: ſic patres tpis
ueteris teſtamẽti, conſulendi officio concũbebãt,
quorum delectatio illa naturalis nequaquam uſq;
ad irrationalẽ aut nefariã libidinem relaxata, nec
turpitudini ſtuprorũ, nec coniugatorũ intemperã
tiæ conferenda eſt. Eadem quippe uena charitatis,
nunc ſpiritaliter, tunc carnaliter pp illam matrem
Hieruſalem propagandi erant filij: ſed diuerſa ope-
ra patrum nõ faciebat niſi diuerſitas tẽporum. Sic
aũt neceſſe erat, ut carnaliter coirent, ẽt non carna
les Prophetæ: ſicut neceſſe erat ut carnaliter ueſce-
Cap. 17. rentur, ẽt non carnales Apoſtoli. Quotquot er-
1. Cor. 7. go nunc ſunt q̃bus dicitur, Si ſe non continent, nu
bant: non comparãdæ ſunt tũc ẽt nubentibus ſan
ctis. Ipſæ q̃dem nuptiæ in oĩbus gentibus eadem K
ſunt filiorum procreandorũ cauſa: qui qualeſlibet
poſtea fuerint, ad hoc tñ inſtitutæ ſunt nuptiæ, ut
ordinate honeſteq; naſcantur. Sed hoies qui ſe non
continẽt, tanq̃ aſcẽdunt in nuptias gradu honeſta-
tus: qui autẽ ſe ſine dubio continerent, ſi hoc illius
tpis ratio pmiſiſſet, quodãmodo deſcenderunt in
nuptias gradu pietatis. Ac per hoc q̃uis utrorunq;
nuptiæ inquantũ nuptiæ ſunt, q̃a procreandi cau-
ſa ſunt, æqualiter bonæ ſunt, hi tñ hoies coniugati
illis hoibus coniugatis non ſunt comparandi. Ha-
bent n. iſti, qđ illis pp honeſtatem nuptiarũ, q̃uis
ad nuptias non ptineat, ſcđm ueniã concedatur. i.
progreſſum illum qui excedit generandi neceſsita-
tem, qđ illi non habebant. Sed neq; hi, ſi qui forte
nunc inueniuntur, qui non q̃runt in cõnubio neq;
appetũt, niſi pp qđ inſtitutæ ſunt nuptiæ, coæqua-
ri põt illis hoibus. In iſtis.n.carnale eſt ipſum deſi-
derium filiorũ: in illis aũt ſpiritale erat, q̃a ſacro il-
lius tpis congruebat. Nunc quippe nullus pietate
pfectus filios hĩc niſi ſpiritaliter q̃rit, tunc uero ip-
ſius pietatis erat operatio, ẽt carnaliter filios propa
gare: q̃a illius populi gñatio nuncia futurorũ erat,
& ad diſpenſationẽ propheticam ptinebat. Ideoq; L
non ſicut uni uiro etiã plures habere licebat uxo-
res, ita uni fœminæ plures uiros, nec prolis ipſius
cauſa, ſi fortè illa parere poſſet, ille generare nõ poſ
ſet. Occulta.n.lege naturæ amãt ſingularitatẽ quę
principãtur. Subiecta uero non ſolum ſingula ſin-
gulis, ſed ſi ratio naturalis uel ſocialis admittit, ẽt
plura uni non ſine decore ſubdũtur. Neq;.n.ſic ha-
bet unus ſeruus plures dños, q̃uo plures ſerui unũ
dñm. Ita duobus ſeu pluribus maritis uiuis nullã
legimus ſeruiſſe ſanctarũ, plures autẽ fœminas uni
uiro legimus coniunctas, cum gentis illius ſocietas
ſinebat, & tpis ratio ſuadebat. Neq;.n.contra natu-
ram nuptiarum eſt. Plures.n fœminæ ab uno uiro
fœtari poſſunt, una uero à pluribus non põt. Hæc
eſt principiorũ uis, ut plures fœminę uni uiro ſint,
ſicut multæ animę uni deo recte ſubdũtur. Ideoq;
non eſt uerus deus animarum niſi unus, una uero
anima poſt multos falſos deos fornicari põt, non
fœcundari. Sed qm̃ ex multis animabus una ci- Cap. 18.
uitas futura eſt, hñtium unam animã & cor unum M
in deum: quæ unitatis noſtræ perfectio poſt hanc
peregrinationẽ futura eſt, ubi oium cogitationes,
nec latebunt inuicẽ, nec inter ſe in aliquo repugna-
bũt: propterea ſacr̃m nuptiarum tpis noſtri ſic ad 1. Tim. 3.
unum maritum & unam uxorem redactum eſt, ut Ad Tit. 1.
diſpenſatorẽ eccleſię nõ liceat ordinare, niſi unius
uxoris uirũ. Qđ acutius intellexerunt, qui nec eum Di. 26. c.
qui catechumenus uel paganus habuerit alteram, Acutius.
ordinandũ eſſe cenſuerunt: de ſacro.n.agitur, non 28. q. 3. c.
de peccato, nam in baptiſmo peccata oia dimittũ- Acutius.
tur. Sed qui dixit, Si acceperis uxorem non pecca-
ſti, & ſi nupſerit uirgo non peccat, & qđ uult faciat,
non peccat ſi nubat: ſatis declarauit nuptias nullũ
eſſe peccatum: propter ſacramenti autem ſanctita-
tem, ſicut fœmina ẽt ſi catechumena fuerit uitiata,
non põt poſt baptiſmum inter dei uirgines conſe-
crari: ita non abſurde uiſum eſt eũ qui exceſsit uxo-
rum numerum ſingularem, non pctm̃ aliqđ com-
miſiſſe, ſed normam quãdam ſacramenti amiſiſſe,
non ad uitæ bonæ meritum, ſed ad ordinationis
eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam. Ac per hoc

A ſicut plures uxores antiquorum patrum ſignifica-
uerunt futuras noſtras ex oibus gentibus Eccle-
ſias uni uiro ſubditas Xp̄o. ita noſter antiſtes uni⁹
uxoris uir, ſignificat ex oibus gētibus unitatē uni
uiro ſubditā Xp̄o: quæ tunc pficietur, cum reuela-
uerit occulta tenebrarū, & manifeſtauerit cogita-
tiones cordis, & tunc laus erit unicuiq; à deo. Nūc
aūt manifeſte ſunt latētes diſſenſiões, ēt ſalua cha
ritate inter eos q unū & in uno futuri ſunt, q̄ tunc
utiq; nullæ erūt. Ergo ſicut ſacramētū pluraliū nu
ptiarū illius tpis, ſignificauit futurā multitudinē
deo ſubiectā in terrenis oībus gentibus: ſic ſacra-
mentū nuptiarū ſingulariū noſtri tpis, ſignificat
unitatem oium noſtrū ſubiectā deo futurā in una
cœleſti ciuitate. Itaq; ſicut duobus pluribúſue ſer
uire, ſic à uiro uiuo in alterius tranſire connubiū,
nec tunc licuit, nec nūc licet, nec unq̄ licebit. Apo-
ſtatare qppe ab uno deo, & ire in alterius adulteri
nam ſupſtitionem, ſemp eſt malū. Nec cauſa ergo
numeroſioris ꝓlis fecerunt ſancti noſtri, qd Cato
dī feciſſe Romanus, ut traderet uiuus uxorem ēt
Cato. alterius domū filijs ipleturā. In noſtrarū qppe nu-
B ptijs plus ualet ſanctitas ſacramenti, q̄ fœcunditas
4. ſen. diſ. 16. cap. Inde eſt. uteri. Si ergo & illi q pp ſolam generationem, pp q̄
ſunt inſtitutæ nuptiæ, coniungunt, non compara
tur patribus, multo aliter ipſos filios q̄ iſti quęren
tibus, qn̄quidem filium imolare iuſſus Abraham
intrepidus ac deuotus, quę de tanta deſperatione
Gene. 22. ſuſceperat, unico non pepcit, niſi eo ꝓhibente ma
num deponeret, quo iubente leuauerat. Reſtat
Cap. 19. ut uideamus, utrū ſaltē continentes noſtri coniu-
gatis illis patribus cōparandi ſint: niſi forte iā iſti
pferendi ſunt eis, quibus nondū quos cōferamus
inuenimus: Maius. n. bonum erat in illoꝝ nuptijs,
q̄ eſt bonum ꝓprium nuptiarū, cui proculdubio
bonum continentię pręferendū eſt: qa non tali of
ficio quærebant illi filios ex nuptijs, quali ducunt
iſti ex quodam ſenſu naturæ mortalis, ſucceſſio-
nem deceſſioni reqrentis. Qd qſquis bonū negat,
ignorat deum oium bonorū, a cœleſtibus uſq; ad
terrena, ab imortalibus uſq; ad mortalia creatoré.
Hoc aūt ſeoſu generandi nec beſtiæ penitus carēt,
& maxime alites, quarū in promptu eſt cura nidi-
C ficandi, † & quædam coniugiorū ſimilitudo ad ſi
† aliàs, chara nidifican- di ſocie- tas. mul ꝓcreandū atq; nutriendū. Sed illi hoies iſtum
naturę mortalis affectū, cuius in ſuo genere caſti-
tas accedente dei cultu, ſicut qdam intellexerunt,
in tricenario fructu ponit, longe ſanctiore mēte ſu-
perabāt: q de ſuis nuptijs filios pp Xp̄m qrebāt, ad
Matt. 13. genus eius ſcdm carnē diſtinguendū ab oībus gē
tibus: ſicut deo diſponere placuit, ut hoc pręcæte
ris ad eum ꝓphetandū ualeret, qd pnunciabatur,
ex quo ēt genere & ex qua gente eſſet in carne uen
turus. Valde ergo noſtrorū fidelium caſtis nuptijs
amplius bonum erat, qd pr̄ Abrahā in ſuo ſemore
nouerat, cui manū ſubdere famulum iuſsit, ut de
Gene. 24 uxore q̄ à filio eſſet ducēda iuraret. Ponens. n. ma
num ſub ſemore hoīs, & iurans p deum cœli quid
aliud ſignificabat niſi in ea carne, q̄ ex illo ſemo-
re originē duceret, deū cœli eſſe uenturū? Bonū er
go ſunt nuptię, in quibus tanto meliores ſunt cō-
iugati, quanto caſtiores ac fideliores deū timent:
maxime ſi filios, quos carnaliter deſiderant, ēt ſpi
Cap. 20. ritaliter nutriant. Nec qꝛ purificari lex hoiem, &
Leui. 15. poſt cōiugalem concubitum iubet, pctm̄ eſſe de-
clarat: ſi non eſt ille qui ſcdm ueniam conceditur, D
qui etiam nimius ipedit orationes. Sed ſicut mul- 1. Cor. 7.
ta lex ponit in ſacramentis & umbris futuroꝝ quę Heb. 10.
dā in ſemine quaſi materialis informitas, q̄ forma
ta corpus hois reddituræ eſt, in ſignificatione poſi
ta eſt uitæ informis & ineruditæ: à qua informita-
te, qm̄ oportet hoiem doctrinæ forma & eruditio
ne mundari, in huius rei ſignum illa purificatio p̄ Leuiti. 15
cepta eſt poſt ſeminis emiſsionē. Neq;. n. & in ſom Deute. 23
nis pctm̄ fit, & tn̄ etiam ibi purificatio p̄cepta eſt:
aut ſi & hoc pctm̄ qſq; putat, non arbitrans acci-
dere niſi ex aliquo hmōi deſiderio, qd ꝓculdubio
falſum eſt: nunqd & ſolita menſtruū peccata ſunt
fœminarū, à quibus tn̄ eas eadē legis uetuſtas p̄ce
pit expiari? Non, niſi pp illam ipſam materialē in-
formitatē, quę facto conceptu tanq̄ in edificatio-
nē corporis addit: ac p hoc cū informiter fluit, ſi-
gnificari p illā lex uoluit, aīam ſine diſcipline for-
ma indecenter fluidū ac diſſolutū: quem formari
oportere ſignificat, cum talē fluxū corporis iubet
purificari. Poſtremo nunqd & mori pctm̄ eſt, aut
mortuū ſepelire, non ēt bonū opus humanitatis Num. 19
eſt? Et tn̄ purificatio & inde mādata eſt: qa & mor
tuum corpus uita deſerēte, pctm̄ non eſt, ſed pctm̄ E
ſignificat aīę deſerte à iuſtitia. Bonum, inquā, ſunt
nuptię, & contra oēs calumnias pn̄t ſana rōne de-
fendi. Nuptijs tn̄ ſanctorū patrum, non quas nu-
ptias, ſed quam continentiam cōparem qro, imò
non nuptijs nuptias, nam par in oibus munus eſt
mortali hoium naturæ datū: ſed hoies qui nuptijs
utuntur, illis hominibus q longe aliter nuptijs uſi
ſunt quos conferam, qm̄ non inuenio, quo conti-
nentes illis cōiugatis cōferendi ſint reqrendū eſt:
niſi forte Abraham continere ſe non poſſet à nu-
ptijs pp regnū cœlorum, q unicū prolis pignus pp Gene. 16
quod nuptiæ charę ſunt, potuit intrepidus imola
re pp regnū cœlorū. Cōtinētia qppe nō corpo- Gene. 22.
ris ſed aīmi uirtus eſt. Virtutes aūt animi aliquan-
do in opere manifeſtantur, aliqn̄ in habitu latent: Cap. 22.
ſicut martyrij uirtus emicuit, apparuitq; tolerādo
paſsiones: ſed q̄ multi ſunt in eadē uirtute animi q
bus tentatio deeſt, qua id qd intus eſt in cōſpectu
dei, etiam in hominum ꝓcedat, nec tunc eſſe inci-
piat, ſed tunc innoteſcat. Iam. n. erat in Iob patien- F
tia quam nouerat deus, & cui teſtimoniū perhibe-
bat, ſed hominibus innotuit tentationis examine: Iob. 2.
& qd latebat intrinſecus, per ea quæ forinſecus illa
ta ſunt, nō natū, ſed manifeſtatū eſt. Hēbat uriq; &
Timotheus uirtutē continendi à uino, quam nō ei
abſtulit Paulus, monēdo ut uino modico uteretur
pp ſtomachum & frequentes ſuas infirmitates: alio 1. Tim. 5.
quin pniciosè docebat, ut propter ſalutem corpo-
ris fieret in aīo damnū uirtutis: ſed qa poterat ea
uirtute ſalua fieri qd monebat, ita relaxata eſt cor
pori utilitas bibendi, ut maneret in aīo habitus cō
tinendi. Ipſe eſt. n. habitus quo aliquid agit cum
opus eſt, cum aūt non agit, pōt agi, ſed nō eſt op⁹.
Hunc habitum circa cōtinentiā q fit à concubitu,
non habent illi qbus dicitur, Si ſe non continent
nubant. Hunc uero habent qbus dicitur, Qui pōt 1. Cor. 7
capere capiat. Sic uſi ſunt pfecti animi, bonis terre Matt. 19
nis ad aliud neceſſarijs, p hunc habitum continen
tię, quo eis non alligarent, & quo poſſent eis ēt nō
uti ſi non opus eſſet. Nec quiſq̄ eis bene utit, niſi q
& non poteſt. Multi quidem facilius ſe abſtinent

G ut non utantur, q̃ temperent ut bene utantur. Nemo tñ eis pôt ſapienter uti, niſi qui pôt & continẽ
Philip. 4. ter non uti. Ex hoc habitu & Paulus dicebat, Scio & abundare & penuriam pati Penuriam qppe pati quorūcunq; hoium eſt, ſed ſcire penuriã pati, magnorũ eſt Sic & abundare qs non poteſt, Scire aũt & abundare non niſi eo℞ eſt quos abundātia nõ corrumpit, Veruntñ ut apertius intelligat, q̃uo ſit uirtus in habitu, ẽt ſi non ſit in opere, loquor de exemplo, de quo nullus dubitat catholicorũ Xp̃ianorũ.
Matt. 4. Dñs. n. noſter Ieſus Xp̃s, ꝙ in ueritate carnis eſurierit ac ſitierit, mãducauerit & biberit, nullus ambigit eo℞ qui ex eius Euãgelio fideles ſunt. Nũ igitur non erat in illo continentiæ uirtus à cibo & potu, quanta erat in Ioanne Baptiſta? Venit. n. Ioãnes non manducans neq; bibens, & dixerunt, demonium habet: uenit filius hois & manducans &
Matt. 11. bibens, & dixerunt, Ecce uorax & uinari⁹, * †amicus publicanorũ & peccatorũ. Nunqd non talia
* alias, uinauri⁹ † potator uini. dicuntur ĩ domeſticos eius patres noſtros, ex alio genere utendo terrenis quantũ ad concubitũ ptinet? Ecce hoies libidinoſi & imundi, amatores fœ-
H minarũ & laſciuiarũ, Et tñ ſicut in illo illud non erat uerũ, quanuis uerũ eſſet, ꝙ non ſicut Ioannes abſtineret à manducando & bibẽdo: ipſe. n. aptiſſime uerisſimeq; ait, Venit Ioannes non mãducãs neq; bibens, uenit fili⁹ hois manducãs & bibẽs: ſic nec hoc in illis patribus uerũ eſt, q̃uis uenerit mõ Apl̃s Xp̃i non coniugans nec generans, quẽ dicant Pagani, magus erat. Venit autem tunc Propheta Xp̃i nuptias faciens & filios ꝓcreans, quem dicant Manichæi, mulieroſus erat, & iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis. Qđ dñs ibi ſubiecit cũ de Ioanne, ac de ſe illa dixiſſet, Iuſtificata eſt, inquit, ſapientia à filijs ſuis. Qui uidet continentiæ uirtutẽ in habitu animi ſemp eſſe debere, in ope aũt pro rerũ ac temporũ opportunitate manifeſtari: ſicut uirtus patiẽtię ſanctorũ martyrũ in ope apparuit, cęterorũ uero
4. ſen. diſ. 33. cap. Quòd uero. ro æque ſactorũ in habitu fuit. Quocirca ſicut nõ eſt ĩpar meritũ patiẽtię in Petro q paſſus eſt, & ĩ Ioanne q paſſus non eſt: ſic non eſt ĩpar meritũ continentiæ in Ioãne, q nullas exptus eſt nuptias, & in Abrahã q filios generauit. Et illius. n. cœlibatus, &
I illius connubiũ ꝓ tẽporũ diſtributione Xp̃o militauerunt: ſed continentiã Ioãnes & in opere, Abraham uerò in ſolo habitu habebat. Illo itaq; tpe
Cap. 22 Deut. 25. cũ & lex dies Patriarcha℞ ſubſequens, maledictũ dixit, qui non excitaret ſemen in Iſrael, & q poterat non ꝓmebat, ſed tñ habebat. Ex quo autem uenit
Galat. 4. plenitudo tpis, ut diceret, Qui pôt capere capiat:
Matt. 19 ex illo uſq; adhuc & deinceps uſq; in finẽ, q habet operat, qui opari noluerit non ſe habere mentiat. Ac p hoc ab eis q corrũpunt bonos mores colloquijs malis, inani & uana uerſutia dr̃ homini Xp̃iano cõtinenti, & nuptias recuſanti, tu ergo melior q̃ Abrahã? Qđ ille cũ audierit non pturbet, nec au-
4. ſen. diſ. 33. cap. Quòd uero. deat dicere melior, nec à ꝓpoſito delabatur. Illud enim non uere dicit, hoc nõ recte facit Sed dicat, ego qdem non ſum melior q̃ Abraham, ſed melior eſt caſtitas cęlibũ, q̃ caſtitas nuptiarum. Quarum Abraham unã habebat in uſu, ambas in habitu.
Gene. 16 Caſtè qppe coniugaliter uixit: eſſe aũt caſtus ſine coniugio potuit, ſed tunc non oportuit. Ego uero facilius non utor nuptijs qbus uſus eſt Abrahã, q̃ ſic utar nuptijs quẽadmodũ eſt uſus Abraham, &

ideo melior ſum illis, q per animi incõtinentiam K
non pñt qđ ego, non illis qui pp tpis differentiam non fecerunt qđ ego. Qđ. n. ego nunc ago, melius illi egiſſent ſi tunc agendum eſſet: Qđ aũt illi egerũt, ſic ego non agerẽ, & ſi nunc agendũ eſſet. Aut ſi talẽ ſe iſte ſentit & nouit, ut ſalua pmanẽte in habitu animi ſui uirtute cõtinentię, ſi ad uſum nuptiarũ ex aliquo religionis officio deſcendiſſet, talis maritus & talis pr eſſet, qualis fuit Abraham: audeat planè rñdere illi captioſo interrogatori & dicere, Nõ ſum qdẽ melior q̃ Abrahã, ĩ hoc dũtaxat genere cõtinentię, q̃ ille non carebat, etſi non apparebat: ſed ſum talis, non aliud habens, ſed aliud
agens. Dicat planè iſta, qa etſi uoluerit gloriari nõ 2. Cor. 12
erit inſipiẽs, Veritatẽ. n. dicit. Si aũt parcit, ne qs eũ exiſtimet ſup id qđ cũ uidet, aut audit aliqd ex illo: auferat à pſona ſua nodũ quæſtiõis, & non de homine, ſed de re ipſa rñdeat & dicat, Qui tm̃ pôt, talis eſt qualis fuit Abrahã. Pôt autem fieri ut minor ſit cõtinentię uirtus in aio eius, q non utit nu-
ptijs, qbus eſt uſus Abrahã: ſed tñ maior eſt [in ope L
eius] q̃ in aio eius, qui ppea tenuit coniugij caſtita- 1. Cor. 7.
tem, qa non potuit ampliorẽ. Sic & fœmina innupta q̃ cogitat ea quę ſunt dñi, ut ſit ſancta & corpo
re & ſpiritu, cũ audierit ĩpudentẽ illũ pcontatorẽ 2. Reg. 12
dicentem, Tu ergo melior q̃ Sara? Rñdeat, Ego melior ſum, ſed ijs quæ uirtute huius continentiæ carent, qđ de Sara non credo: fecit ergo illa cũ iſta uirtute, qđ illi tpi congruebat, à quo ego ſum immunis, ut in meo ẽt corpore appareat quod illa in
aio conſeruabat. Res ergo ipſas ſi comparemus, Cap. 23.
nullo mõ dubitandum eſt meliorẽ eſſe caſtitatem continentię q̃ caſtitatẽ nuptialem, cum tñ utrũq; ſit bonum. Hoies uero cum comparamus, ille eſt melior q bonum amplius q̃ alius habet. Porrò qui amplius eiuſdẽ generis habet, & id qđ minus eſt habet: qui autem tm̃mõ quod minus eſt habet, id quod amplius eſt non utiq; habet In ſexaginta. n. ſunt & triginta, non in triginta ſunt & ſexaginta. Non operari aũt ex eo quod habet, in diſtributione officiorum poſitum eſt, non in egeſtate uirtutum: qa nec bono miſericordiæ caret, qui non inuenit miſeros qbus poſsit miſericorditer ſubuenire. Huc accedit, qa nõ recte comparantur hoies ho
minibus ex uno aliquo bono. Feri. n. pôt ut alius M
non habet aliquid quod alius habet, ſed aliud habeat qđ pluris ęſtimandũ eſt. Maius. n. bonum eſt obedientiæ q̃ continentiæ. Nam connubiũ nuſq̃ noſtrarum ſcripturarũ authoritate dãnatur, inobedientia uero nuſquã abſoluitur. Si ergo ꝓponatur uirgo pmanſura, ſed tñ inobediens, & maritata, q̃ uirgo pmanere non poſſet, ſed tñ obediens, q̃ meliorẽ dicamus: Minus laudabilẽ quã ſi uirgo eſſet, an dãnabilẽ ſicut uirgo eſt? Ita ſi cõferas ebrioſam uirginẽ ſobrię coniugatę, qs dubitet eãdem ferre ſniam? Nuptię qppe & uirginitas duo bona ſunt, quo℞ alterũ maius: Sobrietas aũt & ebrioſitas, ſicut & obedientia & contumacia, illa bona ſunt, hęc mala. Melius eſt aũt habere oĩa bona uel minora, q̃ magnũ bonum cum magno malo: qa & in
corporis bonis melius eſt habere Zachęi ſtaturã Lucæ. 19
cum ſanitate, q̃ Goliæ cum febre. Recte planè q̃ritur, 1. Reg. 17
non utrũ oĩmodis inobediens uirgo coniugatę obedienti, ſed minus obediens obedientiori cõparãda ſit, qa & illa nuptialis caſtitas eſt, & iõ bonum eſt,

A num eſt,ſed minor ꝗ uirginalis. Tanto ergo minor
in bono obedientię, quāto maior in bono caſtita
tis,ſi altera alteri cōparetur,quę ꝓponenda ſit iudi
cat,qui primo ipſam caſtitatē & obedientiā cōpa-
rans, uidet oium uirtutū quodāmodo matrē eſſe
obedientiā: ac per hoc ideo pōt eſſe obediētia ſine
uirginitate,qa uirginitas ex cōſilio eſt, non ex præ
cepto. Obedientiā uero illā dico qua p̄ceptis obtē
peratur. Ideoq; obedientia p̄ceptoꝝ ſine uirginita-
te qdem pōt,ſed ſine caſtitate eſſe non pōt. Ad ca-
ſtitatem nāq; ptinet non fornicari, non mœchari,
nullo illicito cōcubitu maculari,quę qui nō obſer
uant contra p̄cepta dei faciunt, & ob hoc extorres
ſunt à uirtute obedientiæ. Virginitas autē ꝓpterea
pōt eſſe ſine obediētia, qa pōt fœmina cōſilio uir-
ginitatis accepto,& cuſtodita uirginitate,pręcepta
contemnere: ſicut multas ſacras uirgines nouimus
uerboſas,curioſas,ebrioſas,litigioſas, auaras, ſup-
bas,quę oia cōtra p̄cepta ſunt:& ſicut ipſam Euam
inobediētiæ crimine occidunt. Quapp non ſolum
B obediens inobediēti,ſed obediētior cōiugata mi-
2. Retra. nus obediēti uirgini p̄ponenda eſt. Ex hac obediē
cap. 22. tia pater ille qui ſine uxore nō fuit, eſſe ſine unico
Gene. 21. filio & à ſe occiſo paratus fuit. Vnicū.n. nō imerito
dixerim,de quo audiuit à dño,In Iſaac uocabiť ti-
bi ſemen. Quāto ergo citius ut ēt ſine uxore eēt,ſi
hoc iuberetur audiret. Vñ nō fruſtra ſępe miramur
nōnullos utriuſq; ſexus ab omni cōcubitu cōtinē
tes,negligēter obedire p̄ceptis,cū tam ardenter ar-
ripuerint non uti cōceſſis. Vnde qs dubitat & ex-
cellentię ſanctoꝝ illoꝝ patrum atq; matrū filios ge
nerantiū,non recte cōparari mares & fœminas no
ſtri tpis,ꝗuis & omni cōcubitu imunes, in uirtute
obediētiæ minores: ēt ſi illis hoibus & in habitu
animi defuiſſet, qđ in iſtoꝝ opere manifeſtum eſt.
Sequantur ergo agnum pueri cātantes canticū no
Apoc. 14. uum,ſicut in Apocalypſi ſcriptū eſt, Qui cū mulie-
ribus ſe nō cōtaminauerunt: non ob aliud niſi qa
uirgines pmanſerunt, Nec ideo ſe arbitrētur melio
res eē primis patribus ſanctis, qui nuptiis, ut ita di
cam,[non]nuptialiter uſi ſunt. Eaꝝ qppe uſus ita ſe
hēt,ut ſi qd in eis per carnis cōmixtionem qđ exce
C dat gñandi neceſſitatem, ꝗuis uenialiter factū fue-
rit, cōtaminatio ſit. Nam qd expiat uenia, ſi oino
non cōtaminat illa ꝓgreſſio? A qua cōtaminatio-
ne mirū ſi imunes eſſent pueri ſequentes agnum ni
Cap. 24. ſi uirgines pmanerent. Bonū igitur nuptiaꝝ per
oēs gentes atq; oēs hoies in cauſa gñandi eſt & in
fide caſtitatis. Qđ aūt ad pplm dei ptinet,ēt in ſan
ctitate ſacri,per quā nephas eſt ēt repudio interce-
dente,alteri nubere,dum uir eius uiuit, nec ſaltem
ipſa cauſa pariendi. Quæ cū ſola ſit qua nuptiæ fi-
unt,nec ea re non ſubſequēte pp quā fiūt, ſoluitur
uinculum nuptiale niſi cōiugis morte. Quēadmo-
dum ſi fiat ordinatio cleri ad plebē congregandā,
ēt ſi plebis cōgregatio non ſubſequatur, manet tñ
in illis ordinatis ſacrm ordinatiōis: & ſi aliqua cul
pa qſquam ab officio remoueatur, ſacro dñi ſemel
impoſito non carebit, ꝗuis ad iudicium pmanen-
1. Tim. 5. te. Generationis itaq; cauſa fieri nuptias, Apl's ita te
ſtis eſt, Volo, inqt, iuniores nubere. Et quaſi ei di-
ceretur, Vt qd? Continuo ſubiecit, filios procreare,
matresfamiliàs eſſe. Ad fidē aūt caſtitatis illud pti-
1. Cor. 7. net, Vxor nō habet ptātem corporis ſui, ſed uir: Si-
militer & uir nō habet ptātem corporis ſui,ſed mu

lier. Ad ſacri ſanctitatem illud, Vxorem à uiro non
diſcedere, qꝺ ſi diſceſſerit, manere innuptam,aut ui
ro ſuo reconciliari:& uir uxorem nō dimittat. Hæc
oia bona ſunt,pp quæ nuptiæ bonæ † ſunt,proles, † aliàs. bonū.
fides ſacrm. Nec prolem aūt carnalem iam hoc tpe
quærere, ac per hoc ab omni tali opere imunitatē
quandam ppetuam retinere, atq; uni uiro Xp̄o ſpi-
ritaliter ſubdi, melius eſt utiq; & ſanctius: ſi tñ ea
uacatione ſic utātur hoies qūo ſcriptum eſt, Vt co- 1. Cor. 7.
gitent quæ ſunt dei qūo placeant deo. i. ut ppetuo
cogitet continentia, ne qd minus habeat obedien
tia: quā uirtutem tanꝗ radicalem, atq; ut dici ſolet
matricem & planè generalē, ſancti antiqui patres
in opere exercuerunt,illam uero cōtinentiā in ani-
mi habitu tenuerūt, Qui profecto per obedientiā
qa iuſti & ſancti erant, & ad omne opus bonū ſem
per parati, ēt ſi ab omni cōcubitu abſtinere iube-
rentur,efficerent. Quāto.n. facilius poſſent uel iuſ-
ſione uel exhortatione dei non cōcūbere,qui pro-
lem cui uni propagandę cōcumbendo ſeruiebant, E
obediendo poterāt imolare. Quæ cum ita ſint, Cap. 25.
hęreticis qdem,ſiue Manichęis,ſiue qcunq; alij pa-
tribus ueteris teſtamenti de pluribus calumniātur
uxoribus,hoc eſſe argumentū deputātes, quo eoꝝ
cōuincant incontinentiam,ſatis ſuperq; rñſum eſt:
ſi tñ capiunt non eſſe pctm̄, qđ neq; contra naturā
cōmittitur, qa non laſciuiendi ſed gignendi cauſa
illis fœminis utebantur: neq; contra morem,qa il-
lis tpibus ea factitabantur: neq; contra p̄ceptum,
qa nulla lege prohibebantur. Illos uero qui illicite
fœminis uſi ſunt, uel arguit in ſcripturis illis diui-
na ſñia, uel nobis lectio iudicādos atq; uitandos,
non approbandos imitādóſue proponit. Noſtros
aūt qui coniuges hñt quātum poſſumus admone-
mus,ne ſcdm ſuā infirmitatem de illis ſanctis patri
bus audeāt iudicare: cōparantes, ut ait Apl's,ſemet- 2. Cor. 10
ipſos ſibimetipſis:& iō nō itelligentes quātas uires
hēat aius iuſtitiæ cōtra libidines ſeruiēs,ne carna-
libus huiuſcemodi motibus acquieſcat,eoſq; in cō
cubitum ultra gñandi neceſſitatē prolabi aut pro-
gredi ſinat, quātū ordo naturę,quantū morum cō
ſuetudo, quātum legū ſcita p̄ſcribunt. Hoc quippe
ideo de illis patribus hoies ſuſpicantur, qa ipſi per F
incontinentiā uel nuptias elegerunt, uel coniugi-
bus intemperanter utuntur. At uero cōtinentes uel
mares,qui defūctis uxoribus,uel fœminæ quę de-
functis uiris, uel utriq; qui pari cōſenſu cōtinentiā
deo uouerunt, ſciant ſibi qdem mercedis amplius
deberi,ꝗ cōiugalis caſtitas poſſit, † Sed ſanctoꝝ pa † poſcit.
trum nuptias qui ꝓphetice cōiugebantur,qui neq;
in concubitu niſi ꝓlem, neq; in ipſa ꝓle niſi qđ in
carne uenturo Xp̄o proficeret, requirebant, non ſo
lum præ ſuo ꝓpoſito non cōtemnant, uerūetiam
ſuo ꝓpoſito ſine dubitatione pręponant. Pueros
quoq; ac uirgines integritatē ipſam deo dicantes,
multo maxime cōmonemus, ut tāta norint humi-
litate tuendū eſſe qđ in terra interim uiuūt, quāto
magis cœli eſt qđ uouerūt. Nēpe ſcriptū eſt, Quāto Eccleſiaſtici. 3.
magnus es, tāto humilia te in oib9. Noſtrū ergo eſt
de magnitudine eoꝝ aliqd dicere, illoꝝ de magna
humilitate cogitare. Exceptis igitur qbuſdam illis
cōiugatis pr̄ibus & matribus ſanctis: qbus ideo iſti
meliores nō ſunt, ꝗuis coniugati non ſint, qa ſi cō-
iugati eſſent pares non eſſent: cæteros oino huius
tpis coniugatos,uel poſt expertum cōcubitū con-

G tinentes à ſe ſuperari non dubitent, non quantum
Lucæ. 1. ab Anna Suſanna, ſed quãtũ ambę à Maria ſuperã-
Danie.13 tur. Qđ ad ipſam ptinet ſanctã carnis itegritatem loqui. Nã quæ alia ſint Mariæ merita qs ignorat? Mores itaq̃ cõgruos huic tãto ꝓpoſito adiungant, ut de præpollenti pmio certã ſecuritatẽ gerãt. Sciẽtes ſanè ſibi atq̃ oibus fidelibus dilectis & electis Xpi membris, multis ab oriẽte & occidente uenientibus, etſi inter ſe diſtante pro meritis gloriæ luce fulgentibus, hoc tñ magnum in cõmune pręſtari,
Matth. 8. ut cum Abrahã & Iſaac & Iacob recumbant in regno dei, qui non pp hoc ſeculum, ſed propter Chriſtum coniuges, & propter Chriſtum patres fuerũt.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSVTINI Hipponenſis Epiſcopi, Liber de ſancta uirginitate.

Cap. 1. LIBRVM de bono cõiugali nuper ædidimus, in quo etiã Chriſti uirgines admonuim⁹ atq̃ mo-
H nemus, ne ꝓpter excellentiã muneris amplioris quod diuinitus acceperunt, contemnant in ſui cõparatione patres & matres populi dei, homineſq̃ illos quos tanquam oliuam cõmendat Apoſtolus, ne ſuperbiat inſertus oleaſter:
Roma 11. & eos qui uenturo Chriſto etiam in filiorũ propagatione ſeruiebant, ideo meriti inferioris eſſe arbitrentur, qa iure diuino continentia cõnubio, & nuptiis pia uirginitas anteponitur. In illis quippe parabantur & parturiebantur futura, quę nũc impleri mirabiliter & efficaciter cernimus, quorũ ẽt uita coniugalis prophetica fuit: unde non cõſuetudine humanorũ uotorũ atq̃ gaudiorũ, ſed ualde profundo conſilio dei, in quibuſdam eorũ fœcunditas honorari, in quibuſdam ẽt fœcundari ſterilitas meruit.
1. Cor. 7. Hoc uero tpe qbus dictum eſt, Si ſe non continẽt, nubant, non adhibenda eſt exhortatio ſed conſo-
Matt 19. latio. Quibus aũt dictum eſt, Qui poteſt capere capiat: exhortandi ſunt ne terreant, & terrendi ne extollantur. Non ſolum ergo prædicanda eſt uirginitas ut ametur, uerũetiam monẽda ne inflet. Hoc
Cap. 2. iſto ſermone ſuſcepim⁹, adiuuet Chriſtus uirginis
I filius, uirginum ſpõſus, uirginali utero corporaliter natus, uirginali connubio ſpiritaliter coniugatus. Cum ipſa igitur uniuerſa eccleſia uirgo ſit deſponſata uni uiro Chriſto, ſicut dicit Apls: quanto
1. Cor. 11. digna ſunt honore mẽbra eius quę hoc cuſtodiũt, etiã in ipſa carne, qđ tota cuſtodit in fide, quę imitatur matrẽ uiri & domini ſui? Nam eccleſia quoq̃ & uirgo & mater eſt. Cuius.n. integritati conſulimus, ſi uirgo non eſt? aut cuius prolem alloqmur, ſi mater nõ eſt? Maria corporaliter caput huius corporis peperit, Eccleſia ſpiritaliter membra illius capitis parit. In utraq̃ uirginitas fœcunditatem non impedit, in utraq̃ fœcunditas uirginitatem nõ adimit. Proinde cũ eccleſia uniuerſa ſit ſancta & corpore & ſpiritu: nec tamẽ uniuerſa ſit corpore uirgo ſed ſpiritu: quanto ſanctior eſt in his membris, ubi
Cap. 3. uirgo eſt & corpore & ſpiritu. Scriptũ eſt in euã-
Matth. 12 gelio, ꝙ mater & fratres Chriſti, hoc eſt, conſanguinei carnis eius, cum illi nũciati fuiſſent & foris expectarent, qa non poſſent eum adire prę turba, ille rñdit, Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei? K
Et extendens manum ſuper diſcipulos ſuos ait, Hi ſunt fratres mei, & qcunq̃ fecerit uoluntatẽ patris mei, ipſe mihi frater, & mater, & ſoror eſt. Quid aliud nos docẽs, niſi carnali cognationi genus noſtrum ſpiritale pręponere: nec inde beatos eſſe animos, ſi iuſtis & ſanctis carnis propinqtate iunguntur, ſed ſi eorũ doctrinę ac moribus obediẽdo atq̃ imitando cohæreſcunt? Beatior ergo Maria percipiendo fidem Chriſti, q̃ concipiendo carnem Xpi. Nam & dicenti cuidam, Beatus uenter qui te portauit: ipſe rñdit, Imò beati qui audiunt uerbũ dei & Lucæ. 11.
cuſtodiũt. Deniq̃ fratribus eius.i. ſcđm carnem cognatis, qui non in eum crediderunt, qđ profuit illa cognatio? Sic & materna propinquitas nihil Marię ꝓfuiſſet, niſi fœlicius Xpm corde q̃ carne geſtaſſet,

Ipſa quoq̃ uirginitas eius gratior & acceptior, Cap. 4.
qa non eam conceptus Xps uiro uiolaturo quam conſeruaret ipſe præripuit, ſed priuſquam cõciperetur iam deo dicatã de qua naſceretur elegit. Hoc indicant uerba quæ ſibi fœtum annũcianti ange- Lucæ. 1.
lo Maria reddidit. Quõ, inqt, fiet iſtud, qm̃ uirum L
non cognoſco? Qđ profectò non diceret, niſi deo uirginem ſe ante uouiſſet. Sed qa hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſpõſata eſt uiro iuſto, non uiolenter ablaturo, ſed potius contra uiolentos cuſtodituro, qđ illa iam uouerat. Quanquã ẽt ſi hoc ſolum dixiſſet, Quõ fiet iſtud: nec addidiſſet, qm̃ uirum non cognoſco: nõ qſiſſet utiq̃, ꝓmiſſum ſibi filium quõ fœmina paritura eſſet, ſi cõcubitura nupſiſſet. Poterat & iuberi uirgo pmanere, in qua dei filius formam ſerui congruenti miraculo acciperet: ſed exemplo ſanctis futura uirginib⁹, ne putaretur ſola uirgo eſſe debuiſſe, quæ ꝓlem ẽt ſine cõcubitu cõcipere meruiſſet, [uirginitatẽ deo dicauit, cum adhuc qđ eſſet conceptura neſciret,] ut in terreno mortaliq̃ corpore, cœleſtis uitæ imitatio, uoto fieret, non pcepto, amore eligendi, non neceſſitate ſeruiendi: ita Xps naſcendo de uirgine, quæ antequã ſciret qs de illa fuerat naſciturus, uirgo ſtatuerat pmanere, uirginitatem ſanctã approbare maluit q̃ imperare. Ac ſic ẽt in ipſa fœmina, in qua formã ſerui accepit, uirginitatẽ eſſe liberam Cap. 5.
uoluit. Non eſt ergo cur dei uirgines contriſten M
tur, ꝙ ẽt ipſæ uirginitate ſeruata matres carnis eſſe non põt. Illum n. ſolum uirginitas decenter parere poſſet, qui in ſua natiuitate parem hr̃e non poſſet. Verũtamẽ illæ unius ſanctæ uirgines partus, oĩum ſanctarũ uirginum eſt decus. Et ipſę cum Maria matres Xpi ſunt, ſi patris eius faciunt uoluntatẽ. Hinc enim & Maria laudabilius atq̃ beatius Chriſti mater eſt, ſcđm ſupra memoratã eius ſñiam. Quicunq̃ Matt. 12.
facit uoluntatẽ patris mei qui i cœlis eſt, ipſe mihi frater, & ſoror, & mater eſt. Has ſibi oẽs ꝓpinquitates in populo quẽ redemit ſpiritaliter exhibet, fratres & ſorores, habet ſanctos uiros & ſanctas fœminas, qm̃ ſunt illi in cœleſti hæreditate cohæredes. Mater eius eſt tota eccleſia, qa membra eius.i. fideles eius per dei grãm ipſa utiq̃ parit. Itẽ mater eius eſt oĩs aĩa pia, faciens uoluntatem patris eius fœcũdiſſima charitate, in iis quos parturit, donec in eis Galat. 4.
ipſe formet. Maria ergo faciens uoluntatẽ dei, corporaliter Xpi tantũmodo mater eſt, ſpiritalr̃ aũt & ſoror & mater. Ac per hoc illa una fœmina, non Cap. 6.
ſolũ ſpiritu, uerũetiã corpore & mater eſt & uirgo.

A Et mater qdem ſpiritu, non capitis noſtri qd eſt ip
ſe ſaluator, ex quo illa magis ſpiritaliter nata eſt,
qa oẽs qui in eũ crediderint in quibus & ipſa eſt,
recte filij ſponſi appellant. Sed planè mr̃ membro-
rum eius qđ nos ſumus, qa cooperata eſt charitate,
ut fideles in Eccleſia naſcerent, q illius capitis mẽ-
bra ſunt: Corpore uero mr̃ ipſius capitis. Oporte-
bat. n. caput noſtrũ pp inſigne miraculũ ſcdm car
nem naſci de uirgine, quo ſignificaret mẽbra ſua
de uirgine Eccleſia ſcdm ſpũm naſcitura. Sola er-
go Maria & ſpũ & corpore & mater & uirgo, & mr̃
Xp̃i & uirgo Xp̃i: Eccleſia uero in ſanctis regnum
dei poſſeſſuris, ſpũ quidem tota mater Xp̃i eſt, tota
uirgo Xp̃i: corpore autem non tota, ſed in quibuſ-
dam uirgo Xp̃i, in quibuſdam mater, ſed non Xp̃i.
Et coniugatæ quippæ fideles fœminæ, & uirgines
1. Tim 1. deo dicatæ, ſanctis moribus & charitate, de corde
Matt. 12. puro & conſcientia bona, & fide non ficta, qa uo-
luntatẽ patris faciunt, Xp̃i ſpiritaliter matres ſunt.
Quæ aũt coniugali uita corporaliter pariunt, non
Xp̃m, ſed Adam pariũt, Et ideo currũt ut ſacramẽ
B tis imbuti Xp̃i mẽbra fiant partus earũ, qm̃ qđ pe-
Cap. 7. perint norunt. Hoc dixi ne forte audeat fœcun-
ditas coniugalis cũ uirginali integritate cõtende-
re, atq; ipſam Mariã præponere, ac uirginib⁹ dei di-
cere, illa in corpore duas res habuit honorandas,
uirginitatem & fœcunditatẽ, qa & integra pman-
ſit & peperit Hanc fœlicitatẽ qm totam utreq; ha-
bere non potuimus, partitæ ſumus, ut uos ſitis uir
gines, nos ſimus matres: uobis qđ deſit in prole,
conſoletur ſeruata uirginitas: nobis ꝓ prolis lucro
amiſſa cõpenſetur integritas. Hæc uox fideliũ con
iugatarũ ad ſacras uirgines utcunq; ferenda eſſet,
ſi Xp̃ianos corpore parerẽt: ut hoc ſolo eſſet Mariæ
fœcunditas carnis, excepta uirginitate præſtan-
tior, ꝙ illa ipſum caput hoꝝ mẽbrorũ, hæ aũt mẽ-
bra illius capitis ꝓcrearent. Nunc uero ẽt ſi tales
hac uoce contendant, quæ ob hoc tm̃ uiris iun-
gunt atq; miſcentur ut filios habeãt, nihilq; aliud
de filijs cogitant, niſi ut eos Xp̃o lucrentur, atq; id
mox ut potuerint faciunt: non tñ Xp̃iani ex earum
carne naſcunt, ſed poſtea fiunt, Eccleſia pariente p
C hoc quo mẽbrorũ Xp̃i ſpiritaliter mater eſt, cuius
ẽt ſpiritaliter uirgo eſt. Cui ſancto partui cooperã
tur & matres, quæ nõ Xp̃ianos corpore pepererũt,
ut fiant qđ ſe corpore parere nõ potuiſſe nouerũt:
per hoc tñ cooperantur ubi & ipſæ uirgines ma-
treſq; Xp̃i ſunt, in fide ſ. quæ p dilectionẽ operat.
Galat. 5. Nulla ergo [carnis] fœcunditas ſanctæ uirgini-
Cap. 8. tati ẽt carnis cõparari põt. Neq;. n. & ipſa qa uirgi-
nitas eſt, ſed qa deo dicata eſt honoratur, q licet in
carne ſeruetur, ſpiritus tñ religione ac deuotione
ſeruatur. Ac p hoc ſpiritalis eſt ẽt uirginitas corpo
ris, q̃ uouet & ſeruat continentia pietatis. Sicut. n.
nemo ipudice utitur corpore, niſi ſpiritu prius cõ-
cepta nequitia: ita nemo pudicitiã ſeruat in corpo
re, niſi ſpiritu prius inſita caſtitate. Porrò aũt ſi pu
dicitia cõiugalis quãuis cuſtodiat in carne, aio tñ
non carni tribuit, quo præſide atq; rectore, nulli p̃
ter propriũ coniugiũ caro ipſa miſcet: quanto ma
gis quantoq; honoratius in animi bonis illa conti
nẽtia numerãda eſt, qua integritas carnis ipſi crea
Cap. 9. tori aiæ & carnis uouet, conſecrat, ſeruat. Nec il
larũ ergo fœcunditas carnis q̃ hoc tp̃e nihil aliud
in cõiugio q̃ prolem requirunt q̃ mancipẽt Xp̃o,
pro amiſſa uirginitate compenſari poſſe credenda D
eſt Prioribus qppe tporibus uenturo ſcdm carnẽ
Xp̃o, ipſum genus carnis in ampla quadam & pro
phetica gente neceſſarium fuit. Nunc aũt cũ ex om
ni hominum genere, atq; oibus gentibus ad popu
lum dei, & ciuitatẽ regni cœlorũ, membra Xp̃i col Matt. 16.
ligi poſſint, ſacram uirginitatem qui põt capere ca 1. Cor 7.
piat: & ea tm̃ quæ ſe non continet nubat. Quid. n.
ſi aliqua mulier diues multã pecuniã huic bono
operi impẽdat, ut emat ex diuerſis gẽtibus ſeruos,
quos faciat Xp̃ianos, nonne uberius atq; numero-
ſius q̃ uteri quantalibet feracitate Xp̃i mẽbra gi-
gnenda curabit? Nec ideo tñ pecuniam ſuã com-
parare muneri ſacræ uirginitatis audebit. At ſi pp
faciendos q nati fuerint Xp̃ianos, fœcunditas car-
nis ꝓ amiſſa uirginitate merito cõpenſabitur, fru-
ctuoſius erit hoc negocium, ſi magno pecuniario
p̃cio uirginitas amittatur quo pueri faciẽdi Xp̃ia-
ni multo plures emantur, q̃ unius utero q̃libet fer-
tili naſcerentur. Qđ ſi ſtultiſſime dicitur, habe- Cap. 10.
ant fideles nuptæ bonũ ſuũ, de quo in alio uolu-
mine quantũ uiſum eſt diſſeruimus: & honorent E
amplius ſicut rectiſſime cõſueuerunt in ſacris uir
ginibus melius eaꝝ, de quo iſto ſermõe diſſerim⁹.
Nã ne illo qdẽ debent cõtinentiũ meritis ſe cõfer-
re cõiugia, ꝙ ex eis uirgines ꝓcreant: hoc. n. nõ cõ-
iugij bonũ eſt, ſed naturæ, q̃ ſic diuinit⁹ iſtituta eſt,
ut ex quolibet humano utriuſq; ſexus cõcubitu, ſi
ue ordinato & honeſto, ſiue turpi & illicito, nul-
la fœmina niſi uirgo naſcat, nulla tñ ſacra uirgo
naſcitur: ita fit ut uirgo naſcatur ẽt de ſtupro, ſa-
cra aũt uirgo nec de cõiugio. Nec nos hoc in uir
ginibus p̃dicamus ꝙ uirgines ſunt, ſed ꝙ deo dica Cap. 11.
tæ pia continentia uirgines. Nã ꝙ non temere dixe
rim, fœlicior mihi uidet nupta mulier q̃ uirgo nu-
ptura: habet. n. iã illa qđ iſta adhuc cupit, pſertim
ſi nondũ uel ſpõſa cuiuſq̃ ſit illa ſtudet uni place
re cui data eſt, hæc multis incerta cui dãda eſt: hoc
uno pudicitiã cogitationis defendit à turba, ꝙ nõ
adulterũ, ſed maritũ q̃rit in turba. Illa igitur uirgo
cõiugatæ merito p̃ponit, q̃ nec multitudini ſe amã-
dam ꝓponit, cum amore unius ex multitudine in
q̃rit: nec ſe uni iam cõponit inuẽto, cogitãs q̃ ſunt
mundi, q̃uo placeat uiro: ſed ſpecioſum forma præ F
filiis hoim ſic amauit, ut q eũ ſicut Maria cõcipere 1. Cor. 7.
carne nõ poſſit, et corde cõcepto ẽt carnẽ integrã Pſal. 44.
cuſtodiret. Hoc genus uirginũ nulla corporalis
fœcunditas ꝓtulit. Non eſt hæc ꝓles carnis & ſan- Cap. 12.
guinis, Si harũ q̃ritur mr̃, Eccleſia eſt. Nõ parit uir-
gines ſacras niſi uirgo ſacra, uirgo illa q̃ deſponſa-
ta eſt uni uiro caſta exhiberi Xp̃o. Ex illa non tota
corpore, ſed tota uirgine ſpũ naſcunt ſacræ uirgi- 2. Cor. 11
nes & corpore & ſpũ: Habeant cõiugia bonũ ſuũ,
nõ qa filios ꝓcreãt, ſed qa honeſte, qa licite, qa pu-
dice qa ſocialiter ꝓcreant, & ꝓcreatos pariter, ſalu
briter, inſtãter educãt, qa thori fidẽ inuicẽ ſeruãt,
qa ſacramẽtũ cõnubij nõ uiolãt. Hæc tñ oia hu Cap. 13.
mani officij ſunt munera, uirginalis aũt integritas
& per piã continentiã ab oi concubitu imunitas,
angelica portio eſt, & in carne corruptibili icorru
ptionis ꝑpetuæ meditatio. Cedat huic ois fœcũdi
tas carnis, ois pudicitia cõiugalis: illa nõ eſt in ptã
te, illa nõ eſt in æternitate, Fœcũditatẽ carnalẽ nõ
habet liberũ arbitriũ, pudicitiã coniugalẽ habet
cœlum. Profecto habebunt magnum aliqd præter

G ceteros in illo cõi immortalitate, q habent aliquid
iam non carnis in carne. Vñ mirabiliter deſipiũt, q
putant huius continentiæ bonũ non eſſe neceſſa-
rium pp regnum cœlorum, ſed pp preſens ſeculũ:
ꝙ ſ. coniugia terrenis curis pluribus atq; arctiori-
bus diſtenduntur, qua moleſtia uirgines & conti-
nentes carent: quaſi ob hoc tm̃ melius ſit non con
iugari, ut huius tpis relaxentur anguſtiæ, non ꝙ in
futurum ſeculũ aliqd proſit. Hãc uanam ſciam ne
cordis ꝓpria uanitate ꝓtuliſſe uideantur, adhibẽt
1. Cor. 7. ex Apl'o teſtimonium ubi ait, De uirginibus autem
præceptum dñi non habeo, conſilium aũt do, tan
quam miſericordiam cõſecutus à deo, ut fidelis eſ
ſem. Exiſtimo itaq; hoc bonum eſſe pp preſentem
neceſsitatem, qa bonum eſt homini ſic eſſe. Ecce,
inquiunt, ubi manifeſtat Apl's hoc pp preſentẽ ne-
ceſsitatem bonũ eſſe, non pp futuram æternitatẽ.
Quaſi p̃ſentias neceſsitatis rõnẽ haberet Apl's, non
prouidens & conſulens in futurũ, cum oĩs eius di-
H ſpenſatio non niſi ad uitam æternam uocet.
Cap. 14. Præſens ergo eſt uitanda neceſsitas, ſed tñ quæ
aliquid bonorum ĩpedit futurorum. Qua neceſsi-
tate uita cogitur coniugalis cogitare q̃ mũdi ſunt,
qũo placeat uir uxori, uel uxor uiro: non ꝙ ea ſepa
rent à regno cœlorum, ſicut ſunt peccata, q ideo p̃
cepto non cõſilio ꝓhibentur, qa dño precipienti
non obedire damnabili eſt: ſed illud quod in ipſo
dei regno amplius haberi poſſet, ſi amplius cogita
retur qũo placendum eſſet deo, minus erit utiq; cũ
hoc ipſum minus coniugij neceſsitate cogitatur. Iõ
de uirginibus, inquit, p̃ceptũ dñi non habeo. Præ-
ceptum. n. quiſqs non obtemperat, reus eſt & debi
tor pœnæ. Proinde qa uxorem ducere uel nubere
pc̃tm non eſt, ſi autem pc̃tm̃ eſſet precepto uetare-
tur, ꝓpea preceptum dñi de uirginibus nullum eſt.
Sed qm̃ deuitatis remiſsiſue peccatis, adeunda eſt
uita æterna, in qua eſt quædam egregia gloria, nõ
omnibus in æternum uicturis ſed qbuſdã ibi tri-
buenda, cui conſequendæ parũ eſt liberatum eſſe
I à peccatis, niſi aliquid ipſi liberatori uoueat, qd
non ſit criminis non uouiſſe, ſed uouiſſe ac reddi-
1. Cor. 7. diſſe ſit laudis. Conſilium, inqt, do tanq̃ miſericor
diã conſecutus à deo ut fidelis eſſem. Neq;. n. inui-
dere debeo fidele conſiliũ, qui non meis meritis,
ſed dei miſericordia ſum fidelis. Exiſtimo itaq; hoc
bonum eſſe pp præſentem neceſsitatem. Hoc eſt,
inqt, unde preceptum dñi non haheo, ſed conſiliũ
do, hoc eſt, de uirginibus exiſtimo bonum eſſe pp
preſentẽ neceſsitatẽ. Noui. n. qd preſentis tpis, cui
coniugia ſeruiũt, neceſsitas cogat, ut ea q̃ dei ſunt
minus cogitent, q̃ ſufficit adipiſcendæ illi glorię, q̃
non erit oim, quamuis in æterna uita ac ſalute ma
1. Cor. 15 nentium. Stella enim ab ſtella differt in gloria, ſic
1. Cor. 7. & reſurrectio mortuorum. Bonũ eſt ergo homini
Cap. 15. ſic eſſe. Deinde adiungit idẽ Apl's & dicit, Alliga
1. Cor. 7. tus es uxori, ne q̃ſieris ſolutionem: ſolutus es ab
uxore, ne q̃ſieris uxorem. Horũ duorũ quod prius
poſuit, ad præceptũ pertinet, contra qd non licet
Matt. 5. facere. Non. n. licet dimittere uxorem niſi ex cauſa
fornicationis, ſicut in Euãgelio dñs dicit. Illud aũt
1. Cor. 7. quod addidit, Solutus es ab exore, ne q̃ſieris uxo-
rem: conſilij ſententia eſt, non precepti: licet itaq;
facere, ſed melius eſt non facere. Deniq; continuo
ſubiecit, Et ſi acceperis uxorem non peccaſti, & ſi
nupſerit uirgo nõ peccat. Illud aũt prius cũ dixiſ-

ſet, Alligatus es uxori ne q̃ſieris ſolutionẽ: nunqd K
addidit, & ſi ſolueris non peccaſti? Iam. n. ſupra di
xerat, His aũt qui ſunt in coniugio p̃cipio, nõ ego
ſed dñs, uxorẽ à uiro nõ diſcedere: ꝙ ſi diſceſſerit,
manere inuptã, aut uiro ſuo recõciliari: fieri. n. po
teſt ut non ſua culpa, ſed mariti diſcedat. Deinde
ait, Et uir uxorẽ ne dimittat: quod nihilomin' ex
precepto dñi poſuit, nec ibi addidit, & ſi dimiſce-
rit non peccat. Præceptũ eſt. n. hoc, cui non obedi
re peccatũ eſt, non cõſiliũ: quo ſi uti nolueris, mi-
nus boni adipiſceris: non mali aliqd ꝑpetrabis.
Propterea cũ dixiſſet, Solutus es ab uxore ne q̃ſie-
ris uxorẽ, qa nõ p̃cipiebat ne malũ fieret, ſed con-
ſulebat ut melius fieret: continuo ſubiũxit, Et ſi ac
ceperis uxorẽ, nõ peccaſti, & ſi nupſerit uirgo non
peccat. Addidit tñ, Tribulationẽ aũt carnis ha- Cap. 16.
bebunt eiuſmodi. Ego aũt uobis parco: Hoc mõ 1. Cor. 7.
exhortans ad uirginitatẽ continentiãq; ꝑpetuam,
ut aliquantulũ à nuptijs ẽt deterreret, modeſte ſa-
ne, non tanq̃ à re mala & illicita, ſed tanq̃ ab one- L
roſa ac moleſta. Aliud. n. eſt admittere carnis tur-
pitudinẽ, aliud habere carnis tribulationem. Illud
eſt criminis facere, hoc laboris eſt pati, quẽ plerũq;
homines ẽt pro officijs honeſtiſsimis nõ recuſant:
ſed ꝓ habendo cõiugio iam hoc tpe, quo non per
carnis ꝓpaginem uenturo Xp̃o ipſius ꝓlis ꝓpaga-
tione ſeruitur, iſtã tribulationẽ carnis, q̃ nupturis
p̃dicit Apl's, ſuſcipere tolerandã, pſtultum eſſet niſi
metueret incõtinentibus, ne tentãte ſatana in pec
cata dãnabilia laberent. Quòd aũt ſe dicit eis par- Ibidem.
cere, quos ait tribulationẽ carnis habituros, nihil
mihi interim ſanius occurrit, q̃ eũ noluiſſe apire &
explicare uerbis eandẽ ipſam carnis tribulationẽ,
q̃ prenunciauit eis q eligunt nuptias, in ſuſpitioni-
bus zeli cõiugalis, in ꝓcreandis filijs atq; nutrien-
dis, in timoribus & mœroribus orbitatis. Quotus
enim qſq; eũ ſe connubij uinculis alligauerit, non
iſtis trahat atq; agitet affectibus? Quos neq; nos
exaggerare debem', ne ipſis nõ parcam', qbus par
cendum exiſtimauit Apl's. Tm̃ p hoc qd breuiter Cap. 17.
poſui, cautũ fieri lectorẽ oportuit aduerſus eos, q M
in hoc qd ſcriptũ eſt, Tribulationẽ aũt carnis habe 1. Cor. 7.
bunt eiuſmodi, ego aũt uobis parco: nuptijs ca-
lumniant, ꝙ eas ex obliquo ſñia iſta dãnauerit, ue
lut ipſam dãnationẽ noluerit dicere, cum ait, Ego
aũt uobis parco: ut uidelicet cũ iſtis parcit, animę
ſuę non pepercerit, ſi mentiendo dixit, Et ſi accepe
ris uxorẽ non peccaſti, & ſi nupſerit uirgo non pec
cat. Qd q de ſancta ſcriptura credunt uel credi uo-
lũt, tanq̃ uiã ſibi muniũt ad mẽtiendi licentiã, uel
ad defenſionẽ ſuæ ꝑuerſæ opiniõis ubicũq; aliud
ſentiunt q̃ ſana doctrina poſtulat. Si qd. n. manife
ſtũ de diuinis libris ꝓlatũ fuerit, quo eorũ confu
tent errores, hoc ad manũ habẽt uelut ſcutũ, quo
ſe aduerſus charitatẽ †quaſi tuentes nudent à dia †ueritatem.
bolo uulnerandos, ut dicant hoc authorẽ libri nõ
uerũ dixiſſe, aliàs ut infirmis parceret, aliàs ut cõ-
tẽptores terreret: ſicut occurrerit cauſa q̃ eorũ ꝑuer
ſaſ[ſ]nia defendat: atq; ita dũ ea q̃ opinantur, defen-
dere q̃ corrigere malunt ſcripturarũ ſanctarum au
thoritatẽ frãgere conant, qua una oẽs ceruices ſu-
perbę durę q; frangunt. Vnde ſectatores & ſecta Cap. 18.
trices ꝑpetuę cõtinentię & ſacrę uirginitatis admo
rib' ſublimitatis oppoſuit? Vnde inquā ſcit, ne for-
te ipſa nondum ſit Thecla, iam ſit illa Criſpina?
Certe niſi aſsit tentatio, nulla doni huius ſit de- Cap. 45.
monſtratio. Hoc aūt tam magnū eſt, ut eum fructū E
centenū quidā intelligant. Perhibet. n. p̄clariſſimū Matt. 13.
teſtimonium eccleſiaſtica authoritas, in qua fideli
bus notū eſt, quo loco martyres, & quo defunctæ
ſanctimoniales ad altaris ſacramēta recitētur. Sed
qcquid ſignificet fœcunditatis illa diuerſitas, uide
rint q hæc melius q̄ nos intelligunt: ſiue uirginalis
uita in cēteno fructu ſit, i ſexageno uidualis, i trice
no aūt coniugalis: ſiue centena fertilitas martyrio
potius imputetur, ſexagena continentiæ, & tricena
cōnubio: ſiue uirginitas accedente martyrio cente
num fructū impleat, ſola uero i ſexageno ſit, coniu
gati aūt tricenū ferentes ad ſexagenū perueniant ſi
martyres fuerint: ſiue qd p̄babilius mihi uidetur,
qm̄ diuinæ gratiæ multa ſunt munera, & eſt aliud
alio maius ac melius: unde dicit Apl's, Aemulamini 1. Cor. 12.
autē dona meliora: intelligendū eſt plura eſſe q̄ ut
in tres differentias diſtribui poſsint. Primūm ne cō
tinentiam uidualem aut in nullo fructu conſtitua
mus, aut ad coniugalis pudicitię meritum depona
mus, aut uirginali gloriæ coæquemus: aut coronā F
martyrij uel in habitu animi, etiam ſi deſit tētatio-
nis examen, uel in ipſa paſsionis experientia conſti
tutā, cuilibet illarū trium caſtitati ſine ullo incre-
mēto fertilitatis accedere exiſtimemus. Deinde ubi
ponimus, q multi ac multæ ita cuſtodiunt conti-
nentiam uirginalem, ut tñ non faciant q̄ dñs ait, Si Matt. 19.
uis eſſe perfectus, uade uende omnia q̄ habes, & da
pauperibus, & habebis theſaurū in cœlis, & ueni ſe
quere me. Nec audeant eoꝝ cohabitationi ſociari, i
qbus nemo dicit aliquid p̄prium, ſed ſunt eis oīa
cōmunia. Nihil ne putamus fructificationis accede Acto. 4.
re uirginibus dei cū hoc faciunt? Aut ſine ullo fru-
ctu eſſe uirgines dei, etiā ſi hoc nō faciunt? Multa Cap. 46.
ergo ſunt dona, & alijs alia clariora ac ſuperiora ſin
gulis ſingula. Et aliqñ alter fructuoſus eſt donis
paucioribꝰ, ſed potioribꝰ: alter inferioribꝰ, ſed plu-
ribus Et quēadmodū inter ſe uel coæquent uel di-
ſtinguant in accipiendis æternis honoribus, qs ho
minū audeat iudicare, dum tñ cōſtet & multa eſſe
iſta diuerſa, & non ad p̄ſens tēpus, ſed in æternum
prodeſſe meliora? Sed dñm tres arbitror uoluiſſe Matt. 13.
fructificationis cōmemorare differentias, cæteras

G intelligētibus reliquiſſe, Nā & alius Euangeliſta ſo
Luc.8. lum cōmemorauit centuplū, nūquid ideo putādus
eſt alia duo, uel ip̄robaſſe uel ignoraſſe, ac nō poti⁹
intelligēda reliquiſſe? Sed ut dicere cœperā, ſiue cēte
n⁹ fruct⁹ ſit deo deuota uirginitas, ſiue alio aliquo
modo, uel quē cōmemorauimus, uel quē nō cōme
morauim⁹ ſit illa fertilitatis intelligēda diſtātia: ne
mo tñ, quantū puto, auſus fuerit uirginitatē p̄ferre
martyrio, ac nemo dubitauerit hoc donū occultū
Cap. 47. eſſe, ſi examinatrix deſit tētatio. Habet itaq; uirgo
2 Cor.13. qđ cogitet, qđ ei ꝓſit ad ſeruādā humilitatē, ne uio
let illā, q̄ ſupereminet donis oibus charitatē, ſine q̄
utiq; q̄cunq; alia uel pauca uel plura uel magna uel
parua habuerit, nihil ē. Habet, inquā, qđ cogitet ut
nō inflet, nō æmuletur: ita ſe. ſ. bonū uirginale con
iugali bono multo amplius & melius ꝓfiteri, ut tñ
neſciat utrū illa uel illa coniugata iam pati ꝓ Xp̄o
poſſit, adhuc uero ipſa nō poſſit, & i hoc ei parcat,
q̄a infirmitas eius tētatione non interrogatur. Fide
1. Cor.10 lis.n. deus, ait Apl̄s, q non uos p̄mittit tentari ſuper
id quod poteſtis, ſed faciet cū tentatione etiam exi
H tū ut poſſitis ſuſtinere. Fortaſſis illi uel illæ coniu-
galis uitę retinētes in ſuo genere laudabilē modū,
iam poſſint contra inimicū ad iniquitatē cogentē
etiam laniatu uiſcerū & effuſione ſanguinis dimica
re: illi aūt uel illæ à pueritia cōtinentes, ſeq; caſtran
tes pp regnū cœloꝝ: nondū tñ ualent talia uel pro
iuſtitia uel ꝓ ipſa pudicitia ſuſtinere: Aliud eſt.n.
ꝓ ueritate ac propoſito ſancto non conſentire ſua
dēti atq; blandienti, aliud nō cedere etiā torquēti
atq; ferienti. Latent iſta in facultatib⁹ & uiribus ani
moꝝ, tētatione pādūtur, experientia propalantur.
Vt ergo quiſq; nō infletur, ex eo ꝙ uidet ſe poſſe, hu
militer cogitet ꝙ ignorat aliquid præſtantius ſe for
taſſe non poſſe: aliquos aūt illud quo ſibi glorioſe
notus eſt, nec habēt nec ꝓfitentur, hoc qđ ipſe non
pōt poſſe. Ita ſeruabitur nō fallaci ſed ueraci humi
Rom. 12. litate, honore mutuo p̄uenientes, & alterutrū exiſti
Cap. 48. mātes ſuperiores ſibi. Quid iam dicā de ipſa cau-
Prou.20. tela & uigilātia nō peccādi? Quis gloriabitur caſtū
ſe hr̄e cor: Aut q̄s gloriabitur mundū ſe eſſe à pec-
I cato? Integra eſt q̄dē ab utero matris ſancta uirgini
Iob.25. tas: ſed nemo, inq̄t, mūdus i cōſpectu tuo, nec īfans
cuius eſt unius diei uita ſup terrā. Seruat̃ & in fide
2.Cor.11. īuiolata q̄dam caſtitas uirginalis, qua eccleſia uni
uiro uirgo caſta coaptatur: ſed ille unus uir, nō tm̄
fideles mente & corpore uirgines, ſed omnes oīno
Xp̄ianos ab ſpiritalib⁹ uſq; ad carnales, ab Apoſto-
lis uſq; ad ultimos pœnitētes, tanq̄ à ſummis cęloꝝ
uſq; ad terminos eoꝝ docuit orare, & in ipſa orōne
Matth.6. dicere admonuit, Et dimitte nobis debita noſtra,
ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ noſtris: ubi per
hoc quod petimus, qđ etiā nos eſſe meminerimus
oſtendit. Neq;.n. pro eis debitis, q̄ totius præteritæ
uitæ, in baptiſmo ꝑ eius pacem nobis dimiſſa eſſe
cōfidimus, nos p̄cepit orare dicētes, Dimitte nobis
debita nr̄a, ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ no-
ſtris, Alioq̄n hanc orōnem catecbumeni poti⁹ uſq;
ad baptiſmū orare deberent. Cū uero eā baptizati
orant, p̄poſiti & plebes, paſtores & greges, ſatis oſtē
Iob.7. ditur in hac uita, q̄ tota tētatio eſt, neminē ſe tanq̄
Cap. 49. ab oibus peccatis imunē debere gloriari. Proinde
etiā uirgines dei irreprehēſibiles q̄dē ſequunt̃ agnū
quocunq; ierit, & peccatoꝝ purgatione perfecta &
uirginitate ſeruata, q̄ non rediret amiſſa: ſed q̄a ea-

dē ipſa Apocalypſis, ubi tales tali reuelati ſunt, etiā K
hinc eos laudat, ꝙ in ore eoꝝ non ſit inuentū men Apoc. 14.
daciū: meminerint etiā in hoc eſſe ueraces, ne ſe au
deant dicere nō habere peccatū. Idē quippe Ioānes 1.Ioan 1.
q illud uidit hoc dixit, Si dixerimus q̄a peccatū nō
habemus, noſipſos decipimus, & ueritas i nobis nō
eſt. Quòd ſi cōfeſſi fuerimus delicta nr̄a, fidelis eſt
& iuſtus, ut dimittat nobis peccata nr̄a, & purget
nos ab oi iniquitate. Qđ ſi dixerimus qm̄ nō pecca
uimus, mendacē faciemus eum, & uerbū eius non
erit in nobis. Hoc certe nō illis aut illis, ſed Xp̄ianis
oibus dicitur, ubi & uirgines ſe debent agnoſcere.
Sic.n. erunt ſine mēdacio, q̄les in Apocalypſi appa Apoc.14.
ruerunt. Ac p hoc q̄diu nondū eſt in cœleſti ſubli-
mitate p̄fectio, inuituperabiles facit in humilitate
cōfeſſio. Sed rurſus ne p occaſionē huius ſentētiæ,
q̄ſquā cū mortifera ſecuritate peccaret, ſeq; trahen-
dum p̄mitteret, tanq̄ mox delendis facili confeſſio
ne peccatis, cōtinuo ſubiecit, Filioli mei, hęc ſcripſi 1.Ioan.2.
uobis ut nō peccetis, Et ſi q̄s peccauerit, aduocatū
habemus ad patrē Ieſum Xpm iuſtū, & ipſe propi-
ciator eſt peccatoꝝ nr̄oꝝ, Nemo itaq; à peccato tan
q̄ rediturus abſcedat, nec ſe huiuſmodi quaſi ſocie- L
tatis pacto cū iniquitate cōſtringat, ut eā confiteri
magis q̄ cauere delectet. Sed qm̄ etiam ſatagenti- Cap. 50.
bus uigilantibuſq; ne peccēt, ſubrepunt quoquāmo
do ex humana fragilitate peccata, q̄uis parua, q̄uis
pauca, nō tñ nulla: & eadē ipſa fiunt magna & gra
uia, ſi eis ſup̄bia incrementū & pondus adiecerit: à
ſacerdote quē habemus i cęlis, ſi pia humilitate pe
rimant̃, tota facilitate purgant̃. Sed nō contēdo cū
eis, q aſſerunt hominē poſſe i hac uita ſine ullo pec
cato uiuere: nō contēdo, nō cōtradico. Fortaſſe.n. 2. Cor.10
ex nr̄a miſeria magnos metimur, & cōparātes noſ-
metipſos nobiſmetipſis, nō intelligimus. Vnū ſcio,
ꝙ iſti magni, q̄les nō ſum⁹, q̄les nōdū experti ſum⁹:
q̄to magni ſunt, tāto humiliant ſe in oibus, ut corā Eccli. 3.
deo inueniāt grām. Qualibet.n. magni ſint, nō ma-
ior eſt ſeruus dn̄o ſuo, uel diſcipulus magiſtro ſuo. Ioan. 13.
Et utiq; ille eſt dn̄s, q dicit, Oia mihi tradita ſunt à
pr̄e meo: Et ille eſt magiſter, qui dicit, Venite ad me Matt. 11.
omnes, q laboratis, & diſcite à me. Et tñ quid diſci- M
mus? Quoniam mitis ſum, inq̄t, & humilis corde.
Hic dicet aliquis, Non eſt hoc iam de uirginitate Cap.51.
ſed de humilitate ſcribere, q̄ſi uero q̄cunq; uirgini-
tas, ac non illa q̄ ſecundū deum eſt, à nobis p̄dican
da ſuſcepta ſit. Qđ bonū quāto magnū uideo, tāto
ei ne pereat futurā ſuperbiā p̄timeſco. Non ergo cu 1.Ioan.4.
ſtodit bonū uirginale, niſi deus ipſe q dedit, & de⁹
charitas eſt. Cuſtos ergo uirginitatis charitas, locus Eſaie.66
aūt huius cuſtodis humilitas. Ibi quippe habitat, q
dixit, ſup humilē & quietū & trementē uerba ſua,
requieſcere ſpm̄ ſuū. Quid itaq; alienū feci, ſi bonū
qđ laudaui, uolēs tutius cuſtodiri, curaui etiā locū
p̄parare cuſtodi? Fidēter.n. dico, nec mihi ne iraſcā
tur timeo, quos ut mecū ſibi timeant ſolicitus mo
neo: facili⁹ ſequunt̃ agnū, & ſi nō quocūq; ierit, cer- Apoc.14.
te quouſq; potuerint, cōiugati humiles, q̄ ſuperbiē-
tes uirgines. Q̄uo.n. ſequitur ad quē non uult acce
dere? Aut q̄uo accedit ad quē non uenit ut diſcat,
qm̄ mitis eſt & humilis corde? Illos ꝓinde ſequētes Matt. 11.
agnū † quocūq; ierit dicit †, in q̄bus prius ipſe ubi † al. agn⁹
caput inclinet inuenerit. Nam quidam ſuperbus & † al. dicit
doloſus hoc ei dixerat, Dn̄e ſequor te quocunq; ie- Matth.8.
ris: Cui reſpondit, Vulpes foueas habēt, & uolatilia

A cœli nidos, filius aũt hois nõ habet ubi caput ſuũ
reclinet. Arguebat noie uulpiũ aſtutã doloſitatem,
& noie uolucrum uẽtoſam elationẽ, in quo ubi re
quieſceret piam non inueniebat humilitatem. Ac
per hoc nuſquam oino ſecutus eſt dñm, qui ſe pro-
miſerat, non uſq; ad quendam ꝓfectum, ſed oino
Cap. 52. quocunq; ierit ſecuturum. Quapropter hoc agi-
te uirgines dei, hoc agite, ſeqmini agnum quocũq;
Matth. 11. ierit. Sed prius ad eũ q̃ ſequamini, uenite & diſcite,
qm̃ mitis eſt & humilis corde: humiliter ad humi-
lem uenite ſi amatis, & ne diſcedatis ab illo ne ca-
Pſal. 38. datis. Qui.n. timet ab illo diſcedere, rogat & dicit,
Non ueniat mihi pes ſupbię. Pergite uia ſublimita
tis, pede humilitatis. Ipſe exaltat humiliter ſequen
Pſal. 58. tes, quẽ deſcẽdere non piguit ad iacẽtes. Dona eius
illi ſeruãda cõmittite, fortitudinẽ vr̃am ad illũ cu-
ſtodite. Quicqd mali ipſo cuſtodiente nõ cõmitti-
tis, tanq̃ remiſſum ab illo deputate: ne modicũ uo
Luce. 7. bis exiſtimãtes dimiſſum, modicũ diligatis, & tun
dentes pectora publicanos ruinoſa iactantia con-
temnatis. De uiribus ueſtris expertis cauete, ne qa
B ferre aliqd potuiſtis inflemini: de inexptis aũt ora
1. Cor. 10 te, ne ſupra q̃ poteſtis ferre tẽtemini. Exiſtimate ali
quos in occulto ſupiores, qbus eſtis in manifeſto
meliores. Cũ aliorꝫ bona, forte ignota uobis, beni
gne credunt̃ à uobis, ueſtra uobis nota nõ cõpara-
tione minuunt̃, ſed dilectione firmãtur. Et q̃ forte
adhuc deſunt, tãto dant̃ facilius, quãto deſiderant̃
humilius. Perſeuerãtes in numero vr̃o p̃beãt uobis
exemplũ, cadẽtes aũt augeãt timorẽ ueſtrũ. Illud
Roma. 10 amate ut imitemini, hoc lugete ne inflemini. Iuſti-
tiã ueſtrã nolite ſtatuere, Deo uos iuſtificãti ſubdi-
te: ueniã peccatis donate alienis, orate pro vr̃is: fu-
Cap. 53. tura uigilãdo uitate, p̃terita cõfitendo delete. Ec
ce iam tales eſtis, ut ꝓfeſſæ atq; ſeruatę uirginitati,
cęteris ẽt moribus cõgruatis. Ecce iam nõ ſolũ ho
micidiis, ſacrificiis diabolicis & abominationibꝰ,
furtis, rapinis, fraudibꝰ, piuriis, ebrioſitatibus, oiq;
luxuria & auaritia, ſimulationibꝰ, æmulationibus,
impietatibꝰ, crudelitatibꝰ abſtinetis: uerũetiã illa q̃
leuiora uel ſunt uel putant̃, nõ inueniũtur nec oriũ
tur in uobis, nõ improbꝰ uultus, nõ uagi oculi, nõ
C infrenis lingua, nõ petulãs riſus, nõ ſcurrilis iocus,
nõ indecẽs habitꝰ, nõ tumidus aut fluxus icẽſſus.
1. Petri. 3 Iam nõ redditis malũ pro malo, nec maledictũ pro
maledicto. Iam poſtremo illã menſurã dilectionis
1. Ioan. 3. ipletis, ut ponatis aĩas pro fratribus vr̃is. Ecce iam
tales eſtis, qa & tales eẽ debetis. Hęc addita uirgini
Eccleſiaſtici. 3. tati, angelicã uitam hoibus, & cœli mores exhibẽt
terris. Sed quãto magni eſtis, qcũq; ita magni eſtis,
tanto humiliate uos in oibus, ut corã deo inuenia
tis grãm, ne ſuperbis reſiſtat, ne ſe exultantes humi
liet, ne inflatos p anguſta in portã non traiiciat, q̃q̃
ſupflua ſit ſolicitudo, ne ubi feruet charitas, deſit
Cap. 54. humilitas. Si ergo nuptias contẽpſiſtis filiorꝫ ho
minũ, ex qbꝰ gigneretis filios hominũ, toto corde
Pſal. 44. amate ſpecioſum forma pręfiliis hoium: uacat uo
bis, liberũ eſt cor à cõiugalibus uinculis, inſpicite
pulchritudinẽ amatoris vr̃i: cogitate æqualẽ patri,
ſubditum & matri: ẽt in cœlis dñantem, & in terris
ſeruientem: creantẽ oĩa, creatũ inter oĩa. Illud ipm
qd in eo deridẽt ſuperbi, inſpicite q̃ pulchrum ſit:
internis luminibus inſpicite uulnera pendentis, ci-
catrices reſurgentis, ſanguinẽ morientis, preciũ cre
Cap. 55. dentis, cõmercium redimentis. Hęc quãti ualeãt
cogitate, hæc in ſtatera charitatis appendite, & qc- D
qd amoris nuptiis ueſtris impẽdendũ habebatis,
illi rependite. Bene qd interiorem ueſtrã pulchritu
dinem q̃rit, ubi uobis dedit ptãtem filias dei fieri: Ioan. 1.
non q̃rit à uobis pulchram carnem, ſed pulchros
mores, qbus frenatis & carnẽ. Non eſt cui de nobis
qſquam mẽtiatur, & faciat ſe iure zelantem. Videte
cum quanta ſecuritate ametis, cui diſplicere falſis
ſuſpitionibus nõ timetis. Vir & uxor amãt ſe, qm̃ ui
dent ſe, & qd non uident, timẽt in ſe. Nec certi gau-
dent ex eo qd in manifeſto eſt, dum in occulto ſu-
ſpicantur plerunq; qd non eſt. Vos in iſto quẽ ocu
lis non uidetis, & fide conſpicitis, nec habetis uerũ
qd reprehendatis, nec eum metuitis, ne de falſo for
ſitan offendatis. Si ergo magnum amorem coniu-
gibus deberetis, eum propter quem coniuges habẽ
re noluiſtis, quantũ amare debetis? Toto uobis fi-
gatur in corde, qui pro uobis fixus eſt in cruce: to
tum teneat in animo ueſtro, quicqd noluiſtis occu
pari cõnubio. Parum uobis amare non licet, ꝓpter
quem non amaſtis & qd liceret. Sic amantibus mi- Matt. 11.
tem & humilem corde, nullã uobis ſupbiam perti L
meſco. Pro modulo itaq; noſtro & de ſanctitate Cap. 56.
qua ſanctimoniales proprie dicimini, & de humili
tate qua conſeruatur quicqd magnum dicimini, ſa
tis locuti ſumus. Dignius autẽ illi tres pueri, qbus Danie. 3.
refrigerium in igne præbebat, quem corde feruen-
tiſsimo diligebant, uos de hoc opuſculo nr̃o, uer-
borum qdem numero longe breuius, ſed pondere
authoritatis multo grãdius, in hymno, quo ab eis
deus honoratur, admoneãt. Nam ſanctitati humi-
litatem in dei laudatoribus cõiungentes, apertiſſi-
me docuerunt, ut tãto qſq; caueat ne ſuperbia deci
piatur, quãto ſanctius aliqd proficit̃. Proinde uos
quoq; laudate eum, qui uobis pręſtat, ut in ardore
medio ſeculi huius, q̃uis coniugio non copulemi-
ni, non tñ uramini: & orantes ẽt pro nobis, benedi
cite ſancti & humiles corde dñm, hymnum dicite
& ſuperexaltate eum in ſecula, Amen.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis epiſcopi, de adulte rinis coniugiis ad Pollen- tium, Liber primus. M

PRIMA quæſtio eſt frater dile- Cap. 1.
ctiſsime Pollẽti, earum quas ad
me ſcribẽs literarũ, tanquã con-
ſulendo tractaſti, qd ait Apoſto 1. Cor. 7.
lus, his aũt qui ſunt in coniugio,
præcipio non ego, ſed dñs, mu-
lierem à uiro non diſcedere: qꝙ ſi
receſſerit, manere innuptam, aut uiro ſuo reconci-
liari, & uir uxorem non dimittat: utrum ita ſit acci
piendum, ut eam prohibuiſſe nubere intelligatur,
quæ ſine cauſa fornicationis diſceſsit à uiro: id.n.
ſentis, An ſicut ego ſenſi in eis libris quos ante plu
rimos annos de ſermone euangelico ſcripſi, quem
ſecundum Matthæum habuit Saluator in monte, Matth. 5.
illas innuptas manere præceperit, quæ à uiris ſuis
ea cauſa receſſerint quæ ſola permiſſa eſt, id eſt, for
nicationis. Videtur.n. tibi tunc à uiro diſcedẽtem
fœminam nubere nõ debere, ſi nulla uiri fornica-
tione compulſa diſceſſerit. Nec attendis, ſi nullam

G uir eius cauſam fornicationis habuerit, nõ eam di
ſcedentẽ manere innuptam, ſed oino diſcedere nõ
debere. Nam utiq; cui præcipitur, ut ſi à uiro diſceſ
ſerit, innupta pmaneat, non diſcedendi auſert licẽ
tia, ſed nubendi. Qđ ſi ita eſt, datur ergo licẽtia fœ
minis quæ continentes eſſe uoluerint, nullum ma
ritoꝝ expectare cõſenſum, Vt qđ dictum eſt, mulie
rem à uiro non diſcedere, eis p̃ceptum eſſe uideat,
quæ poſſunt eligere, non cõtinentiã, ſed tale diuor
tium, quo liceret eis in aliorum nuptias cõuenire.
Proinde quæ dilexerint nullum deſiderare concu
bitum, nullũ ferre cõnubiũ, licebit eis uiros ſuos
etiã ſine ulla fornicationis cauſa relinquere, & in-
nuptas ſcđm Apl̃m pmanere. Et uiri ſimiliter, qm̃
par forma eſt in utriſq;, ſi cõtinentes eſſe uoluerint,
etiam uxoribus non cõſentientibus deſerent eas,
& ſine ullis nuptiis pmanebunt. Tunc.n. eis ut pu-
tas, alia coniugia liceret inquirere, ſi cauſa fornica-
tionis diuortium naſceretur. Cum uero iſta cauſa
non eſt, ſupereſt ſcđm id qđ exiſtimas, ut aut con-
iunx non diſcedat à coniuge, aut ſi diſceſſerit ſine
cõiugio maneat, aut ad priſtinum coniugiũ reuer-
tatur. Nulla ergo exiſtente cauſa fornicationis, cui-
libet cõiugi licebit unũ de tribus eligere: aut non
H diſcedere à cõiuge: aut ſi diſceſſerit, ſic manere: aut
ſi non ſic mãſerit, non alterum q̃rere, ſed priori ſe
Cap. 2. reddere. Et ubi eſt qđ idem Apl̃s, nec ad tp̃s ut ua
cetur orationi, niſi ex cõſenſu, uoluit coniuges car
nali fraudare debito inuicem? Quõ ſaluum erit qđ
1. Cor. 7. ait, Propter fornicationes aũt unuſquiſq; uxorem ſuã
habeat, unaquæq; ſuum uirũ habeat, uxori uir de-
bitum reddat, ſimiliter aũt & uxor uiro. Vxor non
habet ptãtem corporis ſui, ſed uir: ſimilr̃ & uir non
habet ptãtem corporis ſui, ſed mulier? Hoc quõ ue-
rum erit, niſi qa nolente coniuge, non licet coniu-
gi continere? Nam ſi licet mulieri ſic dimittere ui-
rum ut maneat innupta, non uir habet, ſed ipſa ſui
Math. 5. corporis ptãtem. Quod ẽt de uiro intelligitur. De-
inde cum dictũ eſt, Quicunq; dimiſerit uxorẽ ſuã,
excepta cauſa fornicationis, facit eã mœchari quõ
dictum intellecturi ſumus, niſi prohibitũ eſſe ho-
minem dimittere uxorem, ſi nulla cauſa fornicatio
nis extiterit? Et dictum eſt quare, ne.ſ. faciat eã mœ
I chari. Vtiq; ideo, qa ẽt ſi non ipſa dimiſerit, ſed di-
Cap. 3. miſſa fuerit, erit mœcha ſi nupſerit. Propter hoc
ergo tam magnũ malum non licet homini dimit-
tere uxorem, niſi ex cauſa fornicationis. Tunc.n.
non ipſe dimittendo facit adulteram, ſed dimittit
adulterã. Quid ſi ergo dicat, dimitto q̃dem uxorẽ
meã ſine ulla cauſa fornicationis, ſed cõtinẽs per-
manebo, ideò ne dicemus eũ impune feciſſe qđ fe-
cit? Quis hoc dicere audebit, qui uoluntatem dñi
hæc dicentis intelligit, qm̃ nec cõtinentiæ cauſa di
mitti cõiugem uoluit, qui ſolã cauſam fornicatio-
nis excepit? Redeamus ergo ad ipſa Apoſtoli uer-
1. Cor. 7. ba dicentis, Iis aũt qui ſunt in coniugio p̃cipio, nõ
ego, ſed dñs, uxorem à uiro non diſcedere: q̃ ſi di-
ſceſſerit, manere innuptã. Et eum uelut interroge-
mus, & tanq̃ præſentem quodãmodo cõſulamus.
Cur dixiſti Apoſtole, q̃ ſi diſceſſerit, manere innu-
ptam? Licẽtne diſcedere, an nõ licet? Si nõ licet, cur
p̃cipis diſcedenti ut maneat innupta? Si autẽ licet,
p̃fecto eſt aliqua cauſa qua liceat. Hæc aũt inquiſi
ta non inuenitur, niſi quã ſolã Saluator excepit. i.
cauſa fornicationis. Ac per hoc non p̃cepit Apl̃s

mulierem ſi diſceſſerit manere innuptã, niſi quæ il K
la cauſa diſcedit à uiro, qua ſola ei licitum eſt diſce
dere à uiro. Vbi.n. dicitur, præcipio nõ diſcedere,
q̃ ſi diſceſſerit, manere innuptã, abſit ut cõtra hoc
p̃ceptum faciat, quæ ſic diſcedit ut innupta pma-
neat. Niſi ergo intelligatur cui licet diſcedere: non
aũt licet niſi uiro fornicante: quõ iubetur inupta
ſi diſceſſerit pmanere? Quis eſt qui dicat, ſi diſceſſe
rit mulier à uiro non fornicãte, inupta permaneat,
cum ei niſi à uiro fornicante diſcedere oino non li
ceat? Senſus itaq; iſte tuus quantum aduerſetur uin
culo coniugali, ubi dñs nec cõtinentiam uoluit ſu
ſcipi, niſi pari cõcordiq; cõſenſu, puto q̃ iam intel-
ligas. Sed rẽ ipſam paulo apertius p̃loquamur, Cap. 4.
& quaſi cõſtituamus ante oculos, Ecce placuit cõ-
tinentia mulieri, uiro non placuit. Diſceſsit ab eo
mulier, & cœpit uiuere cõtinenter, ipſa ſ. caſta mã-
ſura, ſed factura, qđ dñs non uult, adulterum uirũt
qui cum ſe non continuerit, alteram q̃ret. Quid ſu- 1. Cor. 7.
mus dicturi mulieri, niſi qđ dicit eccleſia, ſana do-
ctrina, Redde debitũ uiro: ne dum tu quæris unde
amplius honoreris, ille unde damnetur inueniat?
Hoc.n. & illi diceremus, ſi te nolente continere uo
luiſſet. Nõ.n. habes ptãtem corporis tui, ſed ille: ſi-
cut nec ille habet ptãtem corporis ſui, ſed tu. Noli- L
te inuicem fraudare, niſi ex conſenſu. Cum hęc atq;
hmói quæ ad hoc ptineant dixerimus, placẽtne ti-
bi ut nobis mulier ex iſta tua rõne rñdeat, ego Apo
ſtolum audio dicẽtem, Præcipio mulierem a uiro ubi ſupra
nõ diſcedere: q̃ ſi diſceſſerit, manere inuptam, aut
uiro ſuo reconciliari? Ecce, inq̃s, diſceſsi, nolo recõ
ciliari uiro, ſed inupta pmaneo. Non.n. ait ſi diſceſ-
ſerit, manere innuptã, donec uiro ſuo recõcilietur,
ſed manere, inq̃t, innuptam, aut uiro ſuo recõcilia
ri: & hoc, inquit, faciat aut illud. Vnũ ẽ duobus eli
gendum pmiſit: non aũt in horum alterum cõpu-
lit. Manere inupta eligo, ac ſic p̃ceptũ impleo. Cor
ripe, argue, increpa, utere qua uolueris ſeueritate ſi
nupſero. Quid huic cõtradicam, niſi, Apl̃m non Cap. 5.
bene intelligis? Neq;.n. ille præcepiſſet, ſi a uiro di-
ſceſſerit, inuptam manere mulierẽ, niſi eam cui di-
ſcedere licuiſſet, illa, una uidelicet cauſa, quę ibi p̃-
pterea tacita eſt, qa notiſsima eſt. hoc eſt, fornica-
tionis Hanc.n. ſolam deus magiſter excepit, cũ de M
dimittenda loqueretur uxore: deditq; intelligi talẽ
formam ẽt in uiro eſſe ſeruandam: qm̃ non ſolum
mulier non habet ptãtem corporis ſui, ſed uir: ſed
ſimiliter & uir nõ habet poteſtatẽ corporis ſui, ſed
mulier. Cum ergo tuum maritũ arguere de fornica
tione non poſsis, quõ te putas q̃ ab eo diſcedis nõ
nubendo excuſare, à quo tibi non licet oino diſce
dere? Cum hęc à nobis mulier audierit puto nobis
eam † ſic rñdere, ut dicat p̃pterea ſe manere innu- † aliàs p̃ſto q̃ nobis eam.
ptam, qa ſine ulla uiri fornicatione diſceſsit. Nam
ſi ille fornicatus eſſet, nõ ſolum ſibi diſcedere ue-
rũ etiam nubere licuiſſet. Nequaquã hoc illa di- Cap. 6.
ceret, † cum & ipſe ſis uerecũdatus iſtã mulieribus † aliàs, et nequaquam hoc illis liceret.
dare licentiam. Dixiſti.n. Si uir uxorem adulteram
dimiſerit, & aliã duxerit, mulier tãtum opprobriũ
habebit. Si aũt mulier ſupradicta cauſa uirũ dimi-
ſerit, & alij nupſerit, nõ uir tantũ, ſed & mulier op-
probriũ habebit. Cuius ſnĩæ tuæ rõnem reddens,
dicebat.n. inquis, eam ideo diſceſsiſſe, ut aliũ uirum
ſibi coniungeret, etſi talis fortè fuerit, qualis à quo
diſceſsit: per quam facile.n. uiris eſt in hoc morbi

A uitium irruere. Si aũt & ipſum dimiſerit, & alij nu
pſerit, magis magiſq; dicent eam numeroſitatẽ ui-
rorum appetiſſe. Hac reddita rõne concludis & di
cis, His ergo ptractis uel ẽt diſcuſsis, oportet mu-
lierẽ uirũ tolerare, aut inuptã manere. Bonũ planè
dediſti cõſilium mulieribus, ut cũ ſciãt ſibi eſſe p
miſſum, ſi adulteros uiros dimiſerint, alijs cõiuga
ri: non tñ faciant pp opprobrium, ſed potius tole-
rent ẽt adulteros uiros, ne uideantur hac occaſio-
ne multis uelle miſceri, eo q difficile ſit, ut non ta-
lem inueniat mulier cui nubat, qualis fuerit quem
dimiſit, qm̃ ualde in hunc morbũ ſunt ꝓcliues ui
ri. Cum ergo nos dicimus ẽt illi mulieri, q̃ uirum
fornicantem dimiſerit, alteri nubere non licere: tu
aũt dicis licere qdem, ſed non expedire, utrũq; ꝓcul
dubio dicimus eã, quę fornicantem uirũ dimittit,
nubere non debere. Verum hoc intereſt, q nos qñ
coniuges ambo Xp̃iani ſunt, mulieri ſi à uiro for-
nicante diſceſſerit, dicimus non licere alteri nube
re, à uiro aũt non fornicante non licere oĩno di-
B ſcedere. Tu uero dicis, ſi mulier à uiro non forni-
cante diſceſſerit, non ei licere alteri nubere, pp prę
ceptũ: ſi aũt à fornicante diſceſſerit, non ei expedi-
re nubere pp opprobriũ. Mulierem itaq; non nu-
pturã diſcedere à uiro, ſiue fornicante, ſiue nõ for
Cap. 7. nicante pmittis. Porrò beatus Apl̃s, imò p Apo-
ſtolum dñs, quia mulierẽ non pmittit à uiro non
1. Cor. 7. fornicante diſcedere: reſtat ut eã ꝓhibeat ſi diſceſ-
ſerit nubere, q̃ pmittit à fornicante diſcedere. De q̃
enim dr̃, ſi a uiro diſceſſerit, non nubat: ea cõditio
ne diſcedere pmittit ut non nubat. Si ergo elegerit
non nubere, nõ eſt cur ꝓhibeatur diſcedere: ſicut
illa de qua dr̃, Si ſe nõ cõtinet, nubat: hac utiq; cõ
ditione non cõtinere pmittit, ut tñ nubat. Si ergo
elegerit nubere, cogi non põt continere. Sicut er-
go iſta incontinens cõpellitur nubere, ut poſsit q
non continet nõ eſſe dãnabile: ſic à uiro illa diſce
dens, innupta cõpellitur pmanere, ut poſsit q di-
ſcedit non eſſe culpabile. Culpabiliter aũt a uiro
non fornicante diſcedit, ẽt ſi innupta pmãſerit. Illa
ergo innupta manere pcipit ſi diſceſſerit, q̃ à forni
C cante diſcedit. Quæ cũ ita ſe habeãt, ſi eo mõ intel
lexerim⁹ Apl̃m ut mulieribus dicam⁹: ita nolite di
ſcedere à uiris ueſtris ẽt pudicis, ut ſi diſcedere uo
lueritis, innuptæ maneatis: oẽs qbus placuerit con
tinentia, ẽt non cõſentientibus uiris, exiſtimabũt
ſibi licere diſcedere. Qđ cum ꝓculdubio pmitte-
re non debemus, reſtat ut qđ dictum eſt, ſi diſceſſe
rit manere innuptã, de illa dictum docere debea-
mus, cui licere diſcedere non utiq; niſi à fornican-
te didicimus. Ne ſi aliter docuerimus, obtentu cõ
tinentię pturbemus Xp̃iana coniugia, & cõtra mi
ſericordiſsimum dñi pceptũ dimiſſos à continen-
tibus mulieribus in cõtinentes uiros, uel a conti-
nentibus uiris incõtinentes mulieres in adulteria
Cap. 8. cõpellamus. Illud ergo qđ dñs, nõ quidẽ in ſer
mone ipſo q exponebatur a nobis, ſed tñ alibi ait,
Matt. 19. Quicunq; dimiſerit uxorẽ ſuã niſi ex cã fornicatio
Lucæ. 16 nis, & aliam duxerit, mœchatur: ſi hoc mõ intelli-
gendum eſt, ut quicunq; cã fornicatiõis dimiſerit,
& aliam duxerit, non mœchetur: non vr̃ in hac cã
par forma eſſe mariti & uxoris: qñquidem mulier
ẽt ſi cauſa fornicationis diſceſſerit a uiro & alij nu
pſerit, mœchatur: uir aũt ſi eadem cã uxorem di-
miſerit & aliã duxerit, non mœcatur. At ſi par for-

ma eſt in utroq;, uterq; mœchat, ſi ſe alteri iunxe- D
rit: ẽt cum ſe à fornicante diſiunxerit. Parem uerò
eſſe formã in hãc cauſa uiri atq; mulieris: ibi oſtẽ-
dit Apl̃s, quod ſæpe commemorandum eſt, ubi cũ
dixiſſet, Vxor non habet ptãtem corporis ſui, ſed 1. Cor. 7.
uir: adiecit atq; ait, Similiter & uir non habet ptã-
tem corporis ſui, ſed mulier. Cur ergo, inquis, in Cap. 9.
terpoſuit dñs cãm fornicationis, & non potius ge
neraliter ait, Quicunq; dimiſerit uxorẽ ſuã & alia
duxerit, mœchat: ſi & ille mœchat⁹ eſt, qui dimiſſa Matt. 19.
fornicante muliere alteram ducit? Credo, qa illud
qđ maius eſt, hoc dñs commemorãre uoluit. Ma⁹
enim adulterium eſſe qs negat, uxore non fornicã
te dimiſſa alteram ducere, q̃ ſi fornicantẽ quis di-
miſerit, & tunc alteram duxerit: non quia & hoc
adulterium non eſt, ſed qa minus eſt ubi fornican
te dimiſſa, altera ducit. Nam ſimili locutione uſus
ẽt Apl̃s Iacobus ait, Sciẽti igitur bonũ facere & nõ Iacobi. 4
facienti, pc̃tm̃ eſt illi. Nunqd ideo non pc̃tm̃ eſt il-
li, qui neſcit bonũ facere, & ideo non facit? Vtique
pc̃tm̃ eſt, ſed hoc grauius, ſi ẽt ſciat & non faciat.
Nec illud iõ nullum, qa minus. Vt ergo eodẽ mõ
utrunq; dicamus, ſicut quicunq; dimiſerit uxorẽ,
excepta cã fornicationis, & aliã duxerit, mœchat.
ita quicunq; ſcit bonũ facere, & non facit, peccat.
Sed quemadmodũ hic recte dici non põt: ergo ſi
neſcit, non peccat. Sunt.n. ẽt peccata ignorantiũ,
q̃uis minora q̃ ſcientium: ita nec illi recte dici põt,
ergo ſi cã fornicationis dimiſerit & aliam duxerit,
nõ mœchatur. Eſt.n. mœchatio ẽt eorum, q alias
ducũt relictis pp fornicationẽ prioribus: ſed utiq;
minor q̃ eorum qui non pp fornicationem dimit-
tunt, & alteras ducunt. Poteſt qppe ſicut dictũ eſt,
ſcienti bonum facere & non facienti pc̃tm̃ eſt illi,
eo mõ & illud dici, dimittenti uxorem ſine cã for-
nicationis, & aliam ducẽti mœchatio eſt illi. Quẽ
admodũ igitur ſi dixerimus, Quicunq; mulierem
à marito pter cãm fornicatiõis dimiſſam duxerit,
mœchatur, ꝓculdubio uerũ dicimus: nec tñ ideo
illum qui pp cauſam fornicationis dimiſſam duxe
rit, ab hoc crimine abſoluim⁹, ſed utroſq; mœchos
eſſe minime dubitamus. Ita eũ qui pręter cãm for-
nicationis uxorem dimiſerit, & aliam duxerit, mœ F
chũ ꝓnunciamus: nec ideo tñ eum qui pp cãm for
nicationis dimiſerit & alteram duxerit, ab huius
peccati labe defendimus. Ambos n. licet alterũ al-
tero grauius, mœchos tñ eſſe cognoſcimus. Neque
enim quiſquã ita eſt abſurdus, ut mœchũ neget eſ-
ſe qui duxerit eam, q̃ maritus pp cãm fornicationis
abiecit: cum mœchũ dicat eum q duxerit eam que
pręter cãm fornicationis abiecta eſt: Sic ergo iſti
ambo ſunt mœchi. Vnde cum dicimus, Quicunq;
mulierẽ pręter cãm fornicationis à uiro dimiſſam
duxerit, męchatur: de uno quidẽ ipſorum dicim⁹,
nec tñ ideo mœchari negamus qui eam duxerit,
pp cauſam fornicationis maritus dimiſerit. Ita cũ
ambo ſint mœchi, & ille.ſ. q dimiſerit uxorem ſuã
pręter cãm fornicationis & aliam duxerit, & ille q
pp cauſam fornicationis uxore dimiſſa ſe alteri co
pulauerit: profecto qñ de uno eorum legimus, nõ
ita intelligere debemus, quaſi ex hoc alter mœch⁹
negatus ſit, q alter expreſſus ſit. Sed ſi hoc Euan-
geliſta Matthæus, qui expreſſa una ſpecie alterã ta
cuit, facit ad intelligendum difficile, nunquid
non alij generaliter ad ipſum ita complexi ſunt,

G ut de utroq; poſſet intelligi? Nam ſcdm Marcũ ſic
Mar. 10 ſcriptũ eſt. Quicunq; dimiſerit uxorem ſuã & alte-
ram duxerit, adulterium cõmittit ſuper eam: & ſi
uxor dimiſerit uirũ ſuum & alij nupſerit, mœchaẜ.
Luc. 16. Scdm lucam ſic, Oĩs qui dimittit uxorẽ ſuam & al
teram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à uiro du
cit, mœchatur. Qui ergo nos ſum' ut dicamus, Eſt
qui mœchatur, uxore ſua dimiſſa alterã ducens: &
eſt q hoc faciens non mœchatur, cũ Euangeliũ di
cat omnẽ mœchari q hoc facit? Proinde ſi qcunq;
hoc fecerit, ut uxore ſua dimiſſa alterã ducat, mœ-
chatur: ſine dubio ibi ſunt ambo, & qui prȩter, &
qui pp cãm fornicatiõis dimittit uxorẽ. Hoc eſt.n.
Cap. 10. quicunq; dimiſerit: hoc eſt, oĩs q dimittit. Non
aũt ſicut neſcio quare tibi uiſum eſt, cũ Euangelij
ſcdm Mattheũ uerba ꝓferrem, ꝑtermiſi qd ſcriptũ
eſt, & aliam duxerit, & ſic dixi mœchatur: ſed uer-
ba poſui q̃ in ſermone illo ꝓlixo leguẜ, quẽ dñs
in monte habuit. Hunc.n. tractandũ ſuſceperam,
Matt. 5. quȩ uerba illic ita leguẜ ut poſuit. i. Quicunq; di-
H miſerit uxorẽ ſuam, excepta cã fornicationis, facit
eam mœchari, & q ſolutã à uiro duxerit, mœchaẜ.
Vbi etſi nonnulla exemplaria uerbis diuerſis eun
dem ſenſum habent interpretatũ, non tñ ab eo qd
intelligitur diſcrepant. Alia qppe habẽt, qcunq; di
miſerit: alia, oĩs q dimiſerit. Itemq; alia, excepta cã
fornicationis: alia, ꝑter cãm fornicationis: alia, niſi
ob cauſam fornicatiõis. Itẽ alia, q ſolutã à uiro du
xerit, mœchatur: alia, qui dimiſſam à uiro duxerit,
mœchatur. Vbi puto ꝙ uideas, nihil intereſſe ad
unam eandẽq; ſniam. Quãuis illud ultimũ. i. qui
dimiſſam à uiro duxerit, mœcatur: in eo ſermone
quem dñs fecit in monte, nonnulli codices & Græ
ci & latini non habeant. Credo ppea quia & ibi ex
plicatus hic ſenſus putari potuit, in eo qd ſuperius
dictum eſt, facit eam mœchari. Quõ.n. dimiſſa fit
Cap. 11. mœcha, niſi fiat q eam duxerit mœchus? Verba
uero q̃ ipſe poſuiſti, unde tibi uiſum eſt, non mœ-
chari eum qui pp cauſam fornicatiõis uxorem di-
miſerit & aliã duxerit, obſcure quidẽ poſita ſunt.
Vnde non miror in eis intelligendis labore lecto-
I rem: ſed non ſunt [difficilia] in eo ſermone dñi, q
tunc à me tractabatur qñ illa conſcripſi, quæ cum
legeres te mouerunt. Alibi qppe idem Matthȩus
Matt. 5. ea dñm dixiſſe narrauit, non cũ illum ꝓlixum face
ret in monte ſermonem, ſed cũ interrogatus eſſet à
Phariſȩis, utrũ liceret ex quacũq; cã dimittere uxo
rem. Sed quod minus intelligitur apud Matthæũ,
apud alios Euangeliſtas intelligi pot. Quapropter
cum legerimus in Euãgelio ſcdm Matthæũ, Qui-
Matt. 19. cunq; dimiſerit uxorem niſi ob fornicatiõem: uel
hoc qd magis in Græco legiẜ, prȩter cãm fornica-
tiõis, & aliã duxerit, mœchatur: non debemus cõ
tinuo putare illũ nõ mœchari, qui pp cauſam for-
nicationis dimiſerit, & aliã duxerit: ſed adhuc am
bigere, donec Euangelium ſcdm alios Euangeli-
ſtas, à quibus hoc narratum eſt, cõſulamus. Quid
ſi.n ſcdm Matthæum non qdem quod ad hanc rẽ
pertinet dictũ eſt totũ, ſed ita pars dicta eſt, ut in-
telligeretur à parte totum, quod tanq̃ explanantes
Marcus & Lucas, ut clareret plena ſnia, totum dice
re maluerunt? Cum itaq; primũ non dubitantes,
uerum eſſe quod apud Matthȩũ legitur. Quicunq;
dimiſerit uxorem ſuam prȩter cauſam fornicatio-
nis, & aliam duxerit, mœchatur: quȩſierimus, utrũ
tñ iſte mœchetur ducendo alterã uxorem, qui ꝑ- K
ter cauſam fornicationis priorem dimiſerit: an oĩs
qui dimiſſa uxore alteram duxerit, ut ibi ſit ẽt ille
qui fornicantem dimiſerit: Nonne ſcdm Marchum
rñdebitur nobis, Quid quȩritis, utrũ ille ſit mœ- Mar. 10.
chus, & ille non ſit? Quicunq; dimiſerit uxorẽ ſuã
& aliam duxerit, adulterium cõmittit. Nonne etiã
ſcdm Lucam dicetur nobis, Quid ambigitis utrũ Luc. 16.
ille qui pp cauſam fornicatiõis uxorem dimiſerit
& aliam duxerit, non mœchetur? Oĩs qui dimittit
uxorem ſuam & ducit alteram, mœchatur. Ac per
hoc qm̃ phas non eſt ut Euangeliſtas, quanuis di-
uerſis uerbis de una re loquentes, ab uno ſenſu ea
demq; ſnia diſſentire dicamus, reſtat ut matthȩum
intelligamus à parte totum ſignificare uoluiſſe: eã
dem tñ tenuiſſe ſniam, ut dimittens uxorem & al-
teram ducens, non quidam mœchetur. i. qui præ-
ter fornicationem dimiſerit: quidam uero nõ mœ
chetur. i. qui pp fornicationem dimiſerit: ſed oĩs q
dimittit uxorem ſuã & ducit alteram, mœchari mi
nime dubitetur. Nam & illud quod ẽt ſcdm Lu- Cap. 12.
cam ſequitur, Qui dimiſſam à uiro ducit, mœcaẜ, Luc. 16.
quõ eſt uerum? Quõ mœchatur, niſi qa illa quam L
duxit, eo uiuẽte à quo dimiſſa eſt, adhuc uxor alie
na eſt? Si.n. iam ſuæ non alienæ miſcetur uxori,
utiq; non mœchatur. Mœchaẜ autem. Aliena eſt er
go, cui miſcetur. Porrò ſi aliena eſt, hoc eſt, eius à
quo dimiſſa eſt, ẽt ſi pp fornicationis cãm dimiſſa
eſt, nondum dimittentis uxor eſſe ceſſauit. Si autẽ
illius eſſe ceſſauit: iã hui' eſt cui alteri nupſit. Et ſi
huius eſt, non mœchus iudicandus eſt, ſed marit'.
Sed qa non eũ maritũ dicit ſcriptura, ſed mœchũ,
adhuc illa illius eſt à quo ẽt cauſa fornichationis
abiecta eſt. Et ideo quãcunq; etiam ipſe illa dimiſ-
ſa ducit uxorem, qa cum alieno marito concũbit,
adultera eſt. Vnde aũt fieri põt, ut adulter ẽt ipſe
non ſit, cum conſtet adulterare quã duxit†? Iam
nunc uideamus qd ait Apl's, Cæteris autem ego di Cap. 13.
co, non dñs, ad imparia. ſ. hoc eſt, ubi non ambo † aliàs
Xp̃iani fuerant, coniugia locuturus, Quod mihi ui quem cõ
ſum eſt eum monendo dixiſſe, Quia.n. coniunx fi ſtat adul
delis relinquere coniugem licite potuit infidelem: terare:
ideo fieri hoc non dñs, ſed Apl'us prohibet. Quod cũ dixit,
enim dñs prohibet, fieri oĩno non licet. Monet er- Qui di-
go Apl's quo poſſit eſſe multorũ occaſio lucrãdo- miſſã du
rum, ut fideles coniuges in relinquendis infideli- xerit, mœ
bus pmiſſa licentia non utantur. Tibi aũt uideẜ, in chatur?
fideles quoq; dimitti à fidelius non licere, qa hoc 1. Cor. 7.
uetat Apl's: cum ego dicam licere, qa hoc nõ uetat M
dñs, nõ tñ expedire, qa hoc ut nõ fiat, monet Apl's,
Qui reddit ẽt rõnem cur fieri non expediat, q̃uis
liceat. Quid.n. ſcis, inquit, mulier, ſi uirum ſaluum
facies: aut unde ſcis uir ſi uxorem ſaluam facies? 1. Cor. 7.
Cum etiam ſuperius dixiſſet, Sãctificatus eſt.n. uir
infidelis in uxore, & ſanctificata eſt mulier infide-
lis in fratre: hoc eſt, in Xp̃iano. Alioqn filij ueſtri,
inquit, imundi eſſent, nunc aũt ſancti ſunt. Sic ad
lucrandos coniuges & filios Xp̃o, etiam exemplis
quȩ iam prouenerant, uidetur hortatus. Cur ergo
non expediat infideles cõiuges dimitti à fidelib',
cã euidenter expreſſa eſt. Non.n. pp uinculum cũ
talibus coniugale ſeruandum, ſed ut acquirantur
Xp̃o, recedi ab infidelibus coniugibus Apl's uetat.
Multa ſunt autẽ facienda non iubente lege, ſed
libera charitate: & ea ſunt i noſtris officijs gratio- Cap. 14.
ra, quæ

A ſa, quę cùm licerent nobis ēt non impēdere, tñ cau
ſa dilectiōis impēdimus. Vnde prior ipſe dñs cum
Matt. 17. ſe tributū non debere mōſtraſſet, ſoluit tñ, ne ſcan
dalizaret eos qbus ad æternā ſalutem gerēs hoīem
conſulebat. Iam uero Apl's quemadmodum iſta cō
1. Cor. 9. mēdet, eius uerba teſtātur, ubi dicit, Cum.n. liber
ſim ex oibus, oium ſeruum me feci ut plures lucri-
Ibidem. facerem. Cum paulò ſuperius dixiſſet, Nunqd non
habemus ptātem manducandi & bibendi? Nunqd
non habemus licentiā ſororem mulierē circundu
cendi, ſicut & cæteri apoſtoli & fratres dñi & Ce-
phas? An ego ſolus & Barnabas nō habemus ptātē
†non hoc† operandi? Quis militat ſuis ſtipēdiis unquā?
Quis plantauit uineam, & de fructu eius non edit?
Quis paſcit, & de lacte gregis non pcipit? Et paulo
poſt, Si alij inqt, ptātis ueſtrę participāt, non magis
nos? Sed nō ſum⁹ uſi hac ptāte, ſed oia toleramus,
ne qd impedimentū demus euangelio Xpi. Deinde
poſt pauca, Quæ ergo, iqt, mihi merces erit? Vt euā
gelizans ſine ſumptu ponā euāgeliū, ut nō abutar
ptāte mea in euangelio. Continuoq; ſubiungit qd
pauloante cōmemoraui, Cū n. liber ſim ex oibus,
B oium me ſeruum feci, ut plures lucrifacerem. Item
alio loco de qbuſdam quæ ad eſcam ptinent, Oia,
mihi licita ſunt, ſed nō omnia expediunt: Omnia
1. Cor. 6. mihi licita ſunt, ſed ego ſub nullius redigar ptāte.
Eſca uentri, & uenter eſcis, deus aūt & hunc & has
1. Cor. 10 euacuabit. Item alibi de hoc ipſo, Oia licita ſunt,
ſed non omnia expediunt. Omnia licita ſunt, ſed
non oia ædificant. Nemo qd ſuum eſt quærat, ſed
id qd alterius eſt. Atq; ut oſtenderet unde loquere-
tur, Omne, inqt, qd in macello uenit, manducate,
nihil interrogantes pp conſcientiam. Et tñ alibi di
1. Cor. 8. cit, Non manducabo carnem ineternū, ne fratrem
Roma. 14 meū ſcandalizem. Itemq; alibi, Oia qdem munda,
ſed malū eſt homini qui per offenſionē mādūcat.
Quid eſt, oia licita ſunt: ipſum eſt, oia qdem mun-
da. Et qd eſt, ſed non oia expediunt: ipſum eſt, ſed
malum eſt homini qui per offenſionē manducat.
Ita oſtendit ea quæ licita ſunt .i. nullo pcepto dñi
prohibētur, ſicut expedit potius eſſe tractāda, non
C præſcripto legis, ſed cōſilio charitatis. Hęc ſunt quę
amplius erogantur ſaucio, qui curādus ad ſtabulū
Luca. 10 Samaritani illius miſeratione pductus eſt. Et ideo
dicuntur non a dño pręcipi, quis à dño moneātur
offerri, ut tanto intelligantur eſſe gratiora, quanto
Cap. 15. magis oſtendūtur indebita. Sed ea quæ in his ta
lia ſunt, ut quis ſint licita non expediāt, non in eis
dici pōt, bonum eſt hoc, ſed illud melius: ſicut.n. di
1. Cor. 7. ctū eſt, Qui dat nuptū, bene facit? & qui nō dat nu
ptum, melius facit. Ibi n. utrunq; licet, & hoc aliqñ,
aliqñ illud expedit. Nam illis qui ſe non continent,
utiq; expedit nubere, & qd licet, expedit. Quæ autē
uouerint cōtinentiam, nec licet nec expedit. Porrò
diſcedere ab infideli cōiuge licet, ſed non expedit:
Manere aūt cū illo ſi cohabitare conſentit, & licet
& expedit: qa ſi non liceret, expedire nō poſſet. Pōt
ergo aliqd licere & non expedire, expedire autē qd
non licet non pōt. Ac per hoc non oia licita expe-
diunt, oia uero illicita non expediūt. Sicut.n. ois q
Chriſti ſanguine redemptus eſt, homo eſt: non tñ
ois qui homo eſt, ēt ſanguine Xpi redēptus eſt: ita
omne qd non licet nō expedit, nec tñ omne quod
non expedit, ēt non licet. Sunt qppe licita quę non
Cap. 16. expediunt; ſicut Apoſtolo teſte didicimus. Sed

inter id quod illicitum eſt, & ideo nō expedit, atq; D
id qd licitum eſt, nec tñ expedit, qd interſit, aliq
uniuerſali regula definire difficile eſt. Citius.n. qs
dixerit, Omne qd fieri non expedit, pctm̄ eſt. Om-
ne aūt pctm̄ illicitum eſt, Omne ergo qd non expe
dit illicitum eſt Et ubi erunt illa quę licita eſſe, ſed
non expedire Apl's dicit: ſi omne qd non expedit, li
citum non eſt? Quapropter qa uerum dixiſſe Aplm
dubitare non poſſumus, & aliqua peccata eſſe lici
ta dicere non audemus, reſtat ut dicamus, fieri ali
quid qd non expediat: & tñ ſi licitum eſt, non eſſe
pctm̄, quis qm̄ non expedit, non ſit utiq; faciendū.
Quod ſi abſurdum uidetur, ut aliqd fiat quod nō
expedit, & dicatur non peccaſſe qui fecerit, intelli-
gendum eſt hoc ex conſuetudine ſermonis abſur-
dum: quæ ita late patet, ut ēt iumenta, quis ſint ra
tionis expertia, tñ plerunq; dicamus debere uapu-
lare cum peccāt. Peccare aūt, pprie non eſt niſi eius
qui utitur rationali uolūtatis arbitrio, qd in oibus
mortalibus animantibus non niſi homini eſt diui
nitus attributum. Sed aliud eſt cum proprie loqui
mur, aliud cum uerba ex aliis rebus transferendo
uel abutendo mutuamur. Vt igitur ſi poſſumus Cap. 17.
enitamur, inter id qd licet & non expedit, & id qd E
non licet atq; ideo nō expedit, aliquo certo fine di
ſtinguere: ea mihi uidentur licere, & non expedire,
quæ per iuſtitiam qdem, quæ coram deo eſt, pmit
tuntur, ſed pp offenſionem hominum, ne ob hoc
impediantur à ſalute, uitāda ſunt. Ea uero non lice
re, & ideo nec expedire, quæ ſic ipſa iuſtitia uetan-
tur, ut faciēda non ſint, ēt ſi ab eis qbus in notitiā
fuerint perlata, laudētur. Qđ ſi ita eſt, ideo nō niſi
illicita prohibentur à dño, ut ea quæ licita ſunt, &
non expediūt, nō legis uinculo, ſed libera diſcretio
nis †beneficētia caueantur. Quocirca ſi dimittere †dilectio
infidelē cōiugē non liceret, hoc fieri dñs phiberet, nis.
neq; id Apl's prohibens diceret, Ego dico non dñs. 1. Cor. 7.
Nam ſi pp cauſam fornicationis† pmittitur homo †alias,
à coniuge ſeparari: quanto magis in coniuge men- fornica-
tis fornicatio deteſtāda eſt .i. infidelitas, de qua ſcri tionē car
ptum eſt, Qm̄ ecce qui lōge ſe faciunt à te, peribūt, nis.
perdidiſti oēm qui fornicatur abs te. Sed qa ita Pſal. 72.
licitum eſt ut non expediat: ne pp coniugum ſepa- Cap. 18.
rationes offenſi hoies, ipſam doctrinā ſalutis, qua F
illicita prohibentur exhorreant: ac ſic peiores atq;
perituri in eadem infidelitate remaneant: interce-
dit Apl's, & monendo fieri uetat, qd ita licitū eſt ut
non expediat. Sic.n. recedere ab infidelibus uxori-
bus uel maritis, fideles uiri uel fœminæ non prohi
bentur à dño, ut neq; iubeantur: Nam ſi dimittere
tales coniuges iuberentur, nullus eſſet locus conſi
lio monentis Apli ne hoc fieret. Nullo modo.n qd
dñs iubet, ſeruus bonus fieri phiberet. Nanq; hoc
dñs aliqñ per Eſdram prophetam fieri iuſſit, & fa- 1. Eſd. 10
ctum eſt, Dimiſerunt Iſraelitę uxores alienigenas,
qcunq; tunc hr̄e potuerūt, per quas fiebat ut & ipſi
ad alienos ſeducerentur deos, non ut illæ per mari
tos uero acqrerentur deo. Nondum.n. tanta gratia
Saluatoris illuxerat, & pmiſſis tpalibus ueteris te-
ſtamēti, adhuc inhiabat illius populi multitudo.
Et ppea cū bona terrena quæ pro magno expecta-
bant à dño, uiderent ēt his abundare qui multos
falſos colebant deos, blāditiis uxorū prius eos re-
uerebant offendere, deinde inducebātur & colere.
Vnde iuſſerat dominus per ſanctum Moyſen, ne qs Deute. 7.

G uxorem alienigenā duceret. Merito ergo quas duxerant dño prohibente, dño iubente dimiſerunt. Cum uero cœpiſſet gentibus euāgelium pdicari, iam coniūctos gentiles gētilibus cōperit cōiuges. Ex qbus ſi non ambo crederent, ſed unus aut una infidelis cū fideli cōſentiret habitare, nec ꝓhiberi à dño debuit fidelis infidelē dimittere, nec iuberi. Ideo.ſ.non prohiberi, qa iuſtitia pmittit à fornicāte diſcedere, & infidelis hōis fornicatio eſt maior in corde: nec uera eiꝰ pudicitia cū cōiuge dici pōt, qa omne qd non eſt ex fide pc̄m eſt: quis ueram fidelis habeat pudicitiā, ēt cum infideli cōiuge, quę non habet ueram. Ideo aūt nec iuberi debuerūt fideles ab infidelibus ſeparari, qa non cōtra iuſsionem dñi gentiles fuerant ambo coniuncti. Qm̄ ergo ab infideli fidelem diſcedere nec prohibet nec iubet dñs, ideo ut nō diſcedat, Apſ̄ dicit, non dñs, dñs utiq̃ ſpm̄ ſanctum in quo dare poſſet utile & fidele conſilium. Vnde cum dixiſſet de muliere cuius uir mortuus fuerit, Beatior aūt erit ſi ſic pmanſerit, ſcdm conſilium meū: ne qs hoc conſiliū tanq̃ humanum, non diuinū contēnendū putaret, adiecit, Puto aūt ꝙ & ego ſpm̄ dei habeam. Proinde H intelligendum eſt, ēt ipſa quæ non à dño iubentur, ſed à ſancto eius famulo utiliter ſuadentur, eodem dño inſpirāte, ſuaderi. Abſit.n. ut quiſquam catholicus dixerit, qn̄ ſuadet ſpūſſanctus, non dn̄m ſuadere, cum & ipſe dñs ſit, & inſeparabilia ſint opera trinitatis. Dicit tñ, De uirginibus autē præceptum dñi non habeo, conſilium aūt do. Non ut hoc conſilium alienū exiſtimemus à dño, cūm cōtinuo ſequatur & dicat, tanq̄ miſericordiam conſecutus à dño ut fidelis eſſem. Scdm deū ergo dat fidele conſiliū in eo [ſpiritu de] quo ait, Puto autem ꝙ & ego ſpm̄ dei habeam. Veruntamen aliud eſt dñi iubentis imperium, aliud conſeri ſcdm miſericordiam charitatis, quæ eſt illi à dño inſpirata atq̃ donata, fidele conſilium. Ibi aliud facere non licet, hic aūt licet: ita ſanè ut ipſum licitum partim qdem expediat, partim uero non expediat. Expedit tunc, qn̄ non ſolum per iuſtitiam, quæ coram dño eſt permittitur, ſed ēt hoībus nullum ex hoc impedimentum [ſalutis infertur: uelut cum dat cōſilium non I nubendi Apſ̄ uirginibus, unde præceptum] dñi ſe [non] habere teſtatur: licet aliud facere.i. nubere, & minus q̄ continentiæ, bonum tñ tenere nuptiarum, † ipſumq̃ licitum etiam expedit: qm̄ in uetita & illicita ruituram carnis infirmitatem ſic excipit honeſtate † nubēdi, ut neminem impediat ad ſalutem: quis † magis expediret, magiſq̃ honeſtū eſſet, ſi uirgo conſilium quo pceptum eam non compellit arriperet. Tunc aūt non expedit id qd licitū eſt, qn̄ pmittitur qdem, ſed uſus ipſius poteſtatis, aliis affert impedimentū ſalutis. Sicut eſt unde iam diu loquimur, diſceſsio fidelis cōiugis ab infideli: quā non prohibet dñs precepto legis, qa coram illo iniuſta nō eſt ſed ꝓhibet Apſ̄ conſilio charitatis, qa infidelibus affert impedimentū ſalutis: nō ſolum qa pernicioſiſsime ſcandalizantur offenſi, uerumetiam qa in alia coniugia cum ciciderint uiuentibus eis a qbus dimittūtur, adulterinis nexibus colligati, difficillime reſoluuntur. Ideo hic, ubi id qd licet non expedit, non pōt dici, ſi dimiſerit infidelem, benefacit: ſi nō dimiſerit, melius facit: ſicut dictum eſt, Qui dat nuptum, benefacit: & qui non dat nuptū, melius facit. Qm̄ illud nō ſolum utrūq̃ K pariter licet, unde ad nihil horum præcepto domini quiſquam compellitur: ſed ēt utrunque expedit, aliud minus, aliud amplius, unde ad id quod amplius expedit, conſilio Apoſtoli qcunq̃ pōt capere ꝓuocatur. Hoc aūt ubi de dimittendo uel non dimittendo infideli coniugio q̄ritur, utrunq̃ qdem pariter licitum eſt per iuſtitiā quæ coram dño eſt, & ideo nihil hoc dñs prohibet: ſed non utrūq̃ expedit, pp infirmitates hominum, & ideo id qd non expedit, Apſ̄ prohibet: dante ſibi dño liberū prohibēdi locum, qa neq̃ id quod monet Apoſtolus, ꝓhibet dñs: neq̃ id qd prohibet Apoſtolus, iubet dñs. Quod niſi ita eſſet, neq̃ cōtra prohibitionem domini Apoſtolus aliqd moneret, neq̃ contra iuſsionem eius aliqd prohiberet. Proinde in his duabus cauſis, una de nubendo uel non nubendo, altera de infidele coniuge dimittendo uel nō dimittendo, aliqd ſimile eſt in uerbis Apoſtoli, aliqd diſſimile. Simile qdem quod & ibi dicit, Præceptum dñi non habeo, conſilium aūt do: & hic dicit, Ego dico, non dñs. Quale eſt.n. præceptum dñi non habeo: tale eſt, non dicit dñs. Et quale eſt, conſilium L do: tale eſt, ego dico. Illud autem diſsimile eſt, qa de nubendo & non nubēdo poteſt dici, hoc bene fieri, illud melius, qm̄ utrūq̃ expedit, minus aliud, magis aliud. At uero de coniuge infideli dimittendo uel non dimittendo, qm̄ unum horum nō expedit, aliud expedit, dici nō oportet, Qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit, melius facit: Sed dici oportet, non dimittat: qa & ſi licet, non expedit. Sic ergo poſſumus dicere, melius eſſe infidelem cōiugē non dimittere, quis liceat & dimittere: quē ad modum ſuperius dicimus, melius eſſe qd & licet & expedit, q̄ id quod licet, & non expedit. His de cauſis factum eſt, ut exponens dñi ſermonem, quē ꝓlixum in monte habuit, ubi uentum eſt ad qōnem de coniugibus dimittendis, uel non dimittendis, adhibitis ēt apoſtolicis teſtimoniis, dicerem conſilium eſſe Apoſtoli, non præceptum dñi, ubi ait, Cęteris aūt ego dico non dñs, monens eos qui haberent coniuges infideles, ut conſentientes habitare ſecum non dimitterēt. Qđ utiq̃ ideo monendum nō iubendum fuit, qa non tāto pondere prohiben M di ſunt hoies facere licita, q̄uis non expediāt, quāto pōdere prohibentur illicita. Si aūt alicubi Apſ̄ ēt illa quæ iubenda ſunt, monere dignatus eſt, hoc fecit parcendo infirmitati, non preiudicādo iuſsioni. Vnde ipſe dixit, Non ut cōfundam uos hęc ſcribo, ſed ut filios meos chariſsimos moneo. Quid habet qſtionis ubi ait, ego dico, non dñs? Item ubi ait, Ecce ego Paulus dico uobis, qa ſi circūcidamini, Chriſtus uobis nihil pderit: nunqd ēt hic dixit, ego dico, non dñs? Non ſunt itaq̃ iſta ſimilia, qa ēt illa quæ iubet dñs, non eſt indignum neq̃ contrarium, ſi eadē monet Apoſtolus. Monemus.n. quos charos habemus, ut faciant dñi pręcepta, uel iuſſa. Cum uero ait, Ego dico, non dñs: ſatis oſtendit dominum non prohibere qd ipſe prohibebat. Prohibuiſſet aūt dñs ſi eſſet illicitum. Ergo ſcdm ea quę ſupra diu diximus, multumq̃ uerſauimus, licitum erat per iuſtitiam, ſed etiam licitum nō erat faciendum ꝓpter liberam beneuolentiam. Tu autem cui placet ita nō licere qd non uetat dominus, ſed Apoſtolus, quemadmodū nō licet quod uetat do.

Rom. 14.
1. Cor. 7.
Ibidem.
Talias, et minus cōtinentiæ bonum tenere nuptiis.
Talias ne minuē cogat quam ſis.
Cap. 19.
1. Cor. 7.
1. Cor. 7.
Cap. 20. li. 1. de ſermone dñi in monte.
cap. 14.
1. Cor. 7.
1. Cor. 4.
Galat. 5.
Cap. 21.

A minus,cum exponere uoluiſſes quid ſibi uellet qđ
1. Cor. 7. ait,Ego dico non dñs:cum alloquereŕ fideles,qui
bus eſſent coniuges infideles, dixiſti, qa dñs iuſsit
ne cōiugia ſibimet diuerſæ religiõis copularenŕ,&
Deut. 7. ipſum adhibuiſti teſtimoniũ dñi dicentis, Non ac
cipies uxorẽ filio tuo à filiab⁹alienigenarũ,ne tra-
ducat eum poſt deos ſuos,& pereat aĩa eius. Addi
diſti ẽt uerba Apl̃i ubi dixit,Mulier alligata ẽ quã-
1. Cor. 7. diu uir eius uiuit. Quòd ſi mortuus fuerit uir ei⁹,
liberta eſt,cui uult nubat, tñ in dño Quod ita ex
poſuiſti ut adiungeres.i.Xp̃ano. Deinde ſecutus es
& aiſti, Hoc eſt ergo dñi præceptũ tam in ueteri q̃
in nouo teſtõ,ut non niſi unius religionis & fidei
coniugia ſibi maneãt copulata. Si hoc ergo eſt do
mini p̃ceptũ tam in ueteri teſtõ q̃ in nouo, & hoc
iubet dñs, hoc docet Apl̃s, ut non niſi unius reli-
gionis & fidei maneant copulata coniugia, quare
contra hoc dñi iuſſum,contra doctrinam ſuã,con
tra præceptum teſtamenti ueteris & noui, iubet
B Apl̃s[ut diuerſæ fidei cõiugia maneant copulata?
Quia Paulus, inquis, gentiũ p̃dicator & Apl̃us] iã
in coniugio poſitos, non ſolum monet, ſed ẽt iu-
bet,ut ſi unus aut una è coniugibus credidiſſet, al
terum uel alteram non credentẽ, ſecum tñ habita
re conſentiẽtẽ nõ dimitteret. His uerbis tuis aliud
hoc,aliud eſſe illud ſatis euidenter oſtendis. Illud
enim de his coniugiis agitur, q̃ ſibi primitus copu
lantur, ne nubat fœmina non ſuæ religionis uiro,
uel ne uir talem ducat uxorem. Id.n. ut dicis iubet
de⁹,docet Apl̃s, utrũq; præcipit teſtm̃. Hoc aũt di-
uerſum eſſe quis abnuat, ubi agitur non de coniũ
gendis,ſed de coniunctis? Ambo qppe unius eiuſ-
demq; infidelitatis fuerunt qñ coniuncti ſunt: ſed
Euangelium cum ueniſſet,alter ſine altera,uel alte
ra ſine altero credidit. Si ergo aliud eſt hoc, quod
ſine ſcrupulo ullius dubitationis apparet,cur fide
lem cũ infideli in cõiugio p̃manere, non & dñs ſi-
cut Apl̃s iubet,niſi forte iſto loco uacat qđ tã fidẽ
2. Cor. 13 ter ipſe ait,An uultis exprimentum accipe eius qui
in me loquitur Xp̃s? Et utiq; dñs eſt Xp̃s, Intelligis-
ne qđ dicam? An in hoc explanando aliqñ diligen
C tius imorabor? Attẽde utrũ rem ipſam tanq̃ in cõ-
ſpectu conſiderandã planiore ſermone ponamus.
Ecce coniuges duo,unius infidelitatis, ita fuerunt
qñ coniuncti ſunt:nulla de his quæſtio eſt q̃ ptine
at ad illã dñi iuſsionẽ doctrinãq; apoſtolicã, & p̃-
ceptũ teſtamenti ueteris & noui, quo p̃hibetur fi-
delis cum infideli copulare coniugiũ: Iam ſunt cõ
iuges, & adhuc ambo ſunt infideles, adhuc tales
ſunt quales fuerunt antequã iungerentur,qualeſq;
coniuncti ſunt. Venit Euãgelij p̃dicator, Credidit
eorũ aut unus,aut una,ſed ita ut infidelis cum fi-
deli habitare cõſentiat. Iubet fideli dñs, ne infide-
lem dimittat,an non iubet? Si dixeris iubet, recla-
mat Apl̃s, Ego dico non dñs. Si dixeris,non iubet,
causã requiro. Neq; illã mihi r̃nſurus es, q̃ tuis literis
indidiſti, qa dñs p̃hibet fideles infidelibus iungi:
hic.n.nullo mõ eſt iſta cauſa,de iã iũctis loqmur,
non de iungendis. Si ergo tu causã non inueniſti,
cur non uetet dñs,qđ uetat Apl̃s: cernis.n. iam, ut
exiſtimo, nõ eſſe ipſã q̃ eẽ putaueras: uide an forte
illa ſit q̃ mihi uiſa eſt, & tunc p̃ferenda, & nunc de
fendenda, ut.ſ.illud intelligamus dicere dñm qđ
habet corã illo nullo mõ trãſgredienda iuſtitia.ſ.
qđ ita iubet aut uetat,ut aliud facere oino non li-
ceat. Qđ autem uolentis poteſtati p̃mittit, ut nec D
agatur nec p̃termittaŕ illicite,ibi ſeruorũ ſuorũ cõ
ſilio locum dare uĩ,ut id potius ſuadeant qđ uide
rint expedire. Teneaŕ hic ergo primit⁹ ac maxime,
ne cõmittantur illicita. Vbi aũt aliquid ita licitũ
eſt,ut aliud facere oino non ſit illicitũ, fiat qđ ex-
pedit,uel quod magis expedit. Illa igitur q̃ dñs ita
dicit ut dñs .i. non monentis conſilio, ſed domi-
nantis iperio,facere non licet,& ideo nec expedit.
Dñs itaq; p̃cipit mulierem à uiro non diſcedere: q̃
ſi diſceſſerit,ea utiq; cauſa qua diſcedere licitũ eſt,
manere innuptã,aut uiro ſuo reconciliari. Mulier
enim ſub uiro uiuo marito iuncta eſt legi, & uiuẽ
te uiro uocabiŕ adultera, ſi fuerit cũ alio uiro, qm̃
mulier alligata eſt quandiu uir eius uiuit. Vnde ſi
uxor dimiſerit uirũ ſuũ & alij nupſerit,mœchaŕ:&
qui dimiſſam à uiro duxerit,mœchatur. Ideoq; ex
eodẽ præcepto dñi & uir uxorẽ non dimittat, qm̃
qui dimiſerit uxorem ſuam preter cãm fornicatio
nis,facit eam mœchari: ſed ſi pp hanc cauſam di-
miſerit,etiam ipſe ſic maneat. Oĩs.n.qui dimit- Cap. 22.
tit uxorem ſuam & ducit alterã,mœchaŕ. Hæc cõ- E
ſtituta dñi ſine ulla retractione ſeruanda ſunt. Ha Luc. 16.
bet.n.hęc iuſtitia quę corã illo eſt,ſiue approbẽt,
ſiue improbent hoies:& ideo dici non oportet,pp
offenſiones hominum,aut ne ĩpediantur hoies ab
ea ſalute,q̃ in Xp̃o eſt,hanc dixerim non eſſe ſeruã
dam. Quis.n.Xpianus audeat dicere,ne hoies offẽ
dam,aut ut hoies Xp̃o acquiram, faciam mœcha-
ri uxorem meã, aut egoipſe mœchus fiam? Poteſt
enim fieri, ut cum adulteram uxorem qs dimiſerit
Xp̃ian⁹, ita tentetur,ut aliqua fœmina q̃ nondum
credidit,cupiens in eius nuptias conuenire, p̃mit-
tat ſe futuram eſſe Xp̃anam, & hoc non fallaciter,
ſed ſi ei nupſerit, hoc oino factura. Huic itaq; hoc
connubiũ recuſanti, poterit ſuggerere ille tẽtator,
Dñs dixit, Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam præ-
ter cãm fornicatiõis,& aliam duxerit, mœchatur:
tu autem q dimiſiſti pp cauſam fornicationis uxo
rem,ſi aliam duxeris,non mœchaberis. Huic talia
ſuggerenti,erudito corde r̃ndeat, mœchari quidẽ
illũ grauius qui preter cãm fornicationis uxore di
miſſa alteram duxerit, ſed ẽt illũ qui uxore forni- F
cante dimiſſa ſibi aliã copulauit, nõ iõ non mœ-
chari qa fornicantem reliquit: ſicut mœchatur q
eam q̃ præter cãm fornicationis dimittitur, duxe-
rit:nec ideo non mœchatur q eam duxit, q̃ dimiſ-
ſam pp cauſam fornicatiõis inuenerit. Et p̃pea qđ
ſubobſcure apud Matthęum poſitũ eſt, quo totũ
à parte ſignificatum eſt,expoſitũ eſt apud alios, q
totũ generaliter expreſſerunt, ſicut legiŕ apud Mar
cum. Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam & aliã du- Marc. 10.
xerit,adulterium committit. Et apud lucam, Oĩs
qui dimittit uxorem ſuam & ducit alteram, mœ-
chatur. Nõ enim alios dixerũt mœchari, alios nõ Luc. 16.
mœchari,qui dimiſsis uxoribus ſuis duxerint alte
ras,ſed quicunq; dimiſerit: omnem prorſus q di-
miſerit uxorem ſuam & aliã duxerit, mœchari eũ
ſine ulla exceptiõe dixerunt. Sed ſi hęc illę Xp̃ia
nus r̃nderit tentatori, intelligens licuiſſe quidem Cap. 23.
ſibi dimittere adulteram, ſed aliam ducere non li
cere: quid Si dicat ille tentator, Cõmitte hoc pctm̃
ut acquiras animã Xp̃o in morte infidelitatis po-
ſitæ fœminæ, quæ parata eſt, ſi tibi nupſerit, fieri
Chriſtiana: quid aliud Chriſtianus r̃ndere ad iſta

G debet & dicere, niſi ſe non poſſe ſi hoc fecerit eua-
dere iudiciũ, qđ commemorauit Apľs ubi ait, & ſi-
Roma. 3. cut dicunt quidã nos dicere, Faciamus mala ut ue
niant bona, quoꝝ iudicium iuſtũ eſt: Q̃uo aũt po
terit eſſe ſalubriter Xp̃ana, q̃ cum illo à quo ducit
Cap. 24. erit adultera? Non ſolum aũt mœchandum nõ
eſt qđ facit non quidã, ſed oĩs qui dimittit uxorem
ſuam & ducit alteram, & ſi ppea duxerit ut faciat
Xp̃anam: ſed etiam qſquis non alligatus uxori cõ-
tinentiam deo uouerit, nullo mõ debet iſta com-
penſatione peccare, ut ideo credat uxorem ſibi eſſe
ducendã, q̃a promiſit q̃ nuptias eius appetit, futu-
ram ſe eſſe xp̃anum. Quod.n. cuiquam anteq̃ uo-
uiſſet licebat, cum id ſe nunq̃ facturum uouerit, nõ
licebit: ſi tñ id uouerit quod uouendũ fuit, ſicut
eſt ppetua uirginitas, uel continentia poſt experta
connubia ſolutis à uinculo coniugali, uel ex con-
†conuenienti ſenſu uiuentibus, † & carnalia debita ſibiinuicem
bus. relaxantibus, fidelibus caſtisq; cõiugibus: qđ alte-
rum ſine altera, uel alterã ſine altero uouere fas nõ
eſt. Hęc ergo, & ſi qua alia ſunt q̃ rectiſſime uouen
tur, cũ hoĩes uouerint, nulla conditione rũpenda
H ſunt, q̃ ſine ulla cõditione uouerunt. Quia & hoc
Pſal. 75. dñm pcepiſſe intelligendũ eſt ubi legit, Vouete &
reddite dño deo ueſtro. Vnde Apľs de quibuſdam
quæ continentiã uouent, & poſtea nubere uolunt,
qđ eis anteq̃ uouiſſent utiq; licebat, Habẽtes, inq̃t,
dãnatiõem, q̃m prima fidem irritã fecerunt. Nihil
Timo. 5. ergo expedit quod illicitũ eſt, & nihil qđ p̃hibet
Cap. 25. dñs licitum eſt. Quæ aũt nullo dñi conſtringẽ
te p̃cepto in poteſtate dimiſſa ſunt, in his audiatur
Apľs in ſpiritusſancto monens & conſulens, ut uel
meliora capiant, uel ea quæ non expediunt caueã
1. Cor. 7 tur. Ibi audiat dicens, Præceptũ dñi non habeo,
cõſilium autem do. Et ego dico non dñs. Ibi ſi me
liora elegerit qui audit, Solutus eſt ab uxore non
q̃rat uxorem, qui & ſi acceperit uxorẽ non peccat.
Ibi uirgo non nubat, Qui.n. non dat nuptũ, meľ
facit: & q dat nuptũ, bene facit. Ibi beatior ſit mu-
lier ſic pmanendo, q̃ mortuo uiro ſuo in poteſta-
te habet, cui uult nubat, tñ in dño. Quod duob'
modis accipi põt, aut xp̃iana pmanens, aut xp̃ia-
Impar cõ nõ nubens. Non.n. tpe reuelati teſtamenti noui, in
iugium. Euãgelio uel ullis Apľicis literis ſine ambiguitate
I declaratum eſſe recolo, utrũ dñs prohibuerit fide-
les infidelibus iungi. Quanuis beatiſſimus Cypriã
nus inde non dubitet, nec in leuibus peccatis con
ſtituat, iungere cũ infidelibus uinculũ matrimo-
nij, atq; id eſſe dicat pſtituere gentilibus membra
Xp̃i. Sed q̃a de ijs qui iam cõiuncti ſunt, alia q̃ſtio
eſt: auditur & hoc Apľs, dicens, Si quis frater habet
uxorẽ iſidelẽ, & hęc cõſentiat habitare cũ illo, nõ
dimittat illã: & ſi qua mulier habet uirũ infidelẽ,
& hic conſentit habitare cũ illa, nõ dimittat uirũ.
Et ſic audiat, ut quãuis fieri licitũ ſit, q̃a hoc nõ di
1. Cor. 10 cit dñs, non tñ fiat, q̃a non expedit. Non.n. oĩa ex-
pedire q̃ licita ſunt, apertiſſime docet Apľs, ſicut
ſupra iam oſtendimus. Propter quodlibet tñ forni
cationis genus, ſiue carnis, ſiue ſp̃us, ubi & infide-
litas intelligitur, & dimiſſo uiro nõ licet alteri nu-
bere, & dimiſſa uxore non licet alterã ducere: q̃m
dñs nulla exceptione facta dicit, Si uxor dimiſerit
Luce. 16. uirũ ſuum, & alij nupſerit, mœchat. Et oĩs q dimit
tit uxorẽ ſuam & ducit alteram, mœchatur. His ita
p meo modulo ptractatis atq; diſcuſſis, q̃ſtionem
tñ de coniugijs obſcuriſſimam & iplicatiſſimam K
eſſe non neſcio. Nec audeo pfiteri oẽs ſinus eius, Quæſtio
uel in hoc opere, uel in alio me adhuc explicaſſe, de coniu
uel iã poſſe ſi urgeat explicare. Illud aũt unde me giis diffi
ſtidem in alia ſcheda conſulendũ exiſtimaſti, ſeor cillima.
ſum ẽt ego enodare curarẽ, ſi mihi aliud q̃ tibi ui-
ſum eſt uideret. Cum uero eadã ſit ẽt noſtra ſñia,
nõ hinc opus eſt diutius diſputare. Catechume- Cap. 26.
nis ergo in huius uitæ ultimo conſtitutis, ſi mor-
bo ſeu caſu aliquo ſic oppreſſi ſint, ut q̃uis adhuc
uiuant, petere ſibi tñ baptiſmum uel ad interroga
ta rñdere non poſſint: pſit eis quorũ in fide xp̃ana
iam nota uoluntas eſt, ut eo mõ baptizentur q̃uo
baptizantur infantes, quorũ uolũtas nulla adhuc
patuit. Non tñ ppea dãnare debemus eos q timi-
dius agunt, q̃ nobis uidetur agi oportere, ne de pe
cunia conſeruo credita iprobius q̃ cautius iudica
re uoluiſſe iudicemur. Satis q̃ppe in talibus reſpi-
ciendũ eſt illud Apľi ubi dicit, Vnuſquiſq; noſtrũ Rom. 14
pro ſe rationem reddet deo. Non ergo amplius in
uicẽ iudicem'. Sunt.n. qui uel in his, uel ẽt in alijs L
obſeruandũ putant, qđ dixiſſe dñm legimus, Noli Matt. 7.
te ſanctum dare canibus, neq; proieceritis margari
tas ueſtras ante porcos. Et iſta ſaluatoris uerba re
ferentes † baptizare non audent eos q pro ſe rñdẽ †alias, re
re nequiuerint, ne forte contrarium gerant uolun uerentes
tatis arbitrium. Quod de paruulis dici nõ poteſt,
in quibus adhuc rationis nullus eſt uſus. Sed non
ſolum incredibile eſt, nec in fine uitę huius bapti
zari cathechumenum uelle, uerũetiam ſi uoluntas
eius incerta eſt, multo ſatius eſt nolenti dare q̃ uo-
lenti negare: ubi uelit, an nolit ſic non apparet, ut
tñ credibilius ſit eũ ſi poſſet, uelle ſe potius fuiſſe
dicturũ ea ſacramenta pcipere, ſine quibus iã cre-
diderit nõ ſe oportere de corpore exire. Si aũt dñs Cap. 27.
ubi ait, Nolite dare ſanctum canibus: hoc qđ iſti
cauendum putant uellet intelligi, non ipſe ſuo tra
ditori dediſſet, qđ in ſtrãm ille pniciem ſine culpa
dantis, cũm dignis indignus accepit. Vnde cũ di-
ceret dñs, credendũ eſt ſignificare uoluiſſe, q lucẽ
intelligentię ſpiritalis im munda corda nõ portãt.
Et ſi portanda doctor ingeſſerit, q̃ non recte acci-
piũt, q̃a non capiunt, uel reprehenſionis morſibus
lacerant, uel cõtemnendo conculcant. Si.n. beat' M
Apľs, quanuis in Xp̃o iam renatis, tñ adhuc paruu 1. Cor. 3.
lus lac dicit ſe dediſſe, non eſcam, Nec dũ.n. potera
tis, inq̃t, ſed nec adhuc quidẽ poteſtis. Si deniq; ip-
ſe dñs electis Apľis dixit, Adhuc multa habeo uo- Ioan. 16.
bis dicere, ſed non poteſtis illa portare mõ, quan-
to minus pñt facere quæcunq; de incorporea luce
dicuntur immundæ mentes ipſorum. Sed ut ſer- Cap. 28.
mo noſter ad hoc potiꝰ claudat unde ſumpſit ex-
ordiũ, ego non ſolum alios catechumenos, uerũ-
etiã ipſos q uiuentiũ coniugiis copulati retinent
adulterina conſortia, cũ ſaluos corpore in his pma
nentes non admittam' ad baptiſmum, tñ ſi deſpe-
rati & intra ſe pœnitentes iacuerint, nec p ſe rñde-
re potuerint, baptizandos puto, ut ẽt hoc pctm̃ cũ
cęteris lauacro regñationis abluat. Quis.n. nouit
utrum forraſsis adulterinæ carnis illecebra uſq; ad
baptiſmũ ſtatuerant detineri: Si aũt ab illa deſpe
ratione recreati potuerint uiuere, aut faciẽt quod
ſtatuerant: aut edocti obtẽperabunt, aut de cõtẽ-
ptoribus fiet qđ fieri ẽt de baptizatis talibus dẽt.
Quę autem baptiſmatis, eadem reconciliationis eſt
cauſa,

A cauſa, ſi forte pœnitentem finiendæ uitæ periculũ
præoccupauerit. Nec ipſos enim ex hac uita ſine ar
ra ſuæ pacis exire uelle debet mater Eccleſia.

Libri primi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPponenſis Epiſcopi, de adulterinis coniugiis ad Pollentium, Liber ſecundus.

Cap. 1. AD ea quæ mihi ſcripſeras frater
religioſe Pollenti, iam reſcripſe
ram non paruum uolumen, de
us qui uiuentibus cõiugib⁹ ſuis
alius copulantur. Quod cum in
notuiſſet dilectioni tuæ, addi
diſti aliqua ad libellũ tuũ, etiã
his me reſpondere deſiderans. Sed cũ facere diſpo
B nerẽ, addẽdo & ego ad meũ, ita ut unus liber eſſet
reſpõſionis meæ, repente illud æditũ eſt ut abſol
uerã, prius flagitantibus fratribus noſtris & neſciẽ
tibus, ꝙ adhuc aliquid eſſet addẽdũ. Hinc factum
eſt, ut altero ſeorsũ opuſculo ad ea quæ addidiſti,
reſpõdere cõpellerer. Nõ autẽ quę addidiſti, adiun
Cap. 2. cta ſunt fini opuſculi rui, ſed ubi uiſum eſt eius in
terrecta ſunt corpori. Horũ primũ illud eſt, cui q
1. Cor. 7. dẽ arbitror me reſpõdere debere, qđ in his Apoſto
li uerbis ubi ait, Cæteris autẽ ego dico, nõ domi
nus, mulierẽ à uiro nõ diſcedere: ꝙ ſi diſceſſerit, ma
nere innuptã, aut uiro ſuo recõciliari: nõ putas ita
dictũ eſſe ſi diſceſſerit, ut à uiro fornicãte diſceſſiſ
ſe intelligaſ, qua ſola cauſa diſcedere licitũ eſt: ſed
potius exiſtimas [à pudico,] & ideo iuſſam manere
innuptã, ut poſſet ei reconciliari, ſi cõtinere ille nol
uiſſet, ne uirũ ad fornicandũ. i. ad aliã ſe uiuẽte du
cẽdã, ipſa nõ recõciliata cõpelleret. Cæterũ ſi à ui
ro fornicante diſceſſerit, putas ei nõ pręcipi ut in
nupta ꝑmaneat, ſed hoc eã facere, ſi continens eſſe
uoluerit, non ut præcepti uiolatrix inueniaſ eſſe ſi
nupſerit. Quæ tibi uideſ forma & à uiro eſſe ſeruã
da, ut uxorẽ nõ dimittat, excepta cauſa fornicatio
nis: ſi autẽ dimiſerit, maneat ſine coniugio, ut pu
dicæ recõciliari poſſit uxori, niſi forte cõtinẽtiã il
la delegerit, ne uxoris caſtæ recõciliationem refu
C giẽs, ipſe illã cogat mœchari, ſi ſeſe nõ cõtinens ui
uẽte illo nupſerit alteri. Si autẽ fuerit ab uxore for
nicãte diſiunct⁹, iã eũ nullo pręcepto ut ſe cõtineat
detineri, nec omnino mœchari, ſi uiua illa alteram
1. Cor. 7. duxerit, quoniã id qđ ait idẽ Apoſtolus, Mulier al
ligata eſt quandiu uir eius uiuit: ꝙ ſi mortuus fue
rit uir eius, liberata eſt, cui uult nubat: ſic ĩtelligen
dũ exiſtimas, ut ſi uir fuerit fornicat⁹, ꝓ mortuo de
puteſ, & uxor ꝓ mortua, & ideo liceat cuilibet illo
rũ tanq̃ poſt mortẽ, ita poſt fornicationẽ coniugis
Cap. 3. alteri copulari. Quib⁹ tuis ſenſib⁹ cõſideratis, abs
te quæro, utrũ quicũq̃ duxerit mulierẽ, quę uiro al
ligata eſſe deſtiterit, adulter habendus ſit? Qđ tibi
exiſtimo nõ uideri. Ideo. n. mulier uiuẽte uiro uo
cabiſ adultera, ſi fuerit cũ alio uiro, quoniã allige
ta eſt quandiu uir eius uiuit. Hoc autẽ uinculũ ſi ei
cũ uiro uiuẽte nõ eſſet, ſine ullo adulterij crimine
alteri nuberet. Proinde ſi alligata eſt quãdiu uir ei⁹
uiuit, nullo modo niſi uiro mortuo ſoluta dicẽda
eſt, ab hoc uinculo. Porrò ſi morte cuiuſlibet eorũ
inter maritũ & uxorẽ hoc uinculũ ſoluiſ, & ꝓ mor
te habenda eſt, ſicut dicis, etiã fornicatio, ꝓculdu D
bio erit ob† hoc & mulier ſoluta quãdo fuerit for tab.
nicata. Neq; n. dici poterit hæc alligata uiro eſſe,
[q̃do ab illa fuerit uir ſolut⁹. Ac p hoc poſteaq̃ for
nicãdo alligata uiro eſſe deſtiterit,] qſqs eã duxerit,
adulter nõ erit. Et uide quàm ſit abſurdũ, ut ideo Cap. 4.
nõ ſit adulter qa ducit adulterã. Immo uero qđ eſt
mõſtruoſius, nec ipſa mulier erit adultera, quoniã
nõ erit poſteriori uiro uxor aliena, ſed ſua. Soluto
enim p adulteriũ priore coniugali uinculo, cui que
iã nupſerit coniungẽ nõ habẽti, nõ adultera cum
adultero, ſed uxor erit poti⁹ cũ marito. Quomodo
ergo erit uerũ, Mulier alligata eſt quandiu uir eius 1. Cor. 7.
uiuit? Ecce uir ei⁹ uiuit, qa nec de corpore exceſſit,
nec fornicat⁹ eſt, qđ ꝓ morte uis deputari, & tamen
ei mulier alligata iã nõ eſt. Nonne attẽdis quàm ſit
hoc cõtra Apoſtolũ dicẽtẽ, Mulier alligata eſt quã
diu uir eius uiuit? An forte dicturus es, uiuit qdem,
ſed uir eius iã nõ eſt: quoniã tunc eſſe deſtitit, quã
do illa p adulteriũ coniugale uinculũ ſoluit. Quo E
modo igiſ uiuente uiro uocabiſ adultera, ſi fuerit
cũ alio uiro, quãdoqdẽ uir eius ille iã nõ eſt, coniu
gali uinculo p mulieris adulteriũ iã ſoluto? Quo. n.
uiuẽte uiro niſi ſuo uocabiſ adultera, ſi fuerit cum
alio uiro? At ſi uir eius eſſe ille iã deſtitit, nõ utiq; ui
uẽte uiro uocabiſ adultera, ſi fuerit cum alio uiro:
ſed nullũ habens uirũ, nubendo erit cũ ſuo uiro.
Hoc q ſentit, nònne cernis quàm contra Apoſtolũ
ſentiat? Qđ qdẽ nõ ipſe ſentis, ſed hoc ſeqſ illa quę
ſentis. Muta ergo antecedẽtia, ſi uis cauere ſequen
tia. Et noli dicere, mortuũ uirũ uel mortuã uxorẽ,
hoc loco debere intelligi, etiã fornicãtẽ. Qamobrẽ
ſecũdũ doctrinã ſanã mulier alligata eſt, quandiu
uir eius uiuit. i. nõdũ ẽ corpore abſceſſit. Mulier. n.
ſub uiro uiuo marito iuncta eſt legi, hoc eſt, in cor
pore cõſtituto. Si autem mortuus fuerit: hoc eſt, de
corpore exierit, euacuata eſt à lege uiri. Igitur uiuẽ
te uiro, uocabiſ adultera, ſi fuerit cũ alio uiro. Si
autẽ mortuus fuerit uir ei⁹, liberata eſt à lege uiri,
ut nõ ſit adultera ſi fuerit cũ alio uiro. Hæc uerba
Apoſtoli totiens repetita, totiẽs iculcata, uera ſunt,
uiua ſunt, ſana ſunt, plana ſunt. Nulli⁹ uiri poſterio
ris mulier uxor eſſe incipit, niſi prioris eſſe deſiue
F rit. Eſſe autẽ deſinet uxor prioris, ſi moriaſ uir ei⁹,
non ſi forniceſ. Licite itaq; dimittiſ coniũx ob cau
ſam fornicationis, ſed manet uiculũ prioris, ꝓpter
qđ fit re⁹ adulterij, q dimiſſam duxerit, etiã ob cau
Cap. 5. ſam fornicationis. Sicut. n. manẽte i ſe ſacramento
talias eu regenerationis, ex cõmunicaſ qs† re⁹ criminis, nec
inſquam. illo ſacramẽto caret, etiã ſi nũq̃ reconcilieſ deo: ita
manẽte in ſe uinculo fœderis coniugalis, uxor di
mittiſ ob cauſam fornicationis, nec carebit illo ui
culo, etiã ſi nũq̃ recõcilieſ uiro, carebit autẽ ſi mor
tuus fuerit uir ei⁹. Re⁹ uero excommunicatus ideo
nunq̃ carebit regenerationis ſacramento, etiã non
reconciliatus, quoniam nunquã moritur deus. Re
manet itaque, ut ſi ſapere ſecundũ Apoſtolũ uolu
mus, non dicamus uirũ adulterum pro mortuo de
putandum, & ideo licere uxori eius alteri nubere.
Quanuis. n. ſit mors adulteriũ, non corporis, ſed
quod peius eſt, animæ: non tamen de iſta morte lo
1. Cor. 7. quebatur Apoſtolus, cũ dicebat, Quòd ſi mortuus
fuerit uir ei⁹, cui uult nubat: ſed de illa ſola qua de
corpore exiſ. Quoniam ſi per coniugis adulterium
coniugale ſoluiſ uinculum, ſequiſ illa peruerſitas

G quã cauẽdã eſſe monſtraui, ut & mulier ꝑ ipudici-
tiã ſoluat̃ hoc uinculo: quę ſi ſoluit̃, libera erit à le-
ge uiri. Et ideo qđ inſipiẽtiſſime dicit̃, nõ erit adul
tera ſi fuerit cũ altero uiro, qa ꝑ adulteriũ liberata
eſt à priori uiro. Qđ ſi ita eſt à ueritate deuium, ut
nullus id, non dico Chriſtianus, ſed human⁹ ſenſus
admittat, ꝑfecto mulier alligata eſt quãdiu uir ei⁹
uiuit. Qđ ut apertius dicã, quãdiu uir ei⁹ i corpore
eſt. Pari ergo forma & uir alligatus eſt, quãdiu mu-
lier eius i corpore eſt. Vnde ſi uult dimittere adul-
terã, nõ ducat alterã, ne qđ in illa culpat, ipſe cõmit
tat. Similiter & mulier ſi dimittit[adulterũ,]nõ ſi-
bi copulet alterũ: alligata eſt. n. quãdiu uir ei⁹ uiuit,
nec à lege uiri niſi mortui liberat̃, ut nõ ſit adulte
Cap. 6. ra ſi fuerit cũ alio uiro. Qđ autẽ tibi durũ uidet̃,
32. q. 1. ut poſt adulteriũ recõcilieť coniugi cõiunx, ſi fides
cap. aſſit, nõ erit durũ. Cur. n. adhuc deputam⁹ adulte-
quod an- ros, quos uel baptiſmate ablutos uel pœnitẽtia cre
tem. dimus eſſe ſanatos? Hæc crimina in uetere dei lege
nullis ſacrificiis mũdabãt̃, quę noui teſtamẽti i ſan
H guine xp̃i ſine dubitatione mũdant̃, & ideo tũcom
1. Reg. 18. nimodo ꝓhibitũ ẽ ab alio cõtaminatã, uiro recipe
re uxorẽ: quãuis Dauid Saulis filiã, q̃ pater eiusdẽ
mulieris ab eo ſeparatã dederat alteri, tãq̃ noui te-
ſtamẽti pręfigurator ſine cũctatione receperit. Nũc
Ioan. 8. autẽ poſtq̃ xps ait adulteræ, Nec ego te codẽnabo,
uade, deinceps noli peccare: qs nõ intelligat debe-
re ignoſcere maritũ, qđ uidet ignouiſſe dominum
adulteri[illegible] amborũ, nec iam ſe debere adulterã dicere, cuius
pœnitentis crimen diuina credit miſeratione dele
Cap. 7. tũ. Sed hoc uidelicet infideliũ ſenſus exhorret, ita
ut nonnulli modicæ, uel potius inimici ueræ fidei,
credo metuentes peccãdi impunitatẽ dari mulieri
bus ſuis, illud qđ de adulteræ indulgentia domin⁹
fecit, auferrent de codicib⁹ ſuis: quaſi ꝑmiſſionem
peccãdi tribuerit q dixit, deinceps noli peccare, aut
ideo nõ debuerit mulier à medico deo illi⁹ peccati
remiſſione ſanari, ne offẽderẽt̃ inſani. Neq. n. qbus
illud factũ domini diſplicet, ipſi ꝑfecte pudici sũt:
nec eos ſeueros caſtitas facit, ſed poti⁹ ex illo ſunt
Ioan. 8. hominũ numero, qb⁹ dominus ait, Qui ſine pecca
to eſt ueſtrũ, prior in eã lapidẽ iaciat. Niſi ꝙ illi cõ-
I ſcientia territi receſſerunt, & tentare xp̃m, atq; adul
terã ꝑſeq deſtiterunt: iſti autem & ęgroti medicum
reprehendũt, & in adulteras adulteri ſæuiunt: qb⁹
ſi diceret̃, non qđ illi audierunt, q ſine peccato eſt:
qs. n. ſine peccato? ſed q ſine iſto peccato eſt, prior
in illã lapidẽ mittat: tunc forſitan cogitarent q in-
dignabant̃ ꝙ adulterã non occiderent, quãta illis
dei miſericordia parceretur ut adulteri uiuerent.
Sed cũ hæc eis dicimus, non ſolũ nihil uolũt detra
Cap. 8. here ſeueritati, ſed iraſcũtur inſuper ueritati, & lo-
quuntur atq; reſpondent: ſed nos uiri ſumus. An ue
ro ſexus noſtri dignitas hanc ſuſtinebit iniuriã, ut
cũ aliis fœminis præter uxores noſtras ſi qd admit
timus, in luẽdis pœnis mulierib⁹ cõparem⁹? Qua-
ſi non ꝓpterea magis debeant illicitas cõcupiſcen
tias uiriliter frenare, qa uiri ſunt: quaſi nõ ꝓpterea
magis debeãt mulierib⁹ ſuis ad uirtutis huius exẽ-
plũ ſe præbere, qa uiri ſunt: quaſi nõ ꝓpterea min⁹
debeãt libidine ſuperari, qa uiri ſunt: quaſi nõ pro-
pterea minus debeant laſciuiẽti carni ſeruire, qa ui
ri ſunt? Et tamẽ indignãtur ſi audiant adulteros ui
ros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas, cum
tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis
ad eos pertinet & uirtute uincere, & exẽplo regere K
fœminas. Chriſtianis eqdẽ loquor, q fideliter au-
diunt, Caput mulieris uir: ubi ſe agnoſcũt duces, il Ephe. 5.
las autẽ comites eſſe debere. Et ideo cauendũ uiro 1. Cor. 11.
illac ire uiuẽdo, quã timet ne uxor ſequat̃ imitãdo.
Sed iſti qb⁹ diſplicet, ut inter uirũ & mulierẽ † par †uxorem
pudicitiæ forma ſeruet̃, & poti⁹ eligũt, maximeq; in
hac cauſa, mũdi legib⁹ ſubditi eſſe quam xp̃i, quo-
niã iura forẽſia nõ eiſdẽ qbus fœminas pudicitiæ
nexib⁹ uiros uidenť obſtringere. legant qđ iperator Lex Ce-
Antonius, nõ utiq̃ Chriſtian⁹, de hac re cõſtituerit, ſar 6
ubi maritus uxorem de adulterij crimine accuſare
non ſinit̃, cui morib⁹ ſuis nõ præbuit caſtitatis exẽ
plũ, ita ut ambo dãnent̃, ſi ambos pariter ipudicos
conflictus ipſe conuicerit. Nã ſupradicti iperatoris
hęc uerba ſunt, quę apud Gręgorianũ legũt̃: Sanè,
inqt, meæ literæ nulla parte cauſę præiudicabunt.
Neq. n. ſi penes te culpa fuit ut matrimoniũ ſolue-
retur: & ſecundũ legẽ Iuliã Eupaſia uxor tua nube
ret: ꝓpter hoc reſcriptũ meum adulterij damnata L
erit, niſi cõſtet eſſe cõmiſſum. Habebunt autem an
te oculos inqrere, an cũ tu pudice uiueres, illi quo- "
que bonos mores colendi author fuiſti. Periniquũ "
enĩ mihi uidet̃ eſſe, ut pudicitiam uir ab uxore exi-
gat, q̃ ipſe nõ exhibet: quę res poteſt & uirũ damna
re, non ob cõpenſatiõẽ mutui criminis rem inter
utrunq; cõponere, uel cauſam facti tollere. Si hæc
obſeruanda ſunt ꝓpter decus terrenę ciuitatis, quã
to caſtiores quęrit cœleſtis patria & ſocietas ange-
lorũ: Quæ cũ ita ſint, nũqd ideo minor eſt, ac non
potius maior & peior uirorũ impudicitia, qa ineſt
illis ſuperba & licentioſa iactãtia? Nõ igitur exhor- Ioan. 8.
reãt uiri, ꝙ adulterę xp̃s ignouit, ſed potius cogno-
ſcant etiã periculũ ſuũ, & ſimili morbo laborãtes,
ad eundẽ ſaluatorẽ ſupplici pietate confugiant: &
qđ in illa factũ legunt, etiã ſibi neceſſariũ eſſe fateã
tur, adulteriorũ ſuorum medicinam ſuſcipiãt, adul
terare iam deſinant, laudet in ſe dei patientiã, agãt
pœnitentiã, ſumant indulgentiam, mutent de pœ-
na fœminarum & de ſua, ipunitate ſententiã. Qui Cap. 9.
bus conſideratis atque tractatis, ſi cõmunis condi
tio, commune malũ, cõmune periculũ, commune
uulnus, communis ſalus, fideliter & humiliter co- 33 q. 1 ca
gitetur, non erit turpis neque difficilis, etiam poſt non erit.
perpetrata atque purgata adulteria recõciliatio cõ M
iugũ, ubi per claues regni cœlorũ non dubitatur
fieri remiſſio peccatoꝝ: nõ ut poſt uiri diuortium
adultera reuocetur, ſed ut poſt xp̃i cõſortiũ adulte
ra nõ uocetur. Verũ ecce nõ † fiat, nemo compellit, †talis, ea
qa forte lex aliqua huius ſeculi hoc uetat ſecudum
terrenæ ciuitatis modũ, ubi cogitata nõ eſt aboli-
tio criminum per ſanguinem ſanctũ. Suſcipiatur er
go continentia, q̃ nulla lex ꝓhibet, in alia nõ eatur
adulteria. Et quid ad nos, ſi nec ſaltem diuina mi-
ſeratione mũdata, marito reconcilietur à deo adul
tera, dum tamen non recõciliatis adulteris, nõ alia
fiant quaſi connubia, quę conuincũtur eſſe adulte
ria? Mulier. n. alligata eſt quandiu uir eius uiuit: Er 1 Cor. 7.
go cõſequẽter & uir alligatus eſt, quandiu mulier †talias,
eius uiuit. Hæc alligatio facit, ut alius coniungi ſine neuter
adulterina copulatione nõ poſſint †. Vnde neceſſe poſſit.
eſt ex duobus coniugibus quatuor adulteros fieri, †adulte-
ſi & illa alteri † nupſerit, & ille alterã † duxerit. Quã- ro.
uis. n. ſceleratius mœchetur, q nõ cauſa fornicatio- †adulte-
nis uxore dimiſſa alterã duxeri: qđ ꝓ genus adulterij ram.

A cõmemorauit Matthæus: tamẽ non ſolũ ipſe mœ-
chaſ, ſed ſicuti eſt apud Marcũ, Quicunq; dimiſerit
Marci. 19. uxorẽ ſuã, & aliã duxerit, adulteriũ cõmittit ſuper
eã: & ſi uxor dimiſerit uirũ ſuũ, & alij nupſerit, mœ
Lucæ. 16. chatur: & ſicuti eſt apud Lucã, Omnis q dimittit
uxorẽ ſuã, & ducit alterã, mœchaſ: & q dimiſſam
à uiro duxerit, mœchatur. De qb⁹ teſtimoniis iam
Cap. 10. ſatis in libro ſuperiore diſſerui. Sed reſpõdes mi-
hi, Continenter uiuere paucorũ eſt. Et ideo q forni
cantes coniuges dimiſerũt, quoniã nõ poſſunt re-
conciliari, tantũ ſe uident periclitari, ut legẽ xp̃i nõ
humanã, ſed feralẽ ꝓnuncient. O frater, quantũ ad
incõtinentes pertinet, multas querelas habere poſ-
ſunt, qb⁹, ut dicis, legẽ xp̃i feralẽ ꝓnuncient nõ hu-
manã. Et tamẽ nõ ꝓpter illos Euãgeliũ xp̃i puerte-
re, uel mutare debemus. Te quippe ſola eorũ querela
permouet, q coniuges cauſa fornicationis interce-
dente dimittũt, ſi alias ducere nõ ſinaſ: quoniã cõ-
tinere paucorũ eſt, atq; ad id debent laude exhor-
tari, non lege cõpelli. Itaq; ſi dimiſſa adultera non
ducitur altera, iuſtã querelam, ſicut putas, habebit
B hominũ icõtinẽtia. Sed attende quàm plura ſunt,
ubi ſi querelas incõtinẽtiũ uelimus admittere, ne-
ceſſe nobis erit adulteria fiẽda pmittere. Quid ſi. n.
aliquo diuturno & inſanabili morbo corporis te-
neaſ cõiunx, quo cõcubit⁹ ipediaſ? Quid ſi captiui
tas, uel uis aliqua ſeparet, ita ut ſciat uiuere marit⁹
uxorẽ, cui⁹ ſibi copia denegaſ, cẽſesne admittẽda i
cõtinẽtiũ murmura, & pmittẽda adulteria? Quid i
hoc ipſo unde interrogat⁹ eſt domin⁹, reſpõditq; fie
ri nõ debere, ſed ad duritiã cordis illorũ, Moyſen p
miſiſſe dari libellũ repudij, & quacũq; cauſa dimit
tere coniugẽ? Nònne lex xp̃i incõtinẽtib⁹ diſplicet,
q uxores litigioſas, iniurioſas, iperioſas, faſtidioſas,
& ad reddẽdũ debitũ cõiugale difficilimas, repu-
dio iterpoſito abiicere uolũt, & alteras ducere? Iam
ergo qa iſtorũ icõtinẽtia legẽ xp̃i horruit: ad eorũ
lex xp̃i arbitriũ cõmutãda eſt? Iã porrò ſi maritũ re
linquat uxor, uel marit⁹ uxorẽ, nõ cauſa fornicatio-
nis, ſed potius cõtinẽtię, ſitq; icõtinẽs, cui repudiũ
ꝓpter hoc daſ, quęro utrũ nõ erit adulter uel adul
C tera ſi alteri copuleſ? Si nõ erit, diciſ, domino cõtra
Matt. 5. diciſ, cuius hęc uerba ſunt, Dictũ eſt autẽ, Quicũq;
dimiſerit uxorẽ ſuã, det illi libellũ repudij, Ego au
tẽ dico, qa omnis q dimiſerit uxorẽ ſuam, excepta
cauſa fornicationis, facit eã mœchari: & q dimiſſã
duxerit, adulterat. Ecce dimiſſa eſt, nõ dimiſſit: &
qa cõtinere paucorũ eſt, icõtinẽtię ceſſit & nupſit,
& tamẽ adulter adulteram duxit. Ambo rei, ambo
damnãdi ſunt: & quæ nupſit uiuo marito, & q du-
xit eã cui⁹ uiuit marit⁹. Nunqd hic legẽ xp̃i dicimus
inhumanã, qua cõſtituiſ rea tãti criminis atq; puni
tur, q̃ uir nulla ei⁹ præcedẽte fornicatione dimiſit:
& qa paucoꝝ eſt cõtinere, dimittẽdo cõpulit nube
re? Cur non hic dicimus habẽdũ eſſe ꝓ mortuo, q
male dimittẽdo, prior coniugale uinculum rupit?
Nã qua ratione dicturus es eũ rupiſſe uinculũ cõiu
gale, q licet ſit mœchus, non dimiſit uxorẽ, & eum
non rupiſſe, q etiã caſtã dimiſit uxorẽ? Ego autem
dico in utroq; manere hoc uinculũ, quo mulier al-
ligata eſt, quandiu uir eius uiuit, ſiue continens, ſi-
ue mœchus. Et ideo mœchari eã quæ dimiſſa nup
ſerit: & mœchari eũ q dimiſſam duxerit, ſiue à mœ
cho, ſiue à continente dimiſſa ſit, quoniam mulier
alligate eſt quãdiu uir eius uiuit. Sed nunc de que-

relis incontinẽtiũ diſputamus. Quid. n. uidetur iu 1 Cor. 7.
ſtius, huius mulieris querela quæ dicit dimiſſa ſũ, D
non dimiſi, & quoniã continere paucorũ eſt, non
me continui, ne fornicarer nupſi, & dico mœchata
qa nupſi? Nũqd ꝓpter huius quaſi iuſtã querelam,
legẽ cenſebim⁹ imutãdã eſſe diuinã, ut iſtã, non iu-
dicemus adulterã? Abſit. Sed reſpõdebis non eam
debuiſſe dimitti, qa fornicationis nulla cauſa præ-
ceſſerat. Verũ dicis, nã peccatũ mariti eius domin⁹
expreſſit, ubi ait, Qui dimiſerit uxorẽ ſuã, excepta Matth. 5.
cauſa fornicationis, facit eã mœchari. Sed nũquid
iſta ideo nubendo poſtea non peccauit, qa pri⁹ di-
mittẽdo ille peccauit? Quid ergo ei ꝓdeſt, q de le-
ge xp̃i mulier incõtinẽs queriſ, niſi ut murmurans
puniaſ? Iã nunc etiã illa uideam⁹ quę alio loco i- Cap. 11.
terponẽs addidiſti, meq; ad ea reſpõdere uoluiſti.
Vbi te mouet, & miſeraris hominem q cubare cum
adultera, etiã ſi non icontinẽtia, certe filioꝝ ꝓcreã-
doꝝ neceſſitate compelliſ, ſi non ei licet ſic eã di- E
mittere, ut ea uiuẽte alterã ducat. Vnde recte moue
reris, ſi adulteriũ non eſſet, quanuis adultera uiua
uxore, alterã ducere. Si autẽ adulteriũ eſt, ut ea quę
ſunt diſputata docuerũt, qd obtẽdiſ ꝓcreãdorum
cauſa filiorũ? Non. n. ꝓpterea flagitiorũ eſt pmittẽ
da licẽtia, aut uero tã cauẽdũ eſt ſine poſteris mo-
ri, quàm eligẽdũ pudice in poſterũ uiuere. Quid
non ſinẽtur adulteri, quos neceſſe eſt poſt primã
mortẽ ſecũdæ mortis ęternitate dãnari. Nã ꝓcrean
dorũ filiorũ iſta cauſatio, etiã non adulteras, ſed ca
ſtiſſima fœminas, ſi forte ſint ſteriles, cogit dimit-
ti, & alteras duci, qđ tibi exiſtimo nõ placere. Qua-
ꝓpter ſi cauſa icõtinentię nõ ſunt excuſanda adul- Cap 12.
teria, quãto min⁹ excuſanſ ꝓcreãdorũ cauſa filioꝝ? 1. Cor. 7.
Illi quippe infirmitati, hoc eſt, incontinentiæ, uoluit
Apoſtolus ſubueniri honeſtate nuptiaꝝ. Nõ. n. ait,
Si filios non habet, nubat: ſed ſi ſe non cõtinet, nu
bat. Filiorũ qdẽ ꝓpagatione compẽſaſ, q incontinẽtiæ nubẽdo ceditur. Nã utiq; incontinẽtia uitiũ
eſt, coniugiũ autẽ non eſt uitiũ. Et ideo fit per hoc
bonũ, ut illud ueniale ſit malũ. Cũ ſint ergo nup-
tię cauſa generãdi iſtitutę, ea cauſa fiebant à patri-
b⁹, q tantum officio generãdi fœminis, ſed non il- F
licite miſcebantur. Erat. n. tunc quędam ꝓpagan-
di neceſſitas quæ nunc non eſt: quoniam tempus
amplectẽdi ſicut ſcriptũ eſt, quod utiq; tunc fuit, & Eccleſia-
tẽpus continendi ab amplexu, quod nunc eſt. De ſtes. 3.
quo tempore Apoſtolus loquens ait, De cætero fra
tres tẽpus breue eſt, reliquum eſt ut & qui habent
uxores, tanquã non habentes ſint. Vnde nunc re- 1. Cor. 7.
ctiſſime dicitur Qui poteſt capere, capiat: q autẽ ſe
non continet, nubat. Tunc ergo etiã continentia
ꝓpter ꝓpagationẽ filiorũ in nuptiarũ deſcendebat
officio: nunc autẽ uinculũ nuptiale incontinentię
ſubuenit uitio: ut ab eis q ſe non continẽt, non per
turpitudinẽ ſtuprorũ, ſed per honaſtatẽ coniugio-
rũ, fiat propagatio filiorũ. Cur ergo nõ dicit Apo-
ſtolus, ſi filios nõ habet, nubat? Quia ſcilicet hoc
tempore cõtinẽdi ab amplexu, nõ eſt neceſſe filios
ꝓpagare. Et quare dicit, ſi ſe non continet, nubat?
Vtiq; ꝓpterea, ne p eã incontinentiã cogatur adul-
terare. Si ergo ſe cõtinet, nec nubat, nec generet. Si
autẽ ſe non continet, licite nubat, ne turpiter gene-
ret, aut turpi⁹ concũbẽdo non generet. Quanq̃ hoc
quod ultimum dixi, nonnulli faciunt etiam licite
coniugati. Illicite nanq; & turpiter etiã cũ legitima

G uxore cócúbiť,ubi prolis cóceptio deuitať. Quod
Gene.38. faciebat Onan filius Iudę,& occidit illű ꝓpter hoc
deus. Propagatio itaq̃ filiorű,ipſa eſt prima & natu
ralis[& legitima]cauſa nuptiarű, Ac ꝑ hoc q ꝓpter
incótinentiā coniunguť,non ſic debent reperare
malű ſuű,ut bonű exterminent nuptiarű.i.ꝓpagi-
1.Timo.5 né filiorű. De incontinentibus qppe loquebať Apo
ſtolus ubi ait, Volo igiť iuniores nubere, filios pro
pagare, matresfamiliàs eſſe, nullā occaſioné dare
aduerſario maledicti gratia. Iam.n.cóuerſę quædā
ſunt retro poſt ſatanā. Cű itaq̃ dicebat, uolo iunio
res nubere: hoc utiq̃ monebat ꝓpter ruinam incó-
tinentię ſulciendā. Sed ne forte ab eis ſola carnalis
concupiſcentię cogitareť infirmitas,cui tātűmodo
eſſet opere cōnubij ſeruiendű: nuptiarű auté uel có
temneret,uel negligereť bonű: continuo ſubiúxit,
filios procreare,matresfamiliàs eſſe. Qui uero eli-
gunt continere, aliquid utiq̃ melius eligunt quàm
eſt nuptiarű bonű,hoc eſt generatio filiorű. Vnde ſi
eligiť cōtinentia,ut bono nuptiarű melius aliquid
capeſſať,quāto potius cuſtodiéda eſt ut adulteriű
H caueať. Cű.n.dixiſſet Apoſtolus, Quód ſi ſe nó có
1.Cor.7. tinet,nubat: melius eſt.n.inquit,nubere quàm uri,
Cap.13. Nó dixit,melius eſt mœchari quàm uri. Nó eſt er-
go ad qđ exhortemur eos qui reconciliari timent
coniugibus adulteris pœnitédo ſanatis, niſi ad cu
ſtodiédā continétiā. Quoniā mulier alligata quā-
diu,ſiue mœchus ſiue caſtꝰ uir eius uiuit,mœchať
ſi alteri nupſerit: & uir alligatꝰ quādiu,ſiue mœcha,
ſiue caſta uxor eiꝰ uiuit, mœchať ſi alterā duxerit.
Hæc nanq̃ alligatio quādoqdé nó ſoluiť,etiā ſi ꝑ re
†alias cō pudiű cóiunx caſto corpore ſepareť†: multo minꝰ
iunx à ca ſoluiť,ſi nó ſeparata mœcheť. Ac ꝑ hoc nó eam ſol
ſta coniu uit,niſi mors coniugis,nó in adulteriű corruentis,
ge ſepare ſed de corpore exeuntis. Quaꝓpter ſi receſſerit mu
tur. lier ab adultero uiro,& ei reconciliari nó uult,ma
neat inupta: & ſi dimiſerit uir adulterā mulieré, &
eā nó uult recipere nec poſt pœnitentiā, cuſtodiat
cōtinétiā: & ſi non ex uoluntate eligendi potioris
boni, certe ex neceſſitate uitandi pernicioſi mali.
Ac ꝑ hoc ad hoc exhortarer etiā ſi uxor eſſet in lā-
guore inſanabili atq̃ diuturno,aut etiā ſi alicubi eſ
I ſet corpore ſeparata,quò maritus non poſſet acce-
dere. Poſtremo ad hoc exhortarer etiā ſi mulier uo
lens uiuere cōtinenter, quamuis contra diſciplinā,
qa nó ex conſenſu,tamé pudicű pudica dimitteret.
Puto.n. Chriſtianű neminé reluctari, illű adulterű
eſſe,qui uel diu languente,uel diu abſente, uel cō-
32.q.5.ca tinenter uiuere cupiente ſua uxore,alteri cōmixtus
puto. eſt fœminę. Sic ergo & dimiſſa adultera,adulter eſt
cű adultera,quoniā non ille,aut ille,ſed omnis qui
dimittit uxoré ſuam & ducit alterā,mœcať. Qua-
propter ſi à cōiugali uinculo imunis minꝰ appetiť
uita ſanctorű,exhoreať pœna mœchorű. Et timo-
re ſaltem freneť concupiſcentia,ſi amore non eligiť
continentia. Si.n. ubi eſt timor operetur labor,ubi
erat labor, erit & amor. Non enim confidendum
eſt de noſtris uiribus,ſed oratio adiungenda cona
tibus,ut impleat bonis,qui detteret à malis.

Cap.14. Reſpōdeamꝰ etiā ad illud,ubi putas maritos ad
puniendas adultera ſine ulla miſeratione cōpelli,
cű uolunt eas mori,ſi eis uiuētibꝰ nó licet eis alte
ras ducere. Quā crudelitaté uolens exaggerare dixi
ſti, Nó mihi uideť amātiſſime pater hic diuinꝰ eſſe
ſenſus,ubi benignitas & pietas excludiť. Ita iſta di-
cis,quaſi ꝓpterea mariti parcere[debeant adulteris K
fœminis,]qa licet eis alteras ducere: aut ſi nō licet,
nó parcāt ut liceat. Quinimo ꝓpterea debēt pecca
tricibꝰ præbere miſericordiā,ut & ipſi ꝓ ſuis pecca-
tis miſericordiā cōſequāť. Et multo magis hoc eis
faciédű eſt,q dimiſſis uxoribꝰ adulteris cupiűt ui-
uere cōtinéter. Tāto qppe debēt eſſe miſericordio-
res,quāto uolűt eſſe ſanctiores: ut ad[caſtitatem in
ſeipſis ſeruādā]diuinitꝰ adiuueť,dű caſtitaté ab uxo
ribꝰ uiolatā,nec ipſi humanitus ulciſcűtur: & maxi
me uox illa dominica eſt eis in memoriā reuocan- *Ioan.8.*
da, Qui ſine peccato é,prior i illā lapidé iaciat. Nó
q ſine ipſo peccato eſt,quomodo loqmur de pudi-
cis uiris,ſed q ſine peccato eſt: qđ ſi eſſe ſe dixerint, *1.Ioan.1.*
ſeipſos ſeducűt,& ueritas in eis non eſt. Porrò ſi nō
ſe ſeducűt,& eſt i eis ueritas,non erit i eis cruēta ſe
ueritas. Scientes.n.ſe non eſſe ſine peccato, dimit-
tunt ut dimittatur eis: ne ab eis benignitas & pie-
tas excludatur, Magis.n.hęc excludűtur,ſi peccatis
coniugű ab eis ipetret ueniā licétia libidinis, non
cura pietatis.i.ut ꝓpterea parcāt,qa licet eis alteras L
ducere,& non potius ꝓpterea,qa uolűt & ſibi do-
minű parcere. Quāto itaq̃ melius,& honeſtiꝰ, chri-
ſtiana deniq; ꝓfeſſione dignius,ut parcāt adultera
rű ſanguini uxorű,qđ ſcriptű eſt,eis dicimꝰ, Dimit- *Eccleſia-*
te iniuſtitiā ꝓximo tuo,& tunc precanti†tibi pec- *ſtici.28.*
cata ſoluétur. Homo homini ſeruat irā,& à domi- *†alias,*
no quęrit medelā. Sup hominé ſimilē ſibi non ha- *peccanti.*
bet miſericordiā,& de peccatis ſuis deprecatur. Cű
ipſe caro ſit ſeruat iracūdiā,qs ꝓpiciabitur peccatis
illiꝰ? Et de Euāgelio, Dimittite & dimittetur uobis, *Luc.6.*
ut poſſimꝰ dicere, Dimitte nobis debita nr̃a ſicut & *Matt.6.*
nos dimittimꝰ debitoribꝰ nr̃s: Et de Apoſtolo, Nul-
li malű ꝓ malo reddétes: & ſi qua ſunt huiuſmodi *Roma.12*
in ſcripturis ſanctis,qbꝰ ad ulciſcédű quādo huma
nus animus excitatur, qa chriſtianꝰ eſt, mitigatur.
Quanto,inq̃,melius iſta dicimus,quàm ut dicamꝰ, *Cap.15.*
Tātű adulteras iſtas dimittite,& earű nolite ſangui
né quærere: qcqđ doloris ex earű flagitiis habetis,
conſolabűtur uos aliæ qua duxeritis: merito.n.uel M
letis iſtas de uiuētiű numero auferre,ſi earű uita i-
pedimēto eſſet,quo minus alias duceretis. Nűc ue-
ro,etiā iſtis uiuētibꝰ,cű liceat alia uobis matrimo-
nia prouidere,qđ eas tātopere uultis occidere? Hęc
ſi dicimꝰ,nònne attédis quàm nr̃a ſuaſio longe ſit
à charactere chriſtiano: qa & falſum dicimus,eis li
cere qđ non licet, hoc eſt iſtis uiuentibus, ut aliis
copulentur: & ſi propterea illis pepercerint, non
parcent propter pietaté,ſed propter aliarű nuptia-
rum liberam poteſtatem. Poſtremo quæro abs te,
utrum marito Chriſtiano liceat,uel ſecűdű ueteré
dei legé,uel Romanas,adulterā abiicere†? Si licet, *†occide-*
melius eſt ut ab utroque ſe temperet.i.& à licito il- *re.*
la peccante ſupplicio,& ab illicito illa uiuente co-
niugio. Quòd ſi alterutrum eligere perſeuerat, ſa-
tius eſt ei facere quod licet, ut adultera puniatur,
quàm id quod non licet, ut ipſa uiua ille mœche-
tur. Si auté quod uerius dicitur, non licet homini *33.q.2.*
Chriſtiano adulterā coniugé occidere,ſed tantum *cap.*
dimittere,qs eſt tam demens qui ei dicat,fac quod *Si quod*
non licet,ubi liceat quod non licet? Cum.n.utrum
que ſecűdum legem Chriſti illicitum ſit, ſiue adul
teram occidere,ſiue illa uiuéte alteram ducere, ab
utroque abſtinendum eſt,non illicitum pro illici-
to faciendű. Si.n.facturus eſt quod non licet, iam

A facit adulteriũ,& non faciat homicidiũ,ut uiuente
uxore ſua alteram ducat,& non humanũ ſanguinẽ
fundat. Quod ſi eſt utrunq; uepharium,non debet
alterum pro altero perpetrare,ſed utrunq; uitare.

Cap. 16. Hic uideo quid dici ab incontinentibus poſsit.
Quod uidelicet q dimittit,& uiuere permittit adul
teram,ſi alteram duxerit, quandiu prior illa uiuat,
perpetuus adulter eſt,nec agit pœnitentiã fructuo-
ſam a flagitio non recedens. Nec ſi catechumenus
eſt,ad baptiſmũ admittitur,qm̃ ab eo quod impe-
† aliàs, dit nõ mutatur:nec reconciliari penitus † poteſt in
pœnitẽ. eadẽ nequitia perſeuerans. Si aũt accuſando adul-
teram occiderit, hoc pc̃tm̃ qm̃ tranſactum eſt,& in
eo non permanetur, & ſi à catechumeno factũ eſt,
baptiſmate abluitur, & ſi à baptizato, pœnitentia
& reconciliatione ſanatur. Sed nunquid propterea
dicturi ſumus adulteriũ non eſſe adulteriũ, quod
ſine dubio cõmittitur, ſi coniuge adultera uiuẽte,
altera ducit? Sed hoc adulterij genere excepto,nẽ-
pe nõ dubitas eſſe adulterium,ſi quiſquã ducat ui
uẽtis uxorẽ, à uiro ſuo per libellũ repudij ſine ulla
mulieris fornicatione dimiſſam. Quid ergo,cũ ui-
B derit ſe nec ad baptiſmũ admitti ſi catechumenus
eſt, nec utiliter agere pœnitentiã ſi baptizatus hoc
fecerit,non corrigendo & relinquendo qđ fecit: ſi
eũ uoluerit & potuerit occidere cuius duxerit uxo-
rem,ut hoc ſcelus uel baptiſmate diluatur,uel pœ-
nitendo ſoluatur, atq; ita etiã illud adulterium nõ
permaneat,euacuata muliere à lege uiri poſt mortẽ
uiri,ſed de tranſacto quod factum eſt per pœniten
tiam ſatis fiat,uel regeneratione deleatur? Nũquid
propterea eſt accuſanda lex Chriſti,tanq̃ cõpulerit
fieri homicidium, cum ſine crimine fornicationis,
repudiatam ducere,dicit eſſe adulterium? Hic.n.ſi
parum quid loquamur attẽdimus,multo grauiora
dici poſſunt q̃ ipſe dixiſti. Nam tu dum no uis eſſe
adulteria, ſi aliæ ducantur dimiſsis adulteris, hoc
inueniſti,qm̃ ſi hæc adulteria dixerimus,cogentur
mariti occidere adulteras,quarum uita impediun-
tur alteras ducere. Atq; ut hoc exaggerares, dixiſti,
Non mihi uidetur amantiſsime pater hic diuinus
eſſe ſenſus,ubi benignitas & pietas excludit. Si er-
go quiſpiam nolens credere eſſe adulteriũ,qñ à ma
rito ſine fornicationis crimine repudiata ab altero
C ducitur, & hoc contra te inueniat, qa iſta ratione
ſuadetur hominibus homicidia perpetrare, & eas
maritos,quas eo modo repudiatas duxerint,uel in
ſidijs qbus potuerint,uel calũnijs appetere, uel ali
quibus ueris criminib' accuſare & occidere, ut eis
mortuis poſsint eſſe coniugia, quæ uiuis fuerant
adulteria:nónne id exaggerando tibi dicturus eſt,
nõ mihi uidetur amãtiſsime frater hic diuinus eſſe
ſenſus,ubi non ſolũ benignitas & pietas excludit,
ſed etiam ingens malignitas & impietas excitatur?
Quandoquidẽ multo eſt leuius & tolerabilius, ut
adulteras mariti, q̃ ut maritos adulteri occidant.
Placẽt ne tibi ut pp uaniſsimã inuidiam, domini-
cę defenſionẽ ſñiæ deſeramus,uel etiã inſuper ac-
cuſemus dicentes, nõ debere adulteriũ uindicari,
etiã ſi præter cauſam fornicationis repudiata à ui-
ro alteri cõiungatur, ne maritũ eius a quo dimiſſa
eſt compellatur occidere, dum adulterium in con
nubium cupit uiri prioris morte conuertere? Scio
hoc tibi non placere, ut pp hãc uaniſsimã inuidiã,
lex Chriſti cũ uera inueniatur & ſana,dura & inhu

mana dicatur. Sic itaq; non tibi debet uideri ideo D
negandum eſſe adulterium, qñ uxore adultera ui-
uente altera ducitur,qa poteſt maritus p hoc cogi
adulteram occidere dum cupit ſibi licere illa extin
cta alteram ducere,ſi hoc ea uiuẽte nõ licet facere.
Quid ſi.u.& illud dicant Chriſtianę fidei detracto
res,cogi hoĩes occidere uxores ſuas inſidiaꝝ ſcele-
ribus,quas moleſtas ferre nõ poſſunt, ſiue diutur-
no languore laborãtes,& pati cõcubitũ non ualen
tes,ſiue pauperes, [ſiue ſteriles,ſiue deformes, alia
rum ſpe ducendaꝝ,ſanarũ,ꝯpulentarũ,fœcũdaꝝ,]
pulcherrimarũ amore:qa eas quas perpeti nolunt
præter cãm fornicationis repudiare nõ licet,& alte
ras ducere,ne perpetuo deuincti adulterio,nec ba-
ptizari poſsint,nec pœnitendo ſanari. Nunqd pro-
pterea ne iſta homicidiorũ ſcelera perpetrentur, di
cturi ſumus non eſſe adulteria,ſi repudiatis pręter
cãm fornicationis uxoribus,ſibi alteras copulaue-
rint? Iam uero ex hoc ꝙ ſapis nõ eſſe adulteriũ, Cap. 17.
ſi uir uxorem cauſa fornicationis abiecerit & alte-
ram duxerit,nónne arbitraris cauendũ, ne diſcant
uiri uxores quas pp alias innumerabiles cauſas fer
re non poſſunt,mœchari cogere, ut ab eis uinculo
coniugali per fornicationem,ſicut putas ſoluto,li- E
ceat eis alteras ducere:& ex eo & illas mœchari co-
egerunt,aut baptiſmate ablui,aut pœnitẽdo ſana-
ri, qm̃ illis & gratia & medicina negabit quandiu
cũ adulteris uiuent,ſi prioribus præter cãm forni-
cationis repudiatis, alteras duxerint? Niſi forte qs
dicat,neminem poſſe uxorẽ ſuã mœchari facere ſi
pudica eſt:& tñ dñs, Omnis qui dimiſerit, inquit, Matt. 5.
uxorem ſuã,pręter cauſam fornicationis,facit eam
mœchari. Vtiq; propterea, qa cũ eſſet pudica cum
uiro, tñ dimiſſa cogitur per incontinentiam uiuo
priore alteri copulari,& hoc eſt mœchari. Quód ſi
hoc iſta nou fecerit,tñ ille quantũ in ipſo eſt face-
re cõpulit,& hoc ei deus peccatũ etiam ſi illa caſta
permaneat,imputabit.Sed quis neſciat q̃ ſint rariſ
ſimæ quæ ita pudice uiuant cum uiris, ut etiam ſi
ab eis dimittantur,alios nõ requirant? Incompara
biliter quippe numerus eſt amplior fœminarum,
quæ cum pudice adhæreant maritis, tñ ſi dimiſſæ
fuerint à maritis,non differunt nubere. Cum ergo
crediderint hoĩes dño dicenti, Omnis qui dimiſe-
rit uxorem ſuã,præter cauſam fornicationis, facit F
eam mœchari:ſi crediderint & tibi dicenti,mulie-
re fornicante licere uiro eius alterã ducere: quiſqs
uoluerit pp alias quaſlibet moleſtias carere uxore
cui coniunctus eſt, prius eam mœchari faciat ſine
fornicatione dimittendo,ut tunc ducat alterã, cũ
fuerit illa mœcha nubẽdo: ac ſic a priore peccato
quo eam mœchari fecit, ſiue per baptiſmũ,ſiue per
pœnitentiã liberatus, ſine ſuo adulterio eam ſibi
habere uideatur, quã poſt prioris adulteriũ, tanq̃
hinc ſoluto matrimonij uinculo, alteram duxerit.
Quod qdẽ ſi fuerit machinatus,& uxorẽ ſuã mœ-
cham faciet,& ipſe q̃uis poſt adulterium coniugis
aliam ducẽdo mœchus erit, nihilq; illi proderit ꝙ
tibi credidit,& nõ ei potius qui nullo excepto ait,
Omnis qui reliquerit uxorẽ ſuam & aliam duxerit,
mœchatur. Quibus oĩbus cõſideratis atq; tracta Lucæ. 16.
tis,reſtat ut ab eis q hæc fideliter audiunt,dicaſ no Cap. 18.
bis quod dño dictũ eſt, Si talis eſt cauſa cũ uxore,
non expedit nubere. Quibus & nos qd rñdeamus, Matt. 19.
niſi quod ipſe rñdit, Nõ omnes capiũt uerbũ hoc,

G ſed quibus datum eſt? Sunt enim eunuchi qui de
matris utero ſic nati ſunt, & ſunt eunuchi qui facti
ſunt ab hominibus, & ſunt eunuchi qui ſeipſos ca-
ſtrauerunt propter regnum cœloꝝ. Qui poteſt ca-
pere, capiat. Ergo qui poteſt capiat, quod non oẽs
capiunt. Poſſunt aũt capere quibus hoc pręſtat dei
miſericordia occulta, ſed nõ iniuſta. Sed in his om
nibus qui ſeipſos caſtrauerunt pp regnum cœloꝝ,
alij ſunt qui in utroq; ſexu concubitum neſciunt,
alij qui experti & euerſi ſunt partim quidem illici-
te, partim uero licite experti. Porrò in his qui licite
experti ſunt, qdam ſunt qui nõ niſi licite, quidã &
illicite & licite. Sunt quippe in eis qui coniugia ſua
tantum ſciunt: ſunt autem qui & alias fœminas ac
ſtupra quælibet. Sed qui poſt concubitum coniu-
gum ſeipſos caſtrant pp regnum cœloꝝ, aut morte
amittunt coniuges, aut ex conſenſu cum eis conti-
nentiam profitentur, aut neceſsitate diuortioꝝ, ne
uiuis coniugibus ſe alijs copulando adulteria per-
petrent, caſtrant ſeipſos propter regnũ cœloꝝ, non
ut clariores ibi eſſe poſsint, ſed ꝙ aliter ibi eſſe non
poſſunt: nam qui non iſta neceſsitate ſe continent,
H ſed boni appetitione melioris, poſſent ibi eſſe, etiã
ſeruata pudicitia coniugali, quanuis in pręmijs mi
noribus, tñ intus erunt. Qui uero pp ſe continent,
quia prioribus cõiugibus uiuis timent alijs coniu
gari, maioré curam debent gerere pro ſalute, q̃ geſ-
ſerunt illi à quibus cõtinentia pro munere dilecta
eſt ampliore. Tunc quippe ibi erunt, ſi adulteri nõ
erunt. Si aũt nõ continent, adulteri erunt, qa uiuen
tibus coniugibus priſtinis, nõ coniugibus alteris,
† propriis † ſed adulteris adhærebunt. Et ſi à regno cœloꝝ
Cap. 19. aberunt, ubi erunt, niſi ubi ſalui non erunt? Hos
igitur alloquor, ut quod facere deberent ſi haberẽt
coniuges diuturno languore marceſcentes, uel lo-
co ſibi inacceſsibili abſentes, uel animoſitate illici
ta continentes: hoc faciant ſi habuerint coniuges
adulterina inquinatione ſordentes, & pp hoc à ſuo
conſortio diuortiantes, non alia quęrant coniugia,
qa nõ erunt cõiugia, ſed adulteria. Cum.n. par for-
ma ſit in hoc uinculo, uiri & uxoris, ſicut uxor ui-
uente uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cũ alio ui-
ro: ita & uir uiuente uxore uocabit̃ adulter, ſi fue-
† alia. rit cũ adultera † muliere. Etſi.n. grauius qui pręter
I cauſam fornicationis, oĩs tñ qui dimiſerit uxorem
ſuam & aliam duxerit, mœchatur. Non eos terreat
Lucæ.16. ſarcina continentię: leuis erit, ſi Chriſti erit: Chriſti
erit, ſi fides aderit, quæ impetrat à iubente qđ iuſ-
ſerit. Nõ eos frangat, ꝙ uidetur eoꝝ continentia ne
ceſsitatis eſſe, nõ uoluntatis, qa & illi qui eam uolũ
tate delegerunt, fecerunt eam eſſe neceſsitatis, qm̃
uam ſine dãnatione ab illa deuiare non poſſunt:
& qui in eam neceſsitate contruſi ſunt, faciunt eam
eſſe uolũtatis, ſi non de ſeipſis, ſed de illo à quo eſt
bonũ omne confidunt. Illi ad eã cõſcenderunt cau
ſa maioris gloriæ, ut aliqd amplius inuenirent: iſti
ad eã confugerunt cura ſalutis nouiſsimæ, ne peri-
rent: utriq; permaneant, utriq; in qđ peruenerunt
ambulent uſq; in finẽ, ferueant ſtudijs, ſupplicent
uotis: qa & illis ſalus cogitãda eſt, ut ab eo qđ uo-
luntas arripuit cadere timeant: & iſtis gloria deſpe
randa nõ eſt, ſi in eo qđ neceſsitas intulit, perſiſte-
te diligant. Fieri.n. poteſt, ut deo terrente & hortan
te, conuertente & implẽte, humanus in melius mu
tetur affectus: atq; ita uoueant ſine coniugij, & ſine
ullo cõcubitu, atq; immunda libidinis attrectatio K
ne perſeuerantiſsime uiuere: ut etiã ſi ſeparata cõiu
gia, locũ ducẽdi alias moriẽdo aperuerint, claudat̃
ex uoto qđ pateret ex licito, & qđ erat neceſsitate
cœptũ, fiat charitate perfectũ. Talibus ꝓfecto retri
buetur qđ illis, qui uel pari cõſenſu cũ coniugibus
hoc uouerũt, uel nullis coniugijs alligati, pp maius
bonũ continẽtiã delegerunt. Si aũt ita ſe continẽt,
ut ſi moriant̃ quaꝝ uita coniugari impediunt̃, alias
ducere cogitent: profecto etiã ſi prius ipſi in tali cõ
tinentia de corpore abſcedant, nõ eis imputat̃ niſi
ad pudicitiã coniugalẽ, pp quã non faciunt quod
facerent ſi liceret. Hac quippe intentione continen
ter uiuere, parũ eſt ad accipiẽda illius quæ liberius
eligitur cõtinentiæ præmia, ſed ſufficit ad cauenda
adulteria. Hæc aũt me de utroq; ſexu memineris Cap. 20.
dicere, ſed maxime pp uiros: qui propterea ſe fœmi
nis ſuperiores eſſe arbitrant̃, ne pudicitia pares eſſe
dignentur: in qua etiã præire debuerunt, ut eos illę
tanq̃ ſua capita ſequerent̃. Quando aũt lex prohi-
bet adulteria, ſi obtentu incontinẽtiæ carnalis in-
firmitatis admittatur excuſatio, multis ſub nomi-
ne falſæ impunitatis, pereundi aperitur occaſio. L
Neq;.n. carnem nõ habent fœminæ, qbus uiri ali-
quid tale nolunt licere, quaſi eis qa uiri ſunt liceat.
Sed abſit hoc à melioꝝ ſexu ut tanq̃ honori debea
tur, quod pudori detrahitur, cũ honor iuſtus uirtu
ti, non uitio debeatur. Quinimmo cum à fœminis
utiq; habẽtibus carnem, tantã flagitant caſtitatẽ,
ut qñ ab uxoribus diutiſsime peregrinãtur, uelint
eas ab adulterino concubitu intaminatas feruorẽ
tranſigere iuuentutis: ut plurimæ pudiciſsime tran
ſigunt, & maxime Syræ, quaꝝ mariti negociandi *Syri ma-*
quæſtibus occupati, iuuenes adoleſcentulas deſe- *riti.*
runt, & uix aliqñ ſenes ad aniculas reuertuntur:
† eoipſo euidentius conuincunt non eſſe impoſsi- *† At ni-*
bile, qđ ſe nõ poſſe cauſantur. Si.n. hoc non poſſet *mis eos de*
infirmitas hoium, † multo minus id poſſet ſexus *ſipere di-*
infirmior fœminaꝝ. Vnde iſtos qui uirilem excel- *xerim: q*
lentiã, nõ putant niſi peccandi licentiã, quãdo ter- *id in fœ-*
remus ne adulterinis coniugijs hærẽdo pereant in *minis pu*
æternum, ſolemus eis proponere etiã continentiã *tant poſ-*
clericoꝝ: qui plerunq; ad eandẽ ſarcinam ſubeun- *ſibile, qđ*
dam capiuntur inuiti, eamq; ſuſceptã uſq; ad debi- *ſe &c.*
tum finem, dño adiuuante perducunt. Dicimus er- *† aliàs ui*
go eis, Quid ſi & uos ad hoc ſubeundum populoꝝ *rorum.*
uiolentia caperemini, nónne ſuſceptũ caſte cuſto- M
diretis officium, repente conuerſi ad impetrandas
uires à dño, de qbus nunq̃ antea cogitaſtis? Sed il-
los inquiunt honor plurimũ cõſolatur. Rñdemus,
& uobis timor amplius moderetur. Si.n. hoc mul-
ti dei miniſtri repente atq; inopinanter impoſitum
ſuſceperunt, ſperantes ſe illuſtrius in Chriſti hære-
ditate fulgere: quãto magis uos adulteria cauendo
uiuere cõtinenter debetis, metuentes non in regno
dei minus lucere, ſed in gehennæ ignibus ardere.
Hæc atq; huiuſmodi eis ut poſſumꝰ dicimus, q quo
quomodo à ſe diſcedentibus, uel pp adulteriũ di-
miſsis coniugibus ſuis, alias uolunt ducere, & quũ
prohibentur, infirmitatẽ nobis carnis opponunt.
Sed iam liber etiã iſte claudendus eſt, & rogandus
deus, ut aut eos tentari nõ ſinat ſeparationibꝰ con
iugũ, aut ita ſinat, ut timor periclitantis ſalutis, fiat
illis amplioris ſiue ꝓbationis occaſio caſtitatis.

Libri ſecundi finis.

Non omnino malus, ſed nihil aut quàm minimum habens Auguſtini.

Cap. 1. ADuertit nobiſcũ charitas ueſtra
cũ legeretur liber Actuũ Apſo-
rum, Paulum locutũ eſſe Athe-
nienſibus, & ab eis qui prędica
tionẽ ueritatis irridebant dictũ
Act. 17. fuiſſe, uerborum ſeminatorem.
Dictum eſt quidem ab irriden-
tibus, ſed non reſpuendum eſt a credentibus. Erat
enim reuera ille ſeminator uerborũ, ſed meſſor mo
rum Et nos licet tantili & nequaquam illius excel-
lentię comparandi, in agro dei, quod eſt cor uṙum,
uerba dei ſeminamus, & uberem meſſem de ueſtris
moribus expectamus. Veruntamen unde admone
mur loqui charitati ueſtræ, quod ipſa locutione cõ
tinetur, hortamur attentius aduertatis, ſi quõ adiu
B uante dño deo noſtro dicimus aliquid, quod nec
facile niſi dicatur, ab oibus poſsit intelligi: neq; cũ
intellectũ fuerit, debeat ab ullo cõtẽni. Apud Athe
nas loquebat. Athenienſes in omni literatura atq;
doctrina p alios pplos magna fama pollebant. Ip-
ſa erat patria magnorũ Philoſophorũ. Inde ſe p cæ
teras Græcie atq; alias orbis terras uaria & multi-
plex doctrina diffuderat. Ibi Apls loquebatur, ibi
1. Cor. 1. annunciabat Xp̄m crucifixum. Iudæis quidem ſcã-
dalum, gentibus aũt ſtultitiã, ipſis uero uocatis Iu-
dæis & Græcis Xp̄m dei uirtutẽ & dei ſapientiam.
Hoc annunciare inter ſuperbos & doctos quãti pe-
riculi fuerit, ueſtrũ eſt cogitare. Deniq; ſermone fi-
nito, audita illa reſurrectione mortuorũ, q̃ præci-
pue fides eſt Chriſtianoꝝ, alij irridebant, dicebant
aũt alij, Audiemus te de hoc iterũ, Nec defuerunt q
crediderunt, atq; in eis nominat quidã Dionyſius
Areopagites: id eſt, Athenienſiũ principalis. Areo-
pagos.n. Athenienſiũ curia uocabatur. Et mulier
quædã nobilis, & alij. Facta eſt ergo loquente Aplo
tripartita illa multitudo, p quoſdã gradus mira di-
ſtinctione diſpoſita, irridentium, dubitantiũ, cre-
C dentium. Quidã n. ut ſcriptum eſſe audiuimus, irri
debant. Quidã dicebant, Audiemus te de hoc iteꝝ,
iſti dubitantes erant. Aliqui crediderunt. Inter irri-
dentes & credentes, medij ſunt dubitantes. Qui ir-
ridet, cadit: q credit, ſtat: q dubitat, fluctuat. Audie-
mus te de hoc iteꝝ, inquit, incertũ an caſuri eſſent
cũ irridentibus, an ſtaturi cũ credentibus. Nun-
Cap. 2. qd tñ inaniter laborauit ſeminator ille uerboꝝ? Ille
uero ſi formidaret irridentes, non perueniret ad cre-
dentes, quõ ſeminator ille Euangelicus quẽ cõme-
Matt. 13. morat dñs. Nam utiq; hoc erat Paulus, ſi trepidaret
mittere ſemina, ne aliud caderet in uia, aliud inter
ſpinas, aliud in loca petroſa, nunq̃ ſemen poſſet ẽt
ad terrã optimã peruenire. Et nos ſeminemus, ſpar-
gamus, corda præparate, fructũ date. Hoc quoq; ſi
meminit charitas uṙa cum legeretur audiuimus, ꝙ
quidã ex Philoſophis Epicureis & Stoicis confere-
bãt cum Aplo. Qui ſint uel fuerint Philoſophi Epi-
curei & Stoici, id eſt, qd ſenſerint, qd uerũ eſſe puta-
uerint, qd philoſophãdo ſectati ſint, proculdubio
multi ueſtrum neſciunt: ſed qm̃ Carthagini loqui-
mur, multi ſciunt. Adiuuẽt ergo modo nos dictu-
ros uobis, Ad rem qppe ualde ptinet, qd puto eſſe D
dicendum. Audiãt nos, & neſciẽtes inſtruant, ſcien
tes cõmoneantur: illi cognoſcãt, illi recognoſcant.
Primo gñaliter audite oium Philoſophoꝝ com Cap. 3.
mune ſtudium, in quo ſtudio cõmuni habuerunt
qnq; diuiſiones & differentias ſniaꝝ ꝓpriaꝝ. Com
muniter oẽs Philoſophi ſtudendo, quærendo, di-
ſputando, uiuendo appetiuerunt apprehẽdere ui-
tam beatã. Hæc una fuit cauſa philoſophandi, ſed
puto ꝙ ẽt hoc Philoſophi nobiſcum cõmune hñt.
Si.n. à uobis quæram quare in Xp̄m credideritis,
quare xp̄iani facti fueritis: ueraciter mihi omnis
homo rñdet, ꝓpter uitam beatam. Appetitio igitur
beatæ uitæ Philoſophis xp̄ianiſq; cõmunis eſt. Sed
res tam conſona ubi inueniri poſsit, inde quæſtio
eſt, deinde diſcretio. Nam uitam beatã appetere, ui
tam beatã concupiſcere, deſiderare, ſectari, oium
hoium eſſe arbitror. Vnde me uideo parum dixiſ-
ſe hunc appetitũ beatæ uitæ Philoſophis xp̄ianiſq;
cõmunem: debui.n. dicere oium hominum pror-
ſus oium bonoꝝ & maloꝝ. Nam & qui bonus eſt,
ideo bonus eſt ut beatus ſit: & qui malus eſt, ma-
lus non eẽt, niſi inde ſe beatum eſſe poſſe ſperaret.
De bonis facilis q̃ſtio eſt, ꝙ beatam uitam q̃rant, E
ideo boni ſint. De malis uero aliq dubitãt, utrũ &
ipſi beatã uitam q̃rant. Sed ſi ſeparatos malos & à
bonis diſcretos ĩterrogare poſſem & dicere, Vultis
beati eſſe? nemo diceret, nolo. Verbi gr̃a, pone ali-
quem furem, q̃ro ab illo, Quare furtũ facis? Vt ha-
beam, inqt, qd non habebam. Quare uis hr̃e quod
non habebas? Quia miſerum eſt non habere. Si er-
go miſerum eſt non hr̃e, beatum putat hr̃e. Sed in
eo impudẽs eſt & errat, qa de malo uult beatus fie
ri, Bonum eſt.n. beatũ eſſe. Vnde ergo ille peruerſus?
qa bonum q̃rit & malũ facit. Quid q̃rit ergo? Quid
aſpirat cupiditas maloꝝ? ad mercedem bonorum.
Beata uita merces bonoꝝ eſt, bonitas opus eſt: bea
titudo merces eſt. Deus opus iubet mercedẽ ꝓpo-
nit. Dicit, hoc fac, & hoc accipies. Ille autem malus
rñdet nobis, Niſi male fecero, beatus non ero. Tan
quã dicat aliqs, ad bonum non peruenio, niſi malus
fuero. Nõ uides, qa bonũ & malũ cõtraria ſũt? Bo-
nũ q̃ris, & malũ facis? In cõtrariũ curris, qñ peruenis?
Relinquamus ergo iſtos, forte optimũ erit ut ad
eos redeamus, cum de Philoſophis qd inſtituimus Cap. 4.
peregerimus. Non.n. arbitror ſine cauſa per neſciẽ F
tes actũ eſſe aliqd magnum diſpẽſante diuina ipſa
ꝓuidentia, ut cum eſſent plurimę philoſophoꝝ ſe-
ctæ in ciuitate Athenienſi, non contulerint cum
aplo Paulo niſi Stoici & Epicurei. Cum n. audieri-
tis qd ſentiant in ſectis ſuis, uidebitis q̃ non fruſtra
factum ſit, ut ex oibus Philoſophis ſoli cũ Paulo
conferret. Neq;.n. eligere ſibi potuit, qbus altercan
tibus rñderet, ſed diuina ſapiẽtia omnia gubernãs
hos ei appoſuit, in qbus diſſenſionis Philoſophoꝝ
tota ꝓpè cauſa conſiſteret. Breuiter ego dico, Indo
cti credant nobis, docti iudicẽt de nobis. Puto qa
mẽtiri non audeo idoctis, iudicibus doctis, maxi-
me qa dico aliqd ubi pariter & docti & idocti poſ-
ſint ueraciter iudicare Hoc ergo prius dico, hoiem
cõſtare ex aia & corpore. Hic non peto ut credatis,
ſed & uos peto ut iudicetis Nõ.n. timeo, ne in hoc
dicto male qſquã iudicet de me, q agnoſcit ſe. Ho-
mo ergo, qd nemo ambigit, cõſtat ex aia & corpo-
re. Subſtãtia iſta, res iſta, pſona iſta homo dicitur

G Beatam uitã q̃rit, & hoc noſtis: nec inſto ut creda-
tis, ſed admoneo ut agnoſcatis. Homo, inq̃, id eſt,
res iſta non parua, p̃cedens oia pecora, oia uolati-
lia, oia & natatilia, & quicqd carnẽ gerit & homo
non eſt. Homo ergo conſtans, ex aia & corpore, ſed
non qualicunq; anima, nam & pecus conſtat ex aia
& corpore. Hõ ergo cõſtans ex aia rationali & car-
ne mortali, q̃rit beatã uitã. Quę res faciat beatã ui-
tã cũ cognouerit hõ, niſi hãc teneat, hãc ſequat̃, hãc
ſibi uẽdicet, aſſumat ſi poteſtas eſt, petat ſi difficul
tas eſt, beatus eſſe nõ poteſt. Tota igit̃ q̃ſtio eſt, qd
faciat beatã uitã. Cõſtituite nũc ante oculos ur̃os
Epicureos, Stoicos, & Ap̃lm, quod ẽt ſic dicere po-
tui, Epicureos, Stoicos, Chriſtianos. Interrogemus
prius Epicureos, q̃ res faciat uitã beatã. Rñdent, Vo
luptas corporis. Hic iã credatis peto, qa iudices ha-
beo: utrũ. n. hoc dicant, hoc ſentiant Epicurei neſci
tis, qa illas literas nõ legiſtis, ſed ſunt hic q legerũt.
Redeamus ad interrogandos. Quid dicitis Epicu-
rei, q̃ res faciat beatã uitã? Rñdent, Voluptas corpo
ris. Quid dicitis Stoici, quę res facit uitã beatã? Rñ-
dent, Virtus animi. Intendat mecũ charitas ueſtra,
H Chriſtiani ſumus, inter Philoſophos diſceptamus
Videte quare illæ duę ſectæ tantũ p̃curatę ſunt cũ
Ap̃lo collaturæ. Nihil eſt in hoie quod ad eius ſub-
ſtantiã pertineat atq; naturã, pręter corpus & aiam.
Horũ duorum in uno, hoc eſt, in corpore Epicurei
poſuerũt beatã uitã: in alio, id eſt, anima, Stoici po-
ſuerunt beatã uitã. Quantum ad hoiem pertinet, ſi
ab illo ſibi eſt uita beata, nihil reſtat præter corpus
& animã. Aut corpus eſt cauſa beatæ uitæ, aut ani-
ma eſt cauſa beatæ uitæ: ſi plus q̃ris, ab hoie rece-
dis. Hi ergo qui beatã uitã hominis in hoie poſue-
runt, alibi ponere oino non potuerunt, niſi aut in
corpore, aut in anima. Horũ qui in corpore poſue-
runt, principatũ Epicurei tenuerunt. Horũ q in aia
Cap. 5. poſuerũt, principatũ Stoici tenuerunt. Ecce ſunt
cõferũt cũ Ap̃lo: aliquid ne plus habebat Ap̃ls? An
uero uni harum duarũ ſectæ neceſſario conſentire
deberet, ut ẽt ipſe cauſam beatæ uitæ, aut in corpo
re, aut in anima poneret? Nunquã poneret Paulus
in corpore: hoc. n. magnum nõ eſt, cũ ipſi minime
ponat cauſam beatitudinis in corpore, qui melius
ſentiũt de corpore. Nã Epicurei & de corpore & de
anima hoc idẽ ſentiunt, q̃ utrunq; mortale eſt. Et
I quod eſt grauius & deteſtabilius, prius dicũt aiam
poſt mortẽ diſſolui q̃ corpus. Adhuc inquiũt poſt
efflatũ ſpiritũ manẽte cadauere, & integris mẽbro-
rũ liniamentis aliquantũ durantibus anima mox
ut exierit ueluti fumus uento diuerberata diſſolui-
tur. Non ergo miremur, q̃ ſummũ bonũ, id eſt, bea-
titudinis cauſam in corpore poſuerũt, qd ſe melius
q̃ animã habere ſenſerunt. Nunqd hoc faceret Ap̃ls?
Abſit ut poneret in corpore ſummum bonũ. Sum-
mum. n. bonum eſt cauſa beatitudinis: immo uero
doluit Ap̃ls quoſdã è numero Chriſtianoꝝ elegiſſe
ſniam Epicureorum: non hoium, ſed porcorũ. Ex
hoc. n numero erant illi corrumpentes mores bo-
nos colloquijs malis, & dicentes, Manducemus &
1. Cor. 15. bibamus, cras. n. moriemur. Epicurei cõtulerũt cũ
Paulo ap̃lo: ſunt & Chriſtiani Epicurei Quid enim
ſunt aliud dicentes quotidie, Manducemus & biba
Sapie. 2. mus, cras. n. moriemur? Quò p̃tinet, Nihil erit poſt
mortẽ, umbræ. n. tranſitus eſt uita noſtra. Dixerũt
enim apud ſe cogitantes non rectè inter cætera co-
ronemus nos roſis antequã marceſcant: nullũ pra- K
tum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra: ubiq;
relinquamus ſigna lætitiæ, q̃m hæc eſt pars noſtra,
& hęc eſt ſors. Hoc ſi atrocius obiurgemus, ſi his Cap. 6.
cupiditatibus uehementius reſiſtamus, dicẽt & qd
ſequitur: Opprimamus pauperẽ iuſtũ. Et t̃n dicere Sapie. 2.
uel in hoc loco poſiti non timemus: nolite eſſe Epi
curei. Cogitate quidẽ illud, quod dictũ eſt ab his
non rectè loquentibus, Cras. n. morimur: ſed non
omnimodo moriemur: manet. n. poſt mortẽ quod
ſequitur mortẽ. Comes morienti, aut uita erit, aut
pœna. Nemo dicat, Quis huc inde reuerſus eſt? Di- Luc. 16.
ues ille purpuratus ſero redire uoluit, & p̃mitti nõ
potuit. Stillã ſitiẽs inquiſiuit, q eſuriente pauperẽ
faſtidiuit. Nemo ergo dicat, Manducemus & biba-
mus, cras. n. moriemur. Si uultis dicere, cras. n mo-
riemur: nõ p̃hibeo, ſed aliud ãte dicite. Epicurei qp
pe uelut non uicturi poſt mortẽ, quaſi aliud nihil
habentes niſi qd delectat carnẽ dicunt, Manduce-
mus: & cætera. Sed tenete quod dicit̃, cras. n. morie
mur. Chriſtiani uero poſt mortẽ uicturi & fœlices
potius futuri uel uicturi poſt mortẽ, nõ dicãt, Man
ducemus & bibamus, cras n. moriemur: ſed dicãt, L
Ieiunemus & oremus, cras. n. moriemur. Addo pla
nè aliud, addo tertiũ. Nec qd pręcipue obſeruandũ
eſt p̃termitto, ut de ieiunio tuo fames pauperis ſa-
tiet̃. Aut ſi ieiunare nõ potes, magis paſcas, cuius ſa-
turitate tibi uenia concedat̃. Dicãt ergo Xp̃iani, Ie-
iunemus & oremus, & donemꝰ, cras. n. moriemur.
Aut ſi duas res uolũt dicere, ego eligo ut dicãt. Do-
nemus & oremus, q̃ ieiunemus & nõ donemus. Ab
ſit ergo ut Ap̃ls in corpore poneret ſummũ bonum
hois: id eſt, beatitudinis cauſam. Sed cũ Stoicis Cap. 7.
non indecens fortaſſe luctamen eſt. Ecce n. interro
ganti ubi ponãt efficiens beatę uitę: id eſt, qd facit
in hoie beatã uitã: rñdent, nõ corporis uoluptatẽ,
ſed animi eſſe uirtutem. Quid Ap̃ls? annuit? Si an-
nuit, annuamus. Sed non annuit: reuocat. n. ſcriptu Pſal. 48.
ra eos qui confidunt in uirtute ſua. Epicureus itaq;
in corpore ponens ſummum hois bonum, in ſe ſpẽ
poſuit. Sed enim Stoicus in animo ponens ſummũ
hois bonum, in re qdem meliori hominis poſuit,
ſed ẽt ipſe in ſe ſpem poſuit. Homo eſt aũt & Epicu
reus & Stoicus. Maledictus igitur ois qui ſpem ſuã
ponit in homine. Quid ergo iã cõſtitutis ante ocu- Hiere. 17
los noſtros tribus, Epicureo, Stoico, Chriſtiano? In M
terrogemus ſingulos. Dic Epicuree, quæ res faciat
beatum Rñdet, Voluptas corporis. Dic Stoice, Vir-
tus animi Dic Chriſtiane, Donum dei. Itaq; frẽs Cap. 8.
uelut ante oculos ur̃os Epicurei & Stoici cum Ap̃lo
contulerunt, & collatione ſua nos quid reijcere &
quid deberemus eligere docuerant. Eſt uirtus ani-
mi res laudabilis, prudentia, mala & bona diſcer-
nens, iuſtitia ſua cuiq; diſtribuens, tẽperantia libi-
dines, fortitudo moleſtias æquanimiter ſuſtinens.
Magna res, laudabilis res: lauda Stoice quantũ po-
tes, ſed dic vñ habes: Vnde uirtus animi tui te facit
beatũ, ſed q tibi uirtutẽ dedit, q tibi uelle inſpira- Philip. 2.
uit & poſſe donauit. Scio qa fortaſsis irriſurꝰ es me,
& eris in eis, de qbus ſcriptũ eſt, quia Paulũ irride-
bant, Si tu uias es, ego ſemino: ſeminator. n. uerbo- Acto. 17.
rum ſum p̃ modulo meo. Quod fuit conuitiũ tuũ,
officiũ eſt meũ. Ego ſemino quod cadit in te, tanq̃
in terram duram, Ego non ſum piger & inuenio ter
ram bonam. Quid tibi faciam? Reprehenſus es, &

oraculo

A oraculo diuino reprehenſus es. Inter illos es, q cōfi
dūt i uirtute ſua: iter illos es q ſpē ponūt i homine:
uirtꝰte delectat, ſcio, ſitis: ſed uirtutem tibi manare
nō potes. Si curæ ſit, tibi oſtēdere fontē uitæ, forte
1. Cor. 1. deridebis. Dicis n. apud te, de iſta rupe bibiturꝰ ſū?
Accedit uirga & manauit aqua. Iudæi. n. ſigna pe-
tūt, ſed tu Stoice nō es Iudęꝰ. Scio Grecus es, & Græ
ci ſapientiā quęrūt. Nos autē prædicamꝰ xpm cru-
cifixū. Scādalizat Iudæus: ſubsānat Gręcus. Iudęis
eni ſcādalū, gentibꝰ autē ſtultitiā: ſed ipſis uocatis
Iudęis & Gręcis, hoc eſt, ipſi Paulo ex Saulo & Dio
nyſio Areopagitę, & talibꝰ his, talibꝰ & illis xpm dei
uirtutē & dei ſapiētiā. Iā nō irrides rupem, agnoſce
uirgā crucē, xpm fontē: & ſi ſitis, bibe uirtutē. Eſto
fonte ſaginatus, gratiaꝝ actiones fortaſſe ructabis:
& qd ab illo habes iā nō tibi dabis, ſed i ructatio-
Pſal. 17. ne exclamabis, Diligā te domine uirtꝰ mea. Iā nō di
ces animꝰ meꝰ facit beatū, nō eris inter illos qui co-
Roma. 1. gnoſcētes deū, nō ſicut deū glorificauerūt, aut gra-
tias egerūt, ſed euanerūt i cogitationibꝰ ſuis, & ob-
ſcuratū eſt inſipiens cor ipſorū: dicētes. n. ſe eſſe ſa-
B piētes, ſtulti facti ſunt. Quid eſt. n. dicētes ſe eſſe ſa
pientes, niſi à ſeſe habere ſibi ſufficere, ſtulti facti
ſunt? Merito ſtulti, Stultitia uera eſt falſa ſapientia.
Sed eris iter illos de qbꝰ dictꝰ, Domine i lumine uul
Pſal. 88. tus tui ambulabūt, & i nomine tuo exultabūt tota
die, & i iuſtitia tua exultabūt, quoniā gloria uirtu-
Pſal. 93. tis eorū tu es. Virtutē quęrebas: dic, Domine uirtꝰ
mea. Beatā uitā quærebas: dic, Beatus homo quem
tu erudieris domine. Beatꝰ. n. populus cius non uo
Pſal. 43. luptas carnis, cuius non uirtus ꝓpria, ſed beatꝰ po-
pulꝰ cuius eſt dominus deꝰ ipſius. Hęc eſt patria bea
titudinis q̄ omnes uolūt, ſed nō recte quærūt. Nos
autē ad talē patriā non nobis uiā quaſi corde nr̄o
machinemur, & erraticas ſemitas moliamur: uenit
ide & uia. Quid uult. n. beatꝰ, qd uult, niſi nō falli,
nō mori, nō dolere? Et qd quærit plꝰ eſuerire, & plꝰ
māducare? Quid ſi melius ē nō eſurire? Nemo bea-
tus eſt niſi q uiuit i æternū, ſine ullo timore, ſine ul
C la fallacia. Nā falli odit anima. Quantū falli oderit
aīa naturaliter, hinc intelligi poteſt, quoniā q mēte
alienata rident, plorant à ſanis: & eligit homo utiq̄
ridere quàm flere. Si duo iſta pręponant, Ridere uis
an flere? qs eſt q reſpōdeat niſi ridere? Itē, ſi ꝓponā
tur iſta duo, Falli ſi uis, an uerū tenere? Omnis ho-
mo reſpōdet, uerū tenere. Et ridere eligit & uerū te
nere: de duobꝰ illis riſu & fletu, ridere: de duobꝰ iſtis
fallacia & ueritate, uerū tenere. Sed tantū præualet
inuictiſſima ueritas, ut eligat homo ſana mēte fle-
re, quàm mēte alienata ridere. Ibi ergo i illa patria
ueritas erit, fallacia & error nuſq̄. Sed & ueritas erit,
& flere non erit. Erit. n. & uerū ridere, & de ueritate
gaudere, qa ibi uita erit. Nā ſi dolor erit, uita non
erit: neq̄. n. uita dicēda eſt ſempiternus imortaliſq̄
cruciatus. Ideo dominꝰ nō appellans uitā q̄ habitu
Matt. 25. ri ſunt impij, quanuis i igne uicturi ſunt, uitā non fi-
niunt, ne pœnā finiant. Vermis. n. eorū nō morietꝰ,
Eſaia. 66 & ignis eorū non extinguetur: tamē eā noluit ap-
pellare uitā, ſed hanc appelauit uitam, quę beata &
ęterna ē. Vnde iterrogāte illo diuite dominū, Quid
Matt. 19. boni faciā, ut uitā æternā conſequar? & ipſe qdem
uitā æternā non nominabat, niſi beatā: nam habe
bunt impij æternā, ſed non beatā uitā, qa cruciati-
bus plenā. Ergo ille ait, Domine, qd boni faciā ut
uitam æternam conſequar? Reſpōdit illi dominus
de mandatis. Ait ille, hæc omnia fieri. Sed quando
reſpōdit de mandatis, qd ait, Si uis uenire ad uitā:
non ei dixit beatā, qa miſera, nec uita dicenda eſt:
non ei dixit æternā, qa ubi mortis timor eſt, nec ui
ta dicēda. Ergo uita, quæ hoc nomine digna eſt ut
uita dicatꝰ, non eſt niſi beata, & beata non eſt, niſi
æterna. Hanc uolūt oēs, hanc uolumꝰ oēs, ueritatē
& uitā: ſed ad tā magnā poſſesſionem, ad iā grādē
fœlicitatem quà itur, inſtruxerunt ſibi uias erroris
Philoſophi. Alij dixerūt, hàc: alij non hàc, ſed hàc. Ioan. 4.
Latuit eo uita, qa deus ſuperbis reſiſtit. Lateret & Ioan. 14.
nos, niſi ueniſſet ad nos. Ideo dominus, Ego, inqt,
ſum uia. Piger uiator, uenire nolebas ad uiā, Ad te
uenit uia. Quęrebas, quò ires, Ego ſum ueritas &
uita. Non errabis quādo is ad illū, ꝑ illū. Hęc eſt do
ctrina Chriſtianoꝝ, non planè conferēda, ſed icō-
parabiliter præferēda doctrinis Philoſophoꝝ, im-
munditię Epicureorū, ſuperbię Stoicorum.

Finis.

TRACTATVS DE EO QVOD dictum eſt à deo ad Moyſen, Ego ſum qui ſum: incerti authoris.

E

CVm diuina lectio legeretur, ma
gnum miraculum quod Moy-
ſen famulum dei intensiſſimū
fecerat, etiam nos corde expe-
ctauimus, quia intenti etiam ip
ſi facti ſumus, quomodo in ru-
bo apparebat ignis, & rubꝰ non
cremabatur. Deinde aduertimus ſacram ſcripturā Exod. 3.
prius dixiſſe, q̄ angelus domini apparuerit Moyſi
in rubo. Deinde Moyſes non iam quaſi cum ange-
lo, ſed tanquam cum domino loquebatur. Tertio
aduertimus, q̄ cum Moyſes nomē dei quæreret ut
haberet quid diceret filiis Iſrael interrogantibus,
quod nomē dei eſſet, q illū ad eos miſiſſet: reſpon-
dit, Ego ſum q ſum. Neque hoc tranſcūter, ſed repē
titione commendans adiecit, Dices itaque filiis Iſ-
rael, Qui eſt, miſit me ad uos. Poſtremo iam enun- F
ciato nomine ſuo, adhuc adiunxit. Hæc dices eis,
Dominus deus patrum noſtrorū, deus Abraham,
& deus Iſaac, & deus Iacob, miſit me ad uos. Et hoc
mihi nomen eſt i æternū. De his quod dominꝰ do-
nat audite. Magna qdē ſunt tanq̄ inuolucra myſte-
rioꝝ dei. Quæ ſi congruenter & ſufficienter cone-
mur euoluere, nec uires, nec tempus ſufficient. Qd
ergo breuiter poſſumꝰ dicere, non fruſtra, non ina-
niter, nō ſine alicuius ſignificatione ſecreti i rubo
flāma erat & rubus non cremabatꝰ. Rubus. n. ſpina
rū eſt quoddā genus: nec in laude aliqua poni po
tuit, qd peccatori terra produxit. Nā primitus pec-
cāti homini dictū eſt, Terra ſpinas & tribulos pa- Gene. 3.
riet tibi: Neq̄ idipſum qd rubꝰ non cremabatur. i.
flamma non comprehēdebatur, bonum aliqd pu-
tare debemus. Si. n. flamma ſignificat aliquid bo-
ni in qua angelꝰ apparebat uel dominus: unde etiā
cum uenit ſpiritusſanctus, uiſæ ſunt illis linguæ di
uiſę uelut ignis: comprehendi debemꝰ hoc igne, nō Act. 2.
autē propter duritiam non cremari. Rubus quem
non cremabat, populus q deo reluctabatur. Spino
ſum igitur populū Iudæorum ſignificabat rubus,
quo Moyſes mittebatur. Et ideo rubus nō crema-

G baſ,qa duritia Iudæorũ,ſicut dixi,legi dei reluctabaſ,Nã ſi ille populus ſpinis nõ ſignificareſ, nõ ab
Matt.27. eo ſpinis xp̃s coronaretur.Qđ autẽ de ipſo q loquebatur Moyſi,& angelus domini,& domin⁹dicitur, magna quæſtio eſt, nec temerarium debet habere affirmatorem,ſed cantũ inqſitorẽ.Duę autẽ ſententiæ quę hinc ꝓferri poſſunt, quarũ quælibet uera ſit,ambę ſecũdũ fidẽ ſint Qđ dixi, quæ nã earum uera ſit:hoc dixi, qd nã eorũ ſenſerit q ſcripſit. Nã quãdo nos inqrentes ſcripturas ſentimus aliqd qđ ſcriptor forte nõ ſentit, nõ tamẽ hoc ſentire debemus,qđ abhorret à regula fidei, à regula ueritatis. Ergo ambas ſentẽtias ꝓpono,ſit fortaſſis & tertia, quæ me latet.Ex his autẽ duabus ꝓpoſitis eligatis q̃ uolueritis.Aliqui dicũt ideo& angelũ domini di
Eſaiæ 9. ctũ,& dominũ,qa xp̃s erat de quo aperte Propheta dicit,ꝙ ſit magni cõſilij angelus. Angelus.n.officij nomen eſt,nõ naturæ.Nã angelus Græce,q Latine nuncius appellatur.Nuncius ergo actionis nomen eſt:agendo.i.aliqd nunciãdo,nuncius appellatur.
H Quis neget xp̃m nunciaſſe nobis regnũ cœlorum?
Ioan.5. Deinde angelus.i.nũcius mittitur ab eo,q p eũ aliquid nunciat,Et qs neget xp̃m miſſum?qui totiens
Ioan.9. dicit,Non ueni facere uoluntatem meã,ſed uoluntatẽ eius q me miſit:ipſe ꝓprie miſſus. Nã Siloe illa piſcina interpretatur miſſus. Ideo cui oculos luto inunxit,inde lauare faciẽ iuſſit. Nulli⁹.n.uiſus aperiť niſi eius qui à xp̃o mundatur:ergo idẽ angelus, idẽ dominus.Sed hic occurrit aliqd præcauendũ. Nõ.n.deſunt hæretici q dicant, patris & filij diſtare & diſſonare naturas, & non eos eſſe unius eiuſdẽq́ ſubſtãtiæ.Catholica autẽ fides credit patrem & filium & ſpiritũſanctũ unũ deũ,unius ſubſtãtiæ Trinitatẽ,inſeparabiliter,ęqualiter,non cõmixtione confuſam,non diſtinctione ſeparatã. Illi ergo q perſuadere moliuntur filiũ nõ eſſe eiuſdẽ ſubſtantię cuius eſt pater,argumentatur ex hoc,ꝙ filius uiſus eſt patribus,Pater,inqunt,non eſt uiſus. Inuiſibilis autẽ & uiſibilis diuerſa natura eſt.Et ideo,in-
1.Timo.6. quiunt,de patre dictũ eſt, Quẽ nemo hominũ uidit,nec uidere poteſt:ut ille q uiſus eſt, non ſolum Moyſi,ſed etiã Abrahæ,nec ſolũ Abrabæ,ſed etiam
I ipſi Adã & cæteris patrib⁹,non de⁹pater, ſed filius potius,ut intelligatur creatura. Catholica nõ hoc dicit.Sed qd dicit?Deus pater,de⁹fili⁹:icõmutabilis pater,icõmutabilis filius:ętern⁹pater,coęternus filius.Nã ſi dixeris patrẽ inuiſibilẽ,filiũ uiſibilem: diſtixiſti,imo uero ſeparaſti ſubſtãtias.Quomodo gratiã inueniſti,q fidẽ pdidiſti? Soluitur ergo iſta quæſtio ſic. Deus pater & filius & ſpirituſſanctus, natura ꝓpria inuiſibilis eſt.Apparuit autẽ quando uoluit,cui uoluit,nõ ut ẽ,ſed ut uoluit,cui ſeruiũt omnia. Si.n.aĩa tua cũ ſit inuiſibilis ĩ corpore tuo p qđ appareat ꝓfert uocẽ, & uox ĩ qua apparet aĩa tua cũ loqueris nõ eſt ſubſtãtia aĩæ tuæ, aliud eſt illa,aliud eſt uox,& tamẽ apparet, & in ea re quæ ipſa nõ eſt: ſic & deus,ſi in igne apparuit, non eſt ignis:ſi in fumo apparuit,nõ eſt fumus:ſi ĩ ſono apparuit,nõ eſt ſonus.Nõ ſunt hæc deus, ſed indicãt deũ.Hoc retẽto ſecuri credim⁹ potuiſſe dici filiũ,q apparuit Moyſi,& dominũ,& angelũ domini. Qui uero exiſtimãt uere eũ angelũ domini fuiſſe, non xp̃m,ſed angelũ miſſum:neceſſe eſt ut exigatur ab eis ratio quare dictus ſit dominus. Quomodo.n. ab eis q xp̃m fuiſſe dicunt, exigitur, quare dict⁹ſit angelus:ſic ab eis q angelum dicunt exigitur qua- K
re dict⁹ſit domin⁹.Sed illi q xp̃m dicũt fuiſſe,iã cõmemoraui,quomodo inde exeant quare dictus ſit angel⁹,qa Propheta aperte dixit dominũ xp̃m magni conſilij angelũ.Illi ergo q dicũt angelũ,reſpon Eſaiæ 9.
dere debent quare appellatus ſit domin⁹. Reſpondent & ipſi Sicut in ſcripturis Propheta loqtur,nõ qa dominus eſt Propheta, ſed quia dominus eſt in Propheta:ſic & cũ p angelũ dignatur dominus loqui,quomodo p Apoſtolũ, quomodo p Prophetã, recte dicitur & angelus ꝓpter ſeipſum,& dominus ꝓpter habitantẽ deũ. Certe.n Paulus homo erat & xp̃s deus,& ait tamẽ ipſe Paulus, An uultis experi- 2.Cor.13.
mẽtũ eius accipere q in me loqtur xp̃s?Dixit & Propheta,Audiã qd loquetur in me dominus de⁹. Qui Pſal.84.
loquitur in homine,loqtur in angelo. Ideo apparuit Moyſi angelus domini & dixit,Ego ſum q ſum. Habitatoris uox eſt,nõ tẽpli. Nã ſi ꝓpterea xp̃s erat cũ angelus dictus ſit,qa unus erat, qd facimus quã- L
do Abrahæ tres apparuerunt? Quid hic dicimus? Gene.18.
Tres apparuerunt, & Abrahã tãq̃ ad unũ loquens dixit, Domine. Quid dicimus?Quare tres?An ipſa Trinitas erat?Quare ergo dominus?Quia Trinitas unus domin⁹,nõ ſunt tres domini. Et trinitas un⁹ deus,non tres:una ſubſtãtia, tres perſonæ. Neq́.n. pater filius eſt,aut filius pater eſt:aut ſpirituſſanct⁹ uel pater uel filius eſt.Sed pater nõ eſt niſi filij:fili⁹ nõ eſt niſi patris:ſpiritus & patris & filij.Quãuis in illis trib⁹aliq dicũt,ꝙ unus ibi excellebat,quẽ dominũ appellabat Abrahã quãdo apparuerat cum duobus,tãq̃ xp̃s cũ angelis ſuis. Sed qd agimus,qa Gene.19.
cum duo mitterentur ad Sodomã apparẽtes fratri Abrahę Loth,& ipſe agnoſcit in eis diuinitatem:& cum duos uideat,dominũ appellat:& ille in tribus dominũ,& in duobus ille dominũ? Ne ſeparemus ergo Trinitatẽ,faciamus in Sodoma dualitatẽ. Puto ꝙ melius intelligim⁹, qa patres nr̃i dominum in angelis agnoſcebant, habitãtẽ in habitatione intelligebant,non portantib⁹, ſed inſidenti gloriam dabant.Quã ſententiã confirmat non ſolum Epi- Heb.2.
ſtola quæ ſcribiť ad Hebręos,ubi dicitur, Si.n.qui per angelos dictus eſt ſermo,factus eſt firm⁹:loque- M
batur n.de ueteri teſtamẽto,cõmendauit ꝙ ibi angeli loquebantur,ſed deus in angelis ſuis honorabatur,& per angelos interior habitator audiebať: ſed etiã in Actibus Apoſtoloꝝ Sthephanus dicit, arguẽs & increpãs Iudęos,dura ceruice,& nõ circũcili corde & auribus.Dura ceruice,ſpinę nõ crema- Acto.7.
tæ.Vos antẽ reſiſtitis ſpirituiſancto:ideo rub⁹non cremabatur,quia flãmæ ſpiritus ab ſpinis peccatorũ reſiſtebať,uos ſemp reſiſtitis ſpirituſancto: quẽ Prophetaꝝ non occiderunt patres ueſtri? Et unde agitur,Qui accepiſtis legẽ in edictis angeloꝝ,& nõ cuſtodiſtis.Si diceret angeli, & non angelorũ,non deerant illi qui dicerent,xp̃s eſt,quia dictus eſt ma- Eſaiæ 9.
gni conſilij angelus. Angelus xp̃s,nunquid angeli Chriſtus?Dicit & Apoſtolus Paulus, Quoniam ſe- Galat.3.
men Abrahæ diſpenſatum eſt, diſpoſitum,inquit, p angelos in manu mediatoris. Iã ergo angelus,& ĩ angelo Dominus,dicebat Moyſi quærenti nomen Exod.3
ſuum,Ego ſum qui ſum.Dices filiis Iſrael, Qui eſt, miſit me ad uos.Eſſe, nomen eſt incommutabilitatis. Omnia enim quæ mutantur, deſinunt eſſe quod erant,& incipiunt eſſe quod non erant. Eſſe uerum,eſſe ſyncerum, eſſę germanum, nõ habet

A nisi qui nō mutatur Ille habet eſſe cui dicitur, Mu-
Pſal. 101 tabis ea & mutabuntur, tu autē idem ipſe es. Quid eſt, Ego ſum qui ſum: niſi æternus ſum? Quid eſt, Ego ſum qui ſum, niſi mutari non poſſum? Nulla creatura, non cœlum, non terra, non angelus non uirtus, non ſedes, non dominationes, non poteſtates. Cū ergo ſit hoc nomen æternitatis, plus eſt qd dignatus eſt habere nomen miſericordię Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob: illud i ſe, hoc ad nos. Si n hoc ſolum eſſe uellet quod eſt i ſe, quid eſſemus nos? Si intellexit, immo quia intellexit Moyſes cum ei diceretur, Ego ſum qui ſum: Quid eſt, miſit me: multū hoc credidit eſſe ad homines, multū hoc uidit diſtare ab hominib⁹. Qui eni hoc qd eſt & uere eſt intellexērit digne, & qualitercunq; lumine ueraciſſimæ eſſentiæ, uel ſtrictē ſi-
Pſal. 30. cut coruſcatione aſlatus fuerit, lōge ſe uidet infra,
B lōge remotiſſimū, longe diſſimilimū, ſicut ille ait, Ego dixi in ecſtaſi mea. Aſſumpta. n. mente uidit neſcio quid, quod plus ad illū erat, hoc erat quod D
uerū erat. Dixi, inquit, i ecſtaſi mea. Quid? Proiect⁹ ſum à facie oculorū tuorū. Cum ergo ad id quod dicebatur, non ad id quod uidebatur longe ſe imparem uideret Moyſes & quaſi minus capacem, unde inflammatus ipſo deſiderio uidēdi qd eſt, dicebat deo cū quo loquebatur, Oſtēde mihi temetip- *Exod.* 33.
ſum: quaſi uero ab illa excellētia eſſentiæ lōge diſſimilis deſperaret, erigit deſperātē, quoniā uidit timentē, tanquā diceret, Quoniam dixi, ego ſum qui ſum: &, qui eſt miſit me: intellexiſti quid ſit eſſe, & deſperaſti te capere, erige ſpem, Ego ſum deus Abraham Iſaac & Iacob: ſic ſum quod ſum, ſic ſum ipſū eſſe, ſic ſum cum ipſo eſſe, ut nolim hominib⁹ deeſſe. Si quomodo poſſumus dominū quęrere & inue-
ſtigare eū qui eſt, & quidē non longe poſitum ab *Act.* 17.
uno quoque noſtrum. in illo. n. uiuimus & mouemur & ſumus: Laudemus ergo ineffabiliter eius eſſentiam & amemus miſericordiam, Amen.

E

TOMI SEXTI FINIS.

INDEX QVATERNIONVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z A.
Omnes ſunt quaterniones, præter A, qui eſt ternio.

...TECA NAZ. MA ... MANUELE

[illegible]

4-3-4